videtur magnum damnum, & in effectu pœna. ideo respon-
de, vt superius dixi.

SVMMARIVM.

1 *Triplex est forma nunciandi. scilicet verbalis, & per iactum lapilli, &*
per prætorem.
2 *Facta nunciatione verbo aduersãr ius statim efficitur possessor.*
3 *Patientia domini quamuis violenta sufficit ad causandam quasi pos-*
sessionem, quæ requiritur in iuribus acquirendis.

§.In operis. Si nuncio simplici verbo, facio ad-
uersarium possessorẽ. h.d. & est sing.
casus secundum Bald. hic. Contra istum text. pro eius intel-
lectu moueo duas difficultates. Primò arguo contra tex. nam
inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium. l.
legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adi. leg.
a Itẽ inducta[a] ad augmentũ non debent operari diminutionẽ.
tex. est no. in l. si mancipia. in prin. ff. de fun. instr. Item actus agẽ
tium non debẽt operari vltra eorum intẽtionem. l. nõ omnis.
in prin. ff. si cert. pet. Sed nunciatio est inducta ad conseruatio-
nẽ iuris nostri. §. iuris nostri cõseruandi gratia. j. ea. l. & melior
text. in l. de pupillo. §. si qs ipsi prætori. ver. si in ædes. j. eo. vbi
dicit Iurisconsu. æquũ est per ope. no. nun. ius nostrũ cõseruari,
ergo non debet operari contrarium effectum. s. priuationem
posessionis mei nunciantis, cùm magnum sit commodum
possessionis. §. commodum. insti. de interd. solus Lu. Rom. hic,
quamuis non ita formaliter opponat, respondet, quòd leges
1 adinuenerunt triplicem formam nunciandi. † Duplex forma.
s. per iactum lapilli, & per prętorem conseruat ius absque per-
ditione possessionis. text. est in l. de pupillo. §. meminisse. j. eod.
Sed per istam tertiam renunciationem, quæ fit verbo, ideo
nuncians perdit poss. quia qui in vno aggrauatur, in alio debet
alleuiari l. eum qui. in princip. ff. de iureiur. Sed nunciatus gra-
uatur, vt si ædificet post nunciationem etiam iniustam, tenea-
tur propria impensa opus factum destruere, ergo in alio rele-
uatur, vt reportet commodum possessionis. ista ratio Lud.
nihil valet, quia secundum istam vlt. rationem idem esset in 1.
& 2. forma nunciationis, cùm in eis grauetur nunciatus sicut
per tertiam, & sic esset generalis ad omnes nunciationes. Ego
respondeo aliter, & in forma, ꝙ qui nunciat animo tuendi ius
suum, istud est verum, quando nunciatus ædificat in solo pro-
prio per ipsum ædificantem possesso. Nam propter istum ca-
sum propriè est inuenta nunciatio. ita est tex. in d. l. de pupillo.
§. meminisse. aliàs vero si ipse nuncians possideret, ista nuncia-
tio verbalis est sibi damnosa, qa facit eũ perdere pos. & hoc
prędsumitur scire nuncians, qa qlibet præsumitur scire iura. l. le
ges, & cõstitutiones. C. de leg. ergo illo animo nũciat. ¶ Addi.
Facit, quod dicit Bald. in ca. 1. extra de in li. iu. & in l. precib. in
antep. colu. C. de impub. quòd actus, qui fit ab aliquo, præsu-
mitur factus secundum ea, quæ ius disponit. Secundò contra
text. fortius vrget maior difficultas, quòd imò per nunciatio-
nem verbalem nunciatus non efficitur possessor, vt hic dicit
text. sed demum pręstita satisdatione, & sic quando nuncians
receperit satisdationem nunciati. tex. est in l. si alius. in §. Iul. in
verbo cum possessor hoc ipso, ꝙ satisdederit, & c. ff. ꝙ vi aut
b clam. ad quẽ tex. difficile est rñdere. Raph. Cu. rñdet,[b] sed ego
plenius rñdeo, & clarius loquor, nũcians scio me posse repelli,
ꝑ consequens perdo pos. & transfert. Nam dicit fatendo con-
trarium, quòd iste text. debet intelligi, & singulariter limitari se
cundum istum, quòd nunciando verbo perdo pos. non subito
sed causaliter, quia nunciando tribuo falcultatem nunciato,
vt satisdet, quo satisdante bene facio eum possessorem, vt ibi
est tex. & ratio illius text. est, nam nunciatus postq̃ satisdederit,
potest libere ædificare, ergo propter satisdationem ego nun-
cians scio me posse repelli, per consequens perdo pos. & trans-
fertur in aduersarium. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l.
sequen. ff. de acquir. poss. & si dicatur, quòd istud est destruere
istum text. Nam aduerte, quòd iste text. attribuit traslationem
possessionis in aduersarium nunciationi tanquã primæ causę,
qa nũciatio est prima causa, ꝑꝑ quã succedit posteà satisdatio,
sed quicqd est causa causę, est causa causati. l. manumissiones.
ff. de iu. & iu. l. quominus. ff. de flu. Ista est opi. Raph. Cu. q̃uis
melius probata, & relata, quam opin. paucis verbis refert Alex.
hic in fi. & cũ ea simpliciter transit. istam opi. ẽt tenet d. Ia. Pu.
hic, & dicit plus, ꝙ ista opi. est ita vera sicut Deus est in cęlo, &
si ista opi. est vera, dr̃ magna restrictio ad istũ tex. & sif es. ¶ Mi-
hi aũt non placet ista opi. per istũ tex. qui verbo præsenti dicit,
[nunciatione faciamus aduersarium possessorem,] si expecta
retur satisdatio, deberet dicere faciemus, & intelligere, prout
intelligunt Raph. & sequaces, esset facere violentiam ad istum
tex. & similes, præsertim huius tituli, & confundentur millæ
doctrinæ Bar. & Doct. tñ ad hoc potest responderi, quòd non
est inconueniens, quòd vna lex declaretur, & suppleatur per
alias l. non est nouum, & l. sed & poster. ff. de legi. ¶ Secundò,
& fortius, si verum esset fundamentum Raph. certè eadem ra
tione sequeretur, quòd idem esset dicendum, qñ nunciatio fie
ret per iactum lapilli, vel prætorem, & nunciatus præstat satis-
dationem, quia certè similiter nuncians deberet possessionem
perdere, quia præstita satisdatione potest nunciatus procede-
re in opere, & sic nuncians scit posse repelli, & consequenter
sequeretur, quòd non esset differẽtia quo ad perdendam pos-
sessionem, an nunciatio fiat verbo, vel per iactum, vel per prę-
torem, quia satisdatio semper faceret perdere possessionem,
ꝙ est directò contra tex. in l. de pupillo. §. meminisse. supra eo.
vbi per nunciationem, quæ fit iactu, vel per prætorem, non
perditur possessio, sed bene per illam, quæ fit simplici verbo.
Raph. Cu. hic, & in d. §. meminisse. perpendit de ista difficulta
te, propter hoc est in alia noua, & mirabili opi. ad istum tit. quã
ẽt sequitur. d. Iac. Butr. hic, & in d. §. meminisse. tenet. n. ꝙ nũ-
ciatio propriè fiat solum viua voce. illa vero, quæ fit per iactũ
c lapilli, vel per prætorem non est propriè nunciatio,[c] sed ap-
pellatur prohibitio. ita appellat Iuriscon. in d. l. de pupillo. §. me
minisse. vnde in ista prohibitione, quę fit per iactum lapilli, vel
per prætorem, tenet, quòd non sit locus satisdationi, sed satis-
datio habeat locum, quando nunciatio fit verbo, prętor tunc
inuenit satisdationem: sed quando fit per prætorem, vel iactũ
cùm non sit nunciatio, sed prohibitio, nõ habet tunc locum
satisdatio, & hoc modo cesabit fundamentum, quod fecit. Ista
secunda consideratio adhuc mihi minus placet quàm præce-
dens, inquantum dicit, ꝙ nunciatio propriè est, quando fit ver
bo, quòd tunc habet locum edictum prætoris de satisdatione,
sed quando fit ꝑ iactum lapilli, vel per prætorem non est pro-
priè nunciatio, sed prohibitio. ita secundum eos appellat text.
in d. § meminisse. Mihi videtur, quòd ille tex. sub vna constru-
ctione loquatur de omni. trib. dicit. n. formaliter tex. melius est
per prætorem, vel iactum lapilli prohibere, quàm de ope. nou.
nun. ecce, ꝙ sub eo. verbo prohibere, ponit illud nou. ope. nun.
Secundò, ꝙ imo illa, quæ fit per prætorem dicatur nunciatio,
est text. in l. si opus. j. eod. ¶ Præterea sm̃ istam opi. multum re
stringeretur, imo violaretur edictum prætoris positũ in l. præ-
tor. §. hoc interdictum. & §. de indeb. j. eod. vbi prætor præsti-
ta cautione nunciatum permittit edificare, ꝙ si restringatur so
lum ad nunciationem factã verbo, esset nimia violentia, & re-
strictio ad illos text. quid tenendum ad ista iura? Iac. de Are. &
Ang. in d. §. ait Iul. aliter concordant omnia ista iura, & fortè
non malè, & tenent ɔ̃ opi. Raph. s̃. relatam. dicunt. n. ꝙ aut nũ-
ciatio fit simplici verbo, & tunc procedit iste. § ꝙ statim facia-
mus aduersarium possessorem: aut nunciatio fit iactu lapilli,
vel per prætorem, & tunc præstita satisdatione fit possessor. ita
loquatur. d. §. ait Iul. ante verò præstitam satisdationẽ non ef-
ficitur possessor. ita loquatur. d. §. meminisse. isto modo con-
cordabuntur ista tria iura, & ꝙ iste tex. loquatur de nunciatio-
ne facta simplici verbo, satis potest persuaderi. quia de illa sem
per est visus loqui Iurisconsul. in ista l. vsque ad hunc. §. tñ ad-
uerte, ꝙ gl. in d. l. ait Iul. tenuit de directo ɔ̃rium, qa tenet, ꝙ il-
le. §. ait Iul. loquatur in nunciatione facta verbo. secus si esset
facta iactu lapilli, vel per prætorem secundum glo. ibi. ego vlt.
loco aliter cõcordo ista iura, & dico, ꝙ facta nunciatione sim-
plici verbo statim aduersarius fit possessor. text. est hic forma-
lis. tamen vt. j. dicunt Bart. & Doct. videtur vi à me possidere,
& est text. de hoc in l. 1. §. sed & si quis iactu. & melius in l. seq.
j. ꝙ vi aut clam. sed postquam præstitit satisdationem, licitum
est ei ædificare. istud est ꝙ propriè dicit text. in d. §. ait Iul. & est
ratio, quia lex concedit nunciato præstita satisdatione, vt lici-
tè procedat in opere. l. prætor. §. deinde. j. eod. ex hoc ergo cõ-
stituitur possessor, vt dicit text. in verbo, hoc ipso, eo quia prę-
d stita satisdatione nuncians[d] scit se posse repelli, ergo perdit
possessionem. l. clam possidere. §. fin. & sequen. & l. si id, quod.
§. fin. ff. de acquir. poss. ista videtur mihi aperta veritas ad ista
iura, & hoc communia sequendo pręter ea, quę tenui in §. nũ-
2 ciatio. infra ead. l. † & si diceretur tu teneas, quòd facta nuncia-
tione

ADDITIONES.

a ¶ Inducta. Adde Alex. in l. si donatione. col. 5. C. de collat. PVRPV.
b ¶ Respondet. Adde, ꝙ opin. commu. tenet Ias. in l. 1. in prin. colu. 8. s̃. eod.
c ¶ Nunciatio. Idem tradit Ias. in l. in prouinciali. §. 1. col. 4. j. eod. PVRPV.
d ¶ Nuncias. Hanc rationem. s̃. reprobat in fin. col. 2. PVRPV.

tione verbo, bene aduersarius statim efficiat possessor, vt hic, si non iustus, quia vi à me possidet, vt dicunt Bartol. & Docto. hic, istud non videtur bene dictum, quia imò iustè possidet, qui prætore auctore possidet. l. iustè. ff. de acquir. pos. Rndeo, quod prætor non permittit eum simpliciter iustè possidere, patet, quia non pemittit sibi ædificare, imò si ædificaret non obtenta remissione, dat interdictum demolitorium contra eum. d. l. prætor. in prin. & §. deinde. infra eo. ita teneo, & firmo ad ista iura. Glo. in verbo aduersarium. diuide in tres partes. In prima remouet vnum dubium. In secunda remouet aliud. In tertia quærit. Secunda ibi, sed quare. Tertia ibi, secus vbi. ¶Not. vlt. diligenter,
3 quod tenet Bar. in vlt. opp. † quod patientia dñi, quamuis sit violenta, sufficit ad causandum quasi possessionem, quæ requiritur in iurib. acqurendis, & ita amplia illud, quod tenet Bart. in l. 1. & 2. C. de serui. & aqua. in l. j. §. deniq; ff. de aqua plu. ar cen. & credo, quod ratio istius dicti possit esse, quia adest voluntas, licèt cùm vi, aut metu, quia voluntas coacta, voluntas est. l. si mulier. §. pen. & ibi no. Bar. ff. quod metus cau. ¶Additio. Cõtra istud vltimũ no-
a tabile expressè tenet Bart. in l. si prius. in 7. opp. [a] infra eod. vbi propriè facit differenriam inter possessionem corporalem, & quasi possessionem seruitutis, vt illa per nũciationem acquiratur, alia non mouetur, quia dñs, quando nunciat nouũ opus verbo non põt transferre quasi possessionem seruitutis, quia eam non hobebat. nemo. n. in re sua põt seruitutem imponere. l. vti frui. ff. si vsufru pet. si ergo non habebat seruitutem, quomodo ipse potuit in alium transferre, quod ipse non habebat. l. decem. ff. verb. oblig. tu aduerte, quia Barto. melius loquitur hic, nec obstat fundamentum suum, quia regula, quæ habet, quod quis non potest dare, quod non habet. l. traditio. infra de acq. rerum dom. procedit, quando quis non habet rẽ, nec actu, nec habitu, nec potentia, sed si vnum ex istis modis habeam, possum transferre. doctr. est Pau. de Eleaza. in c. cura. de iure patr. modo dominus habet potentiam, vt in re sua possit pati seruitutem imponi, ergo illud potuit transferre, ita ipse legendo tenuit.

ADDITIO.

a ¶In 7. opp. In 4. col. ver. tenendo verò istam lecturam. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *In quibus casibus possit denegari audientia.*
2 *Prætor contemptus non solùm potest ipse denegare audientiam, sed etiam mandare quibuscunque iudicibus, vt illi denegent audientiam.*
3 *An agens, vt declaretur sibi ius esse ita ædificatum habere, repellatur ipso iure, an ope exceptionis.*

§. Sed si is, cui.

Not. ex text. ibi, denegare ei actionem prætor debet. casũ in quo alicui denegatur andientia. s. quia contempsit edictum prætoris mortui, idem est si cõtemneret pceptum prætoris viui. tex. est in l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum decreto. ff. ex
1 qb. cau. maio. † Quatuor alios casus in qb. denegatur audiẽtia [a]
a enumerat gl. in c. in noĩe dñi. in ver. audientia. 22. dist. habet in c. ad abolen. de hæret. adde, quod non solùm põt denegare audiẽtiam in cã, in qua contempsit ipsum prætorem, sed ẽt in omni alia cã. gl. est sing. in d. §. sed & si dum decreto. in gl. mag. ad fi. quam gl. ad hoc reputat no. dignã Bal. in l. cõsentaneũ. in 6. col. C. quõ, & qñ iud. vbi limitat verũ inter easdẽ psonas, quod no. & illam gl. dicit esse sing. Bal. in c. grauis. in 7. col. vbi aliter limitat. de resti.
2 spol. & in c. 1. in 6. col. de rescrip. ¶† Scdò adde, quod prætor cõtemptus non solùm ipse põt denegare audientiam, sed ẽt põt mandare qbuscunq; iudicib. vt illi denegent audientiam, ita dicit Bal. in c. cũ venissent. in 3. col. de iud. per gl. in d. §. sed & si dũ decreto. Tertiò adde, quod ille cui denegatur talis audiẽtia, nõ põt appellare, ita tenet Bal. in cõclusionib. veris. in ver. & nõ appellatus cui denegatur audientia. ¶Addi. Circa istũ. §. dũ Bar. dicit, quod iste, qui spreta nunciatione ædificabat, poterat agere interdicto vti possidetis. tñ nõ cõgnouit lræ. adde, quod imò nec in se est verum, nã qñ alicui est nũciatũ nouũ opus, & pcedit ædificando spreta nũciatione, ædificãdo acqrit possessionẽ violentã. l. 1. §. sed si qs iactu. infra quod vi, aut clã. Bar. in l. de pup. §. meminisse. infra eo. modo violẽto possessori nõ cõpetit interdictũ vti possi. l. 1. in prin. & §. fi. ff. vti poss. ergo &c. potes dicere, quod iste qui ędificabat spreta nũciatione, ædificabat in suo, tũc nõ pcederet argũ, quia ex quo ædificat in loco quem possidet, per nunciationem non efficit violentus possessor. l. de pup. §. meminisse. ver. at si sit in suo.
3 infra eo. exẽplificaui hoc modo limitãdo Bar. ¶† Gl. in ver. ædificatum. inquantum Bar. 1. quærit, an iste agens, vt declaretur sibi ius esse ita ædificatũ hre, repellatur ipso iure, an ope excep & rñdet, quod ope excep. ne fiat præiudicium interdicto. l. fundi. & l. fundũ. infra de excep. qa ista verba vñr obscura, si reducãtur ad practicã, dico, quod intentio Bar. est quærere, an pcessus sit ipso iure nullus, an verò sit opus, quod excipiatur à parte, & conclusio est bona, quod est necesse, quod excipiatur à parte, aliàs si pars nihil exciperet, fieret præiudiciũ interdicto demolitorio posteà intentando, qa si pronũciaretur ius esse ędificãri ita ædificatũ habere, non posset amplius intentari interdictum ad opus demoliendum, & sic fieret illi præiudicim, prout in simili hr in d. l. fundi. adde pro conclusio. Bart. melius facere, quia qñ l. dicit actionem denegari, vt hoc text. intelligitur ope except. & non ipso iure. l. 2. in princip. & ibi Bartol. ff. ad Velleian. l. 1. in princ. & ibi not. Bartol. ff. ad Macedo. & l. 1. §. si sit sublata, & ibi Barto. ff. ad Trebel. cum similib. & alijs concord. dixi in l. nam posteà. in prin. vbi Bar. ff. de iureiur.

ADDITIO.

a ¶In quibus denegatur audientia. Adde Specu. in tit. de pet. & pos. in §. 2. Ant. de But. in cap. dilectus. el secondo. de rescrip. Lud. Roman. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Si partes sint in concordia, iudex debet contentari, & concordiam approbare.*
2 *Opus nouum dicitur fieri, quando alteratur pristina facies rei.*
3 *Si princeps committit causam alicui ordinario adiecta clausula, quòd cognoscat, vel procedat summariè, de plano, ex quo est alterata iurisdictio ordinaria, intelligitur esse delegatus in illa causa, & non ordinarius.*
4 *A sententia Episcopi, quando est ordinarius appellatur ad Metropolitanum si verò Delegatus ad Papam.*
5 *Statutum, quòd Potestas, vel Vicarij procedant in causis non obst. exceptione præscriptionis, licèt vigore huius statuti non possit opponi exceptio præscriptionis ad impediendum processum, vel litis ingressum, tamen postea Potestas in meritis causæ, & in sententiando debet sequi exceptionem præscriptionis.*
6 *Prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatib. suis etiã quo ad bannum, & consequenter quo ad pœnam.*
7 *Prorogatio termini non est nouatio, quia si esset nouatio, perimeretur obligatio pignorum, & pena promissa.*
8 *Prorogatio termini intelligitur facta cum repetitione iuramenti, quòd erat in primo termino.*
9 *Creditor potest prorogare, & remittere iuramentum debitori.*
10 *An bannum à iudice datum possit pars remittere.*
11 *An partes possint de communi consensu litigare coram iudice non suo sine licentia sui iudicis.*
12 *Glossa in dubio præsumitur tenere illam opin. quam in fi. ponit.*
13 *Vbi iudex habet aliam qualitatem in subditum, quàm simplicem iurisdictionem, non potest subditus prorogare in alium iudicem sine eius cõsensu, vt patet in vassallo.*
14 *In his, quæ sunt reseruata Principi, non posset subditus Imperatoris prorogare iurisdictionem sine eius consensu.*

§. Et post operis.

¶Not. text. ibi, *quid. n. aliud agebat prætor, qui frequenter*
1 *in causis.* † quòd si partes sunt in concordia iudex debet contentari, & concordiam approbare. Adde alium not. text. in l. fi. ff. fam. ercis. Limita in alimentis de futuro relictis in vltima voluntate, in quib. etiam si partes sint ad inuicem concordes, prætor tamen non debet sequi eorum voluntatem, sed animi sui sequi votum. text. est in l. cùm hi. in princip. ff. de transact. & ibi Angel. not. illum text. pro limitatione huius tex. & ratio est, quia fauore alimentorum de futuro, & vltimæ voluntatis, lex resistit, & prohibet talem conuentionem fieri, cùm fieri non possit inconsulto prętore, & sine causę cognitione. dicta. l. cùm hi. & l. de alimentis. C. de transact. Vltimò fallit ista regula in criminalibus, in quibus cùm agatur de interesse publico, iudex non debet sequi concordiam partium, vt hic in glo. & ibi di-
2 cetur. ¶† Not. in vers. opus, quòd dicitur opus nouum fieri, quando alteratur pristina facies rei, vnde ex hoc text. not. Paul.
3 de Cast. & d. Alex. † quod si Papa, [a] vel Princeps committat Po-
a testati, vel iudici ordinario causam adiecta clausula, quod cognoscat, vel procedat summariè, & de plano, quod ex quo ... alterata iurisdictio ordinaria, intelligitur esse delegatus iudex ... & sic nouus iudex, non autem ordinarius. alleg. not. in cap. ... cèt vndique. de off. ord. & in cap. cùm aliquib. de rescrip. in 6. ...

ADDITIO.

a ¶Si Papa, vel Princeps. Adde Lanfranc. in clementina sæpe. de verborum significatione.

Ista decisio est in practica multum vtilis, ideo circa eã aliquantulum insistam. Effectus est magnus, quia à sententia Episcopi, quando est ordinarius, appellatur ad Metropolitanum. Sed si esset delegatus Papæ, appellaretur ad solum Papam. l. 1. §. 1.
a ff. quis & à quo appel. Item salaria [a] non dantur ordinarijs, sed bene delegatis. c. cùm ab omni. vbi no. Doct. de vi. & hon. cler. Adde, licèt ipsi non dicant, ꝙ per istam clausulam, quæ quotidie apponitur, quòd procedat summariè, simpliciter. &c. censeatur delegatus, tenet not. Bal. in addi. Spec. in tit. de leg. in vlti. col. quem alibi sequitur simpliciter. D. Alex. in l. more. in 5. col. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi reputat notabile, & quotidianum. adde etiam, ꝙ idem tenet Ang. in consi. 137. ꝙ incip. visis omnibus statutis. ad fi. idem tenet Pau. de Cast. in l. & si prætor. ff. de offic. eius. idem tenet D. Lanfr. Brixi. in commen. c. quoniam contra falsam. in 2. char. de proba. & sic ista decisio est indifferenter approbata, & eam multum obseruant Potestates nostri
* ciuitatum. Ego autem puto, ꝙ ista decisio per *omnes* approbata non sit vera, & pondera, ꝙ quamuis Papa, vel Princeps scribendo ordinario, ꝙ procedat, vel cognoscat summariè, simpliciter, & de plano, & sic verum sit, ꝙ quo ad modum procedẽdi videatur alterare iurisdictionem, & sic quantum ad processum videatur facere delegatum, tamen in sententiãdo, & pronunciando nihil alterat, imò vt plurimum Papa, vel Princeps dicunt, iustitiam faciat, iudicet id, ꝙ iuris erit. dico. n. ꝙ in ꝓcedendo iste bene dicetur delegatus, sed in sententiando erit ordinarius. istud in terminis tenent Iac. But. & Bal. in l. qui procuratorem dat. in prin. ff. de procu. nec obst. ꝙ cui mandant præcedentia, intelligantur etiam similiter mandata sequentia. d. l. qui procuratorem. quia respondet, ꝙ istud est verum, qñ sequentia essent necessaria, sed nos habemus, ꝙ alicui potest denegari solũ processus. tex. est in Auth. ad hæc. C. de iudi. & licèt Bal. in addi. Spe. in d. tit. de lega. in vlt. col. sibi de directo cõtrarius reprehendat istam decis. Iac. But. illa ratione, quia non debet vna, & eadem res diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Pau. de Cast. in d. l. & si prætor. dicit, ꝙ habuit istum casum de facto, & ꝙ vidit Bal. reprobantem illam decis. Iac. But. non refert tamen in quo loco, nec plus dicit, sed mihi plus placet decis. Iac. But. quam Bald. eo quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. age. cum simil. C. de transac. confirmo per illud, ꝙ sing tenet Bal. in consi. 171. quòd incip. dubia occurrentia, aliàs incip. consilium popu
5 li habens potestatem &c. in quinto dubio princ. † Decidit ibi. Bar. quòd si per statutum sit ordinatum, quòd Potestas, vel Vicarij procedant in causis non obstante exceptione præscriptionis, quod licèt vigore istius statuti non possit opponi exceptio præscriptionis ad impediẽdum processum vel litis ingressum, tamen postea Potestates in meritis causæ, & in sententiando debent sequi exceptionem præscriptionis. mouetur Bart. quia statutum dicit, ꝙ Potestates possint procedere non obstante exceptione præscriptionis, pondera ꝙ statutum dicit procedere, non autem dicit sententiare, ꝙ valde teneas cordi, quamuis
b videretur, ꝙ isto modo illud statutum in effectu [b] esset impositum verbis & non rebus, contra l. 2. in fi. C. commu. de leg. non obst. quòd eadem res non debeat diuerso iure censeri, quia dico ꝙ non eadẽ est res, quia vt dixi, potest processus expediri, vt à delegato, sententia verò vt ab ordinario. d. Auth. ad hæc. C. de iudi. cogita tamen in prædictis, quia non reperio aliquẽ in istis terminis contradicentem, & prima decisio est approbata per omnes. ¶ Extra gl. in 1. q. Bar. non diligenter regulã, quam
6 tradit Bar. † ꝙ prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus suis etiam quo ad bannum, & consequenter quo ad pœnam, & ita loquitur regula Bar. multo ergo fortius, vbi non tractaretur de pœna alleg. Bar. l. 2. §. si iudex. ff. de iudic. quæ parum, vel nihil videtur facere. D. Alex. hic addit pro ista regula. l. Labeo. 2. §. fi. cum l. seq. ff. de arbi. l. itẽ quæritur. § q impleto. ff. loc. l. sed & si manente. ff. de preca. sed istæ leges parũ faciunt ad regulam Bar. & sic quo ad pœnam. Tu ergo pro regula principali Bar. ꝙ in prorogatione termini intelligatur etiam prorogata pœna, quæ erat in termino, adde duos text. Primo tex. in l. lecta. ver. dicebam. & ibi Pau. de Cast. & melius Alexã. in 5. no. ff. si cer. pet. vbi prorogatio termini facta debitori super mutuo intelligitur cum vsuris, sed vsura est pœna. l. qui sine. ff. de nego. gest. Secundò facit tex. in l. Celsus. §. item ait. ff. de arbi. & ꝙ etiam pœna censeatur prorogata, tenet Bald. in c. venerabilem. in pen. col. de elec. Bal. in l. acceptam. in 7. q. C. de vsur. & in l. vnica. in 10. q. C. de his, quæ pœn. nom. Adde etiam, ꝙ idem de pœna no. Pau. de Cast. in l. insulam. §. 1. ff. loca. vbi dicit esse tex. de hoc inducendo, vt ibi per eum. idem no. Pau. de Cast. in l. cùm in plures. §. lege. ff. loc. & Pau. de Cast. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. per illum tex. ĩ. de verbo. obliga. facit quia prorogatio termini intelligitur facta sub eisdem pignorib. pœnis, renunciationib. & clausulis, prout erant in primo termino. tex. no. in l. legem. C. loc. Bal. ibi no. & reputat menti tenẽdum. est bona gl. in l. Aemilius. in prin. in verbo restitui. ff. de minorib.
7 † Tu autem ex prædictis pulchrè potes inferre, ꝙ prorogatio termini non est nouatio, quia si esset nouatio, tolleretur obligatio pignorum, & pœna promissa. l. solutum. §. nouata. ff. de pigno. act. ꝙ valde nõ. ad ea, quæ traduntur in l. singularia. ff. si cer pet. nota ẽt ad materiam fideiussorũ, de qua plenè dixi in l. 1. C. de iudi. ¶ Addi. Adde, quòd contrarium tenet glo. & Bart. in l. pen. ff. de præto. stip. & credo, quòd omnes sequantur, tamen videtur verius, ꝙ non fiat nouatio. nam hodie non fit nouatio, nisi expressè. l. fi. C. de noua. §. præterea. insti. quib. mod. tol. obli. ergo &c. ¶ Tu etiam pondera vltra alios Bar. hic sentire, si be-
8 ne inspexeris, † quòd prorogatio [c] termini intelligitur facta etiã
c cum repetitione iuramenti, ꝙ erat in primo termino, ita ꝙ si non soluat in secundo termino prorogato, incidat in periuriũ, & possit conueniri coram iudice ecclesiastico. quod not. quia maximi momenti est. idem & clarius tenet Barto. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. in prin. in pen. col. ad fi. ff. de verb. oblig. Host. & Ioã. And. in c. præterea requisisti. de appel. & latè Bal. in c. venerabilem. in 6. colu. & seq. de elec. sed contra istam conclusionem ego allego fortem tex. in c. pen. de iureiu. vbi iuramentum non extenditur etiam ex expresso consensu, sed requiritur expressa iuratio. & per illum tex. no. D. Ant. & D. Abb. ibi, ꝙ si partes dederint licentiã notario extendendi instrumentum, prout vult, tamen non potest notarius addere iuramentum, si formaliter non intercessit, & illum tex. reputat sing. Do. Anto. in c. excommunicato. in 6. colu. de rescrip. Sed defendo decisionem Bar. per vnam sing. limita. quam ad tex. d. c. penul. ponit sing. Bar. in l. fin. C. de vendi. rer. ciui. lib. 11. per glo. ibi, vbi dicit Bar. quòd tex. in d. c. pen. procedit, quando iuramentum præteritum continebat aliud, tunc non extenditur ad istud, ꝙ est aliud, ita loquitur ille tex. secus si idem contineret. glo. est ibi sing. & sequuntur Ang. & Ioan. de Plat. ibi, sed in proposito nostro dicitur idem contineri. l. sed & si manente. ff. de preca. quia in terminis prorogatis censetur idem in effectu, vt ibi. & l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. loca. ¶ Vltimo not. aliam regulam
9 Bartol. † quòd creditor potest [d] prorogare, & remittere iuramẽ
d tum debitori cap. 1. & c. debitores. de iureiuran. idem no. Barto. in l. Labeo. & ibi latius Albe. ff. de iureiur. Bald. in Authẽ. quod eis. C. de nupt. adde pro ista regula multos text. Text. in l. fina. in princip. ff. qui, & à quib. & text. in cap. præterea. primo. vbi Can. ad hoc not. de spons. & text. in cap. significauit. de censi. & text. not. in cap. consuluit. in verbo parabolam iuramenti. de vsur. Secundo ad regulam adde, quòd no. Bald. in cap. ego. circa fin. arg. illius tex. de iureiuran. quòd dominus potest relaxare iuramentum vassalli, & ipsum absoluere à vinculo iuramenti. Tertiò ad istam regulam adde quod sing. decidit Io. And. in addit. Spec. in 4. par. tit. de iudi. §. sequitur. in addi. quæ incip. ibi, in §. ad hæc. in fin. ꝙ si pater veniens ad mortem, & habens duos filios fecit eos iurare de hæreditate non diuidenda intra decem annos, decidit Io. And. ꝙ mortuo patre possunt ipsi fratres ad inuicem sibi remittere iuramentum, quia cùm tale iuramentum sit præstitum in fauorem ipsorum, possunt ipsi iurantes remittere. alleg. ad hoc tex. in c. præterea. de spons. Quartò adde quod fortius tenet Bar. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo, aliàs ò Procule. in princip. ff. de verb. oblig. in pen. col. vbi tenet, ꝙ si creditor prorogauit terminum iuramenti, postquam certum est promissore non posse in termino adimplere, ꝙ adhuc ista prorogatio facit, vt promissor non sit periurus. Adde tamẽ secus esse, si debitor iam in periurium incidisset, quia creditor non posset amplius remittere, secundum Bar. & alios in d. l. Labeo. Bal. in d. Auth. qđ eis. præalleg. Abb. in c. 1. de iureiur. & est satis de mente Bart. hic. Quintò, & vltimò ad istã regulã adde, & for-

ADDITIONES.

a ¶ Salaria. Adde Doc. in c. statutum. de rescrip. lib. 6.

b ¶ Effectu. Imò effectuale, quia exceptio præscriptionis impediret litis ingressum, vt ibi per Bar. PVRPV.

c ¶ Prorogatio. Adde, ꝙ prorogatio cum noua qualitate est noua concessiõ. Alex. consi. 151. nu. 1. lib. 6. quæ prorogatio extendit, & nouat actum prorogatũ, teste Dec. consi. 93. & intelligitur fieri cum oĩb. qualitatibus rei prorogatæ. l. lectã. vbi Alex. & alij. ff. si cert. pet. l. sed & si manente. ff. de precar. & si aliquid substantiale mutaretur, non diceretur prorogatio, quæ conclus. limitatur infra in iuramento. secundò in pœna. Quæ omnia declara, vt per Hippol. sing. 300. Fely. in c. 2. nu. 34. de sponsal. Capel. Tolos. q. 181. Dec. in c. de causis. nu. 6. & 7. de offi. deleg. MASVER.

d ¶ Creditor potest. Adde c. 2. de renunc. Card. Zaba. in cle. 1. in §. nos itaque. in §. quæst. de iureiuran. Ray. in summa titu. de iureiur. in §. item pone. Spe. eod. titu. in ver. item pone Sanctum Thom. 2. 2. q. 89. arti. 6. in responsione ad secundum argum.

& fortius,quòd ſi creditor prorogauit terminum procurato-
ri abſente,& ignorante debitore , qui iurauerat ſoluere in ter-
mino,& debitor ignarus prorogationis patitur labi terminũ,
tamen non dicitur periurus,ita determinat Alber.poſt Gul. de
Cun.in d.l.Labeo.ff de iureiu. vltra eum pro hoc allego bonũ
tex.in l.qui decem.§.ſi cùm mihi Stichum.ver.ſed quid ſi igno
rante.ff.de ſolu. vnde talis prorogatio excuſat debitorem quã-
uis ignorantem à mora,& à periculo interitus.Sed ego habeo,
ꝙ ea quæ impediunt committi moram, impediunt etiã com
mitti periurium,& quicquid excuſat à periurio &c.tex.in cap.
breui.de iureiu.ponunt Bar.& alij in l.quod te.ff.ſi cer.petatur.
10 ¶Addi.Circa primam.q.Bar.† dum quærit,nunquid bannum
à iudice datum poſſit pars remittere, aduerte quia Bar. non in-
telligit de banno in relegatione,quia tunc verba ſua non con-
gruerent,ſed intelligit de banno,ꝙ datur alicui contumaci , q
noluit comparere,vel alio modo, qui poteſt banniri per iudi-
cem,& dr̃ illa bannitio,ſententia interlocutoria , & ideo nimi-
rum.ſi ad libitum poteſt reuocari,iuxta. l. quòd iuſſit. ff. de re
iud.& ideo ſi intelligeretur bannum.i.relegatio,certè illud bã-
num nec iudex,nec pars poſſet reuocare , per tex. quem fortè
alibi non habes in l.relegati.in fi. ff.de pœn. & ita Bal. declarat
in l.1.in 4.col.ver.ſi autem bannito pro ꝯtumacia.C. de heret.
in ver.latè declarat quid ſi bannum.¶Secundò adde dum Bar.
pro opi.Gul.alleg.l.fi.ff.de offic.procur.Cæ.ſ.ille tex. non videt̃
facere,quia ibi nedum pars poteſt reuocare prohibitionem,&
bannum,imò nec iudex.nos autem loquimur , quando iudex
poterat,& ideo non videtur facere. ¶Tertio adde dum allega.
a tex.in l.2.in fi C.de lib. [a] & eorum lib adde,ꝙ ille tex.eſt valde
ſing.ex quo infert ibi Bal.ꝙ Doctor, ſi propter delictum priua
tur doctoratu,nõ poteſt doctorari niſi ab Imperatore, vel Pa-
pa,ad quod adde tex.formalem.in l.2.C.de diuerſ.offic.lib.12.
ex quo nouiter,& ſingulariter infero , ꝙ filius legitimatus , qui
per ingratitutem poteſt reduci in ſpurietatem , vt dicit ſingul.
Bal.& alibi non habes in c.1.§.filij nati.in fi ſi de feu.fue. ꝯtrou.
inter dom.& agna.in vſi.feu.& filius emancipatus , qui per in-
gratitudinem poteſt reduci ad patriam poteſtatem. l. 1. C. de
ingr.lib.certè iſte per ingratitudinem redact. in ſpurietatẽ non
poſſet poſteà per Comitem Palatinum legitimari ſine Impe-
ratore,nec filij redacti in poteſtatem poſſent emancipari ſine li
centia Imperatoris,ꝙ tene perpetuò menti.ita ipſe legit.& ad-
de Bal.in l.2.C.de indi.vi.tol.dum loquitur de tabellione. ¶Cir
11 ca ſecundam.q.Bar.†an partes poſſint de communi conſenſu
litigare coram iudice non ſuo ſine licentia ſui iudicis , idem ꝑ
hic,tenet Bar.in l.1.ff.de iudi.¶Vt rem clarè habeas,tu ex om-
nibus dictis Bar.fac regulam,& duas fallen. Regula eſt, ꝙ par-
tes poſſunt de communi conſenſu litigare coram non ſuo iu-
dice ſine licentia ſui iudicis,& ſic correlariè habes, ꝙ in proro-
gatione iuriſdictionis non requiritur licentia proprij iudicis.
Pro iſta regula Bar.poſt Iac.de Are.pondera iſtum tex. ſed cer
tè iſte tex.prout etiam dicit Raph.Cuman.nihil facit,quia per
prorogationem iuriſdictionis in alium iudicem partes non di
rimunt litem,imò transferunt ad alium iudicem , ſed in hoc.
§.tex.loquitur,quando dirimunt concorditer litem, quo caſu
per hoc non ſit iniuria ſuo iudici,ſed prorogando iuriſdictio-
nem in alium,fieret iniuria proprio iudici.Secũdò probat Bar.
iſtam reg.quia non reperitur lex de iure ciuili,quæ talem con-
ſenſum ſui iudicis requirat.Tu adde melius, ꝙ imò tex. in l. 2.
§.de iud.requirit ſolùm conſenſum ipſarum partium in proro
gatione iuriſdictionis , & non licentiam ſuperioris . facit bene
gl.in c.Romana.in prin.in ver.clericorum.de foro compet.in
b 6.quæ iuncto tex.probat, ꝙ præterquam in clericis [b] regulari-
ter poteſt fieri prorogatio alterius iudicis ſine licentia ſui pro-
prij iudicis.Iſta regula fallit primò ſecundum Barto.in clericis,
qui ſine licentia Epiſcopi non poſſunt coram alio litigare.text.
eſt in c.1.& in c.ſignificaſti.de foro compe. punctus eſt videre,
quæ ſit ratio ſpecialitatis in clericis.Bart. videtur duas rationes
ſentire. Prima,quia Epiſcopi habent iuriſdictionem perpetuã,
& ſic propriam,alij temporalem,quam rationẽ Imo. hic ple-
nius proſequitur.Secunda ratio Bar. quia clerici tenent Eccle-
ſias,quæ ſunt tributariæ ſuis Epiſcopis. vnde infert , ꝙ ſi eſſent
clerici,qui non haberent Eccleſias vel præbendas, poſſent pro-
rogare ſine licentia Epiſcopi , & ſi eſt hoc verum,eſt ſingularis
limitatio ad d c.1.& c.ſignificaſti.Do.Alex.hic tenet,quod non
poſſit dari bona ratio diuerſitatis inter clericos,& laicos,prout
etiam tenet Imo.in c.P.& G.de offic deleg.& refert D.Alex.ali
quas rationes,quas reprehendit.tu dic, ꝙ eſt ratio , quia clerici
ſunt magis aſtricti ſub prælatis,quàm ſeculares ſuis ſuperiorib.
ita dicit Dom Anton.in d.c.P.& G. & licèt Imo. ibi reprehen-
dat Alex.hic,quia etiam laici debent pariter ſuis ſuperioribus
obedire.c.2.de maio.& obed.& in l.vnica.in princ. ff.ſi quis ius
dicen.non obtemp.Tu tene iſtam rationem,& confirma,quia
clerici à ſuo Epiſcopo ſuſcipiunt ordines eccleſiaſticos,& non
poſſent ab alio recipere.c.cùm nullus.de tempo.ordi.in 6.ideo
magis ei aſtringuntur,quàm laici,in quib.iſtud ceſſat.Secundo
iſta regula fallit in feudatarijs,ſeu tributarijs alleg. Bar. ad hoc
gl.in c.Imperialem.§.præterea.vlt.de prohi.feud. alie. per Frid.
ſed Raph.Cum.& Lud.Rom.dicit,ꝙ illa glo.tenet totum op-
poſitum,& dicit Ludo.ſe admirari de eo,qui alleg. illam gloſ.
pro ſe,& eſt ei contraria,& ita per illam glo.Bal.tenet in l. 1. C.
ſi à non compe.iudi.Tu defende Bar. ꝙ imò illa gl.tenet cum
12 Bar.†quia licèt in fi.dicat,vel dicas referre,& glo.in dubio præ
ſumitur tenere illam opi.quam in fi.ponit, eſt verum niſi præ-
cedens ſit plenius examinata , & melioribus rationib. firmata,
tunc cenſetur tenere præcedentem,ſecundum gloſ. in l.qui fi-
lium.§.Sabinus.ff.ad Treb.Io.And in c.1.de ſent.excom.in no-
uel.in 6.& in c.1.de pœ.in 6.in nouel.no.in l.ſi idem cum eo.§.
fi.vbi dixi.ff.de iuriſd.omn.iud.ſed quicquid ſit de illa gloſ pro
Bart. habes text.expreſſum in c.ex tranſmiſſa. & in c.ex tenore.
13 de foro compe.†Hinc elicitur tertia fallen. ꝙ vbi iudex habet
aliam qualitatem in ſubditum , quàm ſimplicem iuriſdictio-
nem,non poteſt tunc ſubditus prorogare in alium iudicem ſi-
ne eius conſenſu,vt patet in vaſallo,iurib.præalleg.ita Inn.in c.
cæterum.de iudi.& ibi D.Ant.Hoſt.in ſumma tit. de fo. com-
pe.§.1.ver.& videtur.& D.Ant.in c.ex tranſmiſſa.& in prędi.c.
c ex tenore.Lud. hic, & Moder. [c] Hinc infertur, ꝙ iſta limitatio
Bar.procedit,quando vaſallus litigaret ſuper illa qualitate. ſ.ſu
per re feudali.ita loquitur propriè tex.in d.cap.ex tranſmiſſa.in
verſ.de ſæculari feudo.ſecus ſi de alia re litigaret, tunc non eſ-
ſet neceſſarius cõſenſus domini in prorogatione. ita tenet An-
gel.in l.1.ff.de iudi.Iac.Alua. in d.c.1.§.fi.de prohib.feu.alien.p
14 Frid.†Quartò limita vltra Bar.in his, quæ ſunt reſeruata princi
pi,vt in legitimatione & ſimilibus, in illis non poſſet ſubditus
Imperatoris prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu Impera-
toris,& è ꝯ.tex.eſt in c.per venerabilem.§.inſuper. & ibi Cano.
qui fil.ſint legi.& illum tex.reputat no. Alex. hic pro limitatio-
ne regulæ Bar.& reprehendit Pau.de Caſt.qui aliter ſentit,quã
Bar.ad illum tex. Adde,ꝙ idem in terminis tenent no. Bald. &
Iaco.de Alua.in d.§.fi.de prohi.feu.alie.per Frid.

ADDITIONES.

a ¶De lib.Adde,quę in ſimili ponit Iaſ.in l.de quib.col.18.ff.de legib.ſed quę-
dam de contractu videtur tenere Fely.in c.ex literis.3.col.de conſtitu.ſed il-
lud ſequitur Alex.in l.1.C.de profeſ.& med.lib.10.Fely.latè.in d.c.ex literis.
8.col. PVRPV.

b ¶Præterquam in clericis.Adde.l.priuatorum.C.de iuriſd.omn.iud.

c ¶Moder.Facit,quia quando qualitas dat iuriſdictionem,debet allegari.Alex.
conſi.77.1.vol.1.col. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt bonum argumen. competit remedium damni infecti , ergo & nunciatio,*

2 *Interdictum hoc non complectitur omnia opera , ſed ſolùm ea,quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum continere.*

§.Hoc autem edictum.

¶Additio.
Circa iſtũ
§.dum Bar.in fi.dicit nunciatio noui operis competit,quando
datur contra ſuccidentes arbores ad damnum repellendum.
alleg.l.fluminum.§.apud Viuianum.ĩ.tit.1.Cum hic dicit, ꝙ il
le tex.non probat,quia bene dicit, datur remedium damni in-
fecti,ſed de nunciatione verbum nullum . & aliud non dicit.
a ego comprobo [a] iſtam eius opi.& dico,ꝙ† non eſt bonum ar-
1 guere, competit remedium damni infecti , ergo & nunciatio.
probatur,vſufructuarius non poteſt nunciare.§.fi.ĩ.ead.l.& ta-
men ei datur remedium damni infec.l.qui bona. § ſuperficia-
rium.ĩ.tit.1.Item inquilinus non poteſt nunciare.l.ſi ego.§. fin.
ĩ.eo.& tamen datur remedium damni infecti.d.l. qui bona. §.
qui damni.in fi.Item contra purgantem riuos non datur nun-
ciatio.l.de pupillo.§.ſi quis riuos ĩ.eo.& tamen datur remediũ
damni infecti. l. 1, §. ſi quis purgati. ff.de dona. & ita ipſe legit.
¶In gl.mag.ibi,hoc non detur.Iſta prima ſolu. approbatur per
gl.& omnes,ſed punctus eſt quærere,quæ ſit ratio diuerſitatis,
quare contra ſuccidentem arborem non competat interdictũ,
vt eſt tex.hic, tñ cõpetit interdictum qđ vi aut clam.text.eſt in
d.l.ſi alius.§.notauimus.Imo.hic reſpondet,quòd ratio eſt quia
iſtud

ADDITIO.

a ¶Comprobo.Contra facit.tex.in d.§.apud Iulianum. iuncto. §. nunc videa-
mus.in fi.hac ead.l.

iſtud interdictum eſt magis priuilegiatum , eo quia ligat nunciatum ſiue iure,ſiue iniuria nuncietur.l.1.in princ. ſupra eodē. ideo reſtringitur,vt non habeat locum in caſibus, de quibus in hoc tex.ſecus eſt in interdicto quòd vi aut clam.Adde,licèt ip ſe non dicat , ꝙ iſtam rationem notabilius ante eum aſſignat Barto.in l.licitatio.aliàs locatio.§.quòd illicitè.in vlt. colu.circa med..infra de publi. vbi dicit, ꝙ in iſto. §. factum in ſolo ideo ſtrictius accipitur , vt non comprehendat ſuccidentem arbores , & quia in iſto titulo tractatur de odio irrationabili , quia iſtud interdictum habet locum ſiue iure , ſiue iniuria opus fieret,vt hac.l.in prin.ſecus eſt in interdicto quod vi aut clā, ideo ibi factum in ſolo latius accipitur.d.§.notauimus.Sed aduerte, ꝙ iſta ratio Bar.& Imo.ſalua eorum reueren.eſt falſa , qa imò etiam interdictum quod vi aut clam , habet locum ſiue iure, ſiue iniuria prohibeatur,ſicut hic,tex.eſt in l.1.§. 1. ff.quod vi, aut clam.Item non eſt verum , ꝙ iſtud edictū contineat odiū irrationabile,imò eſt fundatum in ratione,vt declaraui in principi.huius.l.in notabilib.dic,ꝙ Bar.ibi dicit rationabile, ergo &c. Limita tamen tex.in d.l.ſi alius.§.notauimus.inquantum text. ibi dicit contra incidentem arbores dari interdictum quod vi aut clam,vt procedat in arboribus,quæ perpetuò erant remāſuræ in fundo,vt ſunt arbores fructiferæ,vnde ille.§. non haberet locum in arborib. cæduis,puta in ſylua cædua, quæ ad hoc eſt plantata,vt in ſingulis quinque annis incidatur. l. diuortio. §.ſi vir in quinquennium.& §.ſi fundum. ff.ſolu. matr.ita limitat ſing.illum.§.ſolus Raph.Cuman.nihil tamen alleg. Iſtam limit.reprehendunt præceptores mei Dom.Iaco.Put. & Hieronym.Tort.hic, imò truffantur de iſta limitatione Rapha. quia dicunt eſſe de directò contra tex.in d.§.notauimus qui tex. ſecundum eos loquitur etiam in arboribus cæduis. ſ. in arundine,& ſalictis &c. ego autem teneo limitationem Rapha ad d. §.notauimus.& pro ea do tibi caſum legis expreſſum in l.ſi immaturam.in prin.ff.quod vi aut clam.& miror,quòd nec Raphael,nec iſti Mod.viderint iſtum text.ſecundum quem debet intelligi limitatio Raph.Sed quādo non eſſet ille tex.adhuc eſt vera limitatio Rapha.per text.in d.§.notauimus. vbi dicit text. ꝙ ſi aliquis incidat fructus ex arborib. non incidit in illud interdictum,ſed ſi incideret tales arbores cæduas , quando ſunt in tempore,dicitur fructus.tex.eſt in l.diuortio. §.ſi fundum.ff. ſolu.matr.patet,& ſecundò ex ratione decidendi poſita in d.§. notauimus.quia ſuccidere arbores,eſt inferre manus violētas terræ,quæ ratio ceſſat,quando incidit arbores cæduas,quia cū ſint in fructu.d.§.ſi fundum. auferendo fructus non infert manus violentas terræ.d.§.notauimus.& ſic teneo,quòd limitatio Raph.ad illum tex.ſit optima.¶Addi.Circa iſtam glo. adde,ꝙ Bar.& omnes laborant circa.§.notauimus.& tamen tex.hic,& ibi ponunt ſol.& eſt mirum,ꝙ Doc.non viderint. dicit.n. text. contra ſuccidentem arbores non datur interdictum hac rōne, quia interdicti verba non ſonant ad hoc.dicit.n.interdictum,ſi quis ædificando,vel demoliendo aliquid fecerit,ꝙ faciem operis mutat,datur hoc interdictum.modo ille,qui deſtruit arborem,non facit aliquid,ꝙ habeat inſtar operis,& iſtud eſt, quod
2 ad literam dicit tex.†*hoc edictum non omnia complectitur, ſed ea ſola, quorum ædificato , vel demolitio videtur opus nouum continere*. iſtud
3 clarius probatur per d.§.notauimus.†dicit enim text.quòd cōtra deſtruentem arborem datur interdictum quod vi aut clā. ratio,dicit text. quia verba interdicti latè ſonant. dicunt enim, *quod vi aut clam factum erit, reſtituas*. & ideo quia illa verba generalia ſunt,comprehendunt etiam ſuccidentes arborem, iſta autem verba huius interdicti nō competunt , quia magis ſunt reſtricta, & ideo debent intelligi,prout ſonant. l. Labeo. ſupra de ſupel.lega.

SVMMARIVM.

1 *Reficere,an ſit nouum opus facere.*
2 *Si ex forma ſtatuti de inſtrumento ſoluatur gabella, ſi quis reficiat inſtrumentum,non ſoluet gabellam.*
3 *Actus,qui non poteſt à principio ſine licentia principis fieri,poteſt refici ſine eius licentia.*
4 *Reficiens monaſterium , vel Eccleſiam in totum deſtructam,conſequitur ius patronatus.*
5 *Quæ requiruntur in confectione alicuius actus, requiruntur in eius refectione.*
6 *Si ædificium vetus ſit funditus deſtructum,& reficiatur , poteſt ei nouū opus nunciari,eo quia dicitur de nouo facere .*
7 *Valet argumentum à ſpeciali.*

§. Si quis ædificium.

¶Circa iſtū text. quæritur,vtrū reficienti poſſit nunciari nouum opus. Dyn. hic quatuor fundamentis concludit,ꝙ ſic,propterea infert,ꝙ in hoc tex.non poteſt ſtare litera reficiat,ſed debet eſſe fulciat. idem expreſsè firmat Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ī.eo.quamuis hic nō clarè ſe firmet.¶Pro clara intelligentia duo breuiter oportet exa-
1 minare.¶†Primò,vtrum reficere ſit opus nouum facere.Secūdò eſt videndum de intellectu huius text.vtrum bene ſtet litera reficiat.¶Circa primum Bar.concludit,ꝙ qui reficit,non dicitur propriè de nouo facere,ſed largè,& impropriè,prout dicit gl.in l.pen.ff.de mor.infer. Ego autem facio iſtam concluſionem , ꝙ reficere nō eſt opus nouum facere,& ſic de directo teneo contra Dy.hic,& contra Bar.in d.§.ſi eius riuos.ita mihi videtur,ꝙ dicant infiniti tex.ꝙ aliud eſt reficere,aliud nouum opus facere.ita dicit tex.hic alleg per gl.& Bar.in l.3.§.reficere. ff.de iti.act.priua.vbi dicit Iuriſc.longè aliud facere.eſt tex. in l. 4.C.de oper pub.& tex.in l.1.§.pen.ff.de mor.infe.& tex.in cap. conſuluit.de Iudæ.& tex.in l.fi.C.de Iudæ.Hinc eſt,ꝙ prohibi-
a ti ædificare ᵃ caſtra,non prohibentur reficere ſecundum Bald. & Ang.in d.§.pen.per illum tex.& gl.ff.de mor.infe. Pet.de An-
2 cha.in d.c.conſuluit. per illum tex.Hinc etiam eſt,†ꝙ ſi ex forma ſtatuti de inſtro ſoluatur gabella , certè ſi quis inſtrumentum reficiat,non debet ſolui talis gabella ſecundum D.Ant.de
3 But.in cap.3.per illum text.de Iudæ.† Hinc etiam videmus, ꝙ
b actus, ᵇ qui non poteſt à principio fieri ſine licentia principis, poteſt tamen refici ſine eius authoritate vel licentia.gl.eſt not. quæ tradit hanc doc. in c. cùm acceſſiſſent.in gl.fi. & ibi Cano. de conſti.& ibi Bal.in 9.col.& trib.ſequenti. Limita iſtam concluſionem non procedere , quando ædificium eſſet funditus, & omnino deſtructum , tunc reficiens dicitur bene de nouo facere.¶Iſta limitatio patet ex duab.notabilib. gl. primò ex gl. in c.de monaſt.18.q.2.vbi tenet,ꝙ in refectione monaſterij totaliter deſtructi requiritur licentia Epiſcopi, ſicut ſi de nouo fabricaretur , ſecus ſi non eſſet in totum deſtructum , quia tunc monachi poſſunt reparare , vel reficere ſine aliqua licētia Epiſcopi.Idem tenet Hoſt.in ſum.de Eccle.ædifi.§ fi.in fi. D. Abb. & alij in d.c.conſuluit.¶Secundò facit glo.no. in c. 3.in gl. 1.de
4 iure patr.†quæ vult,ꝙ reficiens monaſterium, ᶜ vel Eccleſiam
c in totum deſtructam efficiatur eius patronus , & conſequatur ius patronatus,ſicut ſi de nouo faceret , ſecus ſi non eſſet funditus deſtructa,& illam reficeret , quia tunc non conſequit̄ ius patronatus,& per illam gl.no.ibi D.Ant.de But. ꝙ de ꝯctu totaliter refecto debet ſolui gabella,ſtante ſtatuto, de quo ſupra. ſecus,ſi totaliter non reficiat̄,vt habetur in d.c.3. de Iudæ. Tertiò ad idem potes allegare aliam gl.de iure ciui.in l.damni.§. ſi is qui ædes.in verbo augeri.ff.de dam.infec.vbi gl.dicit,ꝙ ſi ruſticus promiſit militi aquam frigidam in æſtate,in domo ipſius militis,ꝙ ſi illa domus comburatur, & adhuc alia de nouo reædificetur,amplius non teneatur ruſticus.¶Vltra iſtas tres glo. adde pro iſta limitatio.tres bonos tex.in d.l.inter ſtipulantem. §.ſacram.in fi.ibi ſi vſque ad aream depoſita , licèt reficiat̄,alia erit.pondera,ꝙ ibi eſt tex.ꝙ quando ædificium eſt funditus deſtructum , tunc bene ſi reficiatur,dr̄ opus nouum. ſecundo facit tex.in l.ſi ita legatum.§.fi.ff.de leg.1. vbi ſi teſtator domum, quam legauit particulariter reficit , & nihil ex priſtina materia ſuperſit,tn̄ adhuc durat legatum,ſecus ſi eam funditus deſtructam reficit,extinguitur legatum,quia alia domus eſt . Tertiò facit tex.in d.l.quid tamen.in prin.quib.mod.vſusfr.amit. ¶Vltra tex.& gl.pro cōfirmatione bene facit,ꝙ no.Bar.in l. nuptiæ.
5 per illum tex.ff.de ritu nup.vbi no.†ꝙ ea quæ requirunt̄ in cōfeſſione alicuius actus,&t requiruntur in eius refectione:vn̄ refert,ꝙ ſicut à principio,cū conficitur inſtr̄m requiritur cōſenſus vtriuſq; partis,ita requiritur eo penitus amiſſo in ipſius refectione.Secundò ad idem facit,ꝙ no.Bald.in l. ſi vt proponis.2. C.de nup.vbi per illum tex. tenet, ꝙ ſi conſtitutio Eccleſiæ diſponat,ꝙ nullum fortilitium fieri poſſit inconſulto Papa , & aliquis velit reædificare fortilitium,ꝙ pp rebellionem funditus fuerat deſolatum, non pōt inconſulto Papa , pondera ꝙ Bald. cum myniſterio dicit funditus deſolatum.ita teneo,& ꝯcludo circa primum.¶Circa ſm intellectum huius tex.veritas infert̄
6 ex prædictis,†ꝙ ſi ædificium vetus ſit funditus deſtructum , & reficia-

ADDITIONES.

a ¶Aedificare.Adde omnib.iunctis Iaſ. ea,formaliter repetentē in l.ius ciuile. col.2.& 3.§.hoc autem edictum.ver.tertio principaliter.ff.de iuſt.& iur.
* Et vide quæ ſcribit Cagnol.in reg.l.domum.de reg.iu.& quid ſit reparare, & reficere, not.Bocr.q.44.vbi nu.5.quando poſſit reficienti nouum opus nunciari.Quid de eo,qui ex pacto tenetur reficere rem aliquam , ſi eam refecerit,& poſteà caſu diruta ſit,dic,quòd iterum reficere nō tenetur,teſte Crem. ſing.14.vbi Doc.in apoſtil.declarant. MASVER.
b ¶Quod actus.Adde gl.in verbo creatum.in cle.fi.de reſcrip. glo. in verbo ad promiſſa.de hære.lib.6.
c ¶Reficiens monaſterium.Adde Fely.in c.conſuluit.in 1.col.de Iudæ.

reficiatur, tunc potest ei nouum opus nũciari, eo quia dicitur de nouo facere, vt iurib. vltimò alleg. apparet, & in istis terminis procedit opi. Bar. in d. §. si quis riuos. Aut ædificium non est funditus diruptum, & tunc tene, ꝙ non potest eis opus nouũ nunciare, quia iste non dicitur opus nouum facere, prout dicunt text. s. allega. & ita propriè procedit iste tex. in verbo reficiat, secundum veram literam, quam habent boni libri, quicquid dicat Dy. eo quia, vt dicit tex. *veteri sustinendo remedium adhibet*, & ita etiam teneo hunc intellectum ad tex. contra Dy. & contra Bar. in §. si quis riuos. ita etiam tenent Pau. de Cast. & latius Dom. Alexã. hic, pro ista conclusione adde bene facere illud, ꝙ decidit Alb. hic, & in d. l. inter stipulantem. §. sacram. ad fin. 1. q. quam dicit fecisse de facto in excelsa ciuitate Mediolani destructum erat quoddam molendinum ex toto, vel quædam domus vsque ad aream, dominus incipiebat reædificare, quidam nunciauit sibi nouum opus, quærebatur, an posset ꝓcedere in opere spreta nunciatione, & videbatur, ꝙ sic ꝑ istũ. §. cum concor. contrarium refert Alber. fuisse obtentum, & iudicatum de facto, quia iste de nouo ædificat, non autem veteri sustinendo remedium adhibet, ꝙ est necesse, vt innuit iste. §. Item quia speciale est in d. l. de pupillo. §. si quis riuos. Itẽ quia dicitur aliud molendinum, & alia domus. d. §. sacram. in fine. ¶ Caue tamen, quia contra istum intellectum videtur fortiter
7 obstare tex. in d. l. de pupillo. §. si quis riuos, arguendo † à speciali per rationem ibi assignatam in tex. & tamen ibi nõ erat opus funditus destructum, & tamen est ibi speciale, quòd non possit nunciari reficienti cloacam propter publicum interesse, nisi diceres, prout ibi dicit Bar. ꝙ specialitas sit in illo tex. quòd etiam non domino reficienti non possit nunciari, ibi dicetur plenius super illo text.

SVMMARIVM.

1 *Quando nunciatio est manifestè calumniosa, potest licitè sperni.*
2 *Ciuitas Venetiarum cum sit ædificata in mari, est libera.*
3 *Aedificium cedit loco, nisi quando ædificatur in littore maris, vel in mari.*
4 *Quoties actus potest fieri ex vna causa tantum, illa etiam si non exprimatur, præsumitur.*

§. Nunc videamus.

¶ No. in ver. ꝙ si qs in mari. tria, ad quę
1 iste ver. est no. Primò secundum Bart. † ꝙ quando nunciatio est manifestè calumniosa, potest licitè sperni, & facit pro conclusione, quam tenet Bar. in prin. huius. l. in 3. col. ꝙ quando certũ est nunciantem non habere ius nunciandi, ꝙ nunciatio potest impunè sperni. Sed aduerte, licèt omnes ita communiter transeant, ad istum tex. potes dicere, ꝙ iste tex. loquitur, quando est defectus in substantia rei, & sic in materia, sed prædicta cõclus. Bar. loquitur, quando defectus est in causa, quia nuncians non habet ius nunciandi. Sed ego habeo, quòd magis non est defectus causæ, patet quia error circa rem semper impedit translationem dominij. l. 3. §. subtilius. ff. de condi. ob cau. sed non error circa causam. toto tit. ff. de condi. indeb. declarat Barto. in l.
2 eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. cogita tamen. Secundò † not. istum tex. ad illud, ad quod allegatur secundum Bart. hic, ꝙ ciuitas Venetiarum cùm sit ædificata in mari, quòd est libera, tñ secundum Bal. hic nõ est libera à iurisdictione Imperatoris, eo quia secũdum eum mare vniuersaliter sumptum est propriè Imperatoris. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. tu adde, ꝙ idem Bal. in rub. ff. de rer. diu. in 4. col tenet, ꝙ de iure gentium ciuitates in mari ædificatæ sunt ipsorum, qui ipsas ædificant. l. in tantum. ff. de rer. diui. hac ratione secundum eum Veneti prætendunt libertatem, quia non ædificauerunt ciuitatem in solo alieno sed sunt fundati in mari, vbi quod ædificatur de iure gẽtium est ædificantis, & istam vlti. decis. Bald. refert, & sequitur Alua. in c. 1. in princ. in pen. colum. in titu. quis dica. Dux, vel Marchi. in vsib. feud. D. Barth. Veron. in trac. seru. rusti. in tit. de mari. in 2. colu. & istud secundum est verius, sed quicquid est, de iure, Veneti ex priuilegio Imperatoris sunt exempti ab Imperio secundum Bar. in l. hostes. ff. de cap. & Bal. in c. sicut. vltimo. in 3. colum. de iureiu. & dicit Alber. de Ros. in l. cunctos populos. C. de summa Trin. se vidisse priuilegium liberatorium Venetorum ab Imperatore bullatum bulla aurea ipsius Im-
3 peratoris. ¶ † Tertiò no. ex eo. tex. secundum Imo. & Lud. Ro-
a man. fallentiam regulæ, quæ habet, quòd ædificium [a] cedit solo. l. 2. C. de rei vend. §. ex diuerso. cum sim. insti. de rer. diui. fallit hoc, quando ædificatur in litiore maris, vel in mari. Ratio fallentiæ est, quia ædificatur in communi, ꝙ occupanti conceditur. l. 1. & 2. & l. riparum. s. de rer. diu. & l. quòd in littore. ff. de aqui. rer. dom. Aliam similem fallen. ponit Bar. in tract. de alueo. in 7. colum. quasdam alias limi. tradunt hic Lud. & magister meus D. Alex. sed sunt extra materiam. non omitto tamẽ, ꝙ prædicta regula, quicquid ædificatur in solo alterius cedit domino soli, ista regula procedit etiam si fieret murus cum lapidibus solis sine calce, aut cemẽto, qui appellatur murus siccus, ille adhuc cedit solo. tex. est in l. si precario. cum gl. ff. commu. prædio. & ibi Bald. & Pau. de Castr. ad hoc nota, & dicit Bald. se nescire alibi illum text. ¶ Addit. Circa istũ ver. addo, ꝙ aliàs Barto. consi. 64. incip. super puncto. dum quærit̃ vtrum nuncians debeat exprimere causam, dic aut nuncians ædificat in solo, in quo ius habet pro se, vt puta in ripa fluminis, in qua ius permittit ædificationẽ, & tunc tenet̃ nuncians exprimere causam, non solũ si petatur per istum tex. qui parum, vel nihil facit: aut non habet ius pro se, & tunc tenetur petitus nuncians exprimere. tu dic, ꝙ imò iste tex. in primo dicto probat totum contrarium. probatur, nam illi, qui ędificat in ripa fluminis vel maris, potest nunciari nouum opus ex vna causa tantum, tex.
4 est hic. † Modo quoties actus aliquis põt fieri ex vna cã tñ, illa etiam si non exprimatur, præsumitur, nec debet exprimi, gl. est sing. in l. quamuis. C. de fideic. probatur in l. 2. ff. de lib. & posth. & multa ad hoc alleg. Bal. in l. maximum vitium. in 4. colu. C. de libe. præter. modo si contra ædificantem in ripa, vel mari in vno casu tantum potest fieri nunciatio, ergo nuncians videtur expressisse, etiam ꝙ non exprimat, ergo non est verum, ꝙ dicit Bar. ꝙ tenetur exprimere causam etiam non petitus, quia imò & petitus, & non petitus non tenetur, & ita ipse legit. Tu dic, quòd hoc videtur soluere gloss. in verbo ex vna causa, quæ videtur velle, quòd contra ædificantem in ripa fluminis competat nunciatio ex duplici causa, ergo cessant fundamenta. cogita, quia scholasticum.

ADDITIO.

a ¶ Aedificium. Adde, ꝙ ædificium non cedit solo, quando subest coniectura aliqua, ꝙ factum fuerit sine animo donandi, teste Rol. consi. 28. nu. 15. lib. 1. & no. Rui. consi. 165. col. 2. lib. 4. consi. 134. col. fin. lib. 3. Doc. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 2. Reg. autem ꝙ ædificatum in alieno solo cedit solo, limita, vt per Doc. in apostil. ad Saly. in l. si aquam. num. 3. C. de seru. & aq. in qua materia vide, quæ scribit Rom. sing. 383. & 827. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quare vsufruc. non potest nunciare nouum opus suo proprio nomine.*
2 *Vsufructuarius dicitur habere dominium, eo quia vsusfructus est pars dominij.*
3 *Quæ sit ratio, quare vsufruc. potest nunciare procur. nomine.*
4 *Si creditor habeat ius ingrediendi fundum debitoris propria authoritate, istud ius extraiudiciale potest alteri cedere.*
5 *Si ex forma statuti sit licitum se vindicare propria authoritate, vel occidere hostem, vel inimicum, talis facultas non potest alteri cedi, seu demandari.*
6 *Officium iudicis potest cedi, & consequenter restitutio in integrum, quæ competit solùm per officium iudicis.*
7 *Dictio autem, repetit præcedentia cum suis qualitatibus.*
8 *Omnes. ll. volunt ratione iuris seruitutis realis posse nunciari nouum opus, siue sit vrbana, siue rustica, siue contra vicinum, siue contra dominium.*
9 *An prælatus æquiparetur vsufructuario.*

§. Vsufructuarius.

Ante omnia videndũ est, quæ sit ratio funda-
1 mentalis istius text. † quare vsufru. non possit nunciare nouum opus suo proprio noĩe, cùm habeat ius in re, sed tñ procuratorio noĩe dñi, & ad rõnem Bar. adde, ꝙ illam rõnem sequitur ẽt Bal. hic, & satis voluit gl. in l. qui bona. §. 1. j. tit. 1. istam rõnem Bar. impugnant Imo. Raph. Cum. & D. Alex. hic, eo quia habẽs ius seruitutis realis dr̃ hr̃e ius magis debile. l. Meuius. §. fundo. ff. de lega. 2. & tñ habens ius seruitutis realis põt nunciare nouũ opus, quia nunciat ex cã imposititi a. l. de pupillo. §. sextus. & §. imposititi am. j. eo. sed tu defende rõnem Bar. nam intẽtio Bar. est, quia vsufr. habet ius fragile, hoc est ius, ꝙ de facili perditur, & extinguitur, patet in l. corruptionem. C. de vsufr. in §. finitur. insti. eo. ideo non potest nunciare, sed ius seruitutis realis non est ita fragile, nec ita de facili perditur, patet, quia vsusfruc. extinguitur morte vsufructuarij, iuribus prælleg. sed ius seruitutis realis, & ius nunciandi durat, & transit vsque ad hæredes, & non est ius ita fragile. ista est intentio Barto. istam rationem impugnant ambo præceptores mei. Iac. Put. & Hierony. Tor. & ego plenius inducam, quàm ipsi. inquantum enim di-
2 cit Bar. † quòd vsufruct. non habet dominiũ, in hoc errat, imò habet dominium, eo quia vsusfr. est pars dominij, ita dicit tex. in l. 4. ff. de vsufr. in l. cùm filius. §. dominus. in fin. & ibi glo. ff. de

leg. 2. & ita firmant glo. & Bar. in rub. C. de vsufr. Item vsusfru. dicitur pars substantialis fundi secundum Bart. in l. si alij. ff. de vsufruc. leg. ergo cùm habeat dominium, habet ius forte, & istud ius debemus metiri eo tempore quo agit, & sic quo nunciat. l. 1. in princ. ff. si pars hære. pet. & licèt posteà vsusfruct. sit corruptilis, istud posteà est ex accidenti, vnde casum, & aduersam fortunam non debemus considerare. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. tu defende rationem Bar. & tene, ꝙ vsusfructus non est pars dominij, nec vsufruc. habet dominiũ. tex. est in l. rectè dicimus. in prin. & ibi glo. plena. ff. de verb. sign. & tex. in l. eorum. ff. de dam. infec. & text. in l. in noxalibus. ff. de noxa. & in l. qui vsumfructum. ꝭ. de verbo. oblig. & ibi Bar. examinat respondendo ad contraria, & concludit, ꝙ vsufru. non habet dominium, nec vsusfruc. dicitur pars dominij, nisi largo modo, & impropriè sumendo dominium pro commoditate, seu pro emolumento, ita etiam Bar. tenet in l. in venditione. in prin. ff. de bon. autho. iud. pos. & sic defendendo rationem Bar. ab obiectis. Adde etiam inquãtum† Bart. assignat rationẽ, quare
3 vsufructuarius potest nunciare procuratorio nomine, eo quia commissa est sibi custodia, propter quam censetur habere mã datum generale, per text. in l. 1. §. fina. cum seq. ff. quemadmo. vsusfr. amit. adde, ꝙ ille tex. nõ est alibi in corpore iuris ad hoc, secundum Bal. in c. quoniam frequenter. §. quod si super. in vlti. col. vt lit. non contest. & Bal. in rub. ext. de procu. in 9. col. idẽ tenent Bar. & Bal. in l. eum ad quem. C. de vsufru. Ex illis leg. infert notabiliter Bal. hic, ꝙ qui emunt vsumfructum communanciarum, vel pedagiorum, eo ipso intelliguntur constituti generales procuratores cõtra omnem personam, præterquã contra communitatem, ꝙ reputat tenendum menti. Sed aduerte inquantum Bar. facit talem consequentiam, habet custodiam, ergo habet generale mandatum, quia d. l. 1. cum l. seq. bene dicunt in custodia. Bar. infert, si habet custodiam, ergo mandatum generale. ista consequentia non videtur bona, quia colonus habet custodiam fundi, inquilinus habet custodiam domus, & tamen non habent generale mandatum, nec censent̃ esse generales procuratores, sed intelligite Barto. sanè, ꝙ ita demum ex custodia insurgit generale mandatum, quando cum custodia simul est constitutum aliquod ius reale, vel ad rem, quod habeat instar dominij, vt in vsufruc. emphyteuta, aliàs si esset simplex custodia de per se, illa non infert simplex mandatum, ita in specie declarat Bald. in l. emptor. in 1. opp. C. de hære. vel act. ven. & ante eum idem dicit Bar. in l. in prouinciali. §. si ego per illum tex. ꝭ. eod. quem ad hoc no. vbi dicetur. Intellige etiam conclusionem Bar. ꝙ vsufruc. censeatur procurator nomine, prout etiam dicit iste tex. in verbo procuratorio nomine, non ꝙ sit propriè procurator, sed largo modo ratione custodiæ secundum Bar. in l. de die. §. quidam. ff. qui satisda. cog. Saly. in l. 3. C. de procu. Imo. in c. 1. vt lit. non contest. & latè confirmat D. Alex. hic, & ita habes defensatam, & declaratã rationem Bar. Non omitto tamen, ꝙ aliam rationem assignat Imo. & Alex. hic, ideo vsufru. non potest nunciare suo nomine, eo quia non habet ius reale, cùm vsusfruc. sit seruitus personalis non realis. l. 1. ff. de serui. Ideo lex noluit, ꝙ haberet ius nũciandi suo nomine, sicut etiam noluit posse nunciari, nisi pro operib. quæ fiunt in re ipsa. i. in solo ipso. §. hoc autem edictũ. s. ea. l. Sed qui habet seruitutem realem, habet ius reale, d. l. 1. ff. de serui. nimirum, si potest nunciare nouum opus. l. de pupillo. §. imposititiam. ꝭ. eo. Ista ratio non placet Lud. quia licèt vsufru. non habeat ius reale, habet tamen ius in re. tex. est in l. eorum. ꝭ. tit. 1. & in l. in noxalib. ff. de noxa. Tu dic, ꝙ ista differunt habere ius reale, vel habere ius in re, seu ad rem, vt declarat Ioã. Fab. in §. sed iste. in 1. col. insti. de act. Tu autem aduerte, ꝙ ista ratio Imo. potest simul iungi cum prima ratione Bar. & habebis veritatem, & ita ambas istas rationes simul coniungit Bart. in l. in prouinciali. §. si ego. circa prin. ꝭ. eod. vbi dicit, ꝙ ideo superficiarius habet ius nunciandi, eo quia ius habet maius, & reale, secus in vsufructuario, qui habet ius personale, & de facili periturum, & ita teneas iungendo simul vtranque rationẽ.
4 ¶ Secundò no. ex isto tex. secundum Bart. † ꝙ si creditor habet ius ingrediendi fundum debitoris propria authoritate, ꝙ istud ius extraiudiciale potest alteri cedere sicut in isto text. ius nunciandi nouum opus, ꝙ extraiudicialiter exercetur, transfertur in vsufructuarium, qui est procurator in rem suam, & sic cessionarius, & dicit Bar. ꝙ nescit tex. qui melius faciat quàm iste. sed Ang. Imo. & Ludo. Rom. fatentur dictum Bar. esse verum in se, sed dicunt, ꝙ iste tex. non probat, quia loquitur, qñ principaliter constituitur ius vsusfructus, propter quod in consequentiam videatur data facultas exercendi illud ius extraiudiciale competens domino. Bar. autem loquitur, quando illud ius extraiudiciale principaliter ceditur. Multa enim in consequentiam conceduntur, quæ principaliter non concederentur, vt no. Bar. in l. 1. in prin. vbi de hoc tex. ff. de autho. tut. Raph. Cuman. reprehendit dictum Bar. ex alio, quia ingredi possessionẽ debitoris est facti, ergo cedi non potest. §. sed cùm factum. insti tu. de stipu. seru. & l. fi. in prin. ff. de verb. obli. sed ista leuia sunt contra Barto. quia licèt ipsum ingredi sit facti, tamen ipsum factum causatur à iure, & obligatione, & illud ius bene põt cedi, vt declarat Bar. in l. si stipulatus fuerim. in 3. opp. & duab. seq. ff. de verb. oblig. mihi autem dum essem scholaris videbatur ex alio, ꝙ iste tex. non probet intentionem Bart. eo quia hic istud ius extraiudiciale nuncianti nouum opus ceditur ex dispositione legis, quæ per constitutionem vsusfr. facit vsufructuariũ custodem, & sic generalem procuratorem, vt dixi in not. præced. vnde istud bene est permissum à lege, licèt ex tacita, vel ꝓsumpta volũtate domini, vnde arguere, ꝙ idem possit fieri ab homine sine dispositione legis, non videtur bona inductio, ꝓut no. Bar. in l. si stipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de verbor. oblig. ¶ Tenendo notabile Barto. potes dicere, ꝙ probetur hoc modo, nam dominus faciendo quem vsufru. videtur eum facere procuratorem in rem suam, & sic sibi mandare istam facultatem nunciandi extra iudicium. Si ergo ista facultas istius actus extraiudicialis potest tacitè cedi, vt hic, ergo similiter veniet in expressa cessione. arg. l. cùm quid. ff. si cert. peta. quamuis posses replicare, ꝙ in hoc vltimo est merum factum hominis, in prin. est factum legis ex tacita voluntate hominis, quicquid sit, conclusio Bar. est vera, *& communiter approbata.* pro illa
* conclusione facit, quod vult glo. sing. in l. cùm fundum. in verbo posteà. ff. de vi, & vi arma. & ibi Bart. vbi gl. vult, quòd illud ius extraiudiciale, quòd quis potest incontinenti expellere inuasorem, potest alteri cedi, & illam glo. reputat sing. Bal. in c. fi. in 2. col. extra de iuram. calum. per illam glo. dicit Bal. in c. 1. §. 1. de pace iur. firm. ꝙ si possum propria authoritate capere debitorem, vel ingredi possessionem, ꝙ illud ius possum alteri cede
5 re, & ita tenent omnes. ¶ Sed aduerte pro limitatione, † ꝙ si ex forma statuti licitum est se vindicare propria authoritate, vel occidere hostem seu inimicum, talis facultas non potest alteri cedi, seu demandari. ita procedat illa opi. Io. relata per gl. in d. l. cùm fundum. quam ad hoc reputat sing. Bald. in c. ad nostrã. de proba. sequitur Bal. in c. dilectus. in vlt. colu. de appel. & in c. de cætero. de re iudi. & in c. 2. in 3. col. de vi. & hone. cler. & in l. duob. §. à fideiussore. ff. de iureiur. & in l. accusationis. C. quòd met. cau. & in repe. l. 1. in 15. col. C. vnde vi. Io. de Ana. in c. 2. ad fi. de homi. & latè. D. Alex. in l. si cùm dotem. §. trãsgrediamur.
a in 7. & 8.ª col. post Pau. de Cast. ibi. ff. solu. matr. & ista conclusio est indifferenter approbata per omnes. Fallit in duob. Pri-
b mò in patre, [b] qui potest demandare filijs, vt occidant adulterum filiæ, quòd habet propria authoritate, tex. est no. in l. Gracchus. & ibi Bal. & clarius Saly. C. de adult. Bar. in l. non solùm. §. si mandato. in 2. q. ff. de iureiu. Secundò notabiliter limita, & teneas multum cordi, ꝙ licèt tale ius se vindicandi, vel propria authoritate occidendi non possit alteri delegari, tamen ille cui competit, potest secum adhibere socios, & complices ad istũ actum, qui si simul cum eo occidant, non tenebuntur de occiso, nec de auxilio præstito. ita Pau. de Cast. post Iac. But. in l. refectionis. per illum tex. ff. commu. præd. refert, & sequitur Domi. Bartho. Veron. in trac. serui. vrb. in c. 23. in vlt. colu. vbi dicit se ita obtinuisse in ciuitate Veronæ, & esse iudicatum per curiam, nam Veronæ est statutum, quòd si frater, vel maritus, vel pater reperiant aliquem cum sorore, vxore, vel filia malè conuersantem, possunt eum impunè occidere. Quidã sciens aliquem malè versari cum sorore, conuocauit duos socios, ꝗ illum simul occiderunt, obtinuit, ꝙ sicut frater, ita & alij socij debent in totum simul absolui. miror, ꝙ non viderit Bal. in terminis, qui idem clarè decidit in c. fi. in 2. col. de iu. calu. vbi pro hoc addit rationem, quia cui conceditur, ꝙ aliquid impunè faciat, videtur semper concessum, vt possit istud facere conuocatis amicis, & familiaribus suis per l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo. oblig. sed licèt ipse non dicat, adde quòd idem Bal. tenuit contrarium in l. vt vim. in 6. q. ff. de iust. & iur. vbi tenet, quòd socij offensi nunquam possint ipsi apponere manum ad vindictam, eo quia permissio est personalis, & statutum se restringit ad offensum, ergo non egreditur personã, bene verum est, quòd possunt eum associare, & assistere maleficio, nec tenebuntur de associatione, vel de fauore, cùm sint acces-

ADDITIONES.

a ¶ Septima, & octaua. Mihi quarta in gloss. 2. in verficu. & ideo facit ad gõ. PVRPV.

b ¶ In patre. Adde Cy. in l. nec timorem. in gl. ff. quod met. cau.

* Et dic, ꝙ idem tenet Hippol. in l. vnic. C. de rap. virg. nu. 3. vers. sed ego vltra Doc. hic quæro. PANCIR.

accessorij ad actum permissum,& fortè,quòd ista opin. est tutior.tamen in criminalib. teneas semper partem ad absoluendum,iuxta.l.de interpretatione.& l. sancio legum. ff. de poen. cum simil.& istis etiam adde Pau.de Cast. in l. raptores. C. de Epis.& cler.¶Item circa istam materiam aduerte , quòd si ex forma statuti,vel consuetudinis aliquis vēdat rē,& proximior de familia possit intra annum redimere,prout est tex. in c.constitutus.de in integ.resti.certè tale ius non potest alteri cedi, secundum Cy.Bal.& Ang.in l.ad officium.ad fi.C.commu.diui. notat,Pau.de Cast.vbi limitat in consi. 46.quod incip. videtur dicendum,ꝙ dictus Christoph.& ibi etiam ponit Pau.de Cast. an pactum de retrouendendo possit alteri cædi, vel non. Vltimò,vt nihil omittatur circa dicta Bar.inquantum tenet Barto.
6 †ꝙ officium iudicis potest cædi, & consequenter restitutio in integrum,quæ competit solùm per officium iudic.d.l. quòd si minor.§.fi.illa potest cædi.d.l.si minoris.ff.de admin.tuto. Bart. in illa.l.si minoris.dicit,quòd istud videtur dubium,eo quia beneficium restitutionis in integrum est beneficium personale, ergo non debet posse cedi,& respondet , quòd ex quo beneficium restitutionis in integrum transmittit ad hæredes.l.non solùm.ff.de in integ.rest.ergo etiam potest cedi,eo quia quicquid est transmissibile,est cessibile.l.ex plurib.ff.de admin.tut.Tu aduertè,ꝙ illud fundamentum Bar.non est verum,& multi decipiuntur in hoc,nam negatiuè bene est validum argumentum, non potest transmitti,ergo nec cedi,ita arguit tex.in d.l. ex pluribus.ff.de admin.tuto.sed affirmatiuè non est bonum argum. ꝙ quicquid est transmissibile,sit cessibile , quod ostenditur,nā fideicommis.transmittitur ad hæredes.tex.est in l.cogi.§. idem Metianus.ff.ad Treb.gl.& Doc.in l.apud Iulianum. §.vtrum.ff. ad Treb.& tamen fideicommissum non potest cedi.tex. est singul.licèt sit vulgatus, in l. mulier. §. ex asse.ff.de iure dot.& ibi Barto.propter hoc dubitat, & relinquit cogitandum.Secundò actiones directæ,quia cohærent ossibus nostris,nunquam possunt cedi.l.quis ergo casus.ff.de pecu.l.3.& ibi gloss.magistra.ff. pro soc.& tamen actiones directæ transmittuntur ad hæredes. Tertiò rescripta ad lites non possunt cedi,nec transeunt in cessionarium.c.fi.& ibi Bal.in 4.col.ad hoc no.de rescrip.& tamē transmittuntur ad hæredes,ergo affirmatiuè non bene arguit Bar.quia plura transmittuntur , quàm possint cedi , & sic esset arguere de minori ad maius , quod non tenet affirmatiuè. per ista infero ad aliud,quod hic tenet Bar.& omnes sequuntur, ꝙ obligatio naturalis potest cedi per tex.in l.si eius.ff.ad Treb.certè ille tex.bene dicit,ꝙ obligatio naturalis facta restitutione bene transit in fideicommissarium, sed necessariò non sequitur, ergo potest cedi,quia multa transmittuntur,& tamen nō possunt cedi.Cogita super istis,quia dicta sunt, vt detur melior occasio ad inuestigandum.¶Glo.in verbo, vsumfructum. diuide in tres.In prima remouet vnum contrarium . In secunda opponit,& videtur quadrupliciter respondere , sed illa quarta nō est propriè solutio. In tertia remouet aliud contrarium. l. qui viam.& ponit tres solu.Secūda ibi,sed in eo,quod dicitur. Tertia ibi,in reali.¶Circa istam glo. in secunda parte inquantum Bar.format oppositio.Iac. de Are. & Oldra. aduerte subtiliter, inquantum Bar.ponderat illum tex.in aduersatiua velle, quòd vsufructuarius quamuis prætendat ius ratione sui vsusfruc. tamen non potest nunciare gratia iuris sui cōseruandi,licèt omnes ita transeant,ego tamen dum essem scholaris dixi,& dico, ꝙ iste non est sensus huius.§.prout Bar. & omnes eum intelligunt,sed ego intelligo,quòd alius fit sensus huius literæ.¶Non enim tex.vult,vt dicit Bar.ꝙ quis possit nunciare gratia sui iuris proprij,quia hoc non vult tex.sed bene vult,quòd is.i.ille, & sic tertius,ad quem ea res pertinet,vt est superficiarius,vel emphyteuta potest nunciare gratia iuris nostri conseruandi.deinde aduersatiuè sequitur,vsufructuarius autem.qui versi. aduersatur præcedentib.& in facto,& in iure, hoc modo , nam vsufructuarius,quia ad eum res pertinet ratione vsusfruc. videbatur,ꝙ ipse posset nunciare gratia iuris nostri conseruandi, hoc est ratione seruitutum nobis debitarum,& respondetur , quòd suo nomine non potest,sed bene procuratorio,vt loquitur in litera,& istum intellectū retuli magistro meo D. Hieronymo Torto , & sibi placuit, & eū semper tenuit , & retulit in scholis.istum credo esse proprium intellectum huius literæ , vnum posteà visum est mihi obstare,quia text.in §. præcedenti dixit, ꝙ nunciatio fit ex triplici causa. Prima causa est , quando nos nunciamus gratia iuris nostri conseruandi , & certè illum primum modum videtur declarare iste.§.ergo iste. §. generaliter vult,quòd quilibet potest nunciare gratia iuris sui. Sed ad hoc respondeo clarè,ꝙ imò Iurisconsl.in præcedenti.§.expediuit illum primum casum in specie.s.in ver. nunciamus autem gratia iuris nostri conseruandi,vbi decidit, ꝙ nos nunciamus gratia iuris nostri,quando habemus ius aliquod prohibendi,vnde nunc in §. nostro ponit alium casum , quando aliùs tertius ad quem res pertinet,vellet nunciare gratia iuris nostri conseruādi,an possit,& decidit,quòd sic,sed excipit vsufructuarium, vt sequitur in litera,& iste est verissimus intellectus ad istum text.
7 ¶†Addi.Adde,quòd dictum Bar.confirmatur,nam dictio au-
a tem,[a] reperit præcedentia cum suis qualitatib.ita Bal. sing.in l. omnes populi.col.15.ff.de iusti.& iur.per text.in §. item lapilli. insti.de rer.diui.& multum exclamat Alex.in l.filius à patre.circa.12.colum.ff.de libe.& posth.ita dicamus in proposito,quòd ista dictio autem,hic posita referat dicta in præcedenti.§.cum suis qualitatib.& sic sicut in præcedenti.§.loquitur,quòd quando ad me pertinet,possum nunciare , ita similiter quæsiuit Iurisconsultus in hoc.§.nunquid vsufruc.possit nunciare, quādo pertinet ad eum.i.quando sit damnum in vsufruct.& determinat,ꝙ non,distingue,vt hic in tex.¶In vltima parte gloss.ponuntur tres solutiones ad contrarium in ea formatū . tres aliæ solutiones ponuntur per glo.in d.l.qui viam.Bart.reprehendit quinque ex istis sol.& tenet sextam,quam glos.ponit in d.l. qui viam.quod ille tex.loquatur in reficiente.sed istam solut.6.quā tenet Bar.reprehendunt Imo. Pau.de Cast.Ludo.Rom. & cæteri Mod.ex eo præsertim,quia violat tex.in d. l. qui viam. qui exponit ædificat.i.reficit.tu autem aduerte,dum glos.Barto. & omnes dicunt,quòd est differentia inter primam solutio.Ioan. hic positam in gloss.& secundam solu.quæ est Vgoli.nam pri-
b ma solutio facit differentiam inter seruitutem [b] vrbanam , & seruitutem rusticam,secunda verò solutio non facit talem differentiam inter seruitutem vrbanam,& rusticam, sed bene facit differentiam inter prædium vrbanum, & rusticum . Certè, vt dem materiam cogitandi, videtur quòd secunda solutio sit eadem cum prima,& nihil differant , eo quia seruitus vrbana, vel rustica dicuntur ratione prædij rustici, vel vrbani , quia tales seruitutes non possunt esse sine prædio vrbano,vel rustico. l.1.ff.commu.præd.§ pen. insti. de serui.dum ergo in secunda solutione dicitur,ꝙ in prædio vrbano, si agitur ratione seruitutis realis,quæ debetur prædio vrbano,non potest esse alia quā vrbana,agitur ergo ibi ratione seruitutis vrbanæ,ergo idem, ꝙ in prima solu.& ideo Bar.& Doc. reprehendunt vtranque solutionem,per l.in iudicio.ff.famil. ercis.ista dixi,vt melius consideratis sensum glo.quia si bene consideres,poterit responderi.¶Secundo aduerte inquantum Bar. reprehendit primam so-
* lu. gl. quæ tamen est ab Antiquis magis *communiter* approbata per tex.in d.l.in iudicio.ponderando, ꝙ loquitur de fundo , & sic de rustico.& consequenter de seruitute rustica. tu aduerte, quòd imò ille text.vtitur termino prædij. dicit enim text. *si de iure prædij controuersia sit,potest nouum opus nunciari* , sed terminus prædium est indifferens ad seruitutem vrbanam , & rusticam. l.Vrbana prædia cum simil.ff.de verbo. signific. & licèt posteà tex.inferius faciat mentionē de fundo , non erit inconueniens
c intelligere de vrbano [c] propter præcedentia. Secundò respondetur ad illum tex.quod ibi non loquitur de nunciatione, quæ fieret ratione seruitutis debitæ prædio hæreditario,sed ratione iuris dominij ipsius prædij.similiter tex.in l.1.§.siue autem. supra eod.necessariò non probat , quia dum dicit siue opus fiat in agris,nam illud in agris non significat necessariò seruitutem rusticam,quia vrbanum ædificium non facit locus, sed materia,dicit tex.in d.l.vrbana prædia omnia ædificia.de verb.signif. & sic potest defendi ista prima ab impugnationib.Barto.& ista prima solutio videtur inter alias minus periculosa , & eam tenet Alex.hic.& Imo.in l.creditori.ī eod.& glo.vbique.hic relata per Bar.¶Sed aduerte inquantum glo.in l.qui viam.dicit,ꝙ ratio est,quia est speciale fauore agrorum colendorum ꝑ tex. in l. 1.§.de eo opere.ff.de aqua plu.arcen. pondera,quòd istam rationem etiam tenet Bar.ī in 6.solu.quam sequitur. Ista solu. vel ista ratio videretur prima fronte nō esse generalis ad l. qui viam.illa lex loquitur in seruitute viæ.dicere,ꝙ illa seruitus viæ deberetur agro,videtur aliqualis restrictio, quia etiam seruitus viæ deberi posset domui à prædio tuo, & sic esset seruitus viæ, & tamen non esset fauore agrorum, sed responde, quòd seruitus viæ est seruitus rustica,& sic est seruitus prædialis,ideo sine prædio esse non potest.ita dicit tex.insti.de serui.in prin.in §.penul.bene verum est,ꝙ si seruitus viæ deberetur à fundo tuo ad domum meam,diceretur seruitus vrbana, ita in specie declarat

ADDITIONES.

a ¶Dictio autem. Adde Bar.in l.mariti.in §.2.ff.de adul.Bar.in l.hæc amplius.ff. de dam.infec.Arch.in c.1.47.dist.

b ¶Differentiam inter seruitutem. Adde Bartho.Cæp.de Ver.in suo tractatu de seruit.

c ¶Vrbano.Imò inconueniens esset,vt voluit idem Ias.in l.si pro fundo.per illum tex.in 1.no.col.2.C.de transac. PVRPV.

gat Bartho. Veron. in tract. de seru. vrb. in c. 11. ad fi. & idem no. in §. æquè. insti. de act. Sed iura attendunt id, quòd communiter accidit, quia communiter est seruitus prædialis, & sic debetur agro. ita potes defendere rationem glo. & Bar. ¶ Considera tamen, quia non videtur fauor agrorum, imò potius damnũ, si ædificatur in via, & nunciari non possit nouum opus, quia isto modo potius accessus impeditur ex via ad agrum, & sic ista ratio, si bene consideretur, videtur inferre contrarium, sed responde, vt statim dicam. Quid dicendum in ista difficultate?
8 †considerabam septimo loco posse dici, quòd omnes leges volunt ratione iuris seruitutis realis posse nunciari nouum opus, siue sit vrbana, siue rustica, siue contra vicinum, siue cõtra dominum. d. l. inter seruitutes. §. fi. & l. & si fortè. §. sciendum. & §. fi. ff. si ser. ven. d. l. in iudicio. secundum intellectum Bar. & d. l. de pupillo. §. imposititiam. Solùm refragatur vna lex. s. d. l. qui viã. sed ego intelligo illum text. planè, prout litera iacet, sine violentia, *qui habet seruitutem viæ, non potest nunciare nouum opus ædificanti viam*, sed bene potest seruitutem vendicare. pondera illud *seruitutem vendicare*, seruitus per confessoriam vendicatur, vt dictũ est. s. sed sic est, ꝙ ꝯfessoria põt quis præcisè cogi ad seruitutẽ. tex. in l. vti frui. §. fi. ff. si vsusfr. pet. gl. in l. & harum. in verbo iubeat. ff. si seru. ven. expresse Bar. quem *omnes* sequunt, in §. hoc
* edictum. 1. & 2 col. s. ea. l. tunc sic, si in illa. l. qui viam. ille ædificat viam, & non potest impediri per nunciationem noui operis, quomodo cogetur præcisè ibi ad seruitutem illius viæ, si eã ædificat. ¶ Credo, quòd possit esse, quia qui debet seruitutem viæ, potest variare, & concedere seruitutem viæ per alium locum æque idoneum. tex. est in l. 2. §. pen. ff. de relig. & sump. fune. per quem tex. ita firmat glo. not. & ordi. in l. si cui. ff. de serui. & ibi Bar. & Pau. de Cast. expresse approbant, & commẽdant istam glo. & illum tex. Ludo. Roman. hic in fin. dicit esse valde sing. quòd qui debet seruitutem viæ, potest ædificare viam, & variare per aliam viam, dando viam per locum æquè idoneũ, & propter hoc non poterit sibi nunciari. Secus autẽ est in alijs seruitutib. realib. tam vrbanis, quàm rusticis, si consideres. est verum, quòd Ang. in l. si cui. dicit, quòd illa. l. 2. §. pen. alleg. per gl. non probat, cũ loquatur in casu speciali fauore religionis, sed tu dic, ꝙ tex. ibi non se fundat in fauore religionis, sed quia cũ sit æquè commodum, non dicitur variari causa incommodãdæ seruitutis, ita posset teneri, sed aliqualiter obst. text. in l. per quem locum. ff. de ser. rusti. prædi. quia videtur probare, ꝙ non admittatur talis variatio, sed aliud mihi obstat, quare non sit idem in alijs seruitutibus rusticis. puta in seruitute itineris, & actus, prout in seruitute viæ. ¶ Additio. Sol. vt in versicu. præced. quia eadem ratione, qua non possum opus nouum nunciare, eo quia possum concedere viam per alium locum, eadẽ ratio est non debere posse agere confessoria, & vendicare seruitutem, & tamen tex. in l. qui viam. tenet totum oppositum, ꝙ imò possum vendicare, ergo &c. tenenda est ergo solutio pri. gl. quòd aliud sit in seruitute rustica, aliud in vrbana, quæ videtur minus periculosa, & magis communis. ¶ Extra glo. in vlti. q. Bar. dum alleg. no. in c. præsentium. de testi. in 6. est corruptus Bar debet alleg. glo. solennem in c. in præsentia de offic. ordin.
9 in 6. vbi glo. †tangit, an prælatus Ecclesiæ [a] æquiparetur vsufru
a ctuario, & quòd prælati ecclesiatum æquiparentur vsufruc. firmat Bal. in l. mandatum. in 5. col. ad fi. C. mand. & idem, quòd hic, plenius tenet idem Bal. in d. l. sancimus. C. de sacros. Eccles. adde, quod tenet Barto. in l. 1. §. hoc interdictum. secunda. ȷ. vti possid. vbi tractat, an prælatus Ecclesiæ possit agere interdicto vti possidetis pro turbatione facta in re Ecclesiæ, & notabiliter loquitur. non habetis hic alia.

ADDITIO.

a ¶ An prælatus Ecclesiæ. Adde gloss. singul. in c. cùm olim. de rerum permuta. glo. 2. in cap. fina. de pecu. cle. gl. 1. in cap. ex literis. de proba. Holtien. in cap. requisisti. de testam. Innocen. in cap. indecorum. de æta. & qualit. Archid. in cap. statutum. de rescrip. lib. 6. Cardin. Zab. in cap. peruenit. de fideicom. Abba. in repe. §. quia verò. in cap. extirpandæ. de probat. Bald. in l. cùm oportet. in §. non autem. C. de bon. quæ liber. Ang. in l. diuortio. §. si soluto matrimon. Raph. Fulgos. in l. 2. C. de Epis. & cler. Salyc. in l. cùm plures. C. de sacrosanct. Eccles. Cald. consi. 3. in rub. de pe. cler. Ioan. de Ana. consi. 87. incip. 8. circa dubium de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *Habens vtile dominium potest nunciare nouum opus.*
2 *Prouinciales non sunt domini directo propter tributa, quæ præstant, tamen habent vtile dominium, cuius ratione possunt imponere talib. prædijs seruitutem.*
3 *Emphyteuta potest imponere seruitutem sine consensu domini.*

LEX III.

1 In prouinciali. †Habens vtile dominium nunciare nouum opus potest. hoc dicit istud principium. cõcordat. §. fin. ȷ. ead. l. Cùm enim prædia prouincialia essent tributaria Romanis, certè dñium directũ erat penes fiscũ, vtile aũt penes ipsos prouinciales, vt est gl. in l. & in pro-
2 uinciali. C. de ser. & aq. & ibi Bal. & Saly. no. †ꝙ prouinciales nõ sunt domini directò pp tributa, quæ præstant, tamen habent vtile dominium, cuius ratione possunt imponere prædijs talib. seruitutem, vt ibi est tex. & nunciare nouum opus, est tex. hic.
3 ¶ †Confirmo bono simili, nam emphyte. [a] habet vtile domi-
a nium. l. 1. §. quia in perpetuum. ff. si ag. vec. & potest imponere seruitutem sine consensu domini. glo. est ordi. in l. 2. ff. de serui. Bal. in c. 1. §. quid ergo. per illum tex. de inuest. de reb. alien. fac. & in d. l. & in prouinciali. ita etiam potest nunciare nouũ opus. §. fi. ȷ. ead. l. Barto. in l. 1. §. fin. s. eod. & quòd prouinciales non haberent dominium directum, est de mente glo. hic, & gloss. in l. vnica. in verbo mancipia. C. de vsucap. transf. & ibi Cyn. & Salycet. super rubric. ita teneas quamuis solus Bald. hic teneat, quòd imò prouinciales, quamuis præstent tributa, tamen sunt proprietarij prædiorum prouincialium, vt per Odofre. in l. 1. C. de iure emphyt.

ADDITIO.

a ¶ Emphyteu. Ias. in §. item Seruiana. colum. 7. vbi Angel. institut. de actio. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Si in loco communi plurium fiat opus per tertium, potest non. opus nunciari.*
2 *Vbi habet locum remedium ordinarium, cessat extraordinarium.*
3 *Si vnus ex socijs ædificat in loco communi, non habet tunc locum nunciatio.*
4 *Si per socium fiat ædificium in loco communi, ꝙ noceat meo proprio, possum prohibere per actionem communi diuidundo, & per officium iudicis illi deseruiens.*
5 *Quando aduersarius negat me esse socium, tunc actio communi diuidundo non est illa, quæ excludit istud edictum nunciationis, quia esset opus probare de communione, & sic magis grauaretur. sed est officium iudicis mercenarium deseruiens illi actioni communi diuidundo, quòd excludit istud remedium nunciationis.*
6 *Quoties plura remedia procedunt ex ea. l. & ex eodem edicto, tunc vnũ tollit aliud.*
7 *Actio communi diuidundo potest intentari ex duplici capite.*
8 *Interdictum vnde vi, an sit extraordinarium remedium.*
9 *Quando sunt duo remedia extraordinaria, an vnum tollat aliud.*

§. Si in loco communi. Iste est subtilis, & diffici-
1 lis. §. Si in loco †communi plurium fiat opus per tertium, potest opus nouum nunciari, sed si fiat per vnũ ex socijs, siue rei communi, siue rei propriæ vnius ex socijs noceat, cessat nunciatio, cũ competat actio communi diuidundo, & officiũ iudicis mercenarium actioni deseruiens. h. d. sm verum intelle-
2 ctum. ¶ No. 1. illud, ad qđ allegatur iste tex. †ꝙ vbi habet locum remedium ordinarium, cessat extraordinarium. concor. sunt in gl. imò fortius probat tex. ꝙ non solùm per ordinarium excludatur extraordinarium, & sic per actionem communi diuidũdo, quæ est remedium ordinarium, sed etiam per officium iudicis mercenarium, ꝙ est remedium extraordinarium, excluditur istud aliud remedium extraordinarium nunciationis. Ratio est, quia hic istud extraordinariũ, & sic officium iudicis succedit loco ordinarij, & sic loco actionis, de quo dicet plenius. ȷ. Subdit Pau. de Cast. pro intellectu huius tex. esse aduertendũ, ꝙ actio communi diuidundo non est illa, quę per se solã faciat cessare istud edictum, sed est officium iudicis mercenariũ deseruiens actioni cõi diuidundo intentatæ, vel intentandæ, per quod potest fieri prohibitio socio ne ædificet, & si ædificaret, quicquid spreta prohibitione, vel nũciatione fecerit, debet demoliri expensis ædificantis. l. Sabinus. circa fi. s. cõi diuidũ. & sic ita prouidetur per illud officium iudicis mercenarium, sicut
a per istum edictum, vt hic per eum. Tu autem [a] dic melius, ꝙ imò

ADDITIO.

a ¶ Tu autem. Bartol. ibi versicu. & licet: vult idem, quod Paul. de Castr. PVRPV.

imò actio communi diui.facit cessare edictum nunciationis, quando non negatur socius, vt expresse vult Bar.in 1.col.circa fi.vbi plenius dicetur.idem si negatur, sed per calumniã, iuxta gl.no.in l.post rem.ff.de transac.& in terminis Bald.in l. non
3 epistolis.C.de proba.¶†Secundò no.ex secunda parte tex. ꝙ si vnus ex socijs ædificet in loco communi, non habet tunc locũ nunciatio, adde ꝙ in contrarium videtur tex.non cauillando literam in l.in iudicio.ff.famil.ercis.Sed respondeas, ꝙ loquitur, quando ædificabatur per tertium.ita est necesse dicere ꝑ istum tex.Secundò, & melius patet ibi in tex.dum dicit *omnes eos, inter quos arbiter assumptus est, opus nouum nunciare posse*, si ergo omnes socij nunciant, ergo ibi erat tertius, qui ædificabat. adde, ꝙ aliud fortiter vrget contra istum tex.secundũ D. Pet.de Bexu. & Iac.Put.hic.nam nunciatio potest fieri habenti plenitudinẽ iuris dominij, & possessionis.l.de pupillo.§. meminisse.ĵ.eodẽ. quanto fortius debet posse fieri nunciatio alteri socio, qui non habet totale dominium, siue dominij plenitudinẽ, & ad hoc nihil respondet. Tu responde, quòd habenti plenum ius posse nunciari, hoc prouenit ratione dubitationis, nam si esset certũ me nunciantem non habere ius, spernitur nũciatio, vt no.Bart. in l.1.in prin.in 3.col.s̄.eo.& gl.in l.1.§.fi.in verbo pertinet.ĵ.eo. sed in hoc tex.sumus in casu claro, ꝙ vult nunciare tanquam socius, ꝙ lex ideo expresse prohibet, quia habet alia remedia,
4 vt dicitur in tex.quæ ratio cessat in contrario.¶†Tertiò not.ꝙ si per socium fiat ædificium in loco communi, ꝙ noceat meo proprio, possum prohibere per actionem communi diuid. & per officium iudicis illi deseruiens secundum communia. adde, quòd si tunc ex loco cõmuni imponeretur aliquid in meũ proprium, possum mea authoritate destruere.tex.est in l. si inter me.ff.de serui.vrb.præd.quem alleg. gl. hic, & dixi plenè in l.1.§.nunciatio.post Bat.ibi.s̄.eod.¶Gl.in verbo iudicio.diuide in quatuor.In prima ad declarationem tex. qui loquitur alternatiuè, ponit quando competit actio communi diuid.& quãdo officium iudicis, & respondet vno modo.In secunda ponit vnum dictum.In tertia respondet alio modo.In quarta ab illa responsione remouet vnum contrarium. Secunda ibi, & erit potior.Tertiò ibi, vel communi diuid. Quarta ibi, & ꝙ hic dicit de domo.circa istam glo.But.aliter respondet, cuius verba
* solent *communiter* haberi defectiua. ista doctrina Barto.redditur valde periculosa propter multa.In primis Imo.Pau.de Cast.& Lud.Rom.ponderant Bar. esse sibi de directo cõtrarium. nam Barto.superius concludit, ꝙ actio communi diuid. vel officiũ iudicis mercenarium illi deseruiens nunquam habet locũ, vbi quis negatur socius, & non est in possessione per l.1.ff.fam. ercis.facit.l.2.cum gl.C.commu.diuid.& l.si mancipium. §.1.de euic.& tamen hic fatetur, ꝙ officium iudicis mercenarium habeat locum, quando negatur socius, & non est in possessione. sed certè Bar.non est contrarius, nec ponit istum secundum casum, quando non erat in possessione. Bar. enim solũ loquitur, quando negatur socius, an autem tunc esset in possessione, vel non, Bar.aliter non aperit.vnde debuit Bar. intellexisse, ꝙ erat tunc in possessione, licèt negaretur socius, cùm aliàs non competeret actio communi diuidundo, vt iurib.præalleg. & ita et tenet Alex.hic.Secundò, & subtilius contra doctr.Bar. Do.Per. de Bexu.& Do.Iac.Put.mouent duas difficultates, ex quib.im-
5 pugnant doctr.†Bar.concludit.n.Barto.ꝙ quando aduersarius negat me esse socium, ꝙ tunc actio communi diuidundo nõ est illa, quæ excludat istud edictũ nunciationis, quia esset opus probare de communione, & sic magis grauaretur, sed est officium iudicis mercenarium deseruiens illi actioni communi diuidundo, ꝙ excludit istud remedium nunciationis, quia ibi nõ expedit aliud probare de communione, sicut nec in ipsa nunciatione.Istud videtur ineptè dictum secundum eos, quia omnis effectus, qui prouenit ex officio iudicis mercenario, ascribitur actioni, quæ est principalis, & non famulo deseruienti. l. in bonæ fidei.ff.de eo, quod cer.loc.§.præterea.insti. de act. sed ad hoc responde ex doctr.Bar.in l.1.in antepen.vel in vlt. col. ad fi. de iurisd.omn.iudi.ex ratione diuersitatis declaratæ, vt hic per Bar.Secundò, & fortius contra Bar. facit efficacissima ratio. nã in alternatiua legis oportet vtranque partem esse verã, ne aliàs lex nos relinquat in ambiguo.ita dicit Bar. in l. si is, qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.Bal.in l.ea lege. prope fi. commen.C. de condi.ob cau.sed in hoc tex.est alternatiua legis, dum dicit prohibendo actione communi diuidundo, vel per prætorem, ergo debet verificari in vtroque casu, sed secundum doct.Bar. actio communi diuidundo non excludit nũciationem, sed solùm officium iudicis mercenarium illi deseruiens. tu defende Barto.& dic, quòd vtraque pars alternatiuæ verificatur, quando non negatur socius, vt Barto.met clarè fatetur, tunc actio communi diuidundo excludit nunciationem, sicut officium iudicis, & primum remedium causat prohibitionem efficacẽ cum effectu. Secundò licèt prohibeat ab ædificando, inducit effectualem prohibitionem, quia postea verificabitur in processu, sicut in simili dixi in nunciatione in l.1.in prin.s̄.eo.& idẽ potest attentare, quando negaretur socius calumniosè, & calumnia esset euidens, vt dixi in tex.alleg. Bal. in l. non epistolis. C.de proba.præterea respondeo, ꝙ tex.non dicit, quòd vtrunq; remedium competit, & ita est, ꝙ hoc competit, sed posteà officium iudicis mercenarium deseruiens actioni communi diuidundo est illud, quod facit cessare istud edictum nunciationis, vt etiam declaratur per Barto.& Pau. de Castr. Teneas tamen præcedentem solutionem, quæ mihi placet.¶Quartò vltra alios aduerte, inquantum Bar.pluries vult, ꝙ istud officiũ iudicis mercenarium deseruiens actioni communi diuidun. intentatæ, vel intendandæ, habeat effectum prohibendi ne edificetur, & si ædificaretur, quòd debeat destrui, sicut habet ipsa nunciatio.Certè istud, quod dicit Bar. *vel intentandæ, non* videtur bene dictum, quia officium iudicis mercenarium non deseruit actioni nisi postquam est in iudicio intentata.tex.est in l. ediles.§.item sciendum.ff.de ædil.edic.nisi diceres defendẽdo Bar. ꝙ ex quo aperta erat via actioni communi diuidundo, & sic ista actio habitu competat, certè competit officium iudicis mercenarium, & ad confirmandum vide doctr.Barto.in l.1.in antepen.col.ff.de iurisd.omn.iud.& isto modo saluatur limitatio ad d.l.ædiles.§.item sciendum.¶Quintò circa istam doctr. Bar.occurrit noua dubitatio, quam non reperio tactam, inquã
* tum Bar.& *omnes* volunt, ꝙ officium iudicis mercenarium deseruiens actioni communi diuid. prohibet, ne interim ædificetur, & si sit ædificatum, debet destrui eodem officio iudicis, sicut si esset ædificatum contempta nunciatione, & secundum Bar.non requiritur alia prohibitio, sicut nec in nunciatione noui operis, nũquid iste prohibitus per tale officium iudicis mercenarium præstita satisdatione possit ita ædificare, sicut in noui oper.nunc.posset per edictum prætoris positum in l.prætor. §.hoc interdictum.el secondo.& §.deinde.ĵ.eod. Si consideres verba Batt.innuunt, ꝙ sic, cũ ista prohibitio sit eiusdẽ effectus, cuius est nunciatio, ergo virtute æquiparationis, quam facit Bar.debent eisdem regulis regulari, quia quando in aliqua materia duo casus æquiparantur, quicquid statuitur in vno, intelligitur statutum & in alio, vt est glo.in l.si quis seruo persuaserit.C.de fur.& clarior glo.in l.qui verò contra.ff.de legib. & ista regula procedit etiam in materia correctoria, secundum Bart. in l.Marcellus.in princ.ff.ad Treb.in Auth.sed cum testator.C. ad l.Falcid.& si istud est verum esset, magna extensio ad edictũ prætoris positum in d.§.deinde.& in d. §. hoc interdictum. In contrarium videtur facere, & fortè est verius, quia ista prohibitio prætoris, ne socius ædificet in re communi, procedit ex natura actionis communi diuidundo, quia in re communi melior est conditio socij prohibentis.l.Sabinus.in fin.ff.communi diuidun.l.in re communi.§ fin.ff.de ser.vrba.prædio.ergo satisdatio non debet alterare naturam ipsius actionis, & officij iudicis mercenarij illi deseruientis, quæ ratio cessat in ista materia nunciationis noui operis.Secundò, quia nuncius grauabitur in hoc, vt siue iustè, siue iniustè nuncietur, nunciatio eum ligat.l.j. in prin.s̄.eod.& in alia alleuiatur, vt præstita satisdatione possit procedere in ædificando, per reg l.eum qui. in princi.ff.de iureiuran.quæ ratio cessat in actione communi diuidun.& officio mercenario illi deseruienti. ¶ Tertiò prohibitio, quæ fit socio ædificanti, nullatenus fit per istud edictum, imò tex.iste expressè prohibet, ne istud edictum detur contra socium ædificantẽ. Sicut ergo prohibitio ædificandi contra socium non descendit ex hoc edicto, vt in hoc tex.ita etiam non debet procedere satisdatio ex hoc edicto.¶Addi. Adde, ꝙ videtur prima opinio verior.nam interdicto quod vi aut clam, vtitur socius contra alterum socium.l.denique.§.si ex socijs.ff.quod vi aut clam. Et tamen interdictum quòd vi aut clam, remittitur per satisdationem, & probatur etiam ex his, quæ dicit hic Bar. æquiparando istam actionem noui operis nunciationi.& ita nouiter potes limitate. d.§. denique. vt non solùm procedat in nunciatione, sed etiam quando ageretur actione communi diuidundo, vel offic.iudi.merce.ita ipse legit.Ex istis remanet expedita doctrina Bar.quę non videtur ex toto transire sine dubitatione.¶Ad euaden.difficultates, quæ mouentur contra Bart. non omitto, ꝙ alium intellectum ad istum tex.posuit Dom.Pet. de Bex. & certè multum coloratum, & non contemnendum, quòd text. iste, qui decidit, quòd socius socio non potest nunciare, intelligatur verbo, vel iactu lapilli, sed bene potest nunciare per prætorem, & istud, quòd subdit tex. quòd potest prohibere ꝑ actionem communi diui.vel per prætorem, id est per nunciationẽ, quæ fit per prætorem. Ratio diuersitatis est, quia par in parem non habet imperium.l.ille à quo.§.tempestiuum.ff. ad Treb.l. nam & magistratus.ff.de arbi.cap.innotuit.de elect. vnde cùm

vterque

vterque socius habet par, & æquale ius, certè alter non potest sibi per seipsum nunciare verbo, aut per iactum lapilli, sed bene per prætorem, & sic per maiorem, & si diceretur, pone, quod nuncians haberet maiorem partem in re communi, certè nō esset tunc par in parem. Respondet ipse, quod hic non attenditur portio quotitatiua iuris, sed solùm attenditur communio pro indiuiso, & si iterum instares, quod in hac materia non est par in parem, eo quia in re communi est melior conditio prohibentis. d.l. Sabinus. & d. l. in re communi. respondet ipse hoc esse verum, quando vellet agere communi diuidundo, & eū prohibere, aliàs non, vt habetur in d.l. in re communi. Iste fuit peregrinus intellectus ad istum tex. & pondera, quod secundum istum intellectum iste tex. in verbo per prætorē. intelligitur sine violentia, id est, per officium prætoris ex isto edicto, sed secūdum communem intellectum intelligitur. i. per officium iudic. mercenarium, quòd deseruit actioni communi diuidundo. istum intellectum reprobat Hieronym. Tor. hic, isto fundamento, quia cùm in isto tex. prohibeatur generaliter socio posse nunciare nouum opus, ergo cui prohibetur genus, prohibetur & quælibet eius species. l. si quid earum. §. interemptum. cum simil. ff. de leg. 3. ergo etiam intelligitur prohibita nunciatio per prætorem, quæ est vna de tribus speciebus nunciationis. l. de pupillo. §. meminisse. j. eo. ¶ Addit. Confirmatur argum. Dom.
a Hieronym. nam dictio planè, [a] quæ est in tex. aduersatur superioribus cum omnibus qualitatibus. Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in 15. colum. sed in superioribus omnis nunciatio admittitur, ergo in sequentibus nulla admittitur. ¶ Tu responde defendendo istum intellectum retorquens argumentum in contrarium, quia tex. non prohibet generaliter nunciationem, imò specialiter permittit nunciare per prætorem, dū dicit, quòd prohibebit per prætorē. ista solutio adhuc clarius procederet, si teneremus nouam opin. Raph. Cum. & Do. Iac. de Put. in l. 1. § in operis. s. eod. & in l. de pupillo. §. meminisse. per illum tex. j. eod. quòd propriè nunciatio est, quæ fit verbo, vel iactu lapilli, sed quando per prætorem, vocatur propriè prohibitio. Isto modo iste tex. multum faceret pro isto nouo intellectu, quia tex. bene vetat nunciari, sed permittit prohibere per prætorem, tamen istam differentiam reprobaui in d. §. in operis. Secundò contra istum nouum intellectū opponunt Dom. Iac. But. & Dom. Hiero. Tor. hic, in materia istius edicti non debet attendi, quod par in parem &c. quia imò habenti plenitudinem dominij in loco, quo ædificat, potest nunciari nouū opus, ergo multo fortius socio, qui non habet plenitudinem, sed tantum communionem, & tanto fortius, quādo nuncians haberet maiorem partem, sed ad hoc responde, vt dixi in text. in 2. not. quod illud procedit ratione dubij, ita posset defendi iste nouus intellectus. ¶ Addi. Adde pro confirmatione istius intellectus, quòd si intelligamus tex. prout communiter intelligit, fit violentia literæ exponendo per prætorem. i. per officium iudicis mercenarium, præterea tex. esset superfluus. nam absque eo, quòd exprimeretur per prætorem, satis clarum erat, quòd actione concessa conceditur etiam officium iudicis. l. ædiles. §. item. ff. de ædil. edic. vnde non erat necesse illud exprimere intelligendo, prout communiter intelligitur, sed contra istum intellectum facit, quòd ratio tex. nostri est, quia habet aliud remedium. Petr. Bex. autem aliam assignat. s. quia par in parem non habet imperium, nisi dicas, quod ratio Pet. sit ratio rationis, tu adde, quòd videtur impossibile tenere opi. Bexu. nam tex. dicit, non datur nunciatio contra socium, assignat rationem, quia succursum est sibi per actionem communi diuidundo, & per prætorem. si tenemus intellectum eius, dicendo, per prætorem, hoc est nunciationem prætoriam, certè sequeretur, quòd quando competeret nunciatio per prætorem, non possem tūc alio modo nunciare, & tamen hoc est falsum, quia possum & verbo, & per lapillum. l. de pupillo. §. meminisse. j. eod. & istud est de mente glo. fina. hic. cogita, quia scholasticum, non recedas tamen à communi glo. & Doct. ¶ Glo. in verbo, quia possum. diuide in tres. In prima no. ex tex. & alleg. concord. In secūda opponit, & soluit. In tertia idem facit. Secūda ibi, sed opponitur, si officium iudicis. Tertia ibi, sed ad hoc opponitur. ¶ In ead. glo. ibi, sed illa prohibitio, quæ fit per prętorem ex hoc edicto non operatur destructionem. ista glo. sic ruditer intellecta malè diceret, sed salua, vt hic per Barto. & vltra glo. Bart. aliter respondet ad oppositionem gl. & bene. Tu autem responde ad
6 contrarium vltra Barto. †quod quoties plura remedia [b] proce
b dunt ex eadem. l. vel ex eodem edicto, tunc vnum non tollit aliud, & ita est hic, quia ex isto edicto prætoris procedit triplex nunciandi forma. de qua in d. §. meminisse. & ita etiam dicit Bald. hic. Tu adde, & fortius, quòd etiam si vnum sit generale, & aliud speciale, tamen quando descendunt ex ea. l. vel ex eo. edicto, tunc vnum non derogat alteri, nec generi per speciem derogatur, vt tenet Barto. in l. 1. §. 1. in vlt. col. s. eod. dum alleg. l. doli clausula. j. de verbo. oblig. secus, quando competunt ex diuersa. l. vel ex diuerso edicto. ita procedit contrarium gl. Sed aduerte contra ista Domin. Iaco. But. mouet difficultatē, quia si officium iudicis deseruiens actioni communi diuidun. per quam quis prætendit se habere ius commune cum alio, impedit ius nunciationis noui operis, vt hoc text. quanto fortius offic. iudicis deseruiens actioni, in qua quis habet totale ius pleni dominij, deberet impedire nunciationem, & tamen est falsum, quia habens plenum dominium, & possessionem potest nunciare nouum opus. l. 1. §. nunciamus. s. eod. & d. l. de pupillo. §. sextus. infra eodem. & huic difficultati non respondet. ¶ Tu autem no. responde prēmittēdo duo. Primò, quòd ante istud edictum de nou. oper. nunc. non poterat ædificans prohiberi ædificare nec per actionem, nec per officium iudicis mercenarium. l. penul. & fin. ff. de aqua quotidiana, & æsti. & l. si prius. j. eodem. istud solùm erat specialiter prouisum, quando ædificabatur in re communi, quia tunc melior est conditio prohibentis. ita dicit text in l. in re communi. ff. de serui. vrbanor. prædio.
7 & d. l. Sabinus. & istud etiam tenet Ioan. de Imo. hic in fi. ¶ †Secundò præmitte, quòd actio communi diuidundo, potest intentari ex duplici capite. Primò enim intentatur ad prohibendum, ne fiat ædificium in re communi, quia naturale est istius actionis prohibere ædificari in re communi. d. l. in re communi. §. fina. & d. l. Sabinus. Secundò potest intentari ad diuidendum, vt res communis inter socios diuidatur, toto titu. ff. & C. communi diuidundo. His sic præmissis dico, quòd nullum officium iudicis mercena. deseruiens alicui actioni est satis potens ad prohibēdum ædificare sine alia prohibitione, vel quod ædificata spreta prohibitione sine cognitione destruantur, nisi istud officium iudicis mercenarium, quod deseruit actioni cō muni diuidundo, eo quia illa actio naturaliter tendit ad hanc, scilicet ad prohibendum, idem est in ista nunciatione operis noui propter contemptam maiestatem prætoris, in alijs omnibus est secus. ista est veritas, & aperit intellectum fundamentalem istorum iurium. ¶ In ead. gloss. in fin. responde aliter, & melius secundum Barto. hic. & vidimus in l. 1. §. 1. supra eodē.
c Et aduerte inquantum Bartol. singulariter [c] limitando istum text. tenet, quòd si socius non posset habere copiam iudicis, nisi cum magna difficultate, vel iudex aditus denegaret officium suum, tunc posset nunciare nouum opus, & haberet locum istud edictum. Est pulchra limitatio ad istum text. & in specie solus Pau. de Castr. eam sequitur. Sed tu caue, quia Bart. videtur seipsum confundere, nam per istam limitatio. ostendit, quòd remedium nunciationis, quæ fit verbo, vel iactu lapilli pinguius prouideat, & cum minori grauamine, quia potest fieri propria authoritate, nec est necesse adiri aliquem iudicem, prout quando fit prohibitio per officium iudic. mercenar. deseruiens actioni communi diuidundo, ergo semper primum deberet facere cessare aliud per doctrinam met. Bartol. hic, nisi dicas ex mente Pau. de Cast. quòd imò non reputatur difficilius, imò vrbanius adire iudicem. & facere per prætorē. l. 3. C. de pignorib. Item censetur vtilius, vt rixæ, quæ aliàs possent exoriri, euitentur adeundo prætorem. l. item si res. §. primo. ff. de alien. iudic. mut. cau. fac. ¶ Addi. Adde circa primam opin. Barto. dum dicit *interdictum vnde vi, non tollit remedium extraordinarium facti*. aduerte, quia debet dicere remedium ordinarium facti, & si diceret extraordinarium, esset sibi contrarius ad ea, quæ infra dicit in tertio principali membro. ibi enim est inuentum in subsidium causa supplendi ius ciuile, vbi expressè appellat ordinarium. Secundo aduerte, quia Barto. ad hanc primam opposi. alleg. tria iura, & duo prima loquuntur in remedio facti temerario non iurando, vltimum bene loquitur in remedio facti à iure concesso, & tamen Barto. simul inculcat, vnde fortè melius esset distinguere vnum ab alio. Secun-
8 dò circa prædictam opposi. †aduerte, quia Bart. hic secundum veram lecturam appellat interdictum vnde vi extraordinarium,

ADDITIONES.

a ¶Dictio planè. Adde gl. in ver. planè. in l. in actionib. ff. de in lit. iur.
b ¶Remedia. Adde, quòd quando alicui competunt plura remedia ad aliquid agendum vno sublato non tolluntur cætera, sed illæsa remanent. l. si domus. ff. de serui. vrb. prædio. & quòd per ordinarium remedium cesset extraordinarium, habetur in l. quædam. in princ. de eden. l. in causæ. la seconda. ff. de mino. quod limitatur, vt per Ias. in l. 1. §. 1. nu. 2. hoc tit. quod autem possint concurrere duo remedia extraordinaria, habetur in l. de pecorib. C. ad l. Aquil. gl. & Doc. in l. is qui Reipub. ff. ex quib. cau. maior. & no. Neuiz. consi. 65. nu. 9. & fac. quæ scribit Rip. respon. 45. col. 2. MASVER.
c ¶Singul. Limitatio Bar. ad text. quam sequitur Ias. in §. sequen. colum. penul. PVRPV.

rium, & tamen infra in tertio principali membro, ibi, si verò vtrunque est mihi æqualiter vtile, quod est in fina. colum. & in 4. oppo. appellat interdictum vti possidetis remedium ordinarium, certè est mirandum, cur potius vnum interdictum sit ordinarium, quàm aliud, & ideo puto, dicat quicquid velit Bart. q̃ omnia interdicta sint extraordinaria, & ita dicit tex. in §. pe. insti. de interd. & ita ipse legit. ¶Extra gloss. Barto. suo eleganti studio examinat duos princip. arti. & plenius, & diffusius Albe.
9 de Ros. hic post alios. ¶ † Primus articu. est, quando sunt duo remedia extraordinaria, an vnum tollat aliud. Facias ex dictis Barto. vnam regulam, & duas fallen. Regula est, quòd vnum remedium extraordinarium non tollat aliud. l. quemadmodum. §. magistratus. vbi glo. ff. ad l. Aquil. & l. de pecoribus. C. eod. in quibus iuribus habetur, quòd vtilis actio concurrit cũ actione in factum, eo quia vtrunque est remedium subsidiarium. Adde, quòd volunt glo. & Docto. in l. cùm filiusfam. viaticum. ff. si cer. pet. vbi concurrunt vtilis certi condictio, & officium iudic. eo quia ambo illa remedia sunt extraordinaria, & ex æquitate competunt, vt ibi. Amplia istam regu. secundum Barto. quòd si talia remedia extraordinaria competunt ad diuersa, tunc non tolluntur origine, nec electione. tex. est in l. qui bona. §. si quis opus. ĩ. titu. 1. ¶ Fallit primò secundum Bartol. quando vnum remedium esset famosum. l. 1. §. ait prætor. ff. de dolo. ¶ Secundò fallit, quando remedium extraordinarium
* succederet loco ordinarij, vt hoc tex. secũdum *communem* opi. ¶Vltra Barto. limita tertiò, quando vnum esset minus subsidiarium, seu minus extraordinarium altero, tunc facit cessare aliud, quòd esset magis subsidiarium, tex. est no. in l. si filius. & ibi Bal. C. de inoffic. dona. vbi restitutio in integrum, quæ est remedium extraordinarium, facit cessare querelam inofficio. dona. eo quia est magis extraordinarium. patet, quia restitutio in integ. cessat, quando habet locum remedium commune, & sic ordinarium. l. in causæ. secunda, in princip. supra de mino. sed querela cessat, vbi habet locum nedum ordinarium, sed etiam aliud extraordinarium. tex. est in l. fin. in verbo vltimum adiutorium. C. de liber. præte. in §. tam autem. insti. de inoffic. testam. & in l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffic. testa. ¶Quartò limita secundum Saly. & melius Albe. in d. l. si filius. per illum tex. quando sunt duo remedia subsidiaria, & sic extraordinaria, illud, quod prius est in esse productum, facit cessare illud, quod posteà producitur in esse. tex. est ibi de hoc no. nam facta donatione immensa per minorem statim competit sibi restitutio in integ. quæ transmittitur ad hæredes. l. non solùm. ff. de in integ. restitu. sed querela competit demum post mortem minoris, ideo primum remedium extraordinarium, quia prius in esse deductũ, facit aliud remediũ cessare. ¶Quintò limita secundum Pau. de Cast. in d. l. si filius. per illum text. eo quia ibi vnum remedium extraordinarium plenius prouidet alio extraordinario. Nam ibi restitu. in integ. rescindit illam immensam donationem in totum, sed querela solùm vsque ad legitimam, facit quod dicam in seq. artic. 5. fallen. ¶Secundus principalis articulus est, an remedium ordinarium faciat cessare extraordinarium, de quo etiam posuit Barto. in l. 1. §. 1. & ibi dixi supra eodem. Sed vt clarius habeas omnia dicta Bar. fac regulam, & sex fallentias, & omnia dicta Bar. habebis. Regulariter remedium ordinarium, facit cessare extraordinarium. tex. est hic. & in l. in causæ. 2. in princ. s̃. de mino. cum alijs allega in glo. Amplia istam regulam, quod extraordinarium est famosum, siue contra eundem, siue contra diuersos competat. l. 1. §. fina. cum l. sequen. ff. de dolo. ¶Limita primò, quando ordinarium est inuentum causa adiuuandi ius ciuile. l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de pub. & vect. & l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. Tu dic clarius, quod regula prædicta procedit, quòd ordinarium facit cessare extraordinarium, quando illud extraordinarium est contra ius, vt resti. in integ. secus si secundum ius, vt est glo. ordin. in d. l. 1. §. per hanc. hoc firmat Io. Andr. in c. non solùm. de appel. in 6. in nouel. D. Abb. in c. ex parte in 2. colu. de rescript. ¶Secundò limita, quando remedium ordinariũ est facti, tunc non facit cessare aliud. glo. est in l. de pupillo. §. meminisse. infra eod. in glo. pen. ¶Tertiò limita, quando remedium ordinariũ est generale, tunc non facit cessare remedium extraordinariũ speciale, q̃d est fortius si sit famosum. text. est in l. si legatarius. ff. de dolo. glo. in l. 2. C. eodem. firmat Bar. in l. 1. §. 1. supra eod. Hinc est, quòd interdictum vnde vi, quòd est generale, non tollit remedium istius interdicti, & sic nunciationis noui oper. q̃ est extraordinarium, imò concurrit, text. est in l. si alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi aut clam in l. prætor. §. nonnulli. ĩ. eo. ¶Quartò limita, quando extraordinarium est vtilius, & pinguius prouidet, quia faciliores probationes sufficiunt. glo. est no. in l. fina. C. si aduer. rem iudi. dixi post Bar. in l. 1. s̃. eo. Adde, quòd idem tenet Barto. in l. Aemilius. in princip. per illum text. ff. de mino. facit tex. cum glo. in c. 2. de in integ. resti. in 6. facit, quod dixi in præced. articu. in 6. fallent. ¶Quintò limita, quando ordinariũ non competit principaliter ad idem, ad quod extraordinariũ, sed per quandam consequentiam. glo. est no. in l. 1. in princi. ff. si vsusfruct. peta. probatur in l. de pupillo. §. meminisse. in fi. infra eod. ¶Sextò, & vlti. fallit, quando competunt contra diuersas personas l. et. & ibi Bart. C. si tutor, vel cura. interuen. & tex. in l. si minoris. & ibi Barto. ad hoc not. ff. de adminiſt. tuto. glo. in c. 2. in verbo restituimus, ad fin. de in integrum restitut. Domin. Abba. in dicto cap. ex parte. 2. in vlti. colum. & in consi. 77. in 2. volum. quod incip. in q. quæ ad præsens vertitur inter Iacobum. in 4. colum. vel quando competunt ad diuersa. l. qui bona. §. si opus. infra titu. 1. limitando tamen, & intelligendo, vt hic per Barto.

SVMMARIVM.

1 *Superficiarij, emphyteutæ, & feudatarij habent ius nunciandi.*
2 *Quis sit contractus superficiarius.*
3 *Superficiarius potest nouum opus nunciare suo proprio nomine, quando opus nocet superficiei.*
4 *Inquilinus, seu conductor in perpetuum dicitur emphyteuta.*
5 *Inquilinus, seu conductor non potest nunciare nou. opus procur. nomine.*
6 *Absente Abbate potest monachus agere, & esse in iudicio, præsertim quando periculum est in mora.*
7 *Si in instrumento locationis dicatur, quòd locator posuit conductorem in locum sui, censetur tunc constitutus generalis procurator ad negotia, & iudicia.*
8 *Conducens à Republ. etiam ad modicum tempus, statim habet vtile ius.*

§. Si ego superficiarius.

Superficiarius, qui habet vtile dominium, potest nunciare nouum opus, secus in in-
1 quilino h. d. ¶Præmitte ad euidentiam secundum Bald. †quod quidam sunt superficiarij, quidam emphyteutæ, & quidã feu-
* datarij, & omnes isti habent ius nunciandi, prout *omnes* tenent, quia habent vtile dominium, & secundum Bal. hic. superficiarius est, qui emit vtile dominium, & nihil annuum præstat, sed si præstat aliquid annuum, vel menstruum, est emphyteuta. Adde, q̃ eandem differentiam inter superficiarium, & emphyteutam ponit idem Bal. in l. 1. in 3. col. C. de iure emphy. & in c. 1. §. hoc quoque. in 5. col. de succes. feud. tenent Cano. in c. potuit. de loca. Ista differentia non est bona, quia imò superficiarius est, qui soluit omni anno aliquid; text. est in l. superficiario. ff. de rei ven. alleg. hic in glo. nisi salues Bal. intelligendo sanè, vt
2 statim dicam. † Dic ergo melius, q̃ contractus superficiarius est, quando directus dominus concedit alicui in perpetuũ ius in superficie tm̃, ita q̃ in ipso solo nihil iuris habeat, & in recognitionem proprietatis soli omni anno aliquid minimum soluit, puta vnum denarium. tex. est in d. l. superficiario. in contrarium est tex. in d. l. inter quos. §. damni. ĩ. tit. 1. Item est contractus superficiarius, quando ego directus dominus vẽdo tibi, vel dono superficiem talis fundi, vel talis domus pro centũ ducatis, istud est ius superficiarium, dato, q̃ nihil annuum soluatur in recognitionem proprietatis soli, & ita suppletur. d. l. superficiario. secundum Bar. no. in l. fi. ff. de superfic. & ita salua-
a tur dictũ Bal. in locis s̃. alleg. Natura aũt [a] iuris superficiarij est, vt destructa superficie, puta combusta domo, vel molendino funditus destructo, finitus sit iste ꝯtus. s. superficiei interitu, ita q̃ si vellet reædificare non posset. Idem declarat no. Bal. in rub. C. de iure emphy. circa prin. Sequitur, & secundus no. effectus, quem statim subijciam, sicut sunt, qui habent ædificium proprium, sic superficiem propriam in solo tamen liuellatio, vt no. declarat Bal. in Auth. qui rem. in 2. col. C. de sacrosanc. Eccl. per tex. in l. sed addes §. si inquilinus aream. ff. locati. Item quotidie in instrumentis dicitur, concedo tibi solum iure emphyteutico, & superficiem iure proprio, & sic quicquid superædificaueris, illud superficiarium sit tuum, quo casu cõcurrũt duo diuersa iura. s. ius emphyteuticum respectu soli, & ius superficiarium respectu ædificij, quæ iura non sunt eiusdem generis, & formæ, nec eiusdem naturæ, & effectus, imò multum diuersæ. Ita tenet Bal. in l. 3. ff. de serui. & in l. si domus. §. fi. ff. de leg. 1. & in l. 2. in 2. col. per illum tex. C. de iu. emphy. in Auth. excipit. C. de bon. q̃ lib. vbi dicit se ita ꝯsuluisse, quemadmo. posset dñs mihi ꝯcedere aream iure feudi, & quicquid ibi superædificauero,

ADDITIO.

a ¶Autem. Intellige, quando esset sola superficies concessa. Bar. in l. fin. ff. de superfic. PVRPV.

ro,puta castrum iure proprio,secundum Bal.in c.1.§.si quis de
manso.in 6.colu.de controuer. inuesti. Ista sunt vera,quamuis
aliter,& malè tenuerit Bar.in l.1.§.qui superficiem.ff.de super-
ficieb.per tex.in l.obligationum ferè.§.placet in fi.ff.de actio.&
obli.cum Bar.tenet Pau.de Cast.in d.l.3.ff.de serui. sed ad d. §.
placet.tenent Bal.in locis præalleg.præsertim in dicta Auth.ex-
cipitur.ꝙ ille tex.procedit de iuris subtilitate, secus de æquita-
a te propter conuentionem expressam. Tu responde [a] melius,ꝙ
text. in d.§.placet. loquitur respectu directi dominij.Nam qui
habet directum dominium soli,habet necessario directum do
minium superficiei,vt ibi,& l.fi.ff.de superficieb. secus est, quo
ad vtile dominium,ꝙ est ipsius superficiarij,vt hoc text. & d.l.
superficiario.& si diceretur , quæ vtilitas erit in istis differentijs
inter contractum superficiarium,& contractum emphyteuti-
cum?Respondetur,quòd finita emphyteusi in terminis proxi-
mè formatis potest eleuare superficiem,& sic ædificium, cùm
illud habeat iure proprio,nisi domino soluente æstimationē ,
ita tenet Bal.in locis præalle.& notabiliter idem Bal.in c.1. §. si
vasallus.per illum tex.in tit.hic finitur lex Corradi in vsib. feu-
dorum.& in Auth.qui rem.in 2.col.C. de sacrosan. Eccl. & est
tex.formalis de hoc in l.sed addes.§.si inquilinus aream. ff.loca
ti . Isto modo intelligis de radice fundamentum termini iuris
3 superficiarij.¶†Not.primò, ꝙ superficiarius potest nouū opus
nunciare suo proprio nomine,quando opus nocet superficiei.
Ratio duplex est in tex.Prima,quia habet vtile dominium,cū
habet vtilem in rem actionem,pro vt est etiam tex.in l.1.§.qđ
ait.ff.de superficieb.in l.superficiario. & l.seq.ff.de rei vend.qui
autem directum dominiū habet superficiei, necessariò est do-
minus soli per regulam.l.obligationum ferè.§.placet. ad fin.ff.
de act.& oblig.l.fi.ff.de superfic.Secunda ratio est in text. quia
superficiarius habet ius vendicandæ seruitutis, potest.n. agere
confessoria.d.l.1.§.quod ait.ideo etiam potest nunciare.eadem
ratione vtitur tex.in l.creditori.j.eo.in l.1.§.item Iuliano.ff.de re
mis.¶Secundò not. quod inquilinus non potest nunciare no-
num opus.Ratio,quia non habet etiam vtile dominium.l. nō
solet.ff.loca.& non habat ius in re,sed nunciatio fit gratia iuris
nostri.l.1.§.nunciamus.s̃.eo. iuxta hoc quærit Bart. an inquili-
nus possit nunciare nouum opus procuratorio nomine domi
ni.¶Addi.Circa istū tex.adde dum dicit,inquilinus agere ex in
4 terdicto nou.oper.nunc.non potest.†Aduerte, quia non intelli
git de inquilino siue conductore perpetuo , quia is dr̃ emphy-
teuta,ita dixit Imo.in c.nulli.de reb.Ecclesiæ non alienan.Ioan.
Fab.in l.1.C.de iure emphy. Tu aduerte,quia dum isti volunt,
ꝙ conducens rem in perpetuum dicatur emphyteuta,malè di
cunt. Et differentiam melius ponit, quàm alibi viderim inter
Legistas Bald.in c. literæ. de dilat.dicens,quod si quis conduxit
rem perpetuò soluens certum quid minimum,dr̃ emphyteu-
ta,si vero soluat secundum valorem rei,puta pro qualibet ꝑti
ca tantum,tunc dicitur conductor,ita Bal.vbi s̃. & meram ve
ritatem dicit.adde ea quæ dixi in l.1.in 7.col.in fi.C.de iur.em-
phy.vbi ista etiam posui,ita ipse legit.Tu autem potius oppo.
ad tex.dum dicit mouet, quòd quasi inquillinus &c. ista argu-
mentatio videtur falsa ex sufficienti partium enumeratione,
aut.n.inquillinus est perpetuus,& tunc sicut potest emphyteu
ta,& superficiarius nunciare , ita inquilinus perpetuus, proba-
tur in l.1.§.quod autem ait prætor.j.de superfic.& per gl.in l.fi.
ff.si ager vec.vel emphyt.dum volunt,quod conducens ad nō
modicum tempus habeat actionem in rem,ergo & nunciatio
nem,vt arguit hic text. aut inquilinus conduxit ad minimum
tempus,& tunc sicut inquilinus non habet actionem in rē,nec
nunciationem,ita & superficiarius.tex.est in l.1.§. quod autem
ait prætor.j.de superfi.aut inquilinus conduxit ad modicum
tempus,superficiarius ad longum , & tunc non esset bona ar-
gumentatio de conducente ad modicum tp̃s, de conducente
ad longum ,& isto modo vr̃,ꝙ nec argumentatio, nec dictum
de inquilino indistinctè sit verum.cogita.†Ex omnib.dictis Bar.
5 collige quatuor conclusiones,& tres notabiles limitationes ad
istum tex.¶Prima conclusio est,ꝙ inquilinus,vel colonus non
pōt nunciare nouum opus ēt procuratorio noīe domini , eo
quia non censetur ēt tacitè constitutus procurator,aliàs.n.pos
set.l.1.§ fi.s̃.eo.Mouetur Bar.solùm ex isto tex. qui vr̃ probare
in generalitate.idem tenet Bal.in l.emptor.C.de hær.vel actio.
* ven.& sequuntur alij *omnes* indifferenter hic. Sed Bal. hic tenet
audacter ɔ̃riūm,ꝙ imò inquilinus potest nunciare noīe dñi ꝑ
tex.ſm eum ad literam in l. 1. C. si per vim, vel alio modo, &
plus non dicit.Adde,ꝙ tenendo opi.Bal.ɔ̃ Bar.& oēs posset de
facili rn̄deri ad istum tex. quia text. bene prohibet inquilinum
nūciare suo noīe,non aūt procuratorio noīe domini.Scđò,&
melius text. iste loquit̃ simpliciter, & sic in dubio,ergo loquit̃,
qn̄ suo nomine per regulā.l.& magis.ff.de sol.Sed teneas opin.
Bar.& cōem,quæ est vera.& ad tex.in d.l.1.C.si ꝑ vim, vel alio
modo.responde,ꝙ ille tex.loquitur cōcurrentib.duob.Primò,
qn̄ dominus est absens. Secundò solū in cā recuperandæ pos-
sessionis,in istis bene inquilinus,& simplex colonus admittun-
tur,vt ibi.& l.fi.cum gl.vbi Doc.C.qui legitim.person.ergo ar-
guendo à spāli pōt retorqueri ille tex.ɔ̃ Bald.vt faciat pro cōi,
& sic est defensata prima cōclusio Bart.Sed aduerte,quia ɔ̃riū
videtur tenere Bar.sibimet ɔ̃rius in l.filius.ad fi.j.tit.1.vbi dicit,
ꝙ inquilinus,& vsufructuarius petunt cautionem procurato
rio noīe domini,vt l.1.§.fi.s̃.eo. Illud dictum Bar. saluant Pau.
de Cast.& Lud.Ro.ibi.Raph.Cum.& Do.Alex.hic,vt Bart.lo-
quatur,quando dn̄s esset absens,ita ꝙ non posset dn̄o significa
re,ꝙ opus fieret, iuxta.l.item quæritur.§.exercitu.ff. locat.tunc
bene pōt nunciare nouum opus procuratorio noīe dn̄i,& isto
modo datur vna limitatio ad istum tex.Ego aūt puto,ꝙ Bart.
ibi non bene saluetur per istum modum.pondera, quod Bart.
ibi se fundat in l.1.§.fi.s̃.eo.vbi vsufructuarius pōt nunciare ꝓ-
curatorio noīe domini,nec ibi requiretur absentia dn̄i,& istud
idem dicit in inquilino per illum tex.Credo tamen,ꝙ saluatio
sit in se vera,quod data absentia dn̄i,ita quod colonus nō pos-
sit sibi de facili denunciare,& periculum esset in mora,ꝙ tunc
possit nunciare procuratorio noīe dn̄i absentis, præsertim qn̄
periculum esset in mora.Istud probo primò per illud,ꝙ singu
lariter vult Bar.in §.p̄ced.& ibi sequitur Pau.de Cast.vbi tenet,
qn̄ non posset haberi copia iudicis, nisi cum magna difficulta-
te,ꝙ socius,quia aliàs prohibetur nunciare nouum opus, pos-
set tunc nunciare.Secundò moueor,quia ꝑꝑ absentiam ꝑmit-
titur aliquis in iudicio agere,qui aliàs nō posset.tex.in l.si filius.
§.1.ff.de iudi.in l.sed si vnicus.§.filio.ff.de iniur.l.cū filiusfamil.
6 viaticum.ff.si cer.pet.Hinc est,ꝙ †absente Abbate [b] potest mo
b nachus agere,& esse in iudicio præsertim , quando periculum
est in mora,tex.est in Auth.vt clerici apud propri.Epi.in princ.
& ibi Ang.tenet.col.9.Can.in c.cū dilectus. de rescri. Ad idem
facit singulare dictum Arch.in c.Reatina Ecclesia. 63. dist. vbi
dicit fuisse obtentum, ꝙ qn̄ requiritur expresè consensus Re-
gis,vel Epi,si sint absentes extra prouinciam , sufficit cōsensus
eius Vicarij,qui aliàs non sufficeret.sequitur Bal. in c. cū vene-
rab.de consue.D.Ant.in c.ꝙ sicut.in 3.col.de elec.& pro illo di
cto habes optimum tex.in c.cū nullus.in versic.Epo autem in
remotis agen.de temp.ordi.in 6.& est veritas, quicquid teneat
Lud.in sing. suis. & ita habes enucleatam primam cōclusionē
c Bar.¶Secunda conclusio [c] est , ꝙ si in instrumento locationis
contineretur,ꝙ conductor possit facere , & vti re tāquam sua,
per ista verba censeretur constitutus procurator,& posset tūc
nunciare nouum opus.pro ista conclusione Bar. quæ est vera,
adde tria facere.Primò,quia per talia verba,aut similia cense-
tur,ꝙ est fortius datum mandatum cum libera administratio
ne secundum Bar.in l.procurator cui libera.ff.de procura.per l.
creditor.§.Lucius.ff.manda.Idem tenet Bald.in l.1.in pen.q.C.
de bon.mater.in c.contingit.de transac.aliàs de procu.in l.si pro
curator ad vnam speciem,& ibi alij.C.de procur.Secundò ad-
de tex.in §.ad hoc ꝓhibemus.in verbo,q̄ possent ipsi. in Auth.
de colla.colla.9.& ibi Ang.ad hoc not. pro eo,ꝙ proximè dixi.
Tertiò adde tex.in l.1.in verbo.vt in re sua ageret, & ꝙ ibi vult
7 signanter Bar.per illum tex.ff.de solu.¶†Tertia cōclusio est, ꝙ
si in instrumento locationis dicatur , ꝙ locator posuit condu-
ctorem in locum suum, censeretur tunc constitutus generalis
procurator ad negotia,& ad iudicia, & sic posset opus nouum
nunciare.facit vltra alleg.per Bar.tex.in l.planè.in verbo suo lo
co,& quod ibi Bar.& gl.ff.famil.ercis.tex. in l. sed si tantum.in
verbo loco domini.ff.de pac.& sic teneas cum Barto.Imo. &
Raph.Cum.reprehendunt istas duas conclusiones Bart. eo qa
secundum Imo. talia verba potius intelliguntur arbitrio boni
viri.Raph.autem mouetur,quia talia verba quamuis genera-
lia, tamen debent intelligi ſm naturam ɔ̃ctus. l. si stipulatus.s̃.
de vsur.l.si in vno.in prin.cum gl.ff.loca. Tu dic,ꝙ ita intelligē
do talia verba nihil operarentur,& essent superflua, contra re-
gulam.l.si qn̄.in prin.cū sim.de leg.1.Hinc est, ꝙ nulla clausula
imò nulla syllaba debet esse sine effectu aliquid operandi.dixit
gl.in c.solitæ.de maio & obed.Bal.in rub.C.de ɔ̃h.emp. in 9. q.
¶Quarta conclusio est,ꝙ conducens à Repub. ēt ad modicū
tp̄s statim habet vtile ius.gl.in l.1.in glo.2. ff. de loco pub.fruen.
gl.in l.1.§.ꝙ ait.in verbo actio.ff.de suꝑfic.Bart.in l. vectigalia.§.
non

ADDITIONES.

a ¶Tu responde.Ista respons. nil facit, quia si habetur iure vtili , non dicitur iure proprio. PVRPV.

b ¶Absente Abbate. Adde Spe.tit.de author.in §.vlt.

c ¶ Secunda conclusio Bartol. quòd comparationes duæ non faciunt , quia aliud est dicere,quòd possis facere,quæ ego dominus , vt ibi. Aliud, vt in re tua,vt hic.

non solùm. ſ. de publica. & vecti. Ideo qui emunt, vel conducunt gabellas à communi, poſſunt facere omnia, quæ faceret commune, prout etiam tenet Bal. in l. j. §. fi. ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Ciues admittuntur ad nunciandum quando ædificatur in publico.*
2 *Si ſtatutum dicat, quòd quilibet de populo admittatur ad accuſandum, intelligitur quilibet de ciuitate vel comitatu & non alius.*
3 *Quando verba generalia proferuntur ſuper actu iam conceſſo, talia verba generaliter intelliguntur & non reſtringuntur ad habiles.*
4 *Quando tractatur de fauore publi. ſemper verba intelliguntur generaliter.*
5 *Nunciatio noui operis dicitur defenſio.*

1 §. Si in publico. † Not. ꝙ ciues admittuntur ad nunciandum, q̃n edificatur in publico. hinc infertur ex hoc text. ꝙ non ciuis, & conſequenter forenſis non poteſt nunciare nouum opus. Iſtud dupliciter colligitur ex hoc text. Primò, quia ex quo text. includit omnes ciues, certè vnius incluſio debet alios excludere. l. ſi maritus. C. de procu. l. cùm prætor. ſ. de iud. c. nonne. de præſump. Secundò, quia aliàs ſufficiebat dicere omnes poſſe nunciare
a abſque eo, ꝙ diceret, & adderet ciues, quia ergo vniuerſitati a
oẽs, addit dictionem ciues, vult forenſes non poſſe nunciare nouum opus, limitatur niſi ædificaretur in via pub. tunc quilibet etiam forenſis poteſt nunciare. l. j. §. fin. ff. de via pub. Ratio fallentiæ eſt, quia tunc cuiuslibet etiam forenſis intereſt, cùm quilibet poſſit ambulare per viam publicam. l. per agrum. C.
* de ſerui. & aqua. ita concludunt Iac. de Are. Bar. & Bal. & *magis*
2 *communiter* alij. † Pro iſta concluſione ſm Bar. hic facit, quia ſi ſtatutum dicat, ꝙ quilibet de populo admittatur ad accuſandum, intelligitur quilibet. ſ. de ciuitate, & non alius, vt hoc text. ita etiam Pau. de Caſt. hic. adde Bald. qui idem tenet in cap. ex parte. in 3. col. de teſt. vbi ad hoc ponderat primam gl. ibi, quã dicit facere ad hoc. Adde etiã quòd volunt Bal. & Pau. de Caſt. in l. j. §. huius ſtudij. ad fi. ff. de iuſti. & iure. ꝙ ſi ſit facta iniuria ſacerdoti, quilibet de populo poteſt accuſare, vt ibi dicitur, tamẽ intelligitur de populo illius loci. ſ. ciuitatis, vel caſtri. ad hoc dicit Pau. de Caſt. bene facere iſtum tex. Contra iſtam concluſionem Bar. & Doct. videtur eſſe gl. in l. ij. §. pen. ff. ne quid in loco publi. quæ videtur velle, ꝙ quilibet etiam non ciuis poſſit nunciare, quando fit opus in publico, quam gl. Ang. hic alleg. contra Bar. & dicit de ea Bart. non recordatum. Sed Imo. & Mod. reſpondent, ꝙ illa glo. loquitur de illo, qui non erat de illa ꝯta, in qua ædificabatur in publico, & tñ vult, ꝙ poſſit nunciare. & ita ampliatur iſte tex. per hoc non ſequitur, ꝙ ibi eſſet forenſis. Licèt omnes teneant cum Bar. & Antiquis, ꝙ ille, qui eſt forenſis, non poſſit nunciare nouum opus, quando ædificatur in publico, & ego idem teneam, tñ veritatis inueſtigandæ gratia, cre
3 do ꝙ poſſet teneri contrarium. † Moueor, quia q̃n verba generalia proferuntur ſuper actu iam conceſſo, talia verba generaliter intelliguntur ſine reſtrictione, & non reſtringuntur tunc ad
* habiles, prout eſt doctrina *communiter* approbata in l. j. §. nunciatio. ſ. eo. ſed hic iſta generalitas eſt ſuper actu iam conceſſo, prout vidimus tex. in l. ij. §. ſiue autem. & §. ſeq. ſ. eo. vbi q̃n ædificatur in publico, poteſt edicto prætoris fieri nunciatio, ergo ſumus in actu iam conceſſo. & licet Bar. in d. §. nunciatio. voluerit, ꝙ iſta generalitas in hoc tex. proferatur in actu, qui de nouo conceditur, & ibi dixi, tñ difficile eſt illud defendere. & Rapha. Cuma. hic tenet ꝯ Bar. ꝙ hic generalitas non ſit ſuper actu de nouo conceſſo, ſed ſuper actu iam in præteritum conceſſo. Secundò moueor, quia in iſto tex. iſtud ſtatuitur fauore publi-
4 co, vt dicit tex. in l. nam reip. Sed ego habeo, quòd † q̃n tractatur de fauore publico, ſemper verba generaliter intelliguntur, & non reſtringuntur ad habiles. l. ſi quis in graui. §. vtrum. ver. hoc quoq;. & ibi Bar. ff. ad Sylla. Bar. in d. §. nunciatio. & ſi tu diceres, ſi fundamẽta ſunt vera, quare ergo fit reſtrictio, ne pupillus admittatur. Reſpondetur, quia non intereſt reip. eum nunciare, in quo eſt defectus intellectus, poſtquam alij infiniti poſſunt nunciare. & ſi inſtares, iſta fundamenta militarent, ſi tex. ſolùm vteretur generaliter, & diceret ſi ædificaretur in publico, omnes poſſint nunciare. Illa vniuerſalis omnes, tunc nõ reſtringeretur ad excluſionem foren. Sed tex. procedit vltra omnes ciues, ergo tex. ſeipſum reſtringit, quia poſſet diſputando dici, ꝙ etiam dictio ciues, non habeat obſtare, quia lex vtitur termino, ciues, gratia frequentioris vſus, & quotieſcunque lex aliqua vtitur dictione gratia frequentioris vſus, non cenſetur excludere. & ita limitatur. d. l. cùm prætor. cum alijs. ſ. alleg. gl. eſt in cle. attendentes. & ibi Can. de reſcri. & gl. in l. j. C. de his, qui ad eccl. confug. cum multis concor. quas allegaui in l. ij. ff. de vul. & pupilla. in prin. gl. in verbo filio. Iſta ſint dicta diſputationis gratia, propter quæ nullatenus diſcedas à communi concluſione, quam limita, & iſtum tex. vt procedat, quãdo aliquid fit in loco publico, id eſt deputato ad vſum publicum, ſecus ſi in loco publico fiſci, vel ciuitatis, vt hic per Barto. & alios. Secundò no. in l. nam reipublicæ. iuncta. l. ſeq. in prin. hic videri tex. contra communem regulam, de qua proximè dixi, & quando tractatur de publica vtilitate, vt dicit hic text. verba generalia reſtringuntur ad habiles, ideo excluduntur pupilli & mulieres, &
5 dixi in l. j. §. nunciatio. ſ. eo. ¶ † Tertiò no.[b] quod nunciatio noui
b operis dicitur eſſe defenſio, idem clarius dicit tex. in l. de pupillo. §. qui remiſſionem. vbi dicetur. inf. eo.

ADDITIONES.

a Vniuerſitati. Adde tex. in c. Romanorum. 21. diſt. c. ſolitæ. de maiori. & obed. in c. dilecto. de ſen. excom.
b ¶ Tertiò nota. Adde Alexan. in l. in prouinciali. §. ſi ego in fin. ſupra eodem. & text. in §. ſi remiſſionem, nihil facit, quia loquitur in petente remiſſionem nunciationis. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Ad pupillum etiam cum autho. tut. non pertinet defenſio reipublicæ.*
2 *Stante ſtatuto, quòd mulier non poſſit contrahere nec ſe obligare ſine conſenſu conſanguinei proximioris, ſi proximior conſanguineus ſit pupillus, nunquid cum auth. tut. poſſit ſupplere illum conſenſum.*
3 *Adultus etiam maior. 18. annis, & cum auth. curatoris non poteſt nunciare ex cauſa publi.*
4 *Minor non habet vocem in conſilio nec in electione nec in conſtitutione ſyndici.*
5 *Authori. tuto. nunquam trahitur retro, quia ſemper debet præcedere actum.*
6 *Quando pupillus caret tutore, & non habet copiam iudicis admittitur ad nunciandum ſaltem vt habeat effectum interueniente poſtea nunciatione valida.*
7 *Per nunciationem factum verbo perditur poſſeſſio.*

LEX V.

De pupillo. Not. quòd pupillus non poteſt nunciare gratia publici iuris tuendi etiam cum autho. tuto. ex hoc infero
1 correlariè tria. † Primò, quòd ad pupillum etiam cum autho. tut. non pertinet defenſio reip. facit. l. ad rem pub. ff. de mune. & hono. Secundò & no. infertur, quod authoritas tutoris non ſupplet defectum ætatis in publicis. Ratio eſt, vt inferius dicit Barto. quia non ſunt in adminiſtratione patrimonij pupilli. ergo non ſpectant ad tutorem, vel curatorem pupil. l. fin. ff. de cura. fur. & tex. ad literam, qui idem dicit in l. ſeruus furioſi. ff. de manu. Tertiò ex iſto tex. & ex prædictis infert notabi
2 liter † Bald. hic ſtante ſtatuto, ꝙ mulier non poſſit contrahere, nec ſe obligare ſine conſenſu conſanguinei proximioris, ſi proximior conſanguineus ſit pupillus, nunquid cum autho. tuto. poſſit ſupplere illum conſenſum? determinat Bald. per illum text. & prædicta, ꝙ non, eo quia authoritas præſtaretur pro eo, ꝙ non eſt in patrimonio, vel adminiſtratione perſonæ pupilli, ſcilicet in præſtando conſenſum alteri, meritò autho. tut. nihil faceret, ꝙ reputat bene notandum. Alij non tangunt. Adde, ꝙ idem tenet Bal. in l. j. circa fi. C. qui admit. ſed alia ratione quàm illa quam aſſignat hic. Quærit enim ibi Bald. ſtante ſtatuto prædicto, nunquid ſufficeret præſentia, vel conſenſus pupilli cum autho. tuto. Primò videtur, quòd ſic per l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. in contrarium dicit Bald. facere, & ita determinat, quia cõſenſus vigore prædicti ſtatuti debet præſtari ab eo, qui eſt legitimæ ætatis, aliàs eſſet abſurdum, quòd qui eſt imbecillis intellectus, præſtaret authoritatem mulieri, contra. l. fi. C. de legi. tuto. Secundò, quia redacti ſunt tales à ſtatuto requiſiti ad inſtar teſtium, ergo ſi ſunt impuberes, repelluntur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. ſed adde, quòd idem Bald. alibi tenet contrarium in l. in coniunctione. ad fin. C. de nup. vbi dicit, quòd ſtante prædicto ſtatuto, ſi conſanguinei proximiores mulieris ſint pupilli videtur, quòd eorum conſenſus non ſatisfaciat ſtatuto ſine autho. tuto. quia nec aliàs dicuntur præſentes d. l. diẽ proferre. §. coram. ergo vult, quòd cum autho. tuto. poſſent, quia tunc dicuntur præſentes, vt eſt text. in d. §. coram. Tene deciſionem Bald. hic per eius rationem. Et vltra eum conſidera, quòd ratio eſt illius ſtatuti requirentis conſenſum conſanguineorum proximiorum, quia ad eos ſpectat ius ſucceſſionis, ideo præſumptio eſt, quòd ad eos pertineat conſenſus ratione ſucceſſionis. ita Barto. in l. in tranſactione. in fin. C. de tranſact. per l. 4. ff. de leg. tut. quæ ratio ceſſaret, ſi tut. autho. vel conſenſus ſufficeret. Secundò pondera iſtum text. in verbo executionem, qui videtur velle non cauillando literam, quòd in cauſa publica

publica lex interdicat pupillo executionem nunciationis,ergo
videtur permittere ipſam nunciationem,quia qui vnum pro-
hibet,aliud cenſetur permittere.l.cùm prætor.ſup. de iud.l.ma
ritus.C.de procu.& exponere vt faciunt glo.& Doct. executio
nem, ideſt ipſam poteſtatem nũciandi, eſt violenta expoſitio.
Communiter tenetur,quòd pupillus in cauſa publica non ha-
beat poteſtatem etiam nunciandi nedum exequendi poſteà,
& perſequendi ipſam nunciationem . Iſte communis intelle-
ctus optimè probatur per fallentiam text. ibi, niſi ad ipſius pri-
uatum commodum,& ex eo quod dicit tex.non aliter pupil-
li rata eſt nunciatio , &c. Quæ fallentia ad hoc,vt ſit bona , ne-
ceſſariò oſtendit,vt ſi in cauſa publica nunciare non poteſt , in
priuata nunciare,& exequi cum tut.autho.poteſt.Tertiò pon-
dera iſtum text.dum dicit,non aliter nunciatio pupilli rata ha-
betur,&c. Per hoc enim quòd dicit, non aliter , apparet quòd
in iſto caſu eſt ſpecialiter pro forma , quia quotieſcunque lex,
vtitur iſto termino , non aliter valeat, vel non aliter fiat,talia
verba oſtendunt,illud eſſe ſpecialiter pro forma.ita not. Barto.
in l.de his. circa med. ff.de tranſact. facit text. in l. comparatio-
nes.in duobus locis.C.de fide inſtrumen.& iſtud no.& ponde-
ra contra glo. hic in verbo rata, quæ dicit,non eſt ratum de ri-
3 gore iuris,tamen de æquitate valet,quia non eſt verum. ¶ † In
glo.in verbo executionem.in fin.Barto.tenet contra iſtam glo.
quòd imò adultus etiam maior.18.annis etiam cum autho.cu
rato. non poreſt nunciare ex cauſa publica. & cum Barto. te-
nent Ange. & Ludo.Rom.hic. Imo.limitat,niſi eſſet maior 20.
ann.cùm tunc admittatur ad accuſan.in delictis publicis ſecũ-
dum glo.& Barto.in l.2.ff.de accu.ergo multo fortius debet ad
mitti ad iſtam nunciationem gratia iuris publici.& iſtud eſt ſa-
tis de mente Barto.hic,dum remittit ſe ad glo.illius l.quam ibi
tenet Rapha.Cum. fuit noua & mirabilis opin.quòd imò qui-
libet adultus,& etiam mulier poſſit nunciare cauſa iuris publi-
ci,ſed non poſſit poſteà cauſam proſequi.mouetur, quia regu
la generalis eſt , quòd gratia iuris publici quilibet ciuis poteſt
nunciare.l.in prouinciali.§.fin. ſup.eo.ab iſta regula generali ſo
lum excipitur pupillus per hunc text. ergo in omnibus alijs, &
ſic etiam in adultis procedit dicta regula. & hoc duplici ratio-
a ne. Prima , quia exceptio firmat [a] regulam in omnib. caſibus
non exceptuatis.l.nam quòd liquidè.§.fin.ff.de pen.lega.Secun
da, quia cùm iſta lex prohibeat de vno, & ſic de pupillo , ergo
permittere videtur in alijs omnib.per.l.cùm prætor.ſup. de iu-
di.& l.maritus. C.de procura.¶Secundò mouetur, quia nun-
ciatio eſt actus extraiudicialis , patet , quia poteſt expediri etiã
die feriata in honorem Dei.l.j.§.item nunciatio.ſup.eod.& per
hoc reſponde fundamento Bar. quòd adultus non poſſit nun-
ciare,quia non habet legitimam perſonam in iudicio. reſpon-
det ipſe,quòd nunciatio non eſt actus iudicialis, ſed extraiudi-
cialis.Secundò reſpondet, quòd quamuis adultus non habeat
legitimam perſonam in cauſa propria,ita loquitur. l.j. & ij. C.
qui legi. perſo. & l. minor.ff. de procu. tamen in cauſa publica
fauore reipu. cenſetur habere legitimam perſonam etiam ſine
curatore.& iſtud fundamentum ſibi aſcribit Alexan.hic.¶ Ter
tiò & fortius mouetur per l.popularis.ff.de popula.actio.quam
alleg.Barto.hic iuncta.d.l.j.§. pueritiam. ff.de poſtula. attento,
quòd nunciatio cauſa iuris publici eſt actus popularis compe
tens cuilibet de populo, vt dicit text. in d.l in prouinciali. §.fin.
Nec obſt.ſol Barto.quòd in popularibus actionibus approprie
tur per lit.conteſt.& ſic efficiuntur ſuæ priuatæ.l. ſi cui.in prin.
ff.de verb ſig.Iſta ſol.Bar.non eſt generalis,quia omnis actio po
pularis non poteſt appropriari.i.effici propria per lit.conte.pa
ter in l.lege Cor.in prin.ff.ad Sylla. Secundò & ſubtiliter ſi vera
eſſet ratio Barto. in popularibus actionib. quia per lit. conteſt.
efficerentur propriæ , ſequeretur , quòd etiam minor 18. ann.
dummodo maior 14.ad illam deberet admitti,quia lite cõteſt.
ſibi appropriaret,& paria ſunt habere actionem in prin.vel per
lit.conteſt.ſibi appropriare.l.ſi Titius.ff.de verbo.obli.& tamen
iſtud eſt contra d. l. popularis actio. & per iſta iura in adulto
maiore 18 ann.dom.Alex.ſequitur hanc opi. contra Bar.& cõ
munem.¶ Vltra alios conſidera,ꝙ pro iſta opin.Raph. contra
Bar.& communem fortiter ſtringit. d. l. popularis. iuncto. d.§.
pueritiam. & circa reſponſionem Bart. ego aliter inſiſto quàm
Raph.dicit enim Bar.ꝙ ideo ibi illud eſt in popularibus actio-
nib.quia per lit conteſt. efficiuntur propriæ. Nam ego dico,ꝙ
nunciare cã iuris publici eſt actus popularis,patet,quia compe
tit cuilibet de populo in d.l.in prouinciali.§.fi. Conſidero ẽt,ꝙ
ſicut in popularib.actionib.per lit.conte.ſibi appropriat, vt di-
cit Bart. fatendo , ꝙ ſit verum,licèt multum obſtent prædicta,
certè dico , ꝙ etiam per nunciationem & ſic per iſtam inchoa-
tionem videtur ſibi appropriare in cauſa populari , ſeu publi-
ca.Iſtud vult Barto.ſi bene inſpexiſti in d. l in prouinciali. §. fin.
in pen.q. allegando.l. pluribus. ff. de procur. quæ l. aliàs ineptè
allegaretur per Bar.& non eſſet bona deciſio Barto.ibi.Ad hoc
etiam pondero Bar.in l.j.in prin.in 5.q.ſup.eod. vbi alleg.l. per-
fectam.C.de dona.quæ ſub modo.Ibi vult Barto.quòd per re-
nunciationem acquiratur ius perfectæ nunciationis. Iſto mo-
do etiam ſequendo Bar. videntur mihi iſta iura multum ſtrin-
gere contra eum.Secundò pro iſta parte contra Barto. & *com-
munem* conſidero,quod l.in prouinciali.§.fin. generaliter diſpo-
nit,quòd quilibet poſſit nunciare in cauſa publica , & illud di-
ſponit fauore publico,vt in d.l.nam reip. ergo diſpoſitio aliqđ
generaliter permittens fauore publico , debet generaliter ſine
aliqua reſtrictione intelligi.l. ſi quis in graui.§.vtrum.in ver.hoc
quoque. ff. ad Sylla. Præſertim cùm non excipiatur niſi pupil-
lus in hoc text. ergò aliter reſtringi non poteſt . Iſto modo re-
manet defenſata iſta opin.contra Bart. & communem . ¶Sed
iſtis non obſtantib. quamuis ſint pulchra & ſubtilia,teneo opi.
Barto.& communem,& dico,quòd iſta lex,quæ excipit pupil-
lum,etiam excipit adultum . Nam regulam habemus , quòd
b adultus habens [b] curatorem æquiparatur pupillo. l.ſi curatorẽ
habens.vbi glo.& Bar.C.de in integ.reſti. mino. ergo excipien-
do pupillum,intelligitur excipere adultum habentem curato
rem,qui ili æquiparatur.Nam etiam ſi text. taxatiuè de pupil-
lo tantum loqueretur,non excluderentur caſus ſimiles. glo. in
l.ob æs.C.de prædi.mino. bonus text. in l.j. in prin. ff. ſi menſor
fal.mo. dixe. & per iſtud fundamentum tollo primum funda-
mentum Rapha.Cuma.duob.ſequentibus rationib. niſi diſpu-
tando ſubtiliter diceres,quòd illa æquiparatio de adulto habẽ-
te curatorem ad pupillum procedat in contractibus,& priua-
tis negotijs d.l.ſi curatorem habens.in alijs non procedit,vt ibi
per gl. & Bart.dicam ergo, ꝙ in his, quæ ſunt publici iuris,talis
æquiparatio non procedit.probatur per d.l.popularis.inducen
do vt ſ.Nõ obſt.ſecundum fundamentũ,ꝙ nunciatio ſit actus
extraiudicialis.quia iſtud non eſt bonum fundamentum. nam
ſi eſſet actus extraiudicialis,etiam ſeruus admitteretur.l.ſeruus.
ff.de bon.poſ.& tñ non admittitur,vt in §. ſeq. ergo apparet, ꝙ
nunciatio non iudicatur actus merè extraiudicialis, ſed eſt pro
uocatio ad iudicium,vt ĩ.dicit Bar.ergo iudex non admitteret
adultum ſine curatore.Secundò pro opi.communi facit,quia
ſi adultus maior.18.ann.habens curatorem poſſet nunciare ex
cauſa publica,ſequeretur euidens abſurdum, pone,ꝙ nuncia-
tus propter talem nunciationem deſiſteret ab ædificando , &
propter hoc præparamenta deſtruerent̃.Certè ſi apparuerit nũ
ciationem eſſe iniuſtã , deberet teneri nuncians ad intereſſe,per
* l.rem quandam.ff.de dolo.vt Bar.& *omnes*.ĩ.firmant : & tamen
adultus ſine curatore non poſſet ad hoc teneri, quia adultus ſi
habeat curatorem,& aliquid faciat,ſine eo nõ obligatur effica-
citer.d.l.ſi curatorem habens. ne ergo ſequatur iſtud abſurdũ,
dicendum erit,ꝙ maior.18.ann. ſine curatore non poſſit nun-
ciare ſine cauſa publica, niſi reſponderes ex mente Raph. hic,
ꝙ maior ex tali dolo præſumpto non tenetur.l.verum.in prin.
ff.de min.glo.in l.veluti.ff.de eden.latè Bar.in l.j. §.nunciatio ſ.
eo.Præterea,ꝙ illa præparamenta corrumpantur, iſtud eſt ca-
ſuale,ergo minor non debet propter hoc teneri.tex.eſt in l fi.in
prin.ff.de admi.tu.no.in l.cùm filius.§.in hac. ff.de verb.obli.&
ita reſpondebitur ad d.l.rem quandam.ĩ.alle.per Bar. ¶Primã
tñ rñſionem reprobat Lud.Ro.hic in vlt.verbis. eo quia ꝙ mi
nor non teneatur ex dolo præſumpto , iſtud procedit in effe-
ctu propter beneficium reſtitutionis in integ. ꝙ eſt de iure ſpe
ciali , ſed ea quæ conceduntur de iure ſpeciali,non debent ha-
beri in conſideratione,antequam ſint impetrata. tex.in l.4. §.1.
ff.de fideic. lib.gl.in l.2.§.j.quã ibi multũ Bar. no.ff.de bon. poſ.
ſm tab.Bart.in l.fin.C.de ſen.paſ.& in l.j.§. quidam filium.circa
prin.ff.de bon. poſ. ꝯ tab. poſſunt prædicta confirmari,quia cũ
iſta lex ponat exceptionem in pupillo , ſuccedit regula , ꝙ lex
ponens exceptionem,recipit extenſionem.tex.eſt in c. cũ dile-
cta.§.nos igitur. de confir.vti.vel inuti.& ibi ad hoc no. Abb.&
melius in c.ad audientiam.in 1.no.de cle.non reſi.bonus tex.in
c.poſt translationem.§.quanquã.& ibi Bal.ad hoc no.de renun.
ita poſſet defendi opi. Bar.& iſta cõis, ſi tamen velles ſuſtinere
opi.Raph.ad fundamentum,ꝙ feci,ꝙ adultus habens curato-
rem æquiparetur pupillo, & ſic iſta lex excipiens pupillum in-
telligatur etiam excipere adultum illi æquiparatum,potes rñ-
dere,& bene, ꝙ cũ nunciatio iſta ſit extra adminiſtrationẽ pa-
* trimonij,vt dicit Barto.hic, & *omnes ſequuntur*, certè in his,quæ
ſunt

ADDITIONES.

a ¶Exceptio firmat.Adde l.quæſitum.ff.de fun.inſtr.tex.in cap.apud. de ſponſa.
Io.And.in rub.de reg.iu. li. 6.in mercuria.

b ¶Adultus habens.Adde Bar.& Lud.Rom.in l.j.in §. fuit quæſitum.ff. ad Treb.
Bal.in l.potuit.in 3.q.C.de iur.delibe.

sunt extra administrationem, ꝙ adultus habeat curatorem, nõ consideratur, nec in istis, quæ sunt extra administrationẽ adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, ita Bar.in l.1.§.fuit quæsitum.in duobus locis post gl.ibi.ff. ad Treb.& ista responsio plus placet, quàm alia superius data. ¶ † Iuxta istam gl.con-
4
a cludit Bar.post Dy. ꝙ minor non habeat [a] vocem in consi.nec in electione, nec in constitutione syndici.adde bonam gl. in c.2.
* de æta.& qual.& ita *indifferenter tenent alij.* & Bart.in l.fi.§.pen.ff. ad munici.Bar.in l.exigendi.in 3.col.C.de procu.cum alijs con cor.signatis per d.Alex.¶Tu autem contra conclusionem Bar. & communem potes ponderare duos text. Primò text. in c.ex eo.de elec. in 6. qui text.in electione excipit pupillum cum discretione careat, ergo secus videtur in adulto.Secundò pondera tex.in cle.vt hi qui.iuncta clem.fi.& ibi Io.And.ponderat,de ætat.& quali.Dicit enim tex.in cle.vt hi qui.ꝙ nemo habet vo-
b cem [b] in electionib.nisi saltem sit subdiaconus, sed sic est, ꝙ in 18.anno potest esse subdiaconus,& in 20.diaconus.& in 25.potest presbyterari. ergo in 18. anno potest habere vocem in electionib.Tamen posset respõderi, ꝙ licèt tex.in cle.vt hi qui.dicat, ꝙ nemo possit dare vocem, qui non sit saltem subdiaconus, nõ sequitur affirmatiuè, ergo quilibet, qui est subdiaconus, potest dare vocem, quia si ei repugnat ætas, non poterit, vt iurib.alleg per Bart.¶Gl.in verbo rata. ex prima parte habes limitationem ad istum tex.quam Bar.defendit secundum.§. si quis ipsi prætori.j.ea.l.& cum eo tenent Ang. & d.Lud.reprehendit
5 defensionem Bart.quia falsum est eius præsuppositum, † cùm auctoritas tutoris nunquam trahatur retro, quia semper debet precedere actum.l.obligari.§.tutor.ff.de aucto.tuto.in §.fi.insti. eo.no.Bar.& alij in l.si quis mihi bona.§ iussum.ff.de acq. hære. gl.in c.dudum.de reb.eccle.non alie.in 6.Rapha.Cuma.autem dicit, ꝙ §.si quis ipsi prætori.non facit pro Bart, quia ibi erat defectus ex parte personæ, cui nunciabatur, quia prætori dum est in magistratu, non potest fieri nunciatio, ideo fit ibi protestatio & finito officio posteà nunciatur, sed hic est èconcra, quia est defectus ex parte nunciantis, & sic ex parte causæ efficientis.d. Hiero.Tor.inhærendo prædictis fundamentis fortius arguit cõtra Bart. ꝙ impossibile sit, ꝙ nunciatio posteà facta trahatur retro, cùm extrema debeant esse habilia, vt declarat Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.sed primum extremum est omnino inhabile, quia non potest reperiri, nec in genere, nec in specie, ꝙ solus pupillus vnquam possit nunciare, ergo impossibile est, ꝙ secunda nunciatio facta cum tutore possit trahi retro ad illud tempus. Non sic est in §.si quis ipsi pretori. quia ibi in genere potest dari casus, in quo potest nunciare alienę iurisdictio. l.est receptum.ff.de iurisdictio. omn.iudi.no. Docto.in illo.§.si quis ipsi prætori.& licèt ista opi.cõtra Bar.si colorata, tene opi. Bar.& communem, dic, ꝙ æquiuocat, nam hæc auctoritas de per se non trahitur retro, imò cùm secunda nunciatio sit valida, illa est quæ habet effectum vt ex retro vigore primæ, vt dicitur in d.§.si quis ipsi prætori.Non obst.ꝙ extrema sint inhabi-
6 lia, † quia dicitur, ꝙ imò, quando pupillus caret tutore, & non habet copiam iudicis, admittitur ad nunciandum saltem, vt habeat effectum interueniente posteà nunciatione valida, sicut in simili tenent Bart.& Pau.de Cast.in l.in prouinciali.§.1.s.co. qđ socius qui aliàs prohibetur nunciare, tñ propter defectum iudicis admittitur ad nunciandum, quando iudex non potest haberi sine difficultate, vt dicit Bar.¶Vltra Bar.istam gl.pro singulari no.Ludo.Rom.hic, & dicit esse solùm ponderatam pro ampliatione.l.bonorum.C.qui admit.vbi pupillus carens tutore, potest cum iudice agnoscere bonorũ possessionem,& adire hæreditatem,& gl.singulariter ampliat illam.l. qđ si pupillus careret tutore,& iudice,qđ solus posset tunc adire, vel agnoscere, sicut solus potest nunciare. do.Alex.hic, & in d.l.bonorum.reprehendit Lud.eo quia ista gl.reprehenditur per Bart.& Doct. & hoc non probatur iure,& est potius contra.d.l. bonorum.& aliud non dicit.Ego fortius reprobo duplici fundamento. Primò, quia agnitiõ bon.pos.debet de necessitate fieri coram iudice, aliàs non valet.l.fi.C. qui admit.& l.fi.in prin.C.de cura furi. ergo impossibile est, ꝙ pupillus sine iudice agnoscere possit bonorum poss. quia nõ posset etiam si esset maior, & si tu diceres, illa iura procedunt, quando potest haberi copia iudicis, & sumus in casu in quo requiritur iudex, certè debet recurri ad decuriones & alios, qui præsunt regimini.tex.est & ibi Bar.in l.vbi adsunt.ff.de tuto.& cura.da.ab his.gl.& Bar.in l.nulli.ff.quòd cuiusque vniuer.cum mille si.Secundò in contrarium stringit.Nã ratio, quare pupillus non potest agnoscere solus bono.pos.nec solus adire hæreditatẽ est, quia non intelligit causam suæ agnitionis, quia pupillaris ætas quicquid videt ignorat.l.1. in fin.C. de fals.mone.& sic non intelligit, an ex testamento, vel ab intestato, vel ex quo capite veniat. l. quandiu. C.qui admit. Istam rationem assignat Iurisconsultus in l.pupillus. si fari.ff.de acqui. hær.ergo impossibile est, quòd solus pupillus sine tutore, & iudice agnoscat bon.pos. vel adeat, sed benè cum altero eorum, qui supplet eorum defectum, vt d.l.bonorum. C. qui admit.&
7 est veritas.¶ † In ea gl.ibi, quia tunc perderet possessionem, istã primam sol.gl.reprehendunt Doct.quia restringeret istum tex. dic melius, ꝙ ista sol.est falsa, quia quòd per nunciationem factam verbo perdatur possessio, ideo est, quia nuncias censetur meticulosus secundum glo.& Docto.in l.1.§.in operis.s.eo.sed pupillus sine tutore non potest animo perdere possessionem.l. possessione.ff.de acq.pos. & l.pupillus. ff.de acq.rer.domi.

ADDITIONES.

a ¶Minor non habeat.Adde gl.in c.cum M.Ferrariensis.de consti.Bal.& Pau.de Cast.in l.fin.C.de testam.milit.Bald.in addi. Specul.in titu.de syndico verbo, pupilli.

b ¶Nemo habet vocem.Adde Bar.in l.spurij. in §.minor.ff.de tut.& curato.

SVMMARIVM.

1 *Qui non potest esse in iudicio, non potest etiam facere actum, per quem ad iudicium prouocetur.*
2 *Defensio necessaria dicitur, quando petitio, vel citatio dirigitur contra aliquem.*
3 *Excommunicato,& bannito non denegatur necessaria defensio.*
4 *Faciens aliquem citari videtur approbare, & legitimare personam citati, vt contra ipsius personam nil posteà possit opponere.*
5 *Excommunicatus non potest nunciare no.opus: cùm nunciatio dicatur defensio voluntaria.*
6 *Rescriptum impetratum ab excommunicato, & processus est ipso iure nullus.*

§.Seruo.

Seruo potest nunciari, sed ipse nunciare nõ potest.hoc dicit, vel sic. Nũciatio non cadit
1 in seruo actiuè, sed passiuè.hoc dicit.¶ † Not.ꝙ qui non potest esse in iudicio, non potest etiam facere actum, per quem ad iudicium prouocetur, vt est nunciatio, iuxta.§.si quis ipsi prætori. j.ea.l.¶Secundò no.ꝙ seruus non potest nunciare.contra istud Bart.format oppo.cùm nunciatio sit defensio, vt hic per eum.
2 ¶†Ex dictis Bar.collige quatuor conclusiones.Prima, quòd defensio necessaria dicitur, quando petitio, vel citatio dirigitur contra aliquem.Ille enim sic citatus dicitur venire ad defensionem necessariam. Adde Bart.in l.1.in 6.oppo.vbi limitat.C.de
3 pac.Secunda conclusio est, † quòd excommunicato [a] exban-
a nito, & similibus non denegatur necessaria defensio, ita loquitur tex.in c.cum inter.de excep.sed bene denegatur voluntaria, ita loquitur.c.pia.in verbo agens.de excep.in 6. Adde Bart.in l. libertus à patrono.per illum text.& ibi Bald.& alios. ff.de in ius voc.Bar.in l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisda.cog. Tertia
4 notab.conclusio est, † quod faciens aliquem citari videtur approbare,& legitimare personam citati, vt contra ipsius personam nihil posteà possit opponere,& ideo citatus nõ habet posteà aliter legitimare personam suam, vt dicit Inno.in d.c.cum inter.alleg.per Bar.in l.cùm mulier.in 2.col.ff.solu.mat. Bald.& Ang.in l.si suspecta.in prin.in 1.col.ff.de inoffi.testa.Bal.in l.fin.in 2.col.ad fi.C.de edic.diu. Adr.tol.do. Ant.de But.in c.exhibita. in antepen.col. de iudi. Adde multa not.in practica, quæ circa hoc addit d.Bartho.Veronens.in cautela.217.quæ incipit si petens se mitti in posses.&c. vbi inter cætera tenet, ꝙ stante statuto, ꝙ vicini vel consanguinei possint præsentare pretium infra annum super venditionibus, iuxta cap.constitutus. de restitu.in integ.pone, ꝙ sit elapsum tempus statuti,& emptor denunciat consanguineo si vult præsentare super venditione, si comparet nõ poterit ei opponere, ꝙ sint lapsa tempora, ex quo enim fuit citatus specialiter,& purè censetur legitimatus,& habilitatus ad hoc, qđ teneas cordi.& sic pondera, ꝙ citatio non solùm habilitat personam citati, vt vult Bart.sed facit, vt contra eum non possit opponi exceptio lapsus temporis statutarij, qđ si verum est, notatu dignum est pro ampliatione doctrinæ Bar. hic. ¶Limita prędictas tres conclusiones, vt procedant, quando est facta specialis citatio de aliquo, secus si fieret citatio generalis de quocunque comparere volente, tunc comparens non diceretur

ADDITIO.

a ¶Excommunicato.Adde Docto.in c.intelleximus.de iudi. & per Domi. de S. Gemi.in c.in nomine Domini.24. dist.& quare excommunicato non denegatur necessaria defensio, dic, quia est de iure naturali, vt in clem.pasto.de re iudi.tamen non omnis defensio est de iure naturali, secundum Abb. in c.dilecti.de excep.

diceretur defensor necessarius,nec tunc intelligeretur habilita-
tus.text.est in c.exhibita.de iudi. vbi vigore citationis generalis
non admittitur excommunicatus, & ita per illum text. tenent
Doct.in d.c.cum inter. & ita limitant.Secundò limita prędicta
non procedere, si aliquis citaretur sub conditione, si sua puta-
uerit interesse,iuxta gl.in l.ea quidem.in gl.fi.C.si manci.ita fue.
alie.tunc non dicitur defensor necessarius, nec censetur habili-
tatus.ita Ludo.Rom.hic.& Pau.de Cast.in d.l.libertus à patro-
no.& dom. Bar.Veron.in d.cautela.157.vbi per ista dicit,qđ sis
cautus in practica,quòd nunquam facias aliquem simpliciter,
& purè citari,sed semper conditionaliter si sua putauerit inter-
5 esse.¶†Quarta cōclusio elicitur ex doctrina Bar.ꝙ qui excom-
municatus est,potest nunciare nouum opus,cùm nunciatio di
catur defensio voluntaria,vt hoc tex.iuncta.l. præcedenti.ergo
denegatur excommunicato,& sic erit hic alius notabilis casus,
in quo nunciatio potest sperni, & licitum est ædificare spreta
nunciatione,cùm nullius sit effectus,vt hoc tex. & imputet sibi
6 excōmunicatus,si non facit se absolui, † & sic aliàs rescriptum
impetratum ab excommunicato,& processus est ipso iure nul
lus.tex.dicit in c.1.de rescrip.in 6.dic,vt ibi per gl.& Doct.

S V M M A R I V M.

1 *Verba nunciationis debent referri ad eum, qui est præsens cùm nunciatur.*
2 *Ad hoc,vt nunciatio teneat,est neceße,quòd ædificetur,vel saltem purgetur locus,vbi vult ædificare.*
3 *Sufficit,quòd nunciatio fiat in opere,dummodo fiat taliter,vt possit verisimiliter peruenire ad notitiam domini.*
4 *Nunciatio facta seruo,an præiudicet eius domino.*
5 *Nunciatio est quædam prouocatio ad iudicium.*
6 *Nunciatio facta fabris existentibus in opere non præiudicat domino,donec perueniat ad eius notitiam.*
7 *Dominus poteſt agere contra fabros,& operarios,quibus facta est nunciatio si dominum non certificauerunt.*

§.Nunciationem.

Nunciatio debet fieri
in re ipsa ibi existentib.
quamuis dominus non sit præsens, & nunciatio alibi facta etiā
dn̄o non facit locum huic interdicto.h.d.cum seq.¶ † Not.pri-
1 mo secundum Bar.ꝙ verba nunciationis debent referri ad eū,
qui est præsens cum nunciatur, & sic habes, ꝙ licèt nunciatio
dicatur in rem.l.operis.& l.seq.j̃.e.tamen debet dirigi ad perso
nam.dic,ꝙ nunciatio debet referri ad eos,qui sunt in opere,sed
illud,qđ nunciatur,debet impersonaliter, & indefinitè cōcipi.s.
ne aliquid operis fiat.ẜm Bar.in §.meminisse. in 1.& 2.q.j̃.ea.l.&
in l.non solùm.§.sed vt probari.j̃.eo.ad fi.¶Secundò no.ꝙ nun
ciatio ad hoc, vt valeat,debet fieri in opere, & sic in re ipsa, &
istud est,ꝙ principaliter decidit iste.§. & §. sequens. ¶Adde, ꝙ
egregiè consuluit Bal. in prima parte consiliorum in consi.113.
quod incipit.proponitur, ꝙ fuit duplex nunciatio.circa fin.vbi
tenet, ꝙ si est quæstio, an possit extrahi aqua de flumine, nun-
ciatio debet fieri in eo loco, idest cum se parat ad extrahēdum
aquam de flumine,quia omnes leges in ista materia loquuntur
per dictionē in,quod nunciatio fiat in loco,& in opere,vt hoc.
§.& seq.vnde si quis faciat cauum in suo proprio solo, & libe-
ro,non potest sibi fieri nunciatio noui operis antequam perue-
niatur ad flumen, quia talis nunciatio fundatur in ea parte, vi-
delicet ne quid in flumine publ. ripaue eius.l.1. §. in flumine.j̃.
de flumi.& ita refert consuluisse multos Doct.illius ciuitatis,ꝙ
nunciatio non impediat fieri cauum in suo solo libero. Quod
no.pro ampliatione istius tex.¶Secūdò adde,ꝙ iste tex.& istud
notabile procedit non solùm in nunciatione, quæ fit per partē
verbo,aut per iactum lapilli, sed etiam quādo nunciatio fieret
per prætorem,quia prætor habet mittere nuncium ad opus,&
ibi nuncius debet inhibere pro parte prætoris.Ita per istum tex.
tenet Bart.in §.meminisse.in 1.q.j̃.ead. l. Confirmo, nam ratio
quare lex introducit,qđ nunciatio fiat in opere,est,vt cōfestim
ab opere discedatur.ita est tex.in §. si quis forte.j̃.e. sed ista ratio
militat etiam in nunciatione,quę fit per prætorem,ergo ibi esse
debet idem ius.l.à Titio.j̃.de verb.obl.l.illud.ff.ad l.Aqui.Istum
tex.limitat singulariter Ioā.de Imo. sub dubio forte in §. si quis
fortè.per illum tex.iuncta glo.1.non habere locum in prohibi-
tione ædifican. quæ fit per prætorem non ex hoc edicto, sed
officio iudicis mercenario deseruienti actioni communi diui-
* dundo,de quo text.in l.in prouinciali.§.1. secundum *communem*
intellectum.s̃.eo.quia illa poterit fieri per prętorem parti extra
locum,& sic extra opus ædificij, quoniam in illa non reperitur
datum pro forma,ꝙ fiat in opere, sicut in ista, quæ fit ex hoc
edicto.¶Istam limitationem refert, & simpliciter sequitur do.
Alex.in d.l.in prouinciali.§.1.in vlt.col.Lud.Rom.hic in fi.malè
recitat istam limitationem Imolæ,& eam reprehendit. dicit.n.
Imo.limitari istum tex.vt procedat in nunciatione solùm, quæ
fit verbo aut per iactum lapilli,quia illa debet fieri in opere, se-
cus si fieret nunciatio per prætorem iuxta.§.meminisse.j̃.ea.l.il
la non debet fieri in opere.¶Sed Imo.hoc non dicit,imò dicit
contrarium,vt s̃.illum retuli. Alij nihil tangunt.Ego autem du
bito de limitatione Imo.eo modo quo loquitur,quia prohibi-
tio ædificandi, quæ fit officio iudicis mercenario deseruienti
actioni cōmuni diuidundo,de quo loquitur.d.l.in prouinciali.
§.1. debet æquè bene prouidere socio, sicut aliàs nunciatio ex
hoc edicto,aliàs nisi æquè bene prouideret, non faceret cessare
istud interdictum,si illud plenius prouideret. Ita firmant Bart.
& omnes in d.l.in prouinciali.§. 1. ergo vt ita sit,illa prohibitio
debet facere,vt statim ab opere discedatur,sicut facit & ista,vt
in §.seq.Ergo eadem ratio militat in illa,prout & in ista.¶Secū-
dò,quia Imo.se fundat per text.in §.seq.iuncta gl.1. & certè illa
gl.relata ad illum text.potius probat oppositum, q̄a vult,ꝙ per
iudicem nō possit fieri prohibitio in foro causarum, sed debet
2 fieri in ipso opere.¶ † Tertiò not.ex tex.ibi,siue quis ædificet si-
ue inchoet.iuncta gl.ꝙ ad hoc, vt nunciatio teneat, est necesse,
ꝙ ædificetur,vel saltem purgetur locus,vbi vult ædificare,imò
fortius tenet Imo. esse necesse, ꝙ aliquid operis fiat aliàs non
posset nunciari,quia non nunciaretur,vbi fit opus,si nihil ædifi-
catur,prout requirit iste text.& in §.seq.vbi etiam Imo. idē no.
ibi,*vt confestim ab opere discedatur*. Istud reprehendit Lud.Rom.
quia si aliquid non ædificat in solo,tn̄ est de proximo faciendū,
potest nunciari per text.notabilem.in l.1.§. ædificare.ff.de mor.
infer. vbi qui facit deuehi materiam necessariam ad ædificium
dr̄ ædificare.Adde bonum tex.in l.prætor.§.siue autem vacuus,
j̃.eo.Accedat,quia nunciatio potest fieri etiam tempore feria-
to in honorem Dei, vt habetur in l.1.§.idem nunciatio.s̃.eo.&
tamen in illo tempore nihil ædificatur.l. omnes. C. de ferijs. &
3 est fundamentum.d.Alex. ¶ † Quartò no.ꝙ sufficit nunciatio-
nem fieri in opere dummodo taliter fiat, vt possit verisimiliter
peruenire ad notitiam domini,& pondera,ꝙ text. in fi.dicit ta-
liter,ꝙ possit domino renunciari,& sic inspicitur solùm poten
tia,& nō curatur posteà ipse actus, quamuis posteà nuncietur.
4 ¶†Quintò no.ꝙ nunciatio facta seruo pręiudicat eius dn̄o,sed
cōtra.l.moram.§.1.ff.de vsuris. vbi denunciatio facta seruo de-
bitoris non constituit debitorem in mora. Responde, ꝙ mora
non ex re,sed ex persona committitur, vt ibi dicit tex.in princ.
vnde qn̄ denunciatio est facienda rei, tunc sufficit fieri seruo si-
cut & magistris,& operarijs.tex.est hic.Si autem facienda est in
personam,tunc secus.ita loquitur contrarium. ¶Sextò not.in
5 verbo,vel puero. ẜm d.Alex.† ꝙ cùm ista nunciatio sit quædā
prouocatio ad iudicium,vt in §.si quis ipsi prætori.vbi no.j̃.ea.
l.hoc probatur & expressius in l.seruus.j̃.eo. ꝙ pupillus solus et
sine tutore potest citari. Tu dic, ꝙ ista inductio. d.Alex.de isto
tex.& de l.operis.non est bona, quia in d.l.operis. nunciatio fit
etiam infanti, & furioso. ergo ẜm hanc inductionem etiam in-
fans,& furiosus possent citari sine tutore,vel curatore, ꝙ est 𝔠
tex.expressum.in l.1.§.sufficit & ibi Bar.ff.de admi.tut. & text.in
l.2.& ibi Bart.ff.de condi.furti. De veritate tamen istius notabi-
lis ponit Bar.in d.§.sufficit,& latius Mod.in d.l.si ex legati causa.
ff.de verb.oblig.¶Glo.in verbo nunciationem.quam diuide in
duas, prout in effectu ponit duas quæst. Secunda ibi, idem di-
cat.¶In ead.gl.ibi,vt s̃.quis ordo in bon.pos.ser.l.fi.Pro clara in-
telligentia reassumo in dubium. Nunquid nunciatio noui ope-
ris facta in opere nemine p̄sente, vel ibi existente valeat necne,
est passus disputabilis ad vtranq; partem. gl.hic tenet, ꝙ valet,
sed non præiudicat domino,nisi deuenerit ad eius notitiam, &
non ante.cum gl.tenet Bar.& Lud.Rom.hic,& Bar. in §.si quis
ipsi p̄tori.in fi.reprobata gl. ibi.j̃.eo.l.Spec.in tit.de nuncia.nou.
oper.ad fin.Ioā.de Imo.in l.operis.j̃.eo. vbi attestatur,ꝙ ista est
* *communis opinio*.pro ista parte gl.alle.quinque text.sed inter alios
optimè facit tex.in d.l.operis.vbi potest fieri nunciatio furioso,
& infanti, & tamen furiosus est loco absentis.d.l. furiosus.ff.de
iur.codi.& sic est ac si nemo esset. ¶ Ego pro ista parte arguo,
quia si in nuncia.nou.oper. esset necessaria præsentia persona-
rum in opere, certè vbicunque requiritur præsentia personarū,
habetur discretio personarum. l. diem proferre.§. coram. ff.de
arbi.& l.coram.ff.de verb.sign.sed in hoc tex. & in l.operis.j̃.eo.
habetur discretio personarū,ergo apparet,ꝙ de necessitate non
requiritur in opere præsentia personarum.Contraria opi.& sic
negatiua videtur esse magis de mente legum, ꝙ non valeat
nunciatio in opere,nisi ibi sit aliquis, qui verisimiliter posset re-
nunciare domino. Nam iste tex.vult,quòd nūciatio fiat fabris,
vel opificibus,vel seruo,aut mulieri, eo quia isti verisimiliter si-
gnificabunt domino. istud etiam probat iste text. qui bis dicit
nunciationem fieri debere his, qui in re præsenti fuerint, & clarius in fi.
dum dicit, *sicut vt domino possit renunciari*. Idē dicitur in §.seq.in

decisione,

decisione,& in ratione decidendi.ibi, vt confestim ab opere discedat.& ita tenent Ang.Imo.Raph.Cuma.& d.Alex.hic,& latè Host.in summa huius tit.in §.cui fit.in 1.& 2.col.Ex ista opin. resultant in practica duo effectus.primus est,ꝙ si nuncians duceret secum duos testes, qui verisimiliter non essent denunciaturi domino, quòd non teneret talis nunciatio, & ita in specie tenent Ang.& Imo.hic.¶Secũdò sequitur, ꝙ si nunciatio esset facta sine vllis testib. & nemine existente in opere, & dñs operis fateretur nunciationem fuisse factam, sed diceret eam non tenere,quia fuit facta coram personis,quæ verisimiliter non renunciarent domino, isto casu nunciatio non valeret. Sed ſm primum casum,& opin.Bar.valeret,& ligaret nunciatum. Ego pro ista secunda opi.pondero istum tex.in fi.dum dicit, *sic vt domino possit renunciari.* nam quotiescunque lex aliquid statuit sub modo, ille modus facit, vt illud dicatur esse de forma.l. cùm eorum.& ibi Bal.ad hoc no.C.de sent.& interloc.Bal.in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.in 2.col. ff.de iureiur. si ergo istud est de forma,eius omissio vitiat ipso iure nunciationem,l.cùm hi. §.si prætor.ff.de transa.Et si tu diceres,illud fundamentum tollitur per l.operis.ĩ.eo.vbi nunciatio potest fieri infanti, & furioso,& tenet, vt ibi est text.& tamen illi non possunt renunciare domino.Dico,ꝙ illa.l.sola obstat huic opinioni, sed declaratur per l.seq.ibi, *dummodo cum infante,vel furioso sint aliæ personæ,* quæ intelligant,& possint referre,puta fabri.& ita ibi intelligit glo.& ita dicũt Rapha.Cuma.& Alex.hic.& bene suadetur,quia l.seq. venit continuatiuè reddendo rationem, & dicit,*cuilibet enim intelligenti veluti* fabro nunciatum furiosum, vel infantem tenet.
6 ¶ † In ea.gl.ad fi.habes,qđ nunciatio facta fabris existentibus in opere non præiudicat domino, donec peruenerit ad eius noti-
* tiam,& sic,qđ idem sit in ista q. qđ in præcedenti.¶*Alij omnes &* Bar.tenent contra gl.& idem Bart.in l.1.§. nunciatio.in pen.col. ŝ.eo.vbi de hoc tetigi.& Spec.in isto tit.in fi. facit bene text.in l. pen.& fi.ĩ.eo.& in l.quamquam.§.pen.ff.de aqua plu. arcen.& in l.competit.§.fi.& in l.si alius.in prin.C.qđ vi aut clam.Tu aduerte vltra ea,quæ dixi in d.§.nunciatio.licèt omnes ita cõmuniter teneant,tamen in q.præcedenti gl.& Bar.fatentur,qđ nunciatio facta nemine existente in opere non noceat domino etiã quo ad patientiam demolitionis,nisi à tempore postquã sciuit, & non prius per l.item veniunt.§.petitam.ff.de pet.hær.& aliud non allegant. Certè ille text.loquitur, qñ denunciatio est facta procuratori, qui verisimiliter denunciauit domino,sicut hic dr̃ in fabris.tamen ibi possessor non tenetur in aliquo,nisi postquã procurator sibi renunciauerit, ergo, idem debet esse in ista. q. prout in præcedenti per illum tex.Tenendo tamen cõmunem conclusionem, à qua non discedo, eam limita non procedere, quando operarij, quib. fuit nunciatum in opere,essent ita pauperes,ꝙ dominus habendo regressum contra eos nihil, vel parum posset consequi, tunc non teneretur etiam ad solam patientiam destructionis operis. ita tenent Pau. de Castr. & Alex. hic.& facit, ꝙ vult Bart.in seq.q. & si diceretur ad §.petitam.ŝ. ponderatum cõtra Doct.& gl.ꝙ ibi ideo est, quia denunciatio debet fieri personæ: patet,quia ibi agitur de constituendo dñm in mala fide, nimirum si non sufficit denunciatum esse procuratori.patet etiam,quia tex.ibi in fi.dicit,ꝙ si procurator potuit certiorare dominum, & non fecit, ꝙ dominus non tenetur, & sic ibi inspicitur actus,sed in tex.nostro in fi. cõsideratur solùm patientia,prout in tex.dixi in 3.no.quia dico, ꝙ secundum istas inductiones ille tex.malè allegaretur per glo. & Doct.in præcedenti.q.& tamẽ ibi solus ille tex.allegatur. sicut ergo per illum tex.solùm deciditur per gl.& Doct. præcedens.q.ita & ista, vel ille tex.nihil faciet ad vtranque.q.¶Extra gl.concludit Bar.in q.
7 † ꝙ dominus pro suo interesse possit agere cõtra fabros,& operarios.ex ista decisione inferunt Imo.& Lud. Rom. hic limitationem ad gl.quæ reputatur sing.in l.in rem.§. tignum. ff. de rei vend.quæ vult,ꝙ fabri, vel operarij excusantur operando in re alterius ex mandato conducentis,& illa glo.est signata ſm Bar. & alios ibi pro eo,ꝙ continuè accidit, quando aliquis accusat laboratores de possessione turbata, nam ipsi excusantur, ne ad aliquid teneantur ex quo erant ab alio conducti, & dicit Albe. de Ros.in l.si quis id ꝙ.in vlt.col.ff.de iurisd.omn. iud.se ita pluries obtinuisse in practica per illam gl. Nam illa gl. debet limi-
a tari, quando illis operarijs [a] nulla est facta protestatio,vel denunciatio,aliàs ipsi tenebuntur.idem tenent Ange.in §.quib.in 4.col.in Auth.vt om.obed.iud.prouin.colla.5. & Ang.in d.§. tignum.vbi etiam dicit se habuisse de facto. & istam limit.sequitur Alex. in consi.36.incip.visis his, quæ per dominos aduocatos.in 2.col.quamuis idem Alexan. hic latius videatur aliter tenuisse.Tu aduerte,quòd licèt illa gl.in §.tignum. sit approbata
* *per omnes*, & in practica teneatur, tamen in contrarium allego tex.qui multum stringit in l.2.§.fin.in verb.& ministerio functi. ff.ad Tertul.& illum tex.ponderauit contra d.gl. Alb.de Ros.in d.l.si quis id quod.& dicit, ꝙ multum stringit contra illam glo. & non respondet. Tu responde,quòd ibi conducebantur ad faciendum opus illicitum, quo casu meritò ibi puniuntur, & si essent tunc ignorantes, haberent regressum contra dominum, qui eos conduxit.Ita not.Bald.in l.qui sepulchro.per illum text. cum gl.in verbo ædificando. C.de sepulc.viola. ¶Vltimò ad limitationem Imol. superius relatam,ꝙ nũciatio nõ debeat fieri in opere, qñ fit officio iudicis mercenario deseruienti actioni cõi diuidundo. Nam contra illam limitationem vltra ea, quæ superius dixi,addo facere, qa si esset vera, sequeretur idem absurdum,ꝙ dicit tex.in §.si quis forte. in fi. ĩ.eo.vt statim dicam.

ADDITIO.

a ¶Operarijs.Sublimitat Soc.consi.54.visa breui narratione.col. fi. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quando verbum confestim profertur à l. intelligitur immediatè.*
2 *Dispositio.l.vel statuti semper debet intelligi ne sequatur absurdum.*
3 *Nunciatio facta domino extra locum operis nullo vnquam tempore valet,nec in aliquo astringit dominum.*
4 *Hæc verba nullo modo,adeo important nullitatem, quòd non admittitur dispensatio in contrarium.*

a **§.Si quis fortè.** No.ex isto.§.in verbo, [a] confestim, secundum Rapha. Cu-
1 man. hic, † quòd quando verbum confestim profertur à l.intelligitur immediatè,& sic sine vllo medio.& hoc,quando ponitur ad abstinẽdum, si autem ad aliquod factum affirmatiuè, non intelligitur immediatè, sed cum interuallo.l. ratum. ff. de sol.imò aliquando dicitur confestim fieri si fiat. ĩ. annum.l.2.§. confestim.ff.ad Tert.Bart. in l.sciente.C.de legi.hær.& in Auth. præsbyteros.C.de Episc.& cler.& in l. 3.§.cũ igitur.ff.de vi & vi arm.¶Secundò no.in ver.cæterũ.secundum Bal.Imo.& Raph.
2 ꝙ † dispositio.l. vel statuti semper debet intelligi, ne sequatur absurdum.facit elegãs tex.in l.pen.ff.ad exhiben.Hinc dicimus, quòd argumentum ab absurdo euitando tenet l.nam absurdũ. ff.de oper.liber.Bar.in l.furti.in prin.ff.de infam.¶Tertiò not.tu vltra alios ex isto tex. in verbo nullius esse momenti, iuncta gl. quòd ista verba quamuis sint vniuersalia, & negatiua, tamen non important nullitatem totalem actus nec ipso iure,de quo an verum sit,dicam.ĩ.in gl. ¶Capio gl in verbo nullius esse momenti,quam diuide in tres.In prima timore taciti contrarij formati per Bart.ponit primam sol. & sic primum intellectum ad text. In secunda per viam.q.contra illum intellectum oppo. In tertia ponit opin.Rog. quæ est vera.Secunda ibi,sed secundum hoc.Tertia ibi,sed Rog.videtur voluisse.¶In ea gl.in fin.Bar.&
* *communiter* Docto.tenent vltimam opi.Rog. † quòd nunciatio
3 facta domino extra locum operis nullo vnquam tempore valeat, nec in aliquo astringat dominum, ita loquitur iste text.secus si sit facta operarijs in loco absente domino, quia valet, & ligat dominum etiam ignorantem ad patientiam demolitionis operis,sed non ad impensam.ita loquatur.§.præcedens.Eandem opi.post multa tenet finaliter Host. in summa huius tit.in §.cui fit.& pro ista opin.Alb.hic assignat aliam differentiam inter.§.pręcedentem. & istum, quia ibi fabri tenentur in effectu domino ad interesse,ex quo dominus habet contra eos regressum,prout firmat Bar.in §.præcedenti.in penult.q.sed in isto.§. nullus posset teneri ipsi domino.l. competit. §. in summa.ff.qđ vi aut clam. & ab ista sententia nemo Scribentium hic discrepat, ego tamen reperio, quod Bal.in consi.113.1.vol.quod incipit proponitur, ꝙ aut fuit nunciatio.in 1. col. tenere videtur primam opin.huius gl.dicens,ꝙ ista opin.est satis æqua.nihil tamen aliud allegat.Ego sequor præcedẽtem opi.ꝙ talis nunciatio facta domino extra locũ semper, & ante, & post sit nulla. Ad ita tenendum moueor per istum text. qui in verbo præsentis temporis dicit, hanc nũciationem *nullius esse momenti.*ponderro illa verba *nullius esse momenti.* Nam cùm sint negatiua, & vniuersalia,debent importare totalem nullitatem actus etiam ipso iure. per text.in l. cùm hi. §. cùm in annos.ad finem. ff.de transactio. sicut dicimus in dictione nullatenus, quæ etiam importat nullitatem ipso iure,vt est glo.singul.in Auth. si qua mulier. C.ad Velleia.de qua gl.facit festum dom. Cardi.in c.super lite-
4 ris,de rescrip.sicut & alibi dicimus,† ꝙ illa verba [b] nullo modo
b adeo important nullitatem, qđ non admittitur dispensatio in contrarium, vt est glo.reputata sing.& ibi Imo.& Angel.in l.3. supra

ADDITIONES.

a ¶Verbo.Adde l.2.in §.confestim.ff.ad Tertu.& in l.si is.ff.de euict.l.hæres absens.ff.de iudicijs.l.diuus.ff.de rest.in integ.
b ¶Verba.Adde Io.de Imo.in c.2.de test.Alex.de Imo.in l.fi. C.de test.milit.

ſupra de teſta.facit text.in l.fi. in verbo nullo modo.& ibi Alex.
poſt alios ponderat. C. de teſtam.milit. ſi ergo in propoſito iſta
verba nullius eſſe momenti,importãt totalem nullitatem ipſo
iure,ergo ex poſtfacto non poteſt valere,& credo, ꝙ Iuriſcon.
nihil aliud ſenſerit in iſtis verbis nullius eſſe momenti.Cõſidera
tamen ſi in cõtrarium poſſet ponderari tex.in c. ordinarij.in fi.
de offi.ordi.in 6.vbi dicit tex. *nullius penitus eſſe momenti.* ponde-
a ra,quòd ibi addit dictionem penitus, [a] ergo illa verba nullius
momenti,de per ſe non iſtud importabant. Adde etiam tex.in
c fi.in fin.de procu.in 6.¶Secundò pro iſta parte moueor,quia
cùm iſta iura velint pro forma, quòd nunciatio fiat in opere,
vt vult iſte tex.in deciſione,& ratione decidendi, & dixi in præ-
cedenti.§.ponderando illum tex. ergo ſi non eſt ſeruata forma,
& ſic non eſt nunciatum in opere, actus erit ipſo iure nullus.l.
cùm hi.§.ſi prætor.cum ſimili.ff.de tranſac. ¶Tertiò confirma-
tur,quia ſi nunciatio eſt ab initio nulla,ergo non poteſt ex poſt
facto conualidari,vt in regula, quod ab initio.de regul.iur.in 6.
¶Quartò & vltimò confirmatur per iſtum.§. iuncto præceden
ti, qui oſtendunt differentiam inter nunciationem factam in
loco operarijs,vbi non erat dominus,& nunciationem,quæ fit
domino extra locum operis, vnde niſi teneremus iſtam com-
munem ſententiam,ꝙ quando nunciatio fit extra locum ope-
ris,ꝙ nunciatio à princip.& ex poſtfacto eſſet nulla,certè nulla
eſſet differentia inter iſtum.§.& præcedentem.& iſta eſt veritas.

A D D I T I O.

a ¶Dictionem penitus.Adde de iſta dictione Inſti.de dona. §. eſt & aliud Ioan.
Andr.in cap.1.de poſtula.præla.Arch.in c.ordinarij.de offic.ordi.lib.6.
¶Penitus. Iſtam limitationem vide in l.2.in princip. de dote præleg.ſed pro
ea facit.l.1.in fin.de commu.ſer.manu.& c.2.de filijs presby. PVRPV.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciatio facta vni ex pluribus dominis vel ſocijs rei, ligat omnes.*
2 *In re communi non videtur vnus ex ſocijs eſſe procurator alterius, nec habere mandatum ab altero.*
3 *Si vnus ex ſocijs ædificauerit ſpreta nunciatione,non nocebit alijs.*
4 *Negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali de ſuo proprio ſignificatu, & ſecundum Logicos æquipollet ſuo contrario.*
5 *Aliud eſt habere ius nunciandi, aliud habere ius prohibendi.*
6 *Si dominus fundi deceſſerit relictis pluribus filijs, vaſallus tenetur iurare fidelitatem omnibus, & non ſufficit vni.*
7 *Habens feudum ligium non tenetur præſtare iuramentum diuerſis dominis,quia tantum recipitur tale feudum ab Imperatore.*
8 *An plures rei poſſint ſimul in eodem libello conueniri, an verò ſit dandus ſingulis libellus.*

§.Si plurium.

Nunciatio noui operis ex parte
eius cui nunciatur, & ſic paſſiuè
eſt in rem, & ideo facta vni ex pluribus dominis, omnes ligat:
ex parte verò eius, qui nunciat, & ſic actiuè, eſt in perſonam,
ideo ab vno facta alijs non prodeſt.hoc dicit vſque ad §.ſi quis
ipſi prætori. & diuiditur in duas, prout habet duas principales
1 deciſiones.Secunda ibi,ſi plurium. ¶ † Not.primò,quòd nun-
ciatio facta vni ex pluribus dominis vel ſocijs rei,ligat omnes.
Ratio eſt, quia ſi nunciatio facta fabris operarijs nocet domi-
no,vt in §.nunciationem.ſupra eadem.l.quanto magis nuncia-
tio facta vni ex ſocijs debet alios ligare. Ratio rationis eſt,quia
nunciatio ex parte nunciati eſt in rem.l.operis.& l.ſequen.infra
eodem.ideo alios etiam ligat.l.pen.& fin.infra eod.ſecus in alijs
denunciationibus, quæ in perſonam fiunt, quia vni facta non
ligat alios,etiam ſi ſint correi.l.mora.§.fin.ff.de vſu. & l.1.§.pen.
2 ff.de vent.inſpi.& ponit infra Bart. ¶ † Secundò no.ſubtiliter ex
iſto tex.ſecundum Rapha.Cuma.hic probari,quòd in re com-
muni non videtur vnus ex ſocijs eſſe procurator alterius, nec
habere mandatum ab altero.ita probat iſte text. iuncta. l.1.§.
nunciatio.in verbo alieno nomine. ſupra eod. quia ſi haberet
mandatum,prodeſſet nunciatio alijs ſocijs,vt ibi,quod negatur
in hoc text.Idem per illum text.tenet Ludo. Rom.in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur.in princip.vt in vltim.colum.ff.de verb.
obligatio. tu autem dic, quod iſte text.neceſſariò non probat
iſtud notabile, quia dato, quòd ſocius eſſet procurator aliorũ
in re communi,tamen ſimpliciter nunciando nouum opus,in
dubio præſumeretur feciſſe ſuo proprio nomine, & non pro-
curatorio.l.& magis.ff.de ſolu.firmat Bart. in l.1.§.nunciatio.in
2.& 3.colum.ſupra eod.facit text.in l.1.§. fin. ſupra eod.niſi ap-
pareret, quòd etiam feciſſet procuratorio nomine ſociorum,
& iſtud eſt, quod expreſsè dicit glo.hic in verbo vnius. Teneo
ergo, quòd iſte text. non probet concludenter iſtud notabile.
Pulchrum tamen eſt videre,quid iuris ſit, nunquid ſocius in re
communi intelligatur habere mandatum à lege,& ſic eſſe pro-
curator aliorum.Lud.Rom.hic determinat, quod non per tria
iura,& cum eo videtur ſimpliciter tranſire dom.Alex.hic. Pri-
mò alleg. text. & dicit eſſe meliorem de corpore iuris in l. qui
aliena.§.fin ff.de nego.geſt. vbi ſocio vtiliter gerenti commune
negotium,datur actio negotiorum geſtorum, quæ præſuppo-
nit ceſſare mandatum, & ſic actionem mandati. l. ſi manda-
tum.C.de nego.geſt. Tu reſponde ad illum text. quod ibi erat
cõmunio aquæ ſine ſocietate, quo caſu cùm adeſt commu-
nio ſine ſocietate, verum eſt, quod in dubio non præſumitur
mandatum,vt habetur in l.2.§.item ſi in facto. ff.de verb.oblig.
ſed punctus eſt,qñ adeſt cõmunio cum ſocietate, prout loqui-
tur iſte tex.in verbo ſocijs.Secundò Lud.Rom.alleg.text.in l.2.
C.de conſor.eiuſd.lit.vbi ſocius ante litem conteſtatã non põt
agere cauſam pro parte ſocij,ſed bene poſt litem conteſtatam,
ſi caueat de rato ſecundum eum.Tu dic,quòd ille text.non lo-
quitur, nec dicit de ſocio,licèt eſſent conſortes eiuſdem litis, vt
patet ex rub.eiuſdem tituli.Secundò & vltimò Ludo.alleg.tex.
in l.ſi vnus ex ſocijs.ff.de ſeruit.ruſti.prædio. & in l.proprium.ff.
commu. prædio. vbi ſocius non poteſt acquirere ſeruitutem
pro parte conſocij. Tu reſponde,quòd ibi eſt ſpeciale in ſerui-
tutibus,in quibus requiritur ſingularis omnium conſenſus.l.fin.
cum ſimil.ff.commu.prædio. per iſta iura Ludo. reprobat glo.
reputatam ſingularem in l. nemo ex ſocijs. ff. pro ſocio. quæ
vult, quòd ſocij videantur habere reciprocum mandatum ad
expediendum vtilia ipſi ſocietati. ſed tu aduerte, prout ibi de-
clarat Bar.quod illa glo.loquitur in mercibus, & alijs ſimilibus
rebus,quas ſocij habent venales,quia tunc ſeipſos videntur pro-
poſuiſſe ad vendendum, vt l.eius qui in prouincia.ff. ſi certum
petatur.& l.3.in princip. ff. de exer. in alijs verò rebus eſt ſecus,
vt ibi eſt text. & in l.1.C. de commu.rer. alie. & ita etiam tenet
Bal.in rubr. C. pro ſocio.circa finem. Dic ergo,ꝙ iſtud expreſ-
ſius vult glo. hic in verbo vnius. dum dicit niſi nunciaſſet pro-
curatorio nomine, & ſic vult, quod ſocij videãtur adinuicem
habere reciprocum mandatum,quæ concluſio redditur dubia
ex ſupra ſcriptis,maximè cùm ſit ſpeciale in mercibus, vt dixi.
& vide,ꝙ tradit Bar.in l.eadem.in 7.quæſt.ff.de duob.reis Ang.
3 & Moder.in l.ſi vnus.in princip. ff.de pact. ¶ † Secundo no.ex
text.ibi, ſed ſi vnus ædificauerit,quòd ſi vnus ex ſocijs ædifica-
uerit ſpreta nunciatione,quòd non nocet alijs. Rationem aſſi-
gnat text.quia factum vnius, &c. & ad hoc glo.allegat multas
concordantes.adde tu vltra tex.alias duas rationes.Prima,quia
contemnere edictum prætoris eſt delictum,& facit quem inci-
dere in pœnam. iſtud ergo non venit in mandato. l. ſi procura-
tor.vbi dixi.ff.de condi.inde. Bart.in §. præceden. etiam ſi eſſet
mandatum vniuerſale cum libera, vt eſt text. in l.ſi pater.ff.de
his quæ in frau.credi. quanto magis inter ſocios,in quibus non
cenſetur adinuicem eſſe mandatum, vt dixi in præcedenti no-
tabili.¶Secunda ratio,quia ſocius etiam vniuerſorum bonorũ
faciendo actum illicitum non obligat alios ſocios.l.cùm duob.
aliàs incipit ſi inter.& in l.ſi fratres. §. per contrarium.& l.adeo.
4 §.fi.ff.pro ſocio.¶ † Quartò no.ex tex.j.ibi,*omnibus non ſufficere.*ꝙ
licèt regula ſit, ꝙ negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali de ſuo
proprio ſignificatu,& ſecundum Logicos æquipolleat ſuo con
trario,iſta enim æquipollent,omnis homo non currit, ac ſi di-
cerem, nullus homo non currit.l.legitimos.§. an ergo. & ibi gl.
& Bar.ff.de legi.tuto.Bar.in extrauaganti,q ſint rebelles. in ver-
bo nonnullos.circa princip. Tamen in hoc text.negatiua poſi-
ta poſt terminum vniuerſalem omnibus, non importat idem,
ꝙ nullis,imò prodeſt nunciatio ipſi nuncianti,quia ſi ita intelli-
geremus,reſultaret abſurdus, & iuri cõtrarius intellectus, & ſe-
cundum Bar.j.eſſet contra rationem.l.§.præcedentis. & §.nun-
ciationem.ſicut in l.ſi ſeruus plurium.ff. ſi quis cau. Adde bene
facere illud,ꝙ in propoſito tenet Bal.in l.1.in 3.no.C.quomodo
& quãdo iudex.vbi dicit,ꝙ prædicta regula procedit,niſi aliud
appareat de mente ex ſequentibus verbis, puta ſecũdum eum
ſi notarius in inſtrumento diceret, omnes conſiliarij non inter-
fuerunt,ſed ſolùm quinque ex ipſis. Certè hic negatio poſt po-
ſita ſigno vniuerſali non æquipollet ſuo cõtrario, quia tabellio
vltra ſe declarare proceſſit. Ad ſenſum enim tanquam ad me-
dullam verborum recurrendum.eſt.l.3.C.de lib.præte.Adde,ꝙ
prædictam regulã aliter limitat Bal.in l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.
ff.de pigno.act.vbi dicit,ꝙ licèt ſecundum propriam ſignifica-
tionem procedat dicta regula, tamẽ quando talia proferuntur
à contrahentibus,qui iſtas æquipollentias ignorant, non intelli-
gimus iſto modo,ſed ſtamus rudi, & groſſo ſignificatui uerbo-
rum,& ſic in contractibus prædicta regula nõ procedit. ex quo
potes inferre, quòd multominus procederet in dicto teſtium,
quod debet groſſo modo intelligi ſecundum Bar.& glo.in l.ſti-
5 pulatio.§.hoc quoque.cum ſimi.ff.de uerbo.oblig. ¶ † Quintò
potes notare ex hoc tex.in fin.ꝙ aliud eſt habere ius nunciandi,
aliud

aliud eſt habere ius prohibendi,& ita etiam no. gl. hic in verbo
habeat.& ita ad hoc not.iſtum text.Bart.in l.1.in princ.ſ.eo.vbi
dixi,& retuli glo.quæ tenet contrarium in l.cùm procurator.j.
eo.¶Glo.in verbo nocere.diuide in tres partes.In prima allegat
plures concordantes ad illud, ꝙ factum vnius non nocet alijs.
In ſecunda remouet contrarium. In tertia allegat ſimilem textum ad deciſionem tex.noſtri.Secunda ibi,ex hac cauſa.Tertia
ibi,facit.j.quo.legato.¶In eadem glo.in ſecunda parte reſultat
dubium.Nam gl.videtur præſupponere vnũ,quod eſt impoſſibile, ꝙ poſſit intereſſe ſociorum potius eſſe opus factum, quã
non, quia cùm ſit demoliendum ex toto, quia factum ſpreta
nunciatione, impoſſibile eſt, quod poſſit intereſſe ſociorum.
Huic difficultati tripliciter reſpondetur.Primò ſecundum Bar.
ex cuius ſolutione collige,quòd ſufficiat à principio vtiliter factum ad hoc,vt poſſit haberi regreſſus contra ſocios, quamuis
ex poſtfacto propter aliquod accidens illud fuerit nociuum ſocietati.facit.l.ſed an vltro.in princ.& §.1.ff.de neg.geſt.Secundò
reſpondet Ang.ꝙ potuit intereſſe propter aliquod commodũ,
quod medio tempore euenit,puta, quia ex tali opere ſuſtentatum eſt magnum ædificium commune, quod aliàs minabatur ruinam,& illud interim poſteà reparatum eſt. Imo. reprehendit, quia facienti antiquum ædificium non poteſt nunciari
nouum opus.l.1.§.ſi quis ædificium.ſ.eo.Tu dic,ꝙ iſtum intellectum Ang.voluit gl.in d.l.ſi quis putans.§.fi.in gl.fin.dum dicit refici magis intererat ſociorum. & ad obiectum Imo. dic,
quod non fulciebat,ſed faciebat aliquid noui operis.Tertiò aliter reſpondit,ꝙ poteſt eſſe vtile alijs ſocijs, quamuis ædificatũ
ſit ſpreta nunciatione,eo quia nuncians non elegit remedium,
ꝙ opus factum deſtruat, ꝙ poſſet eligere ſi vellet, ſed eligit ſatisfieri ſibi de intereſſe in pecunia.l.ſtipulatio.§.ſiue autem.j.eo.
& ita intellexit gl.in d.l.ſi quis putans.§.fi.in gl.pen.& ſequuntur
Raph.Cuma.& do.Alex.hic. & ſatis innuit ibi litera,dum dicit
poſſe eam pœnam pro parte ſocij ſeruare.¶Alb.extra Bar.format duas opp.Circa ſecundam videas tex.not.in l.2.in prin.ff.
de præto.ſtipu.¶Glo. in verbo alter habeat. diuide in quatuor.
In prima allegat concor.ad tex.In ſecunda format vnam quæſtionem.In tertia aliam. In quarta colligit, ſeu elicit vnũ ex tex.
partes de ſe patent.¶Extra gl.facit iſte tex. ſecundum Bart.poſt
6 Antiquos,† ꝙ ſi dominus [a] deceſſerit relictis plurib.filijs, quòd
a vaſallus debeat iurare fidelitatem omnib. & nõ ſufficiat iuraſſe
vni ex illis,& iſtud firmat gl.in l.ſi cuius.§.1.per illum text.ff.de
vſufr.Item bona ratione, quia iuramentum fidelitatis eſt quid
indiuiduum, ſicut & fidelitas ipſa; ergo vnicuique inſolidum
debetur per regulam.l.2.§.pen.de verb.oblig. Paſſus iſte eſt vtilis & valde dubius,& malè examinatus.adde, ꝙ idem expreſsè
firmat Bald.in l.1.in 22.q.ff.de rer.diui. Ang.in l.2.§.ex his.& ibi
Lud.Rom.in 3.col.ff.de verb.oblig.Io.de Imo.in l.4.in fin.principij.ff.de verbo.oblig. Pro iſta parte poſſent plura adduci,quæ
adducit glo.in c.omnes filij.ſi de feud.fue.contro.inter domi.&
agna.in vſib.feu.accedat, quod no.Gul.Bal.& Ang.in l.cõmunis.per illum tex.ff.de in ius voc.Gul.& Alb.in l.ſi duo patroni.
in prin.ff.de iureiur.& latius Io.And.in addi. Spec.titu.de loc.§.
nunc aliqua.in verſi.72. Contrariam opin.tenet Iaco.de Are.&
Albe.de Roſ.hic, ꝙ imò ſufficiat iurare fidelitatem vni ex filijs
per tex.expreſſum in c.1.§.præterea ducatus.de prohi.feu.alie.
per Frider.vbi dicit tex.vt vaſallus pro vno feudo plures dominos habere nõ compellatur,& gl.ibi tenet, ꝙ vaſallo detur electio,vt iuret cui ex dominis velit, & ſic põt gratificari cui vult,
quia cùm ipſe ſit debitor, in dubio electio eſt debitoris.l.plerunque.§.fi.ff.de iur.dot.pro eadem parte facit ſecundum prædictos Doct.ne vaſallus, qui prius tenebatur vni domino tantum, nunc per plures aduerſarios diſtringatur,contra l.1.§.fi.&
l.ne in plures.ff.de exceptio.Iſtam opin.tenet glo.in d.c.omnes.
in gl.mag.in fi.per tex.d.§.præterea ducatus,& per alia ſuperius
allegata.Eandem opin.tenet Alb. de Roſ in l.ſtipulatio.§. quæſitum.j.eo.& in l.cùm vnus.in princ.ff.de alimen.& ciba.leg.&
in d.l.2.§.ex his.eandem latè tenet Iaco. de Beluiſ.in d.c.omnes
filij.& ibi expreſsè Bald.ſibi contrarius per tex.d.§.præterea ducatus.& dicit ibi Bald.in hac opinione reſidere glo.pen.decernitis.& Iac.Beluiſ.ibi.Idem tenet Iaco. Ardizo.ſummus feudiſta in ſumma feudorum in tit.de ſucceſ.feu.in §.ſed vbi dominus.idem tenet Hoſt.in ſumma ſua in tit. de feu.in §.fin.ante fi.
in verſi.ſed nunquid tenebitur.idem tenent Spec.& Io.And.in
tit.de feu.in §.quoniam.in ver.39.vbi Spec.allegat tex. d.§.prę
terea ducatus.& glo.d.c.omnes.& ſic ex iſtis apparet iſtum paſſum eſſe multum ambiguum, propter maximas auctoritates
hincinde. & punctus pendet ab intellectu. d.§. præterea ducatus.quia non eſt veriſimile,ꝙ glo.& tot.Doct.ſ.relati in prima
opin. dixerint contra caſum legis, & contra illum caſum dixerit Pileus,qui diſputauit latè iſtum articulum, & determinauit
pro prima opin.vt refert gl.in d.c.omnes filij.Quid tenendum?
Bald.in d.c.1.§.præterea ducatus.in vlt.col.refert varias opiniones, & nullam clarè firmat. Refert quoſdam tenere, ꝙ poſſit
vaſallus eligere, cui filiorum iuret, & iſtud ſecundum eum tenet Iacob.de Beluiſ.per l.1.ff.de ſolutio.melius facit.l.ſi quis in
graui.§.ſi cùm omnes.ff.ad Sylla. Alij tenent, ꝙ vaſallus faciet
fidelitatem vni vice omnium quaſi corpori arg.l.cui fundus.§.
fi.ff.de condi.& demon.Alij tenent,ꝙ debet facere fidelitatem,
& iurare antiquiori filio.arg.l.fin.ff.de fid. inſtrum.& quod not.
per Inno.in c.1.de maio.& obed.Alij dicunt, vt habetur in c.de
negotio.in titu. de quibuſdam capitulis extraordi.vbi videtur
dicere tex.ꝙ vaſallus non tenetur iurare omnibus, & aliter non
firmat ibi Bald.do.Marti.Lau.in d.c.omnes filij.pro concordia
iſtarum opinio.ſic diſtinguit:aut quærimus, an ſingulis filijs domini ſit præſtanda fidelitas, & dicendum eſt, quod non,nẽ cõgatur plures dominos vaſallus habere.d.§.præterea.& ita intelligatur glo.in d.c.omnes.& Doct.qui eam ſequuntur. aut quærimus,an vaſallus teneatur præſtare fidelitatem vni ex hæredibus domini pro omnibus hæredibus domini, & dicendum eſt,
ꝙ ſic, & ita procedat prima opin. quia iſtò modo ceſſat ratio,
d.§.prǣterea ducatus. Nam non cogitur præſtare omnibus fidelitatem,ſed vni nomine omnium,ne alij hæredes ſint in damno.Adde etiam, quòd ſecundam opin. ſupra relatam, ꝙ vaſallus non cogatur præſtare iuramentum fidelitatis vnicuique filiorum,ſed ſufficiat vni iurare,tenet etiam Are.in d.l.2.§.ex his.
in 3.col.de verbo.obliga.vbi dicit magnum verbum, quòd iſta
b opin.eſt ſequenda in practica, [b] *eo quia eſt communis opin.* Mihi
* autem in tanta varietate placet prima opin. quòd omnibus filijs ſit iurandum,ad quos feudum deuenerit, iuxta l. vt iuriſiurand.§.fin. ff. de oper.liber.& l.vel quòd. ff.de religio.& ſumpt.
fu.& vltra allegata pro hac parte in d. c. omnes filij. per glo.ibi
& per Doct.ſ.relatos tenentes iſtam partem, adde,quòd idem
tenent Dyn.Rayn.& Bar.in l.cùm vnus.in prin.ff.de bon.aucto.
iud.poſ.per illum tex.qui bene facit in argum.Eandem partem
tenet Angel.in l.loci corpus.§. ſi fundus. ff. ſi ſerui. vend.per illum.§. quem dicit eſſe optimum argu.iſtius deciſion.ꝙ ſingulis hæredib.domini debeat fieri inſolidum fidelitas per vaſallum per illum text. dum dicit de iure ipſo ſinguli experiuntur.
Non obſt.tex.in d.§.præterea ducatus.in quo ſolo conſiſtit difficultas,quia ad illum tex.reſpondit Ludo.Rom.in d.l.2.§.ex his.
in 3. col. quòd vaſallus tenetur iurare fidelitatem ſingulis filijs
domini. ſi tamen per hoc grauaretur,poteſt renunciare feudo,
ne pro vno feudo plures dominos inuitus habere compellatur.ſic intelligit illum text.ſed nihil eſt dicere.¶Tu ergo reſponde,ꝙ in quæſtione noſtra diuiſio fit ex neceſſitate ſucceſſionis.
l.hæredes.§.an eq.& §.illa.ff.famil.erciſ.& omnes hæredes loco
vnius ſunt,cui ſucceſſerunt.l. qui fundus.ff.de condi.& demon.
ſed in d.§.præterea ducatus. illud ibi prouenicbat ex mera voluntate domini alienantis partem feudi,vel ex diuiſione voluntaria,vt patet,dum dicit ibi tex.aliud autem feudum,ſi hæredes
voluerint,diuidatur.põdera verbum voluerint, loquitur enim
in diuiſione voluntaria, non poteſt meritò ex hoc induci, vt
vaſallus cogatur habere plures dominos,vt ibi in text. Ita effectualiter tenet,& reſpondet ad iſtum tex.Iaco.Alua.in d.c.omnes filij. vbi dicit ſe reperire Doctores Toloſanos ita conſuluiſſe,à quib.And.de Iſer.in d.c. omnes. non multum diſcrepat,
ita etiam videtur dicere And.de Iſern.& do. Marti. Lau.in d.§.
præterea ducatus. Confirmo vltra eos,quia facienti actum ex
neneſſitate lex magis ſubuenit, quàm facienti actum voluntarium.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cogan.l.cùm poſtulaſſem.§.fin.ff.de dam.infect.& l.quod ſi minor.§.reſtitutio.
ff.de mino. Iſtud eſt quantum poteſt realiter dici ad d.§. præterea ducatus.ſed aduerte ſubtilius,ꝙ hæc ſolutio non tranſit ſine
ſcrupulo,quia etiam ibi, ꝙ conſortes feudi veniant ad diuiſionem,non videtur verum,ꝙ ſit actus merè voluntarius,imò neceſſarius, cùm regula ſit, ꝙ nemo inuitus cogatur in communione perſiſtere.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.in fi.ff.de condi.indebi.& l.fi.C.commu.diui.Imò non valet pactum, ꝙ non poſſit fieri diuiſio.l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat.ff.commu.diui.
niſi dixeris ſaluando prædictam ſolutionem, ꝙ aliud ſit in diuiſione,quæ fit per ſucceſſionem,quia illa eſt magis neceſſaria,patet, quia talis diuiſio inter cohæredes non dicitur alienatio, ita
dicit tex.no.in §.1.in Auth.de litigio.col.8.item ibi habetur loco
vnius,cui ſucceſſerunt,nec vaſallus poteſt in plus grauari, vt ſuperius dixi.ſecus eſt in illa,quę fit inter cõſortes.Subdit tñ Aluaro.in d.c.omnes filij. & bene, ꝙ iſto caſu hęredes dñi ſi volunt
poterunt

ADDITIONES.

a ¶Si dominus.Adde Bald.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.
b ¶Practica.Adde,quę ſcribit Bal.in §.omnes filij.ſi de feud.fuer.cõtro.& Doct.
ad Dec.in Reg.ea quæ in partes.de reg. iur.

poterunt eligere vnum ex eis, cui iuretur pro omnib.l. ꝙ ſi noluit.§.ſi plures.ff.de ædil.edic.l.ſtipulatio.§.quæſitum.ꝟ.eo.& l.hęredes.§.ſi plurib.ff.famil.erciſ.& l.iam tamen.ff.iudi.ſol.vbi tale ius indiuiduum poteſt vni committi, & eſt bonus text.in l.3.§.adijci.ff.de fideicom.liber. Traditur per Bal. in l.1.C.quando liceat ab emptio.diſce. Tenendo iſtam partem eam limita, † ꝙd non poteſt procedere in feudo ligio, quod non ſuſcipitur niſi ab eo, qui nō recognoſcit alium ſuperiorem, & non recipitur niſi ab Imperatore, vel à Papa, quia cū vaſallus ligius non poſſit eſſe duorum dominorū, ideo non poteſt præſtare iuramentum diuerſis dominis, de quo feudo ligio habes gl. ſingularem, & ibi tex.in cle.paſtoralis.§.rurſus.de re iudi.quæ gl.eſt compoſita ex verbis Spec.in tit.de feu.§.quoniam.in 1.col.& ita in ſpecie tenet Bald.in l.vnica.§.1.in vlti.col. C.de cadu.tol. & in §.ne autem.in vlt.col.in ea.l.& in prełudijs feudorum.in col.pen.vbi plenè dicit.idem Bald.in c.cæterum.in 5.col.de iudi.ꝙ in feudo ligio, quod ſolùm conceditur à ſupremo principe, non poteſt vaſallus ligius habere plures dominos, niſi ſecūdum eum eſſet ligium paternum. Quod vltimum non firmo, & in propoſito noſtro, ꝙ hæc limitatio non ſolùm ſit vera, ſed etiam neceſſaria, patet, quia in Papa, & in Imperatore à quib. habetur dictū feudum ligium, non cadit pluralitas filiorum, imò nec hæredum reſpectu dignitatis, & dicitur vaſallus ligius quaſi ligatus, vel quia ſupra omnes vaſallos legalitatem præſtat, eo quia iurat fidelitatem contra omnem hominem de mundo. declarat Spec.in 2.tit.de feu.§.quoniam. in 1.col.& glo.in d.cle.paſtoralis.§.rurſus.& dixi aliàs plenè in dictis præludijs feudorum.¶Vltimò quærit Bart.poſt Iaco.de Are. † an plures poſſint ſimul in eodem libello conueniri, an vero ſingulis dandus ſit libellus, & determinat, quòd omnes in eo. poſſint conueniri, per Authen. præſente.C.de fideiuſ. eſt corruptus Bart. debuit allegare Auth. hoc ita C.de duob.reis.de quo plenius ꝑ Bar.in l.3.§.1.& ibi per Imo.& Mod.ꝟ.de duob.reis & in l. ſi pluribus.§.1.ff.de lega.2.& in l.inter liberos.§.fi.ff.de adult.& in l. ſupra iter.§.1.ff.de acqua plu.arcen.& in l.edita. in 1. charta in primo genere cumulationis.C.de edendo. Ludo. notabiliter in conſi.211.ꝙ incip.viſo themate mihi propoſito, & in conſi.245.incip. ad primum de de quo queritur.in primo dubio.ſicut etiam plures adminiſtratores poſſunt ſimul in eo. libel. conueniri ſecundum Bald.in l. quoniam.ad finem.C.de conuen.fiſ.debi.lib.10.

7 (margin, beside "ceat ab emptio.diſce."); 8 (margin, beside "timò quærit Bart.")

S V M M A R I V M.

1 *Prætori poteſt nouum opus nunciari, poteſt tamen proteſtari.nu.2.*
3 *Licèt ſit proteſtatum prætori, tamen finito officio oportet iterum nunciare.*
4 *Si emptor, cui mota eſt lis, proteſtatur ſe non poſſe nunciare venditori, quia neſcitur vbi ſit, eo reuerſo tenetur vltra primam poteſta. iterum denunciare, aliàs intelligeretur receſſiſſe à proteſtatione.*
5 *Officiales perpetui, vt ſunt Reges, Duces, &c. poſſunt durante Magiſtratu conueniri.*
6 *Omnes, qui prohibētur vocari in ius alia ratione, quàm officij, ſunt eius conditionis, quòd eis poteſt nunciari nouum opus.*
7 *Solus terribilis vultus Poteſtatis cauſat metum iuſtum, & qualiter probetur.nu.8.& 9.*
10 *Vbi à communiter accidentib. difficilis eſt probatio, ſufficit probatio per coniecturas, & ſufficiunt probationes, quæ aliàs tanquam imperfectæ reijcerentur.*
11 *Teſtes non debent puniri de falſo, qui depoſuerunt de veritate, & dixerunt ſe ſcire, cùm re vera non ſcirent, ſed audiuerunt ab homine bonæ famæ, & conditionis.*
12 *Metus illatus conſanguineis clerici, cenſetur illatus ipſi clerico.*
13 *Si duo inimici fecerunt pacem adinuicē, & promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna, ſi aliquis offendat conſanguineum alterius, ita incidit in pœnam ſicut immediatè offendiſſet eum, cum quo pacem fecit.*
14 *Si fui prohibitus à domeſticis tuis, vel coniunctis tuis, videor prohibitus voluntate tua.*
15 *In omni proteſtatione generaliter requiritur expreſſio cauſæ, etiam ſi non petatur à parte, ſecus in nunciatione noui operis.*
16 *An poſſit nunciari nou. opus coram vicinis in caſu tex.noſtri.*
17 *Quando actus fit.l.reſiſtente, nullo modo poteſt valere.*
18 *Licèt nunciatio fiat per verba de futuro, & licèt opus iam ſit ex toto perfectum, nihilominus in text. noſtro habet nunciatio effectum ſuper opere iam perfecto, & hoc propter proteſtationem præcedentem.*
19 *Quæ ſit ratio, quare prætori durante officio poſſit nunciari, vt acquiratur interdictum, quòd vi aut clam. ſed non poteſt nunciari, vt acquiratur hoc interdictum.*
20 *De iure ciuili arreptio itineris ad principem non habet vim appellationis.*
21 *Quando aliquid eſt clarè deciſum de iure cano. & expreſsè non reperitur contrarium de iure ciuili, ſtatur iuri cano. etiam in foro ciuili.*

§. Si quis ipſi prætori.

Prætori non poteſt nunciari nouum opus, ſed debet proteſtari, quæ proteſtatio facit, vt nunciatio poſteà finito officio facta trahatur retro ad tempus proteſtationis, & ædificanti, vel immittenti in noſtrum poteſt nunciari nouum opus. hoc dicit vſque ad §. ſextus. ſecundum primum intellectum glo. *magis communem &* magis amicum literæ. ¶Circa verſic. ſed & ſi in ædes. licèt Scribentes nihil dicant, tu aduerte, quòd intelligendo tex. quòd ſi aliquis tertius ædificat, vel immittit in noſtrum, poſſum ei nunciare: iſto modo text. eſſet de indubitabili, & nunciatio concederetur ſibi etiam de rigore huius tituli non de æquitate, vt dicit text. in verbo, equum eſt. Item aduerſatiua nihil faceret ad præcedentem caſum, ideo intelligendo tex. prout ſenſit glo. in verbo ſi quis, ſcilicet, vel priuatus, vel prætor, credo, quòd ſenſus literæ ſit, ꝙ ēt ſi prætor non ſolùm priuatus ædificet in noſtro, vel aliquid immitat, poteſt ei nunciari nouum opus, & ita limitetur principium huius tex.& hoc modo iſte verſiculus erit de dubitabili, & tex. bene ſtabit, dum dicit, æquum eſt, quaſi dicat, ꝙ licèt de rigore iuris non poſſit nunciari prætori, vt in princ. huius tex. tamen iſto caſu ex æquitate permittatur. Item iſto modo aduerſatiua bene aduerſabitur ad principium huius §. item aduerſatiua ſeruabit naturam ſuam, quæ eſt, quòd aduerſetur his, quæ ſunt eiuſdem generis, non diuerſi, eſt glo. & ibi Bart. in l. mariti.§.fin.ff.de adult.cum ſuis concord. Item erit repetitiua qualitatum præcedentium, prout eſſe debet, vt declarat Bald. in l.omnes populi.in 15.col.ff.de iuſti. & iur. dixi.ꝟ. in l. quominus.ff.de flumi.per glo.in §. item lapilli. Inſtit. de rer. diui.dom. Alexan.in l.filius à patre.in princip.in 12.& 14.colum.ff.de libe. & poſthum. Item ratio diuerſitatis erit, quia quando prætor ædificat in meo ſolo à me poſſeſſo, manifeſtius facit mihi iniuriam, & magis conſtat de euidenti calumnia prætoris ædificantis, ideo lex magis permittit ex æquitate nunciationem, & ſecundum iſtum intellectum datur notabilis limitatio ad principium huius §.& ad ea quæ dicuntur per gl.& Doct.in primo intellectu.¶In glo.1.ibi.l.2.in fi.ex iſta.1. lectu. Bar. quatuor no.

1 † Primò, ꝙ prætori non poteſt nouum opus nunciari. Ratio ſecundum gl. ꝙ prætor durante officio conueniri non poteſt, ergo non debet per indirectum concedi id, ꝙ directò non conceditur, vt in regula cùm quid vna via. de regu.iur.in 6. Ex iſta ratione gl. no. generalius, ꝙ ei, qui non poteſt in ius vocari, non poteſt nunciari nouum opus, de quo vltimo dicetur.ꝟ. in quæſtionib. Bar. contra iſtam rationem opponit Bart. & reſpondet, vt hic per eum. Confirmo opp. Bar. ꝙ nunciatio ſit actus merè extraiudicialis per id, ꝙ no. Bar. in l.1.§.fi. per illum text.ſ.eo.vbi valde no. actum merè extraiudicialem poſſe cedi, prout eſt ibi nunciatio. item ad reſponſionem Bar. vide, quod infert Bar.ꝟ.in 14.quæſt. vbi dicetur, & ſic Bar. *& communiter Doctо.* tenent rationem gl. ad iſtum tex. Contra iſtam cōem rationem fortiter arguit Raph. Cuma. hic trib. medijs. Primò arguit, quia ſi vera eſſet ratio glo.& Bart. pari ratione non poſſet proteſtari prætori ædificanti, ſicut nec nunciari, cuius contrarium apertè dicit tex. aſſumptum probatur, nam iſta proteſtatio habet vim nunciationis, & operatur præciſè eoſdem effectus, quos nūciatio, quia facta proteſtatione ſi prætor vult ædificare, cogitur petere remiſſionem, ſubmittendo ſe iuriſdictioni alterius iudicis, vel cogitur ſatiſdare, & ſic ab eo inuito aliquid extorquetur, aliàs ædificatum debet deſtrui. ita tenet Barto. quem alij ſequuntur.ꝟ.in 12.quæſt.& ſeq. & ſic iſta proteſtatio eſt quædam prouocatio, ſicut & nunciatio. ergo ſi vera eſſet ratio gl. & Bart. qua ratione prohibetur nunciare prætori, eadem ratione deberet prohiberi ſibi proteſtari, quia eſſet ſolùm differentia verbalis, & non realis in effectu, & ad iſtud fundamentum dicit Rapha. ꝙ non videt locum reſponſo. Secundò mouetur, quia non eſt verum, ꝙ per nunciationem quis prouocetur ad iudicium indiſtinctè, patet, quia poteſt ſi vult extra iudicium ſatiſdare, dicit tex. in §. ſi is cui.ꝟ.ea.l. alleg. per Bar. ¶Tertiò ſi vera eſſet ratio gl. & Bar ſequeretur, ꝙ nunciatio non poſſet fieri tempore feriarum, cū illo tempore non poſſit in ius vocari, nec ab eo inuito aliquid extorqueri.l.1.& 2.ſ.de fer.& tamen iſtud eſt falſum, quia nunciatio poteſt fieri tempore feriato.l.1.§.nunciatio. & ibi glo. & Doct.ſ.eo. propter iſta tenet Rapha. ad hunc text. poſſe dici alterо de duobus modis: primò, ꝙ lex noluit poſſe nunciari nouum opus prętori immediatè, propter reuerentiam dignitatis prætoriæ; ſed bene permiſit, quòd honeſtioribus verbis fieret proteſtatio, ſicut in ſimili in l.in ꝯtractib.§.pen.C.de non num. pecun. ſic etiam in ſimili à ſententijs maximorum magiſtratuum non poteſt appellari propter excellentiam, & eorum dignitatem, ſed bene benignè poteſt ſupplicari. l. præfecti. ff.de mino.& l.1.ff.de offic.præfec.præto. Secundò intelligit Rapha. Cuma. ꝙ prætori poteſt nunciari nouum opus directò, ſicut & priuato,

priuato,sed in isto text.nō audebat nunciare propter perhorrescentiam prætoris,ideo admittitur protestatio. ista omnia dicta Raph.refert,& sibi ascribit do.Iac.Puteus hic. Tu adde,licèt ipsi non dicant,ꝙ istum secundum intellectum ante eos tenet Dy. & Alb.hic,qui dicunt,ꝙ in hoc tex.non est impedimentum iuris,sed impedimentum facti.s.quia timebam prætorem,& propterea non sum ausus nunciare, & s̃m istum intellectū dum dicit tex.non posse nunciari prętori , intelligitur propter impedimentum facti,& non iuris. Adde etiam, ꝙ cōtra rationem Bar. & glo.potest argui vltra eos. Nam quando ius alicuius est tempore periturum, potest prætor vocari in ius durāte officio vsq; ad lit.contestationem.tex.est in l.Senatus.ff.de offi. pręsi.firmāt Cano.in c.legebatur.de maio.& obed.sed in casu nostro,si non nunciatur prętori ædificanti,perditur ius nunciandi, quia postquam ædificauit pro ædificio prætori non potest nunciari.l.1. §.1.s̃.eod.ergo durante officio debet posse permitti nunciari,licèt non posteà prosequi : hinc est, ꝙ nunciatio permittitur die feriata propter istam necessitatem,sed non remissio,aut prosecutio,vt declarat Bar.in l.1.§.nunciatio.in 5.col.s̃.eod. Quid tenendum? Teneo rationem gl.& Bar.& non placēt ambo intellectus Rapha.ad istum tex.quia diuinant,& restringunt text.secundò , quia Iurisconsultus venit hic tradens regulam generalem,& dicit,ꝙ prætori ædificanti debet protestari,eo quia nunciari non potest. Nec obstant fundamenta Raph. & primū qua ratione non potest renunciari , quia est prouocatio ad iudiciū, eadem ratione non debet posse protestari,quia illa etiā est prouocatio ad iudicium. Responde,ꝙ est magna differentia,quia nunciatio statim ligat siue iustè siue iniustè ædificatur , & nunciatus statim tenetur supersedere,aliàs quicquid ædificaret,esset demoliendum.l.prætor.§. hoc interdictum. & §. deinde.j̃.eod. Non sic est in ista protestatione , quia non habet effectum demolitorium ,nisi posteà finito officio iterum nunciet. Interim ergo non cogitur supersedere ab ædificando, nec interim cogitur satisdare, imò potest in opere procedere, & si diceres pone,ꝙ posteà finito officio nuncietur , debet destrui retro ædificatum,vt dicit iste tex.ergo idem est effectus. Respondetur,ꝙ fortè ille finito officio amplius non nunciabit,vel fortè interim cedet nunciationi,vel & melius interim prętor potest ostendere,& docere de iure suo voluntariè se submittēdo iurisdictioni,in quo casu si posteà finito officio nuncietur , poterit sperni nunciatio tanquam euidenter calumniosa, cùm acta iudicij faciant notorium,iuxta gl.in c.significauerunt. de testi.& bene faciunt,quæ dixi in l.1.in prin.s̃.eod.in limitationib. quas dedi ad hunc tit.& sic vides , ꝙ ista protestatio non ita prouocat ad iudicium sicut nunciatio , & ex hoc collige pulchram limitationē ad l.1.§.sed si is cui.s̃.eo.vbi nunciatus nō admittitur,vt posset docere de iure suo, si ædificat, tñ protestatus sic,cùm requiratur finito officio nunciatio,vt hoc tex. Non obst.s̃m fundamentum Raph. ꝙ nunciatio non sit præcisa prouocatio ad iudicium,cùm possit satisdare. Responde,ꝙ sensus Bar.est,ꝙ prætor durante officio non potest conueniri , nec aliquid ab eo inuito extorqueri,ꝙ est si præstat satisdationem. Ad tertium arg. patet responsio ex dictis Bar.in l.1.§.nunciatio.in 5.col.s̃. eo. dū tractat,an remissio renūciationis posset fieri die feriata. Ad quartum arg.quod ego feci , respondetur,ꝙ quamuis non nunciet, non perijt tamen ex toto ius suum, cùm habeat alia remedia, nā potest ædificatum sua propria auctoritate destruere. l.quēadmodum.in prin.cum si.ff.ad l.Aquil. vel potest agere via ordinaria . sed l.Senatus.j̃.de offi.præsi.loquitur,qñ aliàs ius in totum periret.Cogita in prædictis,quia sunt subtilia ad istum tex.

2 ¶Secundò no.ꝙ licèt prætori non possit nunciari nouū opus, tñ debet protestari. Et ex hoc infero correlariè duo. Primò, ꝙ vbi quis impeditur facere actum, oportet , ꝙ de hoc protestetur. Secundò infero,ꝙ non excusatur quis propter impedimē-
a tum,nisi de impedimento [a] protestetur expressè. ista est vtilis materia in actu practico, ideo circa eam bene insistam. Adde gl.no.in c.cupientes.§. ꝙ si per viginti.in verbo propositum.de elec.in 6.quæ vult , ꝙ vbi aliquis est impeditus expedire actum in termino,non excusatur,nisi protestetur, ꝙ per ipsum nō stetit,sed propter tale impedimentum , & per illam gl.dicit ibi Io. de Imo.& ibi etiam Gemi. dicit se ita obtinuisse in quadā causa appel. in qua appellans non potuit habere copiam iudicis & permisit sibi labi tempus sine protestatione,& propter negligētiam in non protestando succubuit in causa. Adde bonam glo. in c.plerunque.in glo.fi. in verbo negligentia. de rescrip. & ibid. Ant.& Imo. idem tenet do.Anto.in c. ex ratione.circa med.de appel. Illam decisionē Imo.sequitur. d.Alex.hic, & in l.properandum.§.sin autem vtraque. C.de iudi.& in cōsi.163.in 2.vol. ꝙ incipit viso processo causarum.in pen.col. Secundò adde,ꝙ vult Bald.in d.l.properandum.§.sinautem vtraque. & do.Alex. sequitur.C.de iudi. ꝙ quando stat per iudicem, & non per partem,ꝙ causa non expeditur infra tempus instantiæ , & sic intra terminum,debet apparere in actis,ꝙ pars fuerit protestata. Idē tenet Bal.in c.si autem aliquis.de rescrip. & in Auth. item si appellatione.C.de appel. Tertiò adde, ꝙ notabiliter vult Bal. in c. plerunque.in 1.col.per gl.ibi.de rescri. vbi notat optimum arg. ꝙ si in criminalib.aliquis est citatus , ꝙ compareat intra talem terminum, aliàs ponetur in banno , si labitur tempus banni, & vltimo die termini Potestas non venit ad banchum , iste banniendus debet se præsentare ad banchum, & requirere præsentiam iudicis,& si habere non potest,est necesse protestari ad tribunal,aliàs terminus ei laberetur,si nō protestaretur,vt ibi pulchrè per eum. Quartò facit, quia qñ propter impedimenta hostilitatis, vel magnæ pestis nō potuit quis,agere in iudicio.certè ad hoc,vt pręscriptio non currat,oportet protestari,ꝙ nisi fuissent ista impedimēta, egisset, & præscriptionem interrupuisset, ita debet protestari secundum Imo. & alios in c. ex transmissa. de rescri.clarè do. Ant.in c.cùm non liceat.eo.tit.d. Alex.in cōsi. 151.in 2.vol.quod incipit viso themate.s̃.scripto & allegationibus elegantissimis.in pen. col. & ita egregiè limita ea, quę dicit Bar.in l.naturaliter.ff.de vsucap. Quintò & vltimò confirmantur pręDicta,quia non pręsumitur stare per officialem , vel per iudicem,nisi pars protestetur secundum Bar.in l.damni infecti. §.Sabini.ff.de dam.infect.facit tex.in l.si quis C.de offi.ciui.iudi. Nota benę pręDicta in actu pratico,& aduerte,ꝙ licèt in practica durum esset à pręDictis recedere propter tot auctoritates,tamen ꝙ tales protestationes impedimenti non debeant fieri de
b iuris necessitate , sed solùm ex consuetudine [b] fiant , ponderat Bart.in l.2.§.ꝙ diximus.ff.si quis cau.vbi dicit,ꝙ de consuetudine fit talis protestatio, ergo vult, ꝙ de iure non teneatur protestari,& ita ibi ponderat. d.Alex.& Are.subtilius, qui ita tenet in consi.162. quod incipit verum est. vbi per illam auctoritatem Bar.tenet consulendo , ꝙ tales protestationes non sint necessarię. Adde etiam Bar.in l.2.aliàs est.l.1.§.dies.ff.quando appel.sit, dum dicit consulo,ꝙ protesteris, & expressius Bal.in addi.Spe. in tit.de appel.§.7.in ver.non fallunt.vbi dicit,quòd protestatio coram iudice appellationis debet fieri de consilio, ne appellatio deseratur. Not.dum dicit de consilio, & sic ad bene esse.facit,ꝙ dicit Ang.in Auth.sed & lis.C. de temp.appel.ꝙ quando quis appellat ad Papam , quia nemo potest inuitis hostiarijs intrare auditorium Papæ, introductum est de consuetudine,ꝙ appellantes pulsent ad portam pro causa introducenda in consistorio.& si hostiarij nolint pati eos intrare, rogāt notarium in præsentia testiū de hoc, coram quibus protestantur, ꝙ per eos non stat, sed quod hostiarij eis denegant ingressum, & dicit , ꝙ ita de consuetudine obseruatur in curia Rom.pondera de consuetudine,ergo non de necessitate iuris, & quòd de iure non sit necessaria protestatio impedimenti,tenet dom.Abb. in d.c.plerunque.de rescri.& in d.c.ex transmissa.de præscri. Pau.de Cast. in consi.

ADDITIONES.

a ¶Impedimento. Adde Fely.in c.ex transmissa.col.3.versi.1.extra de præscrip. Alex.in l.2.§.quod diximus.supra si quis caut. & an impeditus teneatur protestari,vide Afflic.decis.50.nume.3.Boer.quæst.49. nume.5.vbi citatur, quòd non solùm impedimentum probare cogitur , quia comparere non potuit, sed se fecisse diligentiam , quia ad hoc,vt impedito saluum sit ius,necessaria est protestatio,iuxta communem relatam per Mising.Cent.3.obser.59.quam temperat Inno.in c.plerunque.de rescrip.Felyn.in cap.venerabilis. num.7.de iudi.Cardin.consi.128.quæ conclu.de protestatione,vel diligentia non procedit,quando impedimentum est notorium, præsertim , quando fit ea protestatio,vt à mora excusetur,quo casu impedimenti probatio sufficit secūdum communem per Dom.Osas.decisio.177.num.11.& 12.Accedit, quod quando quis fundat se super impedimento , tenetur probare se tantum fecisse, quòd perfecisset, nisi impedimentum superuenisset. teste Bart. in l.qui commeatus.ff.de re milit.Alex.consi.49.lib.2. Fel.d.c.ex transmissa. Aym. consi. 151.nu.22.Ias.d.l.2.§.quod diximus.nu.5. MASVER.

b ¶Consuetudine. Adde , quæ scribit Perus. in cap. ex transmissa. de rescrip. Zabarel. consi. 127. quem reprobare videtur Alberic. in l. si præsens. C.de episcopis audiend.& ideo distingue tres casus. Primus, quando tractatur de impedimento proueniente à mora , vel contumacia,& tunc sufficit probare impedimentum,licèt non fiat protestatio,& ita procedunt.l.quæsitum. de re iudica. l. cùm quidam. §. si pupillo. de vsur. & l. si pecunia fenebris. eodem titulo.cum alijs simil.& mors est delictum gloss.in l.si mors.ff. soluto matrimonio, item contumacia est delictum. l. omne delictum. ff.de re milita. contra de l.fin. ff.de lege commiss. sed solue , vt per Alexan consil. 90. colum.3. libro primo. Secundus casus.aliquando quis impeditur facere actum.& protestatio succedit in locum illius actus, & requiritur protestatio impedimenti,quo casu procedit l.2.C. de his qui prop.met. iudi. non appella.capitu.fin. de appella. l. cùm quidam. §. si pupillo.de vsur. quibus casibus consequitur id,quod non poterat cōsequi propter impedimentum. Tertius casus est,quando agitur de restituendo in integrum , tunc requiritur protestatio impedimenti, & eo casu procedat l.vt perfectius.iuncta.gloss. C.de annal.excep.l.si eum.ff.ex quib.caus.maior.in fi.glo.in c.plerunque.de rescrip.c. cupientes.§. ꝙ si per 20.de elec.in 6. BELLOT.

in conſi.21. quod incipit in cauſa deſertionis.in 6.col. Iſta ſecunda opinio eſt humanior,& confirmatur ratione,quia proteſtatio fit ad conſeruandum ius.l.fi.§ quib.mod.pig. vel hypo.ſol. licèt ergo ſit prætermiſſa,dummodo poſteà probetur, ꝙ ſteterit per iudicem,& non per partem, ſola omiſſio proteſtationis non debet tollere ius partis per regulam.l. id quòd noſtrum.ff. de reg.iur. facit bene tex.in l.2.in prin.& ꝑ totã legẽ.ſi quis cautio.& in l.ſcire oportet.§.ſufficit in verbo,ignoſcendum ei eſt.§. de excuſatio.tut.in quibus iurib. ſufficit doceri de impedimento,& non requiritur proteſtatio.eſt tex.in l.quibus dieb.in prin. & quòd ibi Bart.in fi.ff.de condi.& demon.& in plurib.ſimilib. Verùm,quia multa iura requirunt proteſtationẽ impedimenti in iure, ideo prima pars eſſet tutior in practica. Ita requirit tex.hic,vbi quòd eſt fortius erat impedimentum iuris,& ſic notorium,tamen requiritur proteſtatio.Ita etiam requirit tex.in l. 2.ad fi.C.de his, qui propter me.iud.non app.& text.in c.fin.de app. & text.in l.2.ff.de naut.fœno.& in l.mulier.cum ſi.ff.de lege commiſſo. & dicamus,ꝙ alia iura ſuppleantur per iſta iura.Tenendo iſtam concluſionem, ꝙ ſit neceſſaria proteſtatio impedimenti,limita dupliciter.primò ſecundum Lud.Rom. hic, ꝙ quando lex ſubrogauit alium actum loco illius,qui non potuit propter impedimentum fieri, tunc ſufficit illum actum fieri abſque alia proteſtatione,per c.ſtatuimus.de offic. deleg.in 6.c. vbi periculum.§.porrò.de elec.in 6.in clem. cauſam. de elec.in cle.1.de fo.compe.ſecus,quando lex non ſubrogat alium actũ, tunc eſt neceſſaria impedimenti proteſtatio, vt hoc text. cum ſi.& de iſta limitatione facit mentionem Alex. hic in vlti.char. & licèt nihil addat,tu adde idem,ꝙ plenius tenet Lud.Rom.in conſi.433.ꝙ incipit,quo ad primum,ꝙ ſufficiat in 2.colum.ad fi.& ſeq.Secundò limitat Pau.de Caſt.hic,quando impedimentum eſt in perſona,vel iudicis, vel aduerſarij, tunc non ſufficit de impedimento docere, ſed proteſtari debet, ita loquitur iſte tex.cum concordantijs.§.alleg.ſed ſi impedimentum eſt in perſona illius, qui habet actum agere, puta, quia ſit infirmus, vel abſens cauſa reipublicæ,tunc ſufficit docere de impedimento, quamuis non ſit proteſtatus, quia iura iſto caſu non requirunt proteſtationem.l.2.in princi.& per totam.l.§. ſi quis cautio.& l. quæſitũ.ff.de re iud.& l.1.ff.ex quib.cau. maio.& d.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ita etiam tenet Io.de Imo.in c.fi. de app.& in effectu tenet do.Alex.hic in antepe.col. ¶Circa iſtud ſm notabile, inquantum gl.tenet,ꝙ proteſtatio debeat fieri prætori,vel corã vicinis,Bar.opp.ꝙ imò debeat fieri coram alio iudice,& reſpõdet diſtinguendum,vt hic per eum.Adde,ꝙ eandem diſtinctionem ponit Bar. in l.non ſolùm.§.morte.verſic.circa tertium.in 8.col.ĩ.eo.ſequitur.d.Ant.in c.fi.de app. Sed aduerte,quia Bart. videtur malè dicere,inquantum vult, ꝙ in ll. contrarijs.ſ.in l.ſi præſens.C.de epiſc.aud.& in l.contractib.§ fi. C.de non nu.pec. ille actus,& ſic exceptio non nu.pecu.debet opponi in iudicio, ſicut regulariter opponi debẽt exceptiones. iſtud eſt falſum aſſumptum,quia excep.non num.pecu. poteſt opponi extra iudicium ad domum creditoris,gl. eſt ordinaria, & approbata in l. ſi intra.C.de non nu.pecu.potes ſaluare Bar. ꝙ eius intentio ſit, ꝙ ſi loquamur in actu, qui non poteſt expediri niſi extra iudicium,prout eſt nunciatio noui operis, quæ ſemper debet fieri in ipſo opere, & fit ſemper extra iudicium, vt §.ſi quis fortè.§. ea.l.nam etiam quando nunciatio fit per prætorem, debet etiã iudex mittere ad locum ædificij ſm gl. & Bart.in §.meminiſſe. ĩ.ead.l. & tunc ſufficit proteſtari prætori, vel coram vicinis,ita procedat iſta gl.ſed quãdo actus poteſt fieri in iudicio, & extra iudicium,vt opponere exceptionem non nu. pec.vt per glo.in d.l.ſi intra. iſto caſu lex eligit viam validiorem.ſ.ꝙ proteſtatio fiat in iudicio.ſ.coram alio iudice, qñ non poteſt ſibi fieri propter magiſtratum. Ita loquuntur.d.l.ſi præſens.& d.l.in contractib.§.fi.& ita etiam tenet Io.de Imo.hic.Item inquantum Bar. tenet,ꝙ quando iudex denegat facere iuſtitiã, ꝙ eius ſuperior, vel Epiſcopus poſſunt cogere,vt iuſtitiã faciat per tex.in Auth. vt dif.iud.in prin.col.9.Limita,vt no.per Bar.in l. tutor pupillo. in fin.per illum tex.ff.de aucto.tuto.& ita habes expeditum ſm no.Bar.

3 ¶†Tertiò not.ꝙ licèt ſit proteſtatum prætori,tunc finito officio oportet iterum nunciare, & formam huius nunciationis,quæ debet fieri finito officio,ponit Bart.in 13.q.vbi dicetur. Ex iſto notab.infero correlariè, ꝙ proteſtatio facta in ſubſidium nunciationis,ita demum operatur effectum,ſi poſteà tẽpore,quo poteſt nunciare,& ſic ceſſante impedimento fiat nũciatio,aliàs proteſtatio nihil releuaret.Adde in ſimili bon.tex.in l.mora.in fi.prin.ff.de vſu. vbi ſi abſente creditore aliquis interpellet eius debitorem,iſta interpellatio nihil operatur.dicit tex. niſi creditore reuerſo, & habente copiam debitoris denuo interpellet.Sed aduerte contra iſtud notabile videtur fortiter obſtare.Nam ſi iſta proteſtatio habet vim nunciationis, & operetur eoſdem effectus,quos nunciatio,prout firmat Bar.ĩ.in 12.q. ad quid eſt opus,ꝙ poſteà finito officio iterum nuncietur?Bar. hic in iſto 3.nota.ſentit,& vult duplicem eſſe rationem. Prima, vt videatur perſiſtere in prima proteſtatione,aliàs videretur ab ea receſſiſſe.Secunda,quia intendit aliquid iuris de nouo acquirere.ſ.interdictum demolitorium, & ita ſimpliciter tranſit Pau. de Caſtr.hic.potes dicere, & credo melius, ꝙ præcedens proteſtatio ſolùm eſt facta in hoc,ꝙ non poſſum, vel non audeo ſibi nunciare,quia eſt in magiſtratu,ideo lex requiritur finito magiſtratu ſecundam nunciationem,quę habeat perficere primam proteſtationem, vt repetito die primæ proteſtationis videatur facta,& iſtud videtur magis eſſe de mente text. hic, & Bart.ĩ.in 10.q.dum ponit formam iſtius proteſtationis,& ſi diceretur,ꝙ obſt.tex.in l.2.in fi.C.de his,qui propter met.iud. non app.& in c.fi.de app.dic,& reſponde,vt ſtatim reſpondebo. Contra iſtud tertium notab.opponit Bart. ꝙ ſufficiat proteſtationem ſemel eſſe factam, nec requiratur alia nunciatio. & reſpondet diſtinguendo,vt hic per eum. Adde inquantum concludit in primo caſu, ꝙ qñ ſtatur per aduerſarij delictum, vel contumaciam, tunc ſemper ſufficit vna interpellatio.Fallit in caſu Auth.ſtatuimus.C.de Epiſc.& cler.in iudicib.recuſantibus miniſtrare iuſtitiam clericis, quia ibi requiritur trina interpellatio, & poſt tritiam nam requiſitionem iuriſdictione priuantur. facit text. in c.1.de ſup.negli.præla. Secundò fallit, quando dominus conqueritur de vaſallo,dicens eum commiſiſſe culpam,per quam meretur priuari feudo,nam debet citari ad curiam coram partib.text.in c.1.de mili.vaſ.qui cõtu.eſt. licèt multa poſſent dici circa illum text.¶Secundò adde inquantum Bart.concludit,ꝙ quando intendo aliquid iuris de nouo acquirere,tunc requiritur, ꝙ de nouo nunciem vltra primam proteſtationem.text. eſt hic,vbi agitur de acquirendo de nouo interdictum demolitorium. Adde, ꝙ iſta concluſio videtur de directò contra tex.in l.2.in fin.C.de his qui propter me.iud. non app.& in c.fi. de app. in quibus tractatur de iure acquirendo de nouo, & tamen vna proteſtatio ſufficit.Raph. Cuma.hic multum laborat in iſta difficultate,& refert Bal.reſpondere, ꝙ quædam eſt proteſtatio de iure communi primordialiter ad hoc inſtituta, & tunc vna ſufficiat.l.ſi præſens. C.de epiſc.audien.cum alijs cõcordantijs: quædam eſt proteſtatio, quæ ſuccedit loco alterius actus, & tunc ſi iſta veniat in notitiam eius,cum quo actus erat celebrãdus, tunc vna ſufficit,ita loquitur contrarium. d.l.2. ad fin. aut non peruenit in eius notitiã,tunc requiritur,ꝙ de nouo nuncietur, ita loquitur iſte text.licèt Raph.non impugnet iſtam doctrinam,credo, ꝙ non ſit vera. Primò,quia in text.proteſtatio debet venire ad notitiam prætoris,aliàs nihil operaretur,& ſic eum non ligaret. ita firmat Bar.ĩ.in 15.q.& ſeq.& tamẽ requiritur alia nunciatio. Præterea in d.l.2.ad fi.& in d.c.fi.proteſtatio ſuccedit loco alterius actus.ſ.loco appellationis, & tñ indiſtinctè dicitur, ꝙ vna ſufficit,vnde ego puto poſſe reſponderi altero de duob. modis ad d.l.2.in fi.primò dico,ꝙ ex doctrina Bart.ſi bene aduertatur, apparet clara reſponſio. Nam licèt in d.§.2.ad fi.tractetur de iure acquirendo,tamen ideo ibi vna proteſtatio ſufficit, eo quia ibi illud impedimentum proueniebat ex iniuria, ſeu violentia, & ſic ex delicto iudicis, quo caſu vbicunque impedimentum cauſatur à delicto,etiam ſi agatur de iure acquirendo, nunquã requiritur reiteratio actus.iſtud vult expreſsè Bar.hic, dum opponit de iſto text. Secundò poteſt reſponderi,quòd in d.l.2.ad fi.& in d c.fi. proteſtatio fit loco certi actus limitati certo tempore, ideo ibi requiritur, ꝙ proteſtatio fiat infra illud tempus, infra qđ debebat fieri actus, ideſt appellatio: vnde elapſo iſto tẽpore,amplius fieri non poteſt,imò ſi vellet reiterare, amplius non poſſet,ita loquuntur illi tex.ſed hic proteſtatio, quæ ſuccedit loco nunciationis, non ſuccedit loco actus limitati tempore,meritò fit reiteratio,magis tamen placet præcedens ſolutio.

4 Tertiò inquantum Bart.concludit, † quòd ſi emptor,cui mota eſt lis, proteſtatur, ſe non poſſe denunciare venditori, quia neſcitur,vbi ſit, quòd eo reuerſo teneatur vltra primam proteſtationem iterum denunciare, aliàs intelligeretur receſſiſſe à proteſtatione. Angel. reprobat, quia iſto caſu data eſt forma denunciandi, vbi non reperiretur venditor, quia poteſt fieri denunciatio amicis,aut vicinis, vel ad domum ipſius, & tantum valet, ac ſi ſibi eſſet facta. gloſſ. eſt ordinaria in l. aut qui aliter. §. ſi fortè,in verbo, aut ad domum, & ibi bonus text.ff. quòd vi, aut clam. Tene cum Barto.cum quo tenet Imo. &

* *omnes* Moder. hic. & domin.Anto.de Butr.in cap.fin.de appel. quia licèt denunciatio ſit facta ad domum, vt dicit illa gloſſ. per hoc non concluditur, quòd eo reuerſo non debeat iterum fieri, per iſtum tex. ¶Quartò, & vltimò not. quòd nunciatio facta finito officio trahitur retro. contra opponit Barto. propter inhabilitatem extremi ad quod, reſpondet dupliciter, vt hic per eum. Confirma opp.Bart.fortius, quia fictio nunquam trahitur retro ad ea, quę ſunt contra ius. glo. eſt valde not.in l. talis

talis scriptura.in glo.fi.circa fi.ff.de leg.1. quam gl. sæpè reputat sing.Bal.in c.consuetudinis.in 2.col. de consue. & in c.innotuit. de electio.& in c.contingit.in 3.col. de dol. & contu.& in l.siue possideris.in 3.col.C.de proba.& in l.fin. C.de vsuca. pro dona. vbi dicit illam gl.ad hoc esse elegantem. Item adde pro prima solutione Bar.dum allegat.l.1.C.de capit. bonum text.in l.pen. ad fi.ff.de suis & legi.bonum text.in l.proponebatur.ad fin.ff.de capti.& declarat Bar.in d.l.si is qui pro emptore.in antepe. char.
5 ff.de vsuca.¶† Circa secundam q. Bar.no. ꝙ officiales perpetui, vt sunt Reges, Duces, Comites, & Episcopi possunt durante magistratu conueniri,& ita limitatur regula.l. nec magistratib. ff.de iniur.& l.pars literarum.§̃.de iudi. vt procedat in officialibus temporalibus.adde,quod idem tenet Spec.in tit.de actore. §.1.ver.item illustris.& in tit.de reo.in ver.item consul. Bald.in d.l.nisi finita.§.fin.per illum tex. qui ad hoc est elegans secundũ eum.& Bal.in d.l.pars literarum. Ang.in l.2. ff.de in ius.voc.do. Ant.in c.cæterum.ad fi.de iur.calũ.item pondera rationem Bar. quare officiales perpetui possint conueniri, quia aliàs ius partis posset perire,ista est melior ratio, quàm illa quam alibi assignat Bar.in l.nec magistratibus.§̃.de iniur. vbi dicit, quod regula.d.l. pars literarum.cum si. procedit in habẽtibus dignitatem cum administratione,vt sunt Potestates, & Vicarij, secus si habeant dignitatem sine administratione,vt Comites,Marchiones,Reges,& Episcopi,quia isti bene possunt cõueniri.l.2. C. vbi Sena. vel Claris.& ita etiam dicunt Cano. in c.legebatur. de maio.& obed.¶In 2.q.Bar.de officiali posito ad beneplacitum, ꝙ æquiparetur perpetuo, adde Cyn.& Bald.in l.quisquis. C.si cert.pet. Bal.in l.solent.§.fi.in 4.q.ff.de offi.procon.& lega.Item adde glo. in cle.2.in verbo electionem.de rescri.& gl.in c.fi. in verbo perpetuas.de rescrip.in 6.facit tex.in c. si gratiosè. de rescrip.in 6.&
6 tex.in c.si delegatus.de offi.deleg.in 6.¶ † In 4.q.dum concludit Barto. ꝙ omnes alij, qui prohibentur vocari in ius alia ratione, quàm officij, sunt eius conditionis, ꝙ eis non potest nunciari nouum opus,per text.in l.operis.§̃.eo.iuncta.l. neq; impuberes. ff.de in ius voc.dic, quod ista iura Bart.nihil faciunt, quia licèt infans,& furiosus non possint vocari in ius, tamen tutor infantis,& curator furiosi possunt vocari.l.1.§.sufficit. ff.de admi.tut. meritò potest nunciari nouum opus,& ita intellexit glo. in d.l. cuilibet.§̃.eo.quæ sequitur.d.l.operis.sed si essent tales personæ, quæ omnino de præsenti non possent in ius vocari, vt faciens sacra,ducens vxorem,associans funus,præco,& similes, concludit Raph.Cuma.cum Bart. ꝙ eis posset nunciari nouum opus, quia eorum impedimẽtum est breui tempore finiturum, ideo nõ debet impedire nunciationem,ex quo breui possit sibi prouidere.Contra Bar.arguit dom. Alex.per rationem glo.nostræ, quam tenet Bar.§̃.in 1.oppo. & dubitat, an illa ratio sit bona,& videtur tenere,quòd non,per primum fundamentum Rapha. quod retuli supra in primo not.quod sibi ascribit tacito authore, sed Bart.hic se restringit, vt illa ratio procedat,quando non potest vocari in ius ratione officij, sed non transit sine difficultate.Tu considera,ꝙ cùm nunciatio debeat fieri in loco ædificij,& alibi facta potest sperni.§.nunciationem.& §.si quis fortè. supra ead.l.cerè,qui sacra facit,aut ducit vxorem, vel funus sequitur, vel vadit per ciuitatem præconizando, non potest esse in loco ædificij, ideo frustra videtur quæri, an ei possit nunciari nouum opus nisi intelligas.q.Bar.ꝙ sicut in prætore non posset fieri nouum opus fabris,vel alijs ibi existentib.in opere, ita sit in istis.¶In 5.q. Bart.Adde, quòd idem,& latius tenent Cano.in c. fi.de appel.& ad id,ꝙ dicit Bart.de minis, adde, quod notabiliter decidit idem Bar.in simili in l.hæc autem.in princip.ff.si cui
7 plusquam per l.Falc.† Adde etiam,ꝙ solus terribilis vultus Potestatis causat iustum metum. Ita dicit Bald.in c.1.§. iniuria.de pace iura.firman.in vsib.feud.allegat not. per Io.And. in c.quia propter.de elec.idem tenet Ang. in l.qui in aliena.§. fi.ff.de acq. hæred.nisi esset malefactor, cui iudex tanquam terribilis debet minari, & tunc tales minæ non causant iustum metum secundum Bald.in l.vnica.in 6.col.ad fin.C.de confes. vbi dicit sic debere intelligi not.per Bart hic.¶Item limita doctrinam Bart.ꝗđ licèt sufficiat probare consuetudines istas prætoris, quantum ad excusandum eum,qui propter timorem non appellauit,vel non fecit actum,tamen non sufficeret,quo ad hoc, vt ipse prętor possit de violentia puniri.Ita hæc dicta limitat ipse Bart.in l. 1.§.si quis tamen.per illum tex.ff.ꝙ vi aut clam.& sequitur sim-
8 pliciter Lud.Rom.hic. ¶ † Sextò quærit Bart.si probatur,quòd semel iudex ita fecit,an ex hoc causetur istius metus, communiter lectura Bar.dicit,quòd non,per l.quis fit fugitiuus.in prin. & per totam.l.ff.de ædil.edict. & ita refert, & sequitur d.Ludo. Roma.hic,ita etiam referunt, & sequuntur dom.Anto.Imo.& Abb.in c.fin.de appel.& ibi dom.Abb.confirmat, quia vnicus
a actus hominis non probat consuetudinem, ᵃ sed requiritur saltem binus.l.3.in fin.C.de Episco.aud.glo.in c.ita nos.in princ. 25.quæst.2.limitat Ludo. hoc esse verum, quando illud semel fuisset factum in persona alterius, secus si fuisset factum in persona illiusmet,qui nunc timuit,quia sufficeret,secundum Bald. & Salyc.in l.2.C.de his,qui per me. iud.non app.do.Alexan.tenet,quòd si Bartol.decidit negatiuè, prout supra refertur, dixit expressè contra text.quem allegat in d.l.quis sit fugitiuus.§.1.& §.item Celsus.vbi dicit tex.quod seruus dicitur fugitiuus ex eo, quod semel aufugit,dato etiam,quòd ad dominum posteà redierit,vnde tenet,quod lect. Bartol.non debeat habere decisionem negatiuam, sed quòd Barto. simpliciter se remittat ad d.l. quis sit fugitiuus. per totam. Tu autem aduerte, quod cùm Barto.se remittat ad totam.l.quis sit fugitiuus. certè ibi in §.erronem.dicitur,quod non est erro ex vno actu,sed vbi frequenter sine causa vagatur. Adde,quòd similiter nõ dicitur plagiarius,qui semel abduxit, sed qui habet ex frequenti consuetudine surripere seruos alienos.gloss. est in l.si abducta. in gloss. 1.C. de fur.Sic in abigeo.tex.est in l.1.§.fin.& in l.fin. ff. de abige. Sic etiam mercator propriè dicitur, qui plures negotiationes exercet,& non qui vnam.text. est in l.1.§.1.ff.de tribut. Alibi tamen idem Bartol. in l. mariti. §. quæstum. per illum nota. text. ff.de adult.sic distinguit, quòd nomina verbalia significatiua alicuius officij,quòd quis sibi assumit propria auctoritate, vt mercatór,hospitator,& similes non verificantur ex vno actu, sed requirunt assiduitatem.d.l.1.§.1.de tribut. Sed in his, quæ sunt significatiua delicti,vt raptor,& spoliator,& similes,ex vno actu verificantur, text. est ibi notabilis, de quo etiam vide omnino Bartol.qui nititur respondere.ll. in contrariũ adductis in prooemiorum.in 4.colum. & dicit, quòd est speciale in illis. ll. sed ista est leuis solutio,vide etiam Barto. in l.legatis.in prin ff.de legat. 3.per illum text.& Bald.in rubr.de consti. pecu. ad fin. Ideo anno præterito in ardua.quæst.dicebatur, quòd pirata maris dicitur etiam,qui piraticam semel artem exercuit, per doctrinam Bartol. in d.l.mariti. §. 1. Sed illa doctrina non transit sine ma-
9 gno dubio per iura superius adducta.¶† Septimò quærit Bart. si in alio officio consueuit violentias exercere, sed in isto non non probatur,& determinat,quòd non sufficiat per l.3.§.quæri potest,cum gloss. in verbo cessare.ff.de suspe. tut. Sed aduerte, quia ille text. nihil facit in proposito, quia loquitur quo ad remouendum ab administratione,per quam efficitur infamis. l. 3.§.fin.ff.de suspec. tuto. sed nos loquimur non quo ad præiudicium ipsius,sed ad excusandum eum, qui debuit actum facere,quia propter timorem non fecerit actum, & ista est differentia,vt declarat Bartol.in l. 1.§.si quis tamen. per illum text.ff. quod vi aut clam.Alex.repræhendit Barto.per regulam, semel malus.de regul.iur.in 6.quia,qui semel malus est,semper præsumitur esse malus, vt vulgò allegatur illa vulgata regula,extra de reg.iur.lib.6.cap.semel malus. & est gloss. in l.si cui.§. ijsdem in verb.admittendum.ff.de accu.quę allegat bonum tex. in l.3. §.si curator.& §.si autem ipse tutor.ff.de susp.tut.Tu autẽ pro
b defensione Barto.dic, quòd sicut semel malus ᵇ non præsumitur malus in diuerso genere mali,nec in alia re,vt declarat Bar. in l.Cassius.ad fin.ff.de Sena.Bald.in l.fin.ff.de hæredit. instituen. ita etiam non præsumitur malus in diuerso officio, arguendo de re ad locum,quod argum.est validum.l.si quis ita delegauerit.ff.de au. & argen. lega.l. vinum.ff.si cert. pet. & istam credo fuisse intentionem Bartol. & circa hoc considera verba Bartol.
10 in d.l.Cassius. ad fin. dum loquitur de officio diuerso. ¶ † In 8. quæst. Bartol. adde pro eius opinione facere, quòd vbi à communiter accidẽtibus difficilis est probatio,sufficit probatio per coniecturas,& sufficiunt probationes, quæ aliàs tanquam imperfectæ reijcerentur.l.filium diffinimus.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iu.l.nõ omnes.§.à barbaris.ff.de re mili. Hinc dixit Bar. in l.in illa stipulatione si calen.in fin. ff. de verbo. oblig. quòd in his,quæ nõ possunt liquidò probari,sufficit informatio ex pręsumpta opinione.Alibi dicit Bald,in Auth.quas actiones.in fin. C.de sac.san.eccle.& in cap. vassallus, circa fin.si de feud.fue.cõtro.inter do. & agna. quòd ratione difficilis probationis sufficit pręsumpta probatio. Alibi tenet Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. pen.ff.de ędem. quòd in casibus clandestinis, & occultis sufficit probatio per coniecturas, & ibi cumulaui ad propositum

ADDITIONES.

a ᵃ Consuetudinem. Adde facere, quòd sententia iudicis per binum, vel trinum actum consuetudinem confirmat.teste Rom. sing. 42. de quo per eundẽ Ias.in l.de quibus.col.26.in prin.ff.de legib.sed non sic in sentẽtia arbitrorũ, vt per Ias.ibi, cui adde Crem. singu. 101.tu scis.cuius contrarium sustinet Castel.vers.consuetudo. ex doct. Ias.vbi supra.col.19 vers.2.quæro.& inter alias ratio est, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.l. 1.ff.de arb. & quia per actus extraiudiciales inducitur etiam consuetudo. MASVER.

b Malus.Regula semel malus &c. fallit, vbi quis per triennium laudabiliter viuit post commissum delictum.text.est in Auth.de Monac.col. 1. Io.de Imo. in cap.cum deputati.de iudici.

ſum, quæ poſſent hic addi. ¶Secundò inquantum tenet Bart.
quòd ex breuitate temporis reſultet præſumptio, adde tex.for-
malem in cap.officij.& ibi gloſſ.de elect. Bart.in l. poſt contra-
ctum.in 5.præſumptione.ff.de do.Bald.notabiliter.in l.poſt di-
uerſas.in vlt.quæſt.C.mand. Item inquantum tenet Bart. quòd
illud, quòd dicitur à perſonis fide dignis, inducit iuſtam cau-
ſam credulitatis, adde, quòd de hoc eſt gloſ. not.in l.Titio fun-
dus.ff.de condi.& demon.quem allegat Bart. in l.non ſolum.§.
morte.in 6.colum.j.eo.Idem tenet not. Barto. in l.fin.circa fin.
ff.de hæred. inſtit. & Barto.in l.qui fundum §.procurator.ff.pro
emptore.& Ang.& Mod.in l.fin.in princ.ff.de eo per quem fac.
erit.Ioan.And.& alij in cap. cura. de iure patr. & illam gloſſ.re-
putat ſing.Bald.in l.iudicia. C.de rei vend. Tu adde ſingularius,
11 † quòd non debent puniri de falſo teſtes, qui depoſuerunt de
veritate, & dixerunt ſe ſcire, cùm re vera non ſcirent, ſed audiue
runt ab homine bonæ famæ, & conditionis, iſti enim non de-
bent puniri de falſo.Ita ſingula.tenet Pet.de Ancha.in conſ.23.
quod incipit, viſa inquiſitione formata cōtra Phil.de Mantua.
in penul.colum.eo quia ſcire dicimur illud, quod vehementer
opinamur, vt eſt gloſſ.in l.2.§.pen.in verbo ſciat. ff.de aqua plu.
arc.gl.in l. ſi duo.§.pen.ff.vti poſ.quam valde teneas cordi.Imò
fortius Gemi.in c. de capitulis. per illum tex. 10. diſtin. dicit, ꝙ
a quis dicitur pro certo [a] ſcire, quando eſt certificatus ab vno fi-
de digno, allegat etiam ca. ſicut pro certo. de ſimo. & Arch. in
12 cap.in domo.de pęni.diſtin.4.¶† In 9.quæſt.Barto.adde Bart.in
l.1.in fin.per illum tex.ff.de his, quæ pe.no.& in tractatu de tyrā
nide.in 7.quæſt.Idem tenet Bald.in l.ſi quam.in fin.C.de ope.lib.
& in l.interpoſitas.in 4.colum. C.de tranſ.cum multis alijs con-
cor.allegatis per d. Alex.Secundò adde tex.not.in cap.ſciant cū-
cti.in verbo, vel conſanguineis eorum.de elec.in 6.vbi metus il-
latus conſanguineis electi cenſetur illatus ipſi electo. & eſt bo-
na glo.in clem.2.in verbo quomodolibet.de ſenten.excom. &
per illum tex.tenet mirabiliter Ludo.Rom.in repe.rub.ff.de ar-
bi.in 24.colum.in verſ.quid autem ſi compromiſſum.ꝙ vulne
rans conſanguineum clerici, eo quia clericus noluit ſibi aliquid
facere eſt ita excommunicatus, ac ſi vulneraſſet immediate ip-
ſum clericum, prout dicitur in d.cap.ſciant cuncti. ſed non cre-
do ita generaliter verum, cùm ſit caſus ſpecialis in d. cap. ſciant
cuncti. Tertiò adde tex. in cap. quicunque.in verbo bonis ſuis,
vel ſuorum.de ſenten. excommuni. in 6.per quem text.decidit
13 not.Petr.de Ancha.in d.cap.ſciant cuncti † quòd ſi duo inimi-
b ci [b] fecerunt pacem adinuicem, & promiſerunt ſe non offende
re ſub certa pęna, certè offendens conſanguineum alterius, ita
incidit in pęnam, ſicut ſi immediatè offendiſſet eum, qui pacē
fecit, quòd not.cùm loquatur in pœnalibus. Quartò notabili-
ter adde, quod ſicut infirmitas propria excuſat citatum à cōtu-
macia, ſi non compareat, vt eſt tex.in l. ſi quæſitum.ff.de re iud.
& cap.tenor.eo.tit.ita etiam excuſat infirmitas ſuorum, tex.eſt
in cap.communis.23.diſt.& ibi gl.not.in verbo ſuorum. quam
glo.not.ſequitur Alex.in d.l.quęſitum.Quintò adde tex.in l.lex
Cornelia.in prin.& in l.item apud Labeonem. §.pen.ff.de iniu.
per quæ iura dicit Bart.in l.3.§.ſi tutor inimicus.ff.de ſuſp. tuto.
quòd iniuria facta conſanguineo meo, cenſetur facta mihi ipſi.
alibi tenet Bald.in l.1.per illum tex.C.ſi quacunque prędi.digni.
quod offenſo vno intelligit̄ offenſus quilibet de ſanguine ſuo.
alibi tenet Bald.in l.1.C.de indic.viduita.tollen. quòd paria ſunt
cōmittere in aliquem, vel in illos de ſanguine ſuo, quia par eſt
metus in ſe, vel in ſuis.Alibi notat Bal.in l.raptores.in 2.col.C.de
c raptu virgi. quòd ſi fiat iniuria vni de domo, [c] intelligitur facta
toti caſatæ.alibi notat do.Cardi.Flor.in clem.1.in prin.in 13.no-
tabili per illum tex.de exceſ. præla.hic alleg. per Bart.quòd iniu
ria facta alicui meo domeſtico occaſione mei cenſetur mihi
ipſi facta. Accedat, quod dixit gl.in l.1.ff.in ius voc. vt eant. Ne-
d mo vnquam carnem ſuam [d] odio habebit, & ſunt verba tex.in
c.non æſtimemus.13.q.2.¶In 10.q. adde Bar.in l.1.§.fin.ff.quod
14 vi aut clam. vbi no.† quòd ſi fui prohibitus a domeſticis tuis.
vel coniunctis tuis, videor prohibitus voluntate tua.allegat tex.
in c.conſtitutis.de teſt.quem etiam alleg. Bart.hic.idem, ꝙ Bart.
hic, tenet d. Anto.de But. in c. fi.de app. Imol. in l. hæres meus.
§.fi.de condi.& demon.d.Alex.in conſi.83.2.vol. ꝙ incipit viſa
facti narratione.in 2.col.contrarium tenet Bal.licèt de Bar.mē-
tionem non faciat in l.1.ad fi.C.de epiſ. & cle. in l.ad indiuiduā.
C.quod met.cau.vbi no. ꝙ ex metu illato per familiares poten
tis non pręſumitur de ſcientia ipſius potentis, allegat tex. cum
gl.in c.cum ad ſedem, in gl.in verb.interdictum.de reſt.ſpo.vbi
glo. ad hoc allegat multa bona iura præſertim.l.1.§.quòd ergo,
& §.ſeq.de vi, & vi arm. Tene deciſio. Bart.in terminis ſuis quā
tum ad inducendā iuſtam cauſam metus, per quam quis omi-
ſit facere actum, quem debebat facere ad inducendum talem
metum ſufficit, quòd familiares Poteſtatis ſolebant violentias
cōmittere, vt declarat Bar.in l.1.§.ſi quis tamen. ff. ꝙ vi aut clā.

ſed quantum ad hoc, vt quis puniat̄ de violentia commiſſa per
ſuos familiares, vel conſanguineos, eſt alia materia, in qua dic, ſi
ſciuit, & potuit prohibere, præſumitur de voluntatę ſua facta,
ita propriè loquitur tex.in cap.conſtitutis.j.de teſtib. aliàs ſit ſe-
cus, ita loquatur tex.cum gl.in d.c.cum ad ſedem.& Bald.in lo-
cis præalleg.& ita tenet gl.no.in c.quia præſulatus. in gl.in ver-
bo canon.j.q.3.Spe.in tit.de leg.§.iuſta.verſ.quid ſi amici.Bal.in
l.1.in 4.col.C.de ſer.fug.& ita in effectu tenet d.Alex.hic. in 11.
15 q.Concludit † Bar. quòd in proteſtatione de qua in hoc tex. &
generaliter in omni proteſtatione requiritur expreſſio cauſæ,
etiam ſi non petatur à parte, ſecus eſt in nunciatione noui ope
ris.Adde, ꝙ idem tenet d.Ant.in c.fi.in 4.q. de app. iſta conclu-
ſio optimè probatur per duos text. ſimul iunctos, per tex. in l.ſi
fundum.C.de rei vend.hic allegata per Barto.iuncta.l.ſi maior.
C.de reſcin.vend.dicitur enim in l.ſi fundum, ꝙ ibi proteſtatio
conſtituit emptorem in mala fide, eo quia fuit facta cum cau-
ſa.ſed in l.ſi maior.proteſtatio nihil operatur, quia facta erat ſi-
ne cauſa pro eadem cōcluſione facit tex. in l.j.C.de præd.curia.
lib.10.in verbo omniſq; cauſa ſigillatim quib. ſtrangulatur &c.
quē ad hoc no.Bal.in l.fi.ad fi.in 8. opp. C.de edi.diui. Adr.tol.
vbi per illū tex.no.ꝙ quādo proteſtat̄ in iudicio, ꝙ nulla noui-
tas fiat vel ſimilia, debeo exprimere cauſam in iudicio.Adde ēt
ꝙ iſtam concluſionem tenet Bart.in l.non ſolum.§.morte. in 2.
q.prin.in ver.circa tertiam.j.eo.vbi tenet, ꝙ niſi in proteſtatione
includatur iuſta cauſa, vel cōcludēs proteſtatio, nullius eſt mo-
menti, per multa iura de quibus ibi per Bart. Secundò diligen-
ter aduerte circa verba Bart.tendentia ad intellectum, & limita
16 tionem huius tex.inquātum Bar.dicit ſe fateri, † ꝙ in hoc tex.
poteſt nunciari nouum opus coram vicinis, & hoc modo, nun
cio nouum opus tali prætori coram vobis vicinis: quia ei in ip-
ſo opere propter eius officium, vel metū nunciare non audeo,
ſed in ipſo opere talem nunciationē coram vicinis facere non
poteſt.ita loquitur iſte tex.probat Bart.per ſimile, quia propter
violentiam, vel metum prætoris non ſolùm poteſt proteſtatio
fieri coram vicinis ſecundum.l.2.in fin.C.de his, qui per me.iu.
non appe.ſed etiam poſſum appellare.l.cùm quidā.ff. de appel.
Not.quia magna eſt limitatio ad iſtum tex.ſi eſt vera, nemo tā-
git.Ego tamen valde dubito, & credo, ꝙ talis nūciatio extra lo-
cum ędificij etiam coram vicinis facta non debeat valere, ſicut
non valeret ſi fieret in ipſo opere. Moueor primò per generali-
tatem huius tex.vbi generaliter decidit non poſſe nunciari præ
tori, nec reſtringitur, an fiat in opere, vel extra, & dicere, vt dicit
Barto.eſſet reſtringere, & violare iſtum tex. Secundo, & fortius
* moueor per ea, quæ tenent gl.Bar.*& communiter Docto*.& dixi.ſ.
in l.nota.vbi tenet, ꝙ nunciatio noui operis ideo nō poteſt fie-
ri prætori, quia habet vim citationis, ſeu prouocationis ad iudi
cium, quæ citatio non poteſt fieri durante officio, iſta ratio pa-
riformiter militat ſiue fiat corā vicinis in opere ædificij ſiue ex-
tra opus, quæ ratio ceſſat in l.cùm quædā.ff.de appel. allegata p
Bar.vbi appellatio nō prohibebatur fieri, licèt propter iuſtū me
tum omitteretur, nimirū ſi talis appel. poteſt interponi coram
vicinis.d.l.cùm quidam. vel ſi vult poteſt proteſtari.d.l.2.ad fi.
C.de his, qui per me.iu.niſi fortaſſe tu diceres ſuſtinendo Bar.ꝙ
intentio Bar. ſit, ꝙ nunciatio, quæ fit extra locum ædificij corā
vicinis, non ſit citatio nec prouocatio ad iudicium, ex quo nō
fit in opere, quod aliàs requiritur.§.nunciationem. & §.ſi quis
forte.ſ.ea.l.ſed benè quādo nunciatio fit in opere, tunc eſt pro-
uocatio ad iudicium, & tunc prohibetur fieri prætori, ita loqui
tur iſte tex.ſed vellem iſtud probari aut lege, aut bona ratione,
quia aut vis dicere, ꝙ nunciatio noui operis, quæ fit vicinis ex-
tra locum ædificij, liget prætorem, vt non poſſit ædificare vltra,
& habeo intētum contra Bar. quia erit prouocatio ad iudiciū,
quia ſi prætor vult poſſe tutè ædificare, petet ab alio iudice re-
miſſionē ſe ſubmittendo, aut inuitus ſatiſdabit, vt declarat Bar.
in ſequē.& in hoc credo, quod malè poſſit defendi Bar. aut vis
dicere, ꝙ talis nunciatio, quæ fit coram vicinis extra locū ædifi
cij, non liget prętorem, & conſequenter ſit inefficax, certè iſto
modo Barto.malè loqueretur. primò, quia de tali nunciatione
inefficaci non eſſet curandum, & fruſtra Bart.opponeret talem
practicam, item Bart.ſe fundat per l.cum quidam. j.de app.vbi
illa appellatio interpoſita coram vicinis eſt valida, & efficax, er
go ſimiliter intellexit Bart.ꝙ iſta nunciatio ſit valida, & efficax,
& ſic

ADDITIONES.

a ¶Quis dicitur pro certo.Adde Ant.de But.in c.1.de ſcrutin. Ant.de Butr.in c.
quoties.in vlt.col.de teſt.Io.de Fantu.in c.teſtes.3.q.9.Ioan.de Imol.in l. in re
pudianda.ff.de acq. hære.

b ¶Si duo inimici. Adde Iaſ.in l.1.ff.de in ius voc.vbi alleg.Pet.de Anch. in d.c.
ſcient cuncti.

c ¶Iniuria vni de domo. Adde Bald.in cap.ſi vaſſallus. el 1.in titu.ſi de feu.fue.
contro.in vſib.feu.

d ¶Carnem ſuam.Adde Archid.in cap.1.ver.a iuſtitia 4. diſtin.

& sic habeat vim prouocationis ad iudicium, cogita benè in
prædictis si possit defendi Bart.sustinendo Bart.potes dicere, ꝙ
intentio Bart.sit, ꝙ si nunciet coram vicinis extra locum ædifici
cij talis nunciatio non dicitur prouocatiua ad iudiciũ,eo quia
non est facta seruata forma,hoc est,quia non est facta in opere
iuxta.§.nunciationem.& §.si quis fortè.j.ea. l.tamen talis nun-
ciatio habet effectum protestationis, & isto modo habet du-
plicem viam,vel protestandi,vt dicit iste tex. vel nunciandi ex-
tra loci ædificij,prout in simili in l.2.in fi.C.de his, qui per me.
iu.nõ appel.iũcta.l.cùm quidã.j. de app.& habet duplex reme
dium,vel appellandum, vel protestandum coram vicinis, sed
si nunciaret in opere, non valeret,& sic non valeret vt nuncia-
tio,nec vt protestatio.ita videtur fuisse mens Bar.sed adhuc cõ
tra istam solu.arguitur fortiter,quia hoc modo Bar.vult,ꝙ nũ-
ciatio,quæ fit extra locũ ædificij,& sic forma non seruata, quia
debet fieri in opere,vt dixi, cum non valeat vt nunciatio, valet
vt protestatio,sed quando fit in ipso operam coram vicinis,&
sic forma seruata,ꝙ non valeat aliquid, & sic non valeat etiam
vt protestatio,istud videtur ineptè dictũ,quia grauius est, quan
do peccatur in forma, quàm quando peccatur in materia.l.an
* inutilis.in prin.ff.de acceptila. vnde dicunt Bart. & *omnes* Doct.
in l.1.§.si quis ita.ff.de verb. obli. ꝙ quando peccatur in forma,
si non valet actus prout fit,non valet etiam, vt valere potest.d.
l.an inutilis.in prin.sed quando peccatur in materia,tunc si non
valet actus prout fit, valet eo modo quo valere potest, & sic
Bar.debuisset dicere totum contrarium, ꝙ quando nunciatio
fit vicinis extra locum ædificij, & sic forma non seruata,nullo
modo deberet valere etiam vt protestatio. secus quando fit in
ipso opere, quia tunc solum peccatur in materia. Nisi diceres,
17 ꝙ illo secundo casu.l.resistat.& † quando actus [a] fit lege resistẽ
a te,certè nullo modo potest valere.l.non dubium. C. de legi.& l.
cùm lex.in prin.ff.de fideiuss.gl.solennis.in cle.1. in verbo inhibẽ
tes.de iure pat.sed certè etiam in primo casu, quando fit extra
locum, & sic non seruata forma legis, cùm actus sit ipso iure
nullus.l.cũ hi.§.si prætor.ff.de trãsac.idem vr̃ dicẽdum,vt habeẽ
18 in l.1.& ibi Bart.ff.de lib.& posth.in 13. q.†Not.ex practica,quã
ponit Barto.ꝙ licèt nunciatio fiat per verba de futuro.l.1.§.1.s.
eo.item licèt opus iam esset ex toto perfectum,nihilominus in
isto tex.nunciatio habet effectum super opere iam perfecto. &
hoc propter protestationem præcedentem, & in hoc est iste.§.
mirabilis.secundum Paul.de Cast.hic.tu aduerte,quòd iste tex.
propriè loquitur, quando ædificium non erat ex toto perfectũ
ante finem officij,vt probat tex. ibi,etiam, ꝙ retro ædificatum
erit,in illa implicatiua etiam,quæ implicat,ꝙ non solũ destrua
tur opus factum post istam vltimam nũciationem, sed etiam
19 illud,ꝙ ante erat ædificatum.† In 14.q.aduerte,ꝙ ratio differẽ
tiæ assignata per Bart. quare prætori durante officio non possit
nunciari,vt acquiratur interdictum quòd vi aut clam,sed pos-
sit nunciari,vt acquiratur istud interdictum, non videtur ratio
generalis,& perfecta.Nam pone,ꝙ sit dubium, an nuncians ex
interdicto ꝙ vi aut clam habeat dominium,vel possessionem,
& sic ius nunciandi ibi,certè non posset tunc sperni, & esset tũc
prouocatio ad iudicium, sicut & in hoc interdicto, melior est
ergo ratio diuersitatis,quare magis prætori durante officio nũ-
cietur ex interdicto ꝙ vi aut clam,quàm ex isto,quia ibi omni-
no absque alia denũciatione competebat illud interdictum ex
capite ꝙ vi aut clam,ergo nunciatio nihil noui dicitur acquire
re, sed solùm mutare qualitatem, secus hic,vbi absque aliqua
nunciatione nihil cõpetebat,ista fuit ratio Iuriscon. in l. prohi-
bere.in prin.j.ꝙ vi aut clam.& declarat Barto. in §.seruo.s. ea.l.
Raph.Cum.dicit se non benè intelligere Bar. quomodo possit
nunciari prætori,vt causet interdictum, ꝙ vi aut clam, & non
istud interdictum huius tituli,cùm habeamus,ꝙ si fiat nuncia-
tio,& ædificetur spreta nunciatione,competit istud interdictũ
demolitorium.l. prætor.§. hoc interdictum.2. & §.deinde.j.eo.
Sed ad hoc facile potest responderi. Primò,ꝙ Bart.loquatur in
casu certo, quãdo nunciatio fiebat ad causandum interdictũ
ꝙ vi aut clam.secundò,quia etiam si fiat nũciatio prætori sim-
pliciter, poterit causari interdictum quòd vi aut clam, & non
istud,si fiat nunciatio non in re præsenti nec in loco ædificij cer
tè non valet quo ad istud interdictum.§. nunciationem. & §.si
quis fortè.s. ea. l. sed benè valet quo ad causandum interdictũ
ꝙ vi aut clam.gl.est in l.aut,qui aliter.§.si quis cum denunciaſ-
set.in gl.j.ff.ꝙ vi aut clam.Bart.in §.si quis fortè.s. ea.l ¶ In 15.q.
adde bonum tex.in cle.causam,in verbo.verum.de elec. quem
allegat Bart.in d.l. 1.§.sed & Arist.ff.ꝙ vi aut clam. ¶In vlt.q.li-
mita,nisi iudex consueuerit dare audientiam in alio loco puta
in camera,quia tunc etiam ibi debet quæri,& protestari, vt est
gl.in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti. in verbo proposita. de elec.
in 6.quam reputant singularem Imo.& Ludo.hic. Idem tenet
Bar.in l.j.§.dies.ff.quãdo appel.sit,& per ista remanet expeditus
primus intellectus gl.& omnes.q. formatæ per Bart.¶In ea.glo.
ibi,vel secundo.Cum isto secundo intellectũ declarato, & de-
* fensato,vt per Bart.transeunt indifferenter *omnes* hic,& Bart.no
tabiliter in l.fi.in pen.col.ff.de appel.reci. Ego autẽ licèt credam
dicta Bart.esse vera in se, tamen dubito,an iste intellectus possit
defendi ad istũ tex.Moueor primò ex fundamento Iac. de Are.
cui Bar.non directò respondet,quia cùm possit nunciari per ia
ctum lapilli,vbi perditur possessio,frustratorium est istud reme
dium,nec est verum fundamentum gl.dum dicit,ꝙ si non nun
cio per iactum lapilli,quia ideo non desisteret,quia si ędificaue
rit speta nunciatione,totum debebit destrui.l.prætor.§. hoc in-
terdictum.& §.seq.j.eo.Nisi diceres,ꝙ etiam in c.dilecti. & in c.
vt debitas.de app.poterat verbo appellare,& tamẽ arripere iter
ad Papam,habet vim appellationis.Secundò moueor, quia se-
cũdum hunc intellectum impropriatur litera,ibi prætori, quia
intelligitur, idest per ipsum pretorẽ.¶Tertiò fortius moueor.
Nam vr̃ mihi,ꝙ Bar. & Doct.seipsos confundant,dũ volunt su
stinere istum secundum intellectum gl.per c.dilecti. & c.vt de-
bitus.de app.Nam secundum illa iura solum arripere iter facta
protestatione habet effectum appellationis, vt quicquid posteà
factum sit, reuocetur tanquam attentatum pendente appella-
tione,ergo secundum illa iura in terminis.§.nostri sufficeret so
lùm protestari,& arripere iter ad iudicem,& istud solùm debe-
ret sufficere pro nunciatione,& tamen text.requirit, ꝙ posteà
fiat nunciatio quasi repetita die.& istud dicit Bar.in summario
suo. Arripere iter ad prætorem,habet vim nunciationis secuta
posteà nunciatione.Nec potes dicere, ꝙ ista reiteratio requira-
tur propter aliquam culpam,vel delictum prot dixi.s. in 3.no.
20 ¶† Quartò,quia non videtur verum, ꝙ de iure ciuili arreptio
itineris ad principem habeat vim appellationis, prout videtur
tex.in l.1.C.vt lit.pen.& ibi Raph.Ful.in 1.notabili expressè no.
ex illo tex.ꝙ arreptio itineris ad principem non habeat vim ap-
pellationis interpositæ ab ipso iudice, licèt secundum canones
arripere iter ad Papam interdum habeat vim appellationis, &
interim impedit processum.Sed ad istud vltimum tu dic,ꝙ nõ
21 debet induci differẽtia inter ius ciuile,& canonicum, † imò qñ
b aliquid [b] est clarè decisum de iure cano. & non reperitur con-
trarium expressè de iure ciuili, stamus iuri canonico etiã in fo-
ro ciuili.c. 1.& 2.de ope.no.nun. & est gl.in c.per venerabilem,
qui fi.sint legi.& in c.licèt ex suscepto.de fo.cõpe.declarat Bart.
in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccl.& ad tex.in d.l.1.C.vt lite pen.
responde, ꝙ ibi duo concurrunt.Primò ꝙ quis protestetur par
ti expressè,ne aliquid noui faciat. Secundò quia arripiat iter ad
superiorem.Ista duo habẽt vim appellationis. d.c.dilecti.& ita
propriè declarat Bart.hic.sed in d.l.nulla interuenit protestatio,
sed solùm ibi dicitur,ꝙ fuit porrecta supplicatio principi, fortè
etiam ignorante iudice,& parte. Nimirum si ibi solùm arripe-
re iter ad superiorem non habet vim appellationis.d.l.1. ¶In ea
dem gl.ibi,vel tertiò.adde,ꝙ secũdum istum intellectum limi-
tatur regula.§.si quis fortè,& §.nunciationem.s.ead.l.in quibus
traditur pro forma,ꝙ nunciatio fiat in opere.nam illa iura pro-
cedunt, quando de facili nuncians posset ire ad locum ædifi-
cij,& sic posset sibi esse consultum, aliàs permittitur nunciatio
per prætorem extra locum ædificij.& licèt Bart.& alij etiam te
neant istum intellectum, tamen quia oporteret facere multas
subauditiones,& diuinationes, vt facit Bart. ad istum text.ideo
mihi non placet ad istum tex.Præterea iste tex. qui vult, ꝙ po-
steà debeat fieri secunda nunciatio, non patitur istam tertiam
lectu.nisi diceres,ꝙ debeat primo protestari prætori, se nõ pos-
se nunciare in loco ædificij propter nimiam distantiam loci, &
posteà debeat iterum solenniter nunciare.

ADDITIONES.

a ¶Actus.Adde Abb.in disputatio.incip.Augerio.col.13 versi.2.probatur.
b ¶Quando aliquid.Adde tex.in c.cler.de iudi.tex.in c. vlt. de secun. nup. glo.
summæ.10.dist.* Et dic,vt per Prac.Pap.for.respons.rei conuenti. versi.præ-
scriptionis.post nu.28.ver.pro declaratione.D.Osasc.Decis.152.nu.6.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio gratia iuris conseruandi: ex triplici causa fieri potest.*
2 *Illi dicuntur domini naturales, qui sunt domini de iure gentium, sicut Reges.*
3 *Ex causa publ.dicitur nunciari, quando agitur, vt ll.tueantur.*
4 *Quando dicitur fieri nunciatio ex causa imposititia.*
5 *Etiam si dominus ædificat contra seruitutem debitam potest etiam ipsi domino nou.op.nuncia.*
6 *Qui imponit seruitutem prædio suo,dicitur ius suum minuere,& ius alterius augere.*
7 *Prohibitus rem alienare,prohibetur seruitutem ei imponere.*

§.Sextus

1 **§.Sextus Pedius.** †Nunciatio gratia iuris no
stri conseruādi pōt fieri ex
2 triplici causa,naturali,imposititia,& publica,hoc dicit.¶† No.
1.secundum Bal.ꝙ illi dicuntur domini naturales, qui sunt do-
mini de iure gentium sicut Reges. Adde ꝙ in priuatis dominiū
semper est de iure gentium, licèt plures modi acquirēdi sint de
iure ciuili,vt inquit Bart.in l.1.post glo.ibi.ff.de acq. re.do. & in
3 l.ex hoc iure.in 2.col.ff.de iusti.& iur.¶†Secundo no. ꝙ dicitur
ex causa publica nunciari,quando agitur,vt leges tueantur. fa-
cit,ꝙ egregiè vult Inno.in c.olim causam.in gl.vlti.de rest. spo.
vbi tenet, ꝙ pro defensione legum est etiam licitū bellum in-
ferre.Imo.& Lud.Rom.hic sequūtur.& in l.hostes.in 3.col.ff.de
captiu.quē casum adde ad gl.& Doc.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.
4 & iur.¶† Tertiò no.ꝙ nunciatio fit ex causa imposititia,quan-
do ædificatur contra seruitutem debitam, & dicitur impositi-
tia,quia nisi seruitus imponatur,omnia prædia aliàs sunt libera.
l.altius.C.de ser.& aqua.l.si priusquam. & ibi latè Bart.j.eo. Et si
diceretur,ꝙ imò quādo nunciatur ratione seruitutis, ꝙ etiam
debeat dici ex causa naturali, sicut quando nunciatur ratione
dominij, cùm seruitutes sint de iure gentium sicut & dominia.
§.fi.insti.de vsu,& habi.per quem tex. ita tenet Bart. in l. ex hoc
iure.in fi.ff.de iusti.& iu.Responde secundum Raph. Cum.hic,
ꝙ ideo non dicitur fieri ex causa naturali,eo quia assumpsit sibi
speciale nomen.s.ex causa imposititia,nec remansit in nomine
sui generis.s.ex causa naturali, sicut in simili dicimus in contra-
ctibus,quia aliqui,qui remāserūt in nomine sui generis, appel-
lātur innominati,quidā habuerunt speciale nomen, & dicūtur
nominati.l.iurisgentium.§.1.ff.de pac.¶Quartò no.tex.expres-
5 sum, † ꝙ etiam si dominus ædificat contra seruitutem debitā,
ꝙ etiam ipsi domino potest nunciari nouum opus, & ita ma-
nifestè destruitur quædam solutio gl.in l.2.s.eo.& in l.inter ser-
6 uitutes.§.fi.ff.de serui. vrb.præd. ¶† Quintò not.ꝙ qui imponit
seruitutem prędio suo,dicitur minuere ius suum,& augere ius
alterius.Hinc est,ꝙ prohibitus alienare rem,prohibetur illi ser-
uitutem imponere. l.fin.cum si.C. de reb. alie. non alienan. ad
hoc adde,quod vult Bart.in l.indebiti.§.si nummi. in vlt. col.ff.
de condi.indeb.

S V M M A R I V M.

1 *Contra ædificantem spreta nunciatione datur interdictum, quòd vi aut clam,& interdic.vti possidetis.*

2 *Quæ dicatur propriè nunciatio.& nu.3.*

4 *Qui non possidet,nec prætendit se possidere,potest tamen nunciare nouum opus.*

5 *Quandò quis ædificat in solo suo proprio a se possesso,non est necessaria nunciatio.*

6 *Præceptum aliquod non potest fieri per iudicem alicui, nisi altera parte cuius interest petente.*

7 *In his,quæ respiciunt priuatam vtilitatem,iudex nō debet impartiri officium nisi petatur.*

8 *Quādo iudex incipit a præcepto,& sic à via executiua,antequam de causa cognouerit,debet saltem præceptum suum iustificare cum clausula, & si senserit se grauatum &c.*

9 *Præceptum prætoris prohibitiuum ne quis ædificet, quid debeat cōtinere.*

10 *Qui nunciat nouum opus simplici verbo,& perdidit possessio.potest eam incontinenti propria autho. recuperare.*

§.Meminisse. Qui nunciat simplici verbo,per-
dit possessionem si eam habet, se
1 cus si per prætorem,vel iactum lapilli, † & contra ædificantem
spreta nunciatione datur interdictum,ꝙ vi aut clam,& interdi
ctū vti possidetis.h.d.¶In tex.ibi,immittere, vel proijcere,quid
differant,declarat tex.in l.malum.§.j.ff.de verb.sig. ¶Nota tripli
cem formam nunciationis,& pondera,ꝙ omnes isti tres modi
dicuntur propriè nunciatio noui operis, & in omnibus illis tri-
4 bus habet locum iste titu. & edictum pretoris secundum *com-
muniter omnes* Scribentes.Sed subtilis Raph.Cum.hic,& in l.j.§.
in operis.s.eo.fuit in noua, & mirabili opinione cōtra omnes,
quam sequitur d.Ia.Pute.hic,& in d.§.in operis.& quia est pul-
chra, subtilis, & necessaria ad intellectum totius istius titu.ideo
2 ego plenius,& latius quàm ipsi insistā. Tenēt ipsi †, ꝙ propriè
nunciatio sit illa, quæ fit simplici verbo, & ꝙ de ista loquitur
principaliter iste tit. & quasi omnes leges. illa verò, quæ fit per
prætorem,vel iactum lapilli non sit propriè nunciatio, sed pro
hibitio.Ex ista opi.resultant correlariè plures mirabiles effectus
ad istum titulū,& mirabiles conclusiones.prima conclusio est,
ꝙ vbi nunciatio fit simplici verbo, ibi habet locum remedium
satisdationis,sed quando fieret per pretorem,vel iactum lapilli,
non est locus satisdationi, & si nunciatus satisdaret,per hoc nō
sequeretur, ꝙ posset ædificare. Secunda conclusio sequitur, ꝙ
quando fit nunciatio simplici verbo,si spernatur, & spreta nun
ciatione ædificetur, habet locum interdictum demolitorium,
secus quādo fit per prætorem,vel iactum lapilli,& dicit Raph.
in d.§.in operis.ꝙ ista videntur sibi esse iustissima, & verissima.
Primo,ꝙ nunciatio propriè sit,quæ fit verbo, quæ verò fit per
prętorem,vel iactum lapilli,non sit propriè nunciatio,sed pro-
hibitio,dicunt manifestè probari in isto tex.in prin. & in versic.
cæterum,& in ver.& in suo.Adde tex.in l.1.§.sed si quis iactu.ff.
ꝙ vi aut clam.& si diceretur,prout ego dicebā in d.l.1.§.in ope-
ris.s.eo.ꝙ imò in isto tex.nunciatio, quæ fit verbo, dicitur pro-
hibitio, cùm iste tex. in vna constructione dicat,melius est per
prætorem,vel iactum lapilli prohibere,quàm operis noui nun
ciatione,& sic verbum prohibere,refertur etiam ad nunciatio-
nem verbalem.Respondet Raph.Cum.hic,ꝙ vnica est species
nunciationis.s.quæ fit verbo, vt dictum est, sed benè sunt tres
species prohibitionis, nec sequitur,ista est prohibitio, ergo est
nunciatio,sicut non sequitur,est animal, ergo est homo, & sic
vult Raph.ꝙ prohibitio sit genus, & sub se comprehendat tres
species,de quibus in tex. nunciatio verò sit vnica species tantū.
s.quæ fit verbo,& si diceretur in contrarium facere tex. in l.1.§.
nunciatio.el 1.s.eo.vbi dicit tex. nunciatio ex hoc edicto nō ha
bet necessariam prætoris aditionem,ergo innuit, ꝙ nūciatio ex
hoc edicto potest fieri per prætorem.Respon.Raph. ꝙ ille tex.
vult dicere,ꝙ non est necesse adire prætorem,vt cōcedat facul
tatem nunciandi, cùm possit de se propria auctoritate nuncia-
re.Prima conclusio,ꝙ quando fit prohibitio per pretorem,vel
per iactum lapilli, ꝙ tunc nō habeat locum remedium satisda
tionis,probant ipsi.primò, quia nō est tex. qui de hoc loquatur
nec hoc velit.Item quia prætor, qui adinuenit nunciationem,
quæ fit verbo, illo casu etiam adinuenit remedium satisdandi.
l.prætor.§.deinde.j.eo. alia conclusio, ꝙ quando fit prohibitio
per prętorem,vel per iactum lapilli,ꝙ si ædificetur spreta nun-
ciatione, ꝙ non habeat tunc locum interdictum demolitoriū,
optimè probatur per istum tex.in ver.fi.& si fortè.vbi est tex.ꝙ
quando ædificatur in nostro casu,quo dictum est,ꝙ debet pro-
hiberi per prætorem,vel per iactum lapilli,subijcit tex. si ædifi-
care perseuerauerit,ꝙ tunc habet locū interdictū,ꝙ vi aut clā,
vel vti pos.ergo, vult ꝙ tunc non habeat locū interdictum de-
molitorium,& licèt d.Alex.in summario istius vlt.partis dicat,
ꝙ contra ædificantem spreta nunciatione cōpetit non solùm
interdictum demolitorium ad destructionem operis, sed etiā
interdictum,ꝙ vi aut clam,aut vti possidetis,tamē istud de in-
terdicto demolitorio non dicitur in isto ver.fi.nec est ibi aliqua
dictio implicatiua,quæ istud implicet.cōfirmatur ratione, quia
tunc non dicitur cōtemni maiestas edicti prætoris, & sic huius
tit.cùm prætor in isto edicto non adinuenerit nisi formam nū
3 ciandi verbo, † istud etiam persuadetur aliter in isto tex.in vers.
at si in suo.vbi contra ædificantem in solo proprio ipsius ædifi-
cantis fit nunciatio verbalis,& sic propria,& tunc contra perse
uerantem in ædificando non dicit tex. esse recurren. ad interdi-
ctum,ꝙ vi aut clam, vel vti pos.cùm tunc prouideatur alio re
medio meliori.s.interdicto demolitorio. Ex prædictis sequitur
correlariè clara ratio,quare per simplicem nunciationem, quæ
fit verbo,facimus aduersarium possessorem,& non per eā,quæ
fit iactu lapilli,vel per prætorem,prout tex.hic,& in l.1.§.in ope
ris.s.eo.quia in nunciatione verbali,quæ est propriè nunciatio,
ibi tantum deuenitur ad remedium satisdationis, per quam sa-
tisdationē fit aduersarius possessor, vt est,text.clarus in l.si alius.
§.ait Iul. j. ꝙ vi aut clam. non sic est,quando fit per prætorem,
vel iactum lapilli, quia cùm ibi non sit locus remedio satisda-
tionis,vt dictū est,sed deueniatur ad interdictum, ꝙ vi aut clā,
vel vti pos.vt dicit esse tex in fin.& sic cùm ibi non sit locus sa-
tisdatio.ideo nuncians non perdit possessionem.ista videtur cō-
cludens ratio.quia ratio gl.& Doct.in d.§.in operis.videtur val-
de debilis,de quo vlti.ibi satis dixi in ista op. licèt sit colorata,&
fortè in stricta disputatione posset defendi, ego tamen sequor
communes sententias reprobatis omnibus,quæ s.dicta sunt,&
in primis inquantum Raph.& d.Iac. faciunt differentiam inter
nunciationem,& prohibitionem, & volunt, ꝙ in nunciatione
propriè habeat locum edictum, & eius remedia.& non in pro
hibitione, quæ fit iactu lapilli, vel per prætorem dic,ꝙ contra-
riū tenet gl.ordinaria in l.si procurator.j.eo. quod sequitur Bar.
hic in 3.q.licèt contrarium tenuerit gl.in l.1.in prin.& ibi Bart.
sibi contrarius in pen.col.s.eo.¶Secundò in contrarium est for
tis tex.in l.si opus nouum.j.eo.vbi,quę fit per prætorem,est nū-
ciatio,& Raph.met allegat illum tex.contra istam suam opi.tā
quam fortem; & nihil respondet,& sic nō obstabit iste tex. qui
appellat prohibitionem,quando fit per prætorem, quia tex.ibi
appellat nunciationem.Nam & cōtra,prout etiam fatetur Ra-
pha.nunciatio verbalis appellatur prohibitio in hoc tex.¶Ter-
tiò in hoc contrarium facit text. in §.si quis ipsi prætori. s.
ea. l. secundum secundum intellectum, & tertium gloss. & li-
cèt Rapha.respondeat, ꝙ illi duo intellectus non sunt veri, sed

tantum

* tantum primus,tamen *communiter* approbãtur per Bart.& alios
a Scribentes ibi.¶Quartò [a] in contrarium facit tex.in §. sed, & si
in ædes.& §.sextus.s̃.ea.l. vbi quando in nostro ædificatur,nun-
ciatur in nostro gratia conseruandi ius nostrum,& sic per prę-
torem, vel iactum lapilli, aliàs non conseruaremus ius nostrũ,
cùm saltem possessionem perderemus,vt hoc tex.& tamen di-
citur nunciatio, & non prohibitio.¶Quintò in contrariũ pon-
dera tex.in d.l.si alius.§.ait Iul.& tex.in d.l.prætor. §. nonnulli.j̃.
eo.tit.quæ iura volunt, ꝙ concurrant interdictum demolito-
rium de quo in hoc.tit.& interdictum,quòd vi,aut clam:vnde
arguatur sic,aut vis intelligere ista iura,quòd loquantur de nun
tiatione,quæ fit per prætorem , vel per iactum lapilli,prout in-
nuit tex. in d.§. ait Iul.in verbo prohibitus. & tunc falsa est vna
inductio,quam faciunt de isto tex.in fi.quia quamuis tex. hic di
cat competere interdictum,quod vi aut clam,vel vti possi.non
per hoc negãt quin etiam cõpetat interd. demolitorium , vt di
cunt tex.præallegat.& tex.in l. & si fortè. §. sciendum.ff.si serui.
vendi. aut intelligis illa iura de nunciatione noui operis facta
verbo , & tunc erit falsa alia inductio,quam ipsi faciunt de isto
tex.in vers.at si in suo.vbi dicunt velle tex.ꝙ quando fit nuncia
tio verbo,ex quo tũc competit interdictum demolitorium ex
isto edicto , ꝙ tunc cessat interdictum quod vi aut clam. istud
esset contra iura præallegata,in quibus dicitur vtrunque reme-
dium competere.¶Præterea adurtendum est , ꝙ quando quis
ædificat in solo suo proprio , & etiam à se possesso , tunc bene
verum est,ꝙ non competit interdictum,ꝙ vi aut clam.l.1.§.1.
vbi gl.ordinaria.ff.ꝙ vi aut clam.firmat Bar.in §.si quis ipsi prę-
tori.in 14.q.s̃.ea.l.¶Sextò in contrarium facit , quia si vera esset
eorum opinio,multum restringeretur edictũ prætoris loquens
de remedio satisdationis , & de interdicto demolitorio positũ
in l.prætor. in princ. & §.hoc interdictum.j̃.eo. & dicere prout
ipsi dicunt,ꝙ prætor solùm adinuenit nunciationẽ,quæ fit ver-
bo , & propter eam inuenit remedium satisdationis , & reme-
dium demolitorium,non autem adinuenit eam , quæ fit iactu
lapilli,vel per prætorem, ista est magna diuinatio , & restrictiõ
ad istum tex.& istum titulum,& ad istud edictum, & est sine lę
ge,& sine auctoritate.¶Septimò in contrarium facit,quia si ve
ra esset eorum differentia inter prohibere , & nunciare , quam
tamen differentiam.s̃.reprehendi , certè prohibitio esset effica-
cior quàm nunciatio , quia prohibere dicitur cum effectu sine
remissione,nunciatio est cum remissione,prout tenuit gl. in l.1.
in prin.in gl.parua.in verbo prohibendi,& in gl.mag.s̃.eo.& ibi
Bar.in pen.col.& videtur probari in §.si plurium. in fi.s̃.eo.ergo
deberet operari efficaciores effectus , cuius contrarium sequi-
4 tur ex opinione Raph.¶Secundò † not.ex isto tex. non cauil-
lando literam , ꝙ qui non possidet, nec prætendit se possidere,
potest tamen nunciare nouum opus contra Bart.in l.1. in prin.
in 7.q.s̃.eo.vbi dixi de hoc,& non vlterius repeto. ¶Tertiò no.
5 in vers.at si in suo,† ꝙ quãdo quis ædificat in solo suo proprio
à se possesso , ꝙ tunc non est necessaria nunciatio. Ratio , quia
quilibet potest in re sua à se possessa libere ædificare . Adeo ,
quòd pendente etiam lite non potest prohiberi. l. pen. & fin. ff.
de aqua quo.& æsti.& l.si prius. j̃. eod. Nec tunc habet locum
interdictum,quod vi aut clam, nec interdictum vti possi.l.1.§.
1.& ibi gloss.ff.quòd vi aut clam.Bartol.in §.si quis ipsi prætori.
in 14 quæst.s̃.ea.l. cùm ergo isto casu essent talia remedia,text.
dicit,quòd tunc nunciatio est necessaria , sed quando quis ædi-
ficatur in nostro,vel in nostrum immittit, cùm tunc etiam alia
remedia competant,scilicet interdictum,quod vi aut clam, &
interdictum vti possi. cùm tunc nunciatio noui operis non sit
ita necessaria,ista videtur mihi,quòd sit vera mens , & intentio
literæ, & tunc bene stabit text. in verbo necessaria , & non de-
struentur,vt faciunt gloss. & Doct.qui exponũt necessaria idest
vtilis.¶In gloss.in verbo eum, licèt sit breuis,habes elicere quin
6 que conclusiones . † Prima est, quòd præceptum aliquod non
debet fieri per iudicem alicui, nisi altera parte cuius interest pe-
7 tente,& ratio,† quia in his,quæ respiciunt priuatam vtilitatem,
iudex non debet impartiri officium, nisi petatur.l.4. §. hoc au-
tem iudicium.ff.de dam.infec.cum alijs alleg.per Bart.hic.Pon
dera secundò ex hac gloss. notabiliorem conclusionem , quòd
etiam in his , quæ à prin. non requirunt aliquam causæ cogni-
tionem,vt est actus nunciandi,tamen prætor non debet facere
talem actum nisi parte petente.gloss. est hic iuncto text. Tertia
conclusio est,quòd pręceptum istud sit alternatiuè,vt non ædi
ficet,vel veniat responsurus.istud reprehendit Barto. & vult,ꝙ
debeat copulatiuè concipi , sicut boni practicantes obseruant.
8 Quartò habes ex ista gloss.quæ ad hoc quotidie allegatur , † ꝙ
quando iudex incipit à præcepto , & sic à via executiua , quia
pręcepit parti,quòd aliquid faciat,vel non faciat,antequam de
causa cognouerit,debet saltem pręceptum suum iustificare,&
si senserit se grauatum,compareat iustitiæ supplementum rece
pturus.de qua clausula habes gl. hic,& meliorem in c.ex parte.
1.§.fin.in gl.vlt.de verb.sign.& ita Bart.in l.1.C.de exc.rei iud.&
ita obseruat curia Romana secundum Ange.& Moder.hic , &
Bald.in cons.113.ꝙ incipit proponit,quòd duplex fuit nuncia
tio.ad fi.& illo comparente illud præceptum,quod erat execu
tiuum.s.ꝙ solueret, vel faceret,resoluitur in vim simplicis cita
tionis,vel nunciationis secundum Bal.in l.2.in 3. col. C.de epis.
aud.& in l.ea.quidem.C.si manci.ita fue.alie.in l.1.§.1.ff.de iure
delib. & in rub. C. cõmi. vel epistol. de qua materia habes per
Mod.hic,& diffusè per d.Alex.ad quem te remitto.ponit Bald.
vbi aliter tenet in l.nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic.
proconsul.& lega.& ibi dixi.Ang.de Aret. in §. curare. Instit.de
actio.vbi etiam dixi,& si tu diceres, quod ista doctrina est de di
rectò contra istum tex. iuncta gloss. vbi est præceptum præto.
cum clausula iustificatiua,& tamen si citatus compareat,rema
net adhuc firmum pręceptum,quia non potest ædificare,ergo
non resoluitur in vim simplicis citationis ,responde ex mente
Rapha. quòd hic loquitur,vbi prohibitio tenet siue iniustè siue
iustè fiat nunciatio.l.1.in prin.s̃.eo. nec requiritur causæ cogni-
tio,vt prædixi in actu nunciationis, sed prædicta procedunt re
gulariter,quãdo inspicitur an iustè,vel iniustè sit factum. Quin
to habes ex glo. quid debeat continere istud præceptum ex par
9 te prætoris.s.vt non ædificet.Bart.reprobat,† quia debet imper
sonaliter dicere,ne aliquid operis fiat,& sic id, ꝙ nunciatur,de-
bet indefinitè concipi,prout sunt verba prætoris in l. prætor.in
prin.j̃.eo.de quo plenius per Bart.j̃.super glo.in verbo possesso
rem.vbi reseruo dicendum.Sextò,& vlt.ex ista gl. colligit Lud.
Ro.In glo.in verbo possessionem,istam glo.reprobat Bart. quia
verba personalia ne ædificet bene sunt apta ad introducẽdum
interdictum , quod vi aut clam, sed non ad istud interdictum.
idem tenet Pau.de Castr.& Raph.Cum.hic.idem latius Barto.
in l.non solùm.§.sed vt probari.in fi.& in l.si procurator.j̃.eod.
item Iac Pute.hic reprehendit Barto.per tex. met, quem alleg.
Bart.in l.si procurator.j̃.eo.in verbo prohibuit opus nouum fa-
cientem,& sic ibi nunciatio fuit personalis, & tamẽ causat etiã
istud interdictum. Bart. met ibi post glos. idem videtur notare
ex illo tex. Tu responde dupliciter. primò , ꝙ ille tex. loquitur
quo ad interdictum,quod vi aut clam,& isto modo facere pro
Bar.tamen quia ex natura sit. videtur etiam loqui de isto inter-
dicto,prout etiam ibi glo. tenet, ideo responde aliter , ꝙ illa.l.si
procurator.nihil facit contra Bart.Nam etiam si nuncio imper
sonaliter,dicor prohibere ædificantem ne ædificet, vnde nõ se-
quitur ex illo tex.prohibeo ædificantem, ergo nũciatio est per-
sonaliter facta.istam opi. Bart.etiam reprehendunt Imo. Paul.
de Cast.& Lud.Ro.in d.l.si procurator.j̃.eo.Imo.& Ludo.in l.
prętor.in prin.j̃.eo.& d.Alex.hic per tex.in l.nõ solùm.§.si cum
iure.in verbo facias.j̃.eo.quem Bar. hic contra suam ponderat
opi.& licèt Bart.dupliciter ibi respondeat, tamen non videntur
bonæ responsiones,& bene verum est, ꝙ quando nunciatio es-
set personaliter facta,tunc non ligaret successorem , vel alium,
ita loquitur.l.fi.j̃.eo.¶In gl.in verbo necessaria. potes dicere, vt
dixi in tex.Ego contra istum tex. formo talem oppositionem,
dicit tex.non cauillãdo,ꝙ si aliquis ædificat in suo solo proprio
à se possesso, ꝙ noceat nobis,possum prohibere per nunciatio-
nem,in contrariũ adducitur tex.in l.cum eo.ff.de ser.vrb.præd.
vbi dicit tex. *cum eo qui extollendo ædificium suum obscurat ædes vici-
ni,nulla penitus actio competit.* ecce,ꝙ ibi ædificando in suo facit il
lud,ꝙ nocet vicino,& tamen dicit tex.ꝙ ad hoc prohibẽdum
nulla actio competit , quia in solo meo à me possesso possum
liberè ædificare,quamuis ædificium noceat vicino, imò proce-
dit ille tex.etiam si ad emulationem vicini ædificaretur,secun-
dum Ang.ibi.& l.1.in 1.col.in Flor.lect.C.qui test.face. pos.& si
intelligas istum tex.ꝙ sit,quia prætendebat seruitutem,est diui-
natio ad tex.Tamen Pau.de Cast.in d.l.cũ eo. restringit illũ tex.
quando ille ædificat , vt sibi ædificanti prosit , secus si solùm vt
vt noceat,tũc posset prohiberi per l.1.§.denique.j̃.de aqua plu.
arc.Ita etiam intelligit ipse in l.altius.C.de serui. & aqua. & ibi-
* dem Cy.& *communiter* alij,& d.Barth.Cępol.in tractatu ser. vrb.
in tit.39.de solo,seu area.in 3.col.& do.Alex.in consi. 315.lib.2.
quod incipit,consideratis verbis.in 3.col.¶Extra gl.inquantum
10 Bar.concludit,† ꝙ qui nunciauit nouum opus simplici verbo,
& perdidit possessionem , potest eam incontinenti propria au-
ctoritate recuperare.Adde,ꝙ idem tenet Alb.post Dyn.in l.1.§.
in operis.s̃.eo. d.Iac.Pute. ponderat Bart.in hoc tenere contra-
rium in l.1.§.nunciatio.in 1.col.s̃.eo.vbi tenet nunciantem sim
plici verbo amittere possessionẽ,ideo non potest propria auth.
destruere,ita formaliter Bar.ibi,& d.Hie.Tor.saluat Bart.ab ista
contra.

A D D I T I O.

a ¶Quartò.Not.quod ex eisdem verbis quod nunciatio potest fieri habenti do
minij plenitudinem.Ias.in l.in prouinciali.2.not.supra eodem. PVRPV.

contrarietate, ꝙ Bar.ibi intelligit, quando nunciãs poſteà ex interuallo volebat propria auctoritate deſtruere, hic quando incontinenti. Tu ſalua Bar.aliter, ꝙ loquatúr in diuerſis terminis. hic enim quærit Bar. an poſſit propria auth.recuperare. Ibi verò an poſſit propria aucto.deſtruere, ſed q̃cquid ſit, credo Bart. malè dicere, quamuis Scribẽtes nihil addant, eo quia poſſeſſio, quæ acquiritur per nũciationem verbalem acquiritur ſine violentia nunciati ex ſola timiditate nunciantis ſecundum gloſ. & Doct.in l.1.§.in operis.ꝟ.eo.ergo nihil faciunt iura alle.per Bar. Nec obſt.tex.in l.1.§.ſed ſi quis iactu.ff. ꝙ vi aut clam.quia tex. ille loquitur, quando poſt prohibitionem ædificandi factam per iactum lapilli, quis perſeuerat ædificare, tũc dicitur vim facere quo ad ædificandum, ſed nos non ſumus in terminis illis, ſed loquimur quando nunciando verbaliter nuncians perdidit poſſeſſ.abſque alia ædificatione, vbi non poteſt argui aliqua vis in acquirenda tali poſſeſſione. Tenendo tamen concluſionem Bart. eam limita non procedere, quando nunciatus poſt nunciationem verbalem præſtitit ſatiſdationem, quia cùm per eã efficiatur iuſtus poſſeſſor, vt eſt tex.in l. ſi alius.§.ait Iulianus.ꝟ. quod vi aut clam.prout tenui in d.§. in operis. certè non poſſet tunc propria auctoritate recuperare.

SVMMARIVM.

1 *Periculum vbi eſt in mora, recedimus a regulis iuris communis, & remittitur iuris diſpoſitio etiam prohibitiua.*
2 *Licitum eſt laico capere propria auctoritate clericũ debitorẽ fugitiuum, quando periculum eſt in mora.*
3 *Par in parem non habet Imperium.*
4 *Sententia non valet, quando eſt lata a iudice non viſa relatione nuncij, de citatione peremptoria.*
5 *Nunciatio poteſt ſperni, quando grande damnum fit nunciato, & modicum illi, qui nunciat ex ædificatione.*

1 **§.Si quis riuos.** No.ex iſto tex. regulã, ad quã quotidie allegatur,† ꝙ vbicũ-
a que periculum [a] eſt in mora, tunc recedimus à regulis iuris cõmunis, & remittitur iuris diſpoſitio etiam prohibitiua, vt hic, facit tex.in l.ſi quis filio exhæredato.§.hi autem. in fi.ff.de iniuſ. rup.irritoq; teſt.& tex.in l.j.§.fi.ff.de ferijs.& in l.diuus. in prin.ff. de pet.hæred.& tex.in c.baptizari.& ibi gl.5.diſt.& tex.in c.fi. & ibi gl.notab.de pœni.& remiſ.Hinc videmus, ꝙ licitum eſt ca-
b pere debitorem ſuſpectum de fuga,[b] quando periculum eſt in mora.l. ait prætor. §. ſi debitorem. cum ſi.ff.de his, qui in frau.
c cred.etiam die feriato [c] in honorẽ Dei, vt eſt gl.fin.in l.fi.in gl.2.
2 C.de ferijs cum ſuis concor.† Imò fortius eſt licitum laico [d] ca-
d pere propria aucto. debitorem clericum ſuſpectum de fuga, quando periculum eſt in mora, vt eum præſentet ſuo iudici ſecundum Abb.in c.cùm nõ ab homine. in 4.col.de iud.& ante eum Bal.ibi in 3.col.& in c.dilectis.in 5.col.de appe.facit tex. quem ipſi allegant in c. olim. de reſti.ſpol.ad prædicta facit, ꝙ tenet Lud.Ro.referens ſe ita conſuluiſſe de facto, ꝙ debitor ca-
e ptus [e] propter ſuſpitionem fugæ non poteſt ad inualidandum capturam opponere de incompetẽtia iudicis.mouetur per plura præſertim, quia ſi poterat capi per priuatam perſo.auctoritate propria, vt d.§. ſi debitorem. fortius per habentẽ iuriſdi.licèt nõ quo ad illam cauſam, per id quod no.gl.no.in §. ſerui verò. in verbo in tranſitu.inſti.de liberti.cum Lud.ſimpliciter tranſit. d.Alex.hic.adde, quòd ita conſuluit Lud.Ro.in conſi.242.ꝙ incipit, vnum eſt, ꝙ ſubſtantialiter obijcitur. vbi refert, ꝙ iſta fuit fin.deciſio Pet.de Anch.in cõſ.183.Tu dic melius, ꝙ eſt in cõſ. 292. ꝙ incipit in auxiliũ veritatis. vbi per plures bonas rationes. & ita tenet idem Lud. Ro. in l.2.ff.de iuriſ.om.iud.& ibi per d. Alex.plenè.contrarium audacter, & ſubtiliter conſuluit Are. in conſi.95.ꝙ incipit. reſpondendo breuiter dubijs eleganter motis.ſed quia eius opinionem plenè retuli, & reſpondi omnibus eius fundamentis in l.2.ff.de iu.om. iud. ideo ibi me remitto ad ea, quæ plenè dixi. Item adde ad principalem regulam, quam collegi ex hoc tex.illud, ꝙ ſingulariter tenet Bal. in c. 1.ad fin.in
3 tit.qualiter vaſſal.iura. debeat fidelita. vbi tenet.† ꝙ ſi ſunt duo domini eiuſdem caſtri, & vnus cõmittat delictum verſus aliũ, certè non poteſt ab eo puniri, quia par in parẽ &c.l.ille à quo. §.tempeſtiuum.ff.ad Treb.ſed debet adiri ſuperior. limitat ibi, niſi periculum eſſet in mora, quia tunc poſſet ab eo puniri, ꝙ valde no pro extenſione tex.in l.ſi quis filio exhęredato.§.hi au
4 tem.ad fi.prǽalleg. Item adde ad prædictam regulam,† ꝙ licèt aliàs ſententia non valeat, quando eſt lata à iudice non viſa relatione nuncij de citatione peremptoria ſecũdum Bar.in l.hæc autem.§.1.cum ſuis cõcor.ff.quib.ex cau.in poſ.eatur.Fallit niſi periculum ſit in mora, puta, quia ſtatutum arctabat iudicem ad pronunciandum, ita Bald.in l.falſus.in 7.col.de fur. Item ad iſtam regulam adde illud, ꝙ tenet Bal.in rub. C. commina.vel epiſt.circa medium, ꝙ ſi aliquis timet ne contra ius ponatur ad torturam, debet appellare, & tunc etiam ſua confeſſio erit ipſo iure nulla.l.1.& per totum.ff.nil.no.appel.penden. nec eſt opus iſto caſu, ꝙ ſuperior adeatur, qui inhibeat iudici, quia interim periculum eſt in mora, & ſic expectatio illius inhibitionis eſſet periculum allatura ſecundum Bal.ꝙ no.quia licèt alias iudex, à cuius interlocutoria, vel grauamine fuerit appellatum, poſſit in cauſa procedere non citato amplius appellante, text. eſt in c. eum, qui.de dolo, & contu.in 6.Bart.in l.eius qui.ff.de appel.recipi.Fallit niſi per iudicem appellationis ſit inhibitum. c.non ſolum.de appel.in 6.declarat Bar.in d.l.eius, qui.Item ad iſtã reg.
* adde illud, ꝙ volunt Bar.*& omnes* in l.1.in prin.ff.de offi.eius cui man eſt iuriſd.Cy.in l.placet.in 3.q.C.de peda. iudi.ꝙ licèt delegatus propter abſentiam ordi.non poſſit prõnũciare, vbi agitur de vita hominis.§.iubemus.in Auth.de colla.col.9. Fallit quando dilatio pœnæ eſſet periculum allatura, puta quia eſſet magnus latro, vel ſeditioſus per tex.in d. l. ſi quis filio exhæredato. §.hi autem.dixi plenè poſt Bart.in d.l.1.in princ.ff.de offic.eius.
5 ¶† Gl.in verbo nũciatione.diuiditur in duas. In prima declarat tex.& allegat concordantes.In ſecũda per viam quæſtionis opponit contra tex.& in effectu dat duas ſolutiones, quas proſequere, vt hic per Bar.Secũda ibi, ſed quid ſi de nouo.¶No.illud ꝙ in fi.dicit Bar.allegando tex.in l.1.§.ſunt autem, qui putant.ff. ne quid in flu. quia eſt notabile dictum ad limitationem huius tit.quo cauetur, ꝙ ædificatum ſpreta nunciatione ſit demoliendum.l.prætor.in prin.& §.hoc interdictum.ꝟ.eo.Nam debet intelligi niſi grande damnum ſit nuncianti, & modicum eius, qui nunciat ex ædificatione, tunc poteſt ſperni nunciatio. Adde per dictum.§.ſunt autem, qui putant.id, quod no.tenet Barto.in l. quominus.in 11.q.ff.de flu.vbi dixi.& adde glo.in l.1.§. de riuis.

ADDITIONES.

a ¶Vbicunque periculum. Adde Domi.de S.Gemi. poſt Io. de Fantu. in cap.Siracuſanæ.28.diſtin.
b ¶Fuga. Adde Bart.in l.fi.C.de fer.Bal.in Auth.imò.C.de actio.& obli. & quæ eo caſu requirantur, vide Dec.conſi.75.
c ¶Etiam die feriato. Adde Bal.in c.fi.in vlt.col.de ferijs. etiam ſi ſint feriæ ſolenniſſimæ, puta Natiuitatis, vel Paſchæ Domini.
d ¶Laico. Adde Anton.de Butr. in c.2.de pig.Io.de Imo.in c.1.de depoſi.Doc. in c.cum olim.el 1.de reſti.ſpo.Do.de S.Gemin.45.diſt.in glo. ſummæ.
e ¶Captus. Adde Bald.in l.generali.C.de decu.lib.10.

SVMMARIVM.

1 *Nunciator debet iurare de calumnia.*
2 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum iudice decernente, & non aliter.*
3 *Iſtud iuram. calumniæ debet præſtari per iudicem ſi a parte petatur, & non aliter.*
4 *Vbicunque aliquid committitur conſcientiæ alicuius, licèt ab eius declaratione non poſſit reclamari nec appella.tamen quando declarat quid ſibi videtur in conſcientia tenetur iurare.*
5 *Facta nunciatione ſtatim acquiritur ius nuncianti, per quod poſſit agere & petere.*

§.Qui opus nouum. In proſecutione nũciationis tenetur nũciator iurare de calumnia aduerſaria parte hoc petente, & iudi-
1 ce decernente.h.d.& eſt ſin.§ ſecundum Bar.¶† Not.ꝙ nunciator debet iurare de calumnia, & hoc ideo, vt tollatur via calũnijs.l.in fundo.ff.de rei ven.c.quãto.de diuor. quia aliàs erat ſtatutum, quòd nunciatio ſiue iuſta ſiue iniuſta ligaret nunciatũ l.1.in prin.ꝟ.eo. Hinc ex iſta ratione infertur, quòd ſi nunciator prius probaſſet de iure ſuæ nunciationis, ſi poſteà pars peteret iurari de calumnia, non teneretur, quia ceſſaret præſumptio calumniæ. confirmatur, quia poſtquam quis probauit intentionem ſuam, non cogitur amplius iurare de calumnia.ita not. in c.2.in 2.col. de prob. per illum tex. & dicit alibi non reperiri expreſsè. Tu potes dicere, quòd ille tex. non bene probat notabile Bal.quia loquitur in iuramento veritatis, quòd videtur eſſe ſuperfluum, poſtquam quis imperfectè probauit, ideo de veritate vlterius iuran. non eſt, ſecus in iſto iuramento calumniæ, quod etiam poſt perfectam probationem præſtandum eſt. gl. tamẽ notabilis in c.ex literis.de iureiu.in gl.fi. ad fi.tenet ꝙ iura-
a mentum calumniæ [a] poteſt præſtari antequam ſit in cauſa concluſum, & non poſt.de quo vltimo vide Bal. limitantẽ.in l.1.in princ.& in l.2.§.ſed quia veremur.per illum tex.C.de iura.calũ.
2 No.Cano.in c.1.in prin.per illum tex.de iura.cal.in 6.¶† Secundò no. quòd iuramentum calumniæ debet præſtari iudice decernente, & non aliter, ideo ſi pars ſola peteret, quòd nuncians iuret de calumnia, poteſt recuſare, ſecus ſi peteret cauſam quare nunciet, tunc tenetur exprimere, quamuis petatur ſine aucto-
3 ritate iudicis, vt per gl.& Doct.in l.1.in prin.ꝟ. eo.¶† Tertiò no. in verbo exigatur, ꝙ iſtud iuramentum calumniæ debet præſtari

ADDITIO.

a ¶Iuramentum calumniæ. Adde Bald.in addi.Specu.de iu.cal.verſ.ſed pone.

stari per iudicem, si petatur à parte, & non aliter, adde text. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iurisiuran. in verbo, si hoc exigatur. ff. de iureiu. allegatum hic in gloss. Istam reg. ordinariè examinaui multa cumulando in l. iurisgentium. in princ. ff. de pac. Adde fortius quòd etiam si lex dicat, quòd aliquid fiet ipso iure, tñ intelligitur si petat à parte, & nõ aliter. gl. est notabilis in l. scimus. in prin. in glos. 2. in verbo ipso iure. C. de inoffic. testa. quam sequuntur Bart. & alij ibi, & glo. ibi allegat optimum simile de compensatione, quæ licèt fiat ipso iure, intelligitur si opponatur à parte. l. fin. C. de compensa. Adde bonum tex. in l. si mater. in verbo ipso iure, & ibi Bart. ad hoc nota. C. de suis, & leg. Limita istum text. ꝙ etiam parte non petente iudex posset ex officio solo deferre istud iuramentum calumniæ, si suspicatur de calumnia nunciantis secundum Pau. de Cast. & Rapha. hic. adde text. in cap. 2. ad fin. de iur. calum. in 6. & in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iura. cal. ¶ Quarto per istum tex. no. signanter Ange. quòd licèt nunciatori credatur de causa quam alleg. quando est talis, quæ si esset vera sufficeret, vt est gloss. in l. 1. §. pen. in verbo pertinet. s̃. eo. & in §. Sextus Pedius. in gloss. ad fi. s̃. ea. l. & sic statur conscientiæ nunciantis, tamen hic est tex. quòd
4 tenetur iurare conscientiam suam non esse calumniosam. † Ex
a quo infert generaliter Ange. quòd vbicunque aliquid[a] cõmittitur conscientiæ alicuius, licèt ab eius declaratione non possit reclamari nec appellari, vt est glo. singularis in cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. tamen quando declarat, ꝙ sibi ita videtur in conscientia, tenetur iurare per istum text. Sed certè tex. prout etiam dicit Pau. de Cast. non probat notabile Ange. quia licèt credatur nunciatori in actu nunciandi, prout dicunt gloss. præallegatæ, tamen non creditur in prosecutione nunciationis, quia tunc debet plenè probare de iure suo, & illo tempore vult iste tex. quòd debet iurare de calumnia. tamen Paul. de Cast. sequitur not. Ange. per illud quod alibi habetur, ꝙ quan-
b do aliquid committitur peritis in arte,[b] vt iudicent secundum quod eis videbitur, tamen debent iurare. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. l. comparationes. C. de fid. instru. l. Theopompus. & ibi per Barto. C. de dote præleg. adde, ꝙ istam doc. Ang. & Pau. de Cast. hic sequitur d. Alex. in consi. 228. in 2. vol. quod incip. visis verbis. 3. col. ad fin. adde etiam quod idem tenet Ang. in l. apertissimi. C. de iud. vbi simpliciter tenet, quòd licèt aliquid relinquatur conscientiæ alicuius, tamen requiritur quod iuret per dictam l. Theopompus. Pro ista doctrina facit, quod singulariter tenet Ang. in repet. l. si vacãtia. 3. colum. C. de bon. vacan. lib. 10. vbi tenet, quòd si ex forma statuti debeat stari simplici verbo accusatoris, vel nuncij, vel denunciatoris, tamen semper intelligitur, quòd debeat iurare per dictam. l. Theopompus, & sequitur Alex. in consi. 78. in 3. volum. quod incipit, Clarissimè Doctor, & iustissimè domine Vicarie. in 3. col. adde quod vult Bald. in cap. cæterum. de iuramen. calum. vbi tenet, quòd si in instrumento contineatur, ꝙ de damnis, & interesse credatur simplici verbo creditoris, ꝙ tamen creditor tenetur saltem iurare de calumnia, si reus istud petat. idem tenet Bald. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. supra de iureiuran. vbi tenet, quòd si in instrumento expressè contineatur, ꝙ stetur dicto creditoris, intelligitur cum iuramento. accedat, ꝙ dicit Bald. in cap. tuis de testi. ꝙ si aliquis promisit stare dicto alicuius, intelligitur, ꝙ ille tamen debeat iurare per d. l. Theopompus. & sic remanet defensata doctrina Ang. & Paul. de Cast. hic. sed contra eam facit tex. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. secundum, quod not. Bald. ibi circa medium ex illo text. ꝙ quãdocunque aduocatus dicat se habere conscientiam lęsam, potest a patrocinio discedere, & de ista conscientia sua statur dicto suo, quod est notabile secundum eum, & dicit facere gl. in d. cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. nisi respon. quòd quamuis lex diceret stari dicto suo, tamen intelligitur semper cum iuramento, vt ex prædictis patet. ¶ Capio glo. in verbo nũciare. quam diuide in quatuor. In prima timore cõtrarij, quòd formabo nunc, declarat tex. posteà format tres quæstiones. partes patent. In prima parte oppono sic. qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, cui adijcitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. si Titius. & ibi Bart. ff. de testam. milit. latè Barto. in l. ex facto. in princ. vbi dixi. ff. de vulg. & pup. sed hic ista qualitas iurandi de calumnia adijcitur verbo præsentis temporis, ergo apparet, quòd debet iurare de calumnia tempore quo nunciat, sed certè tempore quo nunciat, non adest prætor, sine quo non cogitur iurare de calumnia, ergo text. non videtur bene dicere. ¶ In ea glos. ibi. vt nunciatio firma maneat. aduerte inquantum Barto. defendendo istam gloss. tenet
5 † quòd facta nunciatione statim acquiratur ius nunciandi, per quod possit agere, & petere, vt in gloss. mouetur per gloss. in l. 2. in verbo ius. s̃. eo. vbi etiam Bart. idem tenet, quòd hic. Ego credo istud non esse verum, & in contrarium allego fortem text.

qui à nemine allegatur hic in l. nõ solùm. §. morte. ĩ. eo. vbi morte nũciantis re integra, hoc est, quia nihil posteà fit ædificatum, nunciatio extinguitur, & non transit ad hæredes nunciantis, eo quia ex nunciatione non est acquisitũ ius nuncianti. patet, quia si esset acquisitum aliquod ius, illud transmitteret ad hæredes, sed si post nunciationem factam aliquid esset ædificatum, quo casu tunc competeret interdictum demolitorium, seu actio in factum ad opus destruendum, & sic ius iam esset acquisitũ, tunc non extinguitur nunciatio per mortem nunciantis, imò
* tunc transmittitur ad hæredes, secundum glo. Bart *omnes in d.* §. morte. ergo est ibi tex. fortis, quòd ex sola nunciatione non acquiritur ius nec datur actio per hoc nunciatori, & ita ad hoc illum tex. ibi no. subtiliter solus Rapha. Cum. contra glos. in d. l. 2. & contra Bart. hic. Secundò in contrarium facit, quia quandiu lex approbat actum nunciationis, licèt aliàs vbicunque lex approbat actum intelligatur quo ad actionem, & exceptionẽ. l. statuas. ff. de acq. rer. do. tamen ex quo in proposito nostro lex vltra procedit prouidendo de remedio, & sic de interdicto demolitorio, casu quo ædificetur spreta nunciatione, & sic prouidet apponẽdo pœnã. l. prætor. in prin. & §. hoc interdicto. ergo non vult, quòd ex ipso nunciandi actu oriatur ius agendi, nisi secuto ædificio, quia specialis prouisio prætoris de remedio facit, vt ex simplici actu nunciandi non oriatur ius agendi iuxta not. per Bart. in l. non dubium. in pen. col. in prin. C. de legi. prout etiam sensit Raph. Cum. hic. per ista redditur falsa opi. Bart. & dictum glo. in l. 2. s̃. eod. & apparet, quòd melior est practica Andreæ de Pisis hic relata per Bart.

ADDITIO.

a ¶ Vbicunque aliquid. Adde Bald. in c. si sacerdos. de offi. ordi. Ang. de Aret. in §. sed istæ Insti. de act. Ioann. de Ana. cons. 34. inc. visis, & diligenter consideratis.

b ¶ Peritis in arte. Adde Bald. in rep. l. 2. ff. de iureiur. vbi limitat hoc non procedere in foro conscientiæ. de quo per eundem Bald. in l. iusiurandum. ff. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Qui nunciat de certa parte operis, de parte debet demonstrare.*
2 *Sicut appella. rei intelligitur de tota, ita appella. partis simpliciter facta intelligitur de dimidia.*
3 *An in instrumento debeat inseri locus loci.*
4 *In scriptura priuata an requiratur dies & consul.*

1 §. Qui nunciat. † Qui nunciat in certa parte operis de parte debet demonstrare. Istum. §. dicit Bar. se habere pro notabili, & facere ad quæstionem, quam dicit se habuisse de facto, si aliquis egit rei vendicatione, & in libello simpliciter petijt rem, ꝙ procedat libellus, & intelligatur petijsse totam, per istum tex. inducẽdo, vt per eum, cum Bar. tenent cæteri. facit tex. in l. Titia cum testamẽto. §. 1. & ibi Bal & Imo. ad hoc no. ff. de leg. 2. & in l. legatis vxori, & ibi Bar. ff. de leg. 2. & in l. si quis cum totũ. in prin. & ibi Ang. ff. de excep. rei iud. Sed aduerte subtiliter circa istum text. declaratum, vt s̃. per Bar. & alios, quia qua ratione nunciatio simpliciter facta valet, & tenet, quia intelligitur facta in toto, eadem ratione, quando fit nunciatio simpliciter in parte debet valere,
2 & tenere, † quia sicut appellatione rei simpliciter facta intelligitur de tota, & propter hoc valet, ita appellatione partis simpliciter facta intelligitur de dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. sign. sicut ergo si nunciasset in parte operis, & expressisset de dimidia valeret, vt hoc text. ergo eo modo simpliciter nunciando in parte debet similiter valere, cùm vt dixi appella. partis intelligatur de dimidia. bene facit glo. in l. si rem. in verbo totam. ff. de rei vend. quæ ponit vtranque doctrinam, ꝙ quemadmo. si simpliciter peto rem, intelligitur de tota, & procedit libellus, ita si peto partem videor dimidiam petere. & cum illa glo. tenet Bar & alij ibi. imò fortius etiam si in l. vel alia dispositione dicatur certa pars, adhuc intelligitur de dimidia. l. si qui. in verbo certæ partis. cum gl. ibi. C. de postulan. Imò etiam in consuetudine, vel in statuto, vbi verba debent strictè accipi, appellatione partis intelligitur de dimidia. ita no. Bal. in c. 1. in 2. notabili per illum tex. de aliena. feud. & præsertim prædicta debent militare in hoc tex. cùm agatur, vt actus, & sic nunciatio valeat, & non annulletur per regulam. l. quoties. ff. de verb. obli. & l. quoties dubia. ĩ. de regul. iur. vbi semper debet capi interpretatio, vt actus valeat. Rapha. Cum. sentiens istam difficultatem respon. verbis subtilibus, ꝙ quãdo agit de parte intellectuali, & sic inuisibili, tunc benè appellatione partis intelligitur de dimidia. d. §. portionis. secus quando agitur de parte visibili. in his enim, quæ sunt partis visibilis, pars non accipitur pro dimidia, ita loquitur tex. hic, & tunc ratione incertitudinis debet fieri certior declaratio, de qua parte intelligant, vt dicitur in hoc text. istam tamen solutionem Rapha. referunt contrario modo d. Iaco.

Put. &

Put.& d.Hiero.Tor.hic, ego pro prima limitatione, ꝙ vbi agi-
tur de parte vifibili non intelligatur tūc de dimidia, allego text.
in l.domum.ff.de contrahend.emp. vbi eft text.fortis contra. d.
§. portionis. quòd appellatione partis intelligatur de dimidia,
fed contra iftam limitationem allego alium tex.in primo mē-
bro.in §.fin.in verbo partem.iuncta gl.ibi,inftit. de vulga.fubft.
cogita fi melius poffit refponderi. Secundò per iftum tex.colli-
3 git Bartol. hic argumentum. † An in inftrumentis debeat infe-
a ri locus loci,[a] & concludit quòd in actu, qui non poteft vnifor
miter geri in quolibet loco, prout funt actus iudiciarij, qui de-
bent fieri ad banchum iuris, non fufficeret dicere actum in pa
latio Papiæ, fed debet addi ad banchum iuris per iftum text. &
fequitur Paul.de Caft.Raph.Cum.& latius d.Alex.hic.Bald.in
l.contractus.C.de fide inftru.Contra iftam conclufionem Bart.
facit, quia vbicunque ex ferie facti apparet de loco confueto,
tunc non requiritur in inftrumento expreffio talis loci.text. eft
in l.1.C.de apo.pub.lib.10. & per illum tex.ita tenet in terminis
Gul.de Cun.in l.cōparationes. C. de fide inftrum. & ibi Bald. in
4.colum.vbi tenet, quòd in actibus iudiciarijs, in quibus ex ferie
facti fatis dicitur apparere de loco confueto, non eft neceffe il-
lum locum adijci in inftrumento.idē per illum tex.tenet Anto.
But.in cap.1.de fide inftrum.Ioan.And.& Gem.in d. cap.Abba
te fanè.§.fin.de re iudi.in 6.Sed ad illam. l. 1. refpondent Ludo.
Rom.& d.Alex. hic, quòd illa lex loquitur in fcriptura priuata,
4 † in qua benè verum eft, quòd non requiritur dies nec confu l.l.
cum tabernam.§.fin.ff.de pig.nos autem loquimur in inftrumē
to publico.alij nihil tangunt. fed valde mirandum eft de ifta fo
lu.Lud.& d.Alex.ad d.l.1. quòd ibi loquatur de fcriptura priua
ta, imò loquitur de fcriptura publica. iftud primò apparet ex
rub.illius tituli, in qua dicitur de apochis pub.pondera illud pu
blicis. Nam appellatione apochæ fimpliciter facta intelligitur
benè de priuata, per ea, quæ tradit Bar.in l.admonendi in 6.col.
ff. de iureiu. dum tractat materiam apochæ, fed ibi dicitur de
apochis publicis.Secundò, & fortius ftringo tex.in d.l. 1. Nam
cùm ille tex.requirat diem, & confulem, ergo loquitur in fcri-
ptura publica, quia in fcriptura priuata, vt dictum eft, non re-
quiritur dies nec confu l.d.l.cum tabernam.§.fin.fupra de pign.
Tertiò pondera Bart. in d.l.admonendi. in 2. notab. qui fi benè
infpiciatur, vult quòd tales apochæ de foluto, quæ fiunt ibi per
thefaurarium communis, iudicentur inftrumētum publicum,
cùm text.ibi requirat diem, & confulem.Quartò pondero Bal.
in terminis in l.inter chartulas.in vlt.colum.in prin. C.de cōue.
fifci deb.lib.10.vbi dicit, quòd dies eft folennitas publici inftru-
menti.ad hoc allegat d.l.1.C.de apo.pub.ergo vult, quòd ibi lo-
quatur de inftrumento publico. vnde videtur quòd pro d. l. 1.
poffit in puncto iuris teneri ifta fecunda opin. contra Barto. &
fequaces.Confirmo iftam opin.alio fundamento, quia ex quo
actus confueuit fieri in certo loco, in dubio præfumitur cele-
bratus in illo loco, vt non requiratur alia expreffio loci per l. fi
prius.§.placuit.ff.de aqua plu. arcen. & l.fin.cum gloff. C. de fi-
deiuffor.l.certi condictio.§.fi nummos. cum multis ibi per me
cumulatis ad hoc.ff.fi cert. pet. & per hoc apparet non obftare
iftum tex. in quo fe fundat Barto. hinc etiam ex confuetudine
non poteft argui ex certo loco, prout in conclu fione Bar.

ADDITIO.

a *Locus loci. Adde, quòd inftrumentum publicum pro vi, fubftantia, & folen-
nitate non tantum requirit locum, fed & locum loci, tefte Nat. confi. 329.
colum. 1. idem videtur fequi Alex.confi.59.colum.2.circa fi.lib.2.& dic, quòd
non tātum locus, fed etiam hora à cautis tabellionibus apponi debet, vt no.
Catel.verf.Actus.Cagn.in Reg.l.in ambiguis.colum.2.de reg.iur. de quo vide
etiam Barto.confi.8.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Quæ fit ratio, quando ædificatur in pluribus locis, quod requiratur plu-
ralitas nunciationum.*
2 *Vbi eft pluralitas habituum, ibi requiritur pluralitas priuationum.*
3 *In legato annuo non fufficit vna præfcriptio, cùm cenfeantur plura lega-
ta, & pro omnibus annis fequentibus funt conditionalia.*
4 *In ftipulatione annua cùm fit vna pro toto tempore, fufficit vna præ-
fcriptio.*
5 *Semel excommunicatus poteft pluries excommunicari, & femel banni-
tus poteft pluries exbanniri, non folum pro diuerfis caufis, fed etiam
pro vna, infamis tamen non poteft effe amplius quàm femel infa-
mis.*
6 *Abfolutio generalis facta à iudice ex mera iuftitia non porrigitur ad cau
fas deductas in petitione & profecutione.*
7 *Generalis abfolutio conceffa à principe, vel à populo ex mera gratia tra-
hitur ad omnia bona, quia præfumitur ex certa fcientia conceffa.*
8 *Non valet indulgentia principis fuper condemnatione fecunda, nifi facta
expreffa mentione de prima, quia videtur obreptitia.*
9 *An bannitus pluribus bannis poffit ab vno banno liberari.*

§. Si in pluribus. Ad pluralitatem operū re-
quiritur pluralitas nuncia-
tionum, & pluralitas nunciationum requirit pluralitatem re-
miffionum, hoc dicit.¶ Not. quòd quando ædificatur in pluri-
bus locis, requiritur multiplex nunciatio, quod ampliat Bartol.
etiam fi illa loca effent adeo vicina, ꝙ in omnibus poffet exau-
diri nunciatio, & in hoc reprehendit Iac. de Aren. mihi placet
opin.Iac.de Are.contra Barto.quam etiam tenet Rapha.Cum.
hic, & effectualiter Paul.de Caft.per rationem tex.noftri, quia
in re præfenti fit nunciatio, ergo loquitur de diftantibus, nam
data vicinitate, & confequenter data præfentia diceretur in re
præfenti omnibus nunciari.Nec obft.fundamentum Bart.ꝙ in
nūciatione requiratur fpecificatio locorum, quia vt dicit Paul.
de Caft.cùm demonftretur ad oculum ex præfentia non requi
ritur alia fpecificatio.l.1.in fi.ff.de dote præleg. Adde fortius, ꝙ
vbi de forma requiritur certa expreffio, fufficit ex rei præfentia
demonftrari abfque alia expreffione.iftud probant duo text. fi-
nal iunct.l.iubemus.C.de tefta.iuncta l.nemo.in prin.ff.de he-
red.infti.facit, ꝙ vult glo.reputata fing.in l.quæ extrinfecus.ff.de
verb.obl.quæ vult, ꝙ data rei præfentia error in nomine appel
latiuo non vitiat actum.ita limitatur.l. fi quis in fundi vocabu
lo.in princ.§.de leg.1.& Bart.in d.l.quæ extrinfecus.ponderat il
1 la, quæ fupra † allegaui.¶† Secundo not.ex ifto tex.rationem
quare requiritur pluralitas nunciationum, quando ædificatur
in pluribus locis.dicit tex.ꝙ ratio eft, quia nunciatio debet fie-
ri in re præfenti. Hinc ex ifta ratione tex. infertur notabiliter, ꝙ ci
in interdicto, ꝙ vi aut clam, non requiratur, ꝙ nunciatio fiat in
re præfenti.l.aut qui aliter.§.fi quis cum denunciaffet. & ibi glo.
ff.quod vi aut clam.Bart.in §.fi quis forte.§. ea l.certè vna nun-
ciatio fufficeret pro pluribus diuerfis ædificijs, quantum ad in-
2 terdictum, ꝙ vi aut clam. ¶† Tertiò not.ex hoc text.ꝙ vbi eft
pluralitas habituum, ibi requiritur pluralitas priuationum. &
a fic[a] vbi funt plura vincula, ibi abfolutiones plures exiguntur,
quia nihil eft tam naturale, quàm vnumquodque folui eo mo
do quo ligatum eft.l.prout quifque.ff.de folu.l.nihil tam natu
rale.ff.de re.iud.facit ad hoc not.tex.in l.1.§. fi plura.ff.ad Turp.
gl.in c.cum pro caufa.de fenten.excom. & facit ad quæftiones
j.tactas per Bar.& ibi dicemus.¶ Glo.in verbo remiffiones.diui
de in tres. In prima colligit ex hoc text. argumentum ad quæ
ftionem.In fecunda allegat vnam cōcordantem ad iftum text.
quæ etiam poteft induci ad quæftionem fuperiorem. In tertia
& vltima opponit, & non foluit. partes patent. In prima parte
3 gl.facit duas conclufiones.¶† Prima eft, ꝙ in legato annuo non
fufficit vna præfcriptio cùm cenfeātur plura legata, & pro om
nibus annis fequentibus funt conditionalia, vt hic per Bart. Li
mita, quando effent legata alimenta fimpliciter fine diftribu
tione temporis, quia tunc vnum eft legatū, & vna præfcriptio
fufficit, ita limitat Bart.in l.1.circa fi.in pen.q. C.de fen.quæ fine
cer.quanti vbi reputat notabile, & fubtile, & idem Bal. in cap.
inter partes.§.1.circa fi. de lege Cor.in vfib.feud. Adde tu be
facere illud, ꝙ vult Ang.in l.1.C.de fideicom.in lec.Peru.in
col. vbi limitat illam.l.1. non procedere, quando legatum eft
vnum, & femel cederet dies, tunc vnica folutio fufficeret re
ctu futurarum præftationum, quæ eft diuifa per tempora.l.Fu
4 mio.§.fi.ff.quando dies leg. ced. ¶† Secunda conclufio eft,
in ftipulatione annua cùm fit vna pro toto tēpore, fufficit
vna præfcriptio, vt hic per Bart.& alios, facit tex.in c. de quarta
de præfcr. vbi fufficit vna præfcriptio.40.annorum ad exclu
dum ecclefiam epifcopalem toto tempore à iure petēdi qua
tam decimarum à Rectoribus inferiorū ecclefiarum, quamuis
illæ effent fingulis annis foluēdæ, & ita per illum tex.tenet cum
Bar.d.Abb.in c.auditis.de præfcr.poft Io.And.ibi.ad idem fa
tex.in l.fi vfusfructus alterius.in verbo, quia plura funt legata
contrario fenfu.ff.quib.mod.vfusfruct. amit. per quem text.
Alex.hic tenet cum opi.Bar.limita fecundum Ang.in l. Stich
§.ftipulatio.ff.de verb.obl.nifi in prouifione annua effet adiect
diftributiuum quādocunque, tunc cenferentur plures, & fic
quirerētur plures pręfcriptiones, vt ibi per eum.bene facit id,
vult Bart.in l.ficut in annos.in fi.ff.quib.mod.vfusfr.amit. po
in puncto iuris, & fic in ftricta difputatione tenere contra Bar
& feq.opi.Vltramon.in d.l.cum notiffimi.quam etiā ibi tene
Cy.Alb.Sal.& Raph.Ful.d.Ant. in repe. c.peruenit. in antepe
char.de cenfi.per tex.fortē in d.l.cùm notiffimi.§.in his etiā,
verbo ab initio cuiufcunq; anni, & credo ꝙ ille tex.propriè fu
editus

ADDITIO.

a ¶Et fic. Adde dominum Bal.in l.eam quam.de fideic. C.de legitima haben
plures defectus. Fel.plenè in c.poftulafti,4.col. de refcrip. PVRPV.

editus ad tollendũ istum dubiũ, & pōdera, ꝙ illud annuũ siue debeat ex ꝓmissione siue ex ꝯtu, siue debeat ex legato, ꝙ est ꝯ theoricam Bart. & aliorum, & per illum tex. facile est rñde. ad allegata in ꝯrium. Quærit Bar. si aliquis sit excōicatus pluribus excommunicationib. vel sit pluries exbānitus, an requirātur plures liberationes, & absolutiones, & distinguit, vt hic per eum, & cum distinctio. Bar. sic formaliter lata simpliciter transit Pet. de Anch. in cle. graui. de sen excom. ¶ Tu aũt ex dictis
5 Barto. facias quatuor conclusiones, & clarius habebis.† Prima
a est, ꝙ semel excommunicatus [a] potest pluries excommunica-
b ri, & semel exbannitus [b] potest pluries exbanniri, non solùm pro diuersis causis, sed etiam pro vna, secus tñ est in eo, qui semel est infamis, nam non potest amplius fieri infamis ex prædicta nor. gl. in l. 2. in verb. exil. C. vt intra cer. temp. & gl. plenior in d. c. ita quorundam. in gl. fi. C. de iudæ. adde tex. in c. fi. 3. q. 4. & ibi gl. multum plenam. & in gl. in c. capitulũ. S. Crucis. in gl. in verbo suspensionis. & ibi Bald. in 3. col. de rescrip. Bal. in l. nihil. C. de vindi. libe. & apud conci. ma. ad fin. vbi dicit, ꝙ cùm
c excōicatio sit sñia medicinalis, [c] vbi sunt plures agritudines, ibi requiruntur plures medicinæ. Sed aduerte, ꝙ ꝯ prædicta de infame tenet Bald. in c. de appellationib. extra de appellatio. vbi quærit, an semel infamis possit vlterius effici infamis, primò dicit videri, quòd non, quia infamia est quædam priuatio, vt est gl. in d. l. 2. C. vt intra cert. temp. ipse tenet ꝯrium, & dicit, ꝙ infamis pōt effici infamior, sicut fur simplex potest effici famosus, cum iteratis delictis iteratur pęna. l. capitalium. §. famosos.
6 & ibi not. ff. de pę. & l. quicunque. C. de ser. fug. ¶† Secunda cōclusio est, ꝙ absolutio gñalis facta à iudice ex mera iustitia, non porrigitur ad causas deductas in petitione, & prosecutione. Adde pro limitatione, ꝙ vbi plures excommunicationes, vel plura banna processissent ex vno facto, vna absolutio, & vna liberatio sufficit, quia omnia pro vno reputantur, secus si pro diuersis factis. text. est in l. 1. §. si plura. ff. ad Turpillian. & ita concludit Bal. post Iac. de Arc. & Cy. in l. fi. C. de nup. per illum text. tu dic, ꝙ ante eum ista fuit doctrina Bar. in d. l. fin. in
7 pen. q ¶† Tertia conclusio est, quòd generalis absolutio concessa vel à principe, vel à populo ex mera gratia trahitur ad omnia bāna, quia præsumitur ex certa scientia concessa, secus si ad petitionem partis tacentis aliquem grauiorem casum, vt hic per eum. Tu adde, quòd non valent literæ Papæ, vel Principis remissiuæ condemationis, nisi in supplicatione exprimatur causa, & quælibet facti qualitas, ita signanter tenet Bald. reputans not. dignum in l. præscriptione. in 9. colum. C. si contra ius, vel vtil. public. vbi per hoc infert, ꝙ si condemnatus in mille pro homicidio supplicauit principi pro compositione facienda non expressa causa delicti, quare fuit condemnatus in mille, si obtinuit, non valet ipso iure rescriptum. ita Oldra. in consil. 23. quod incipit ad quæstionem. ad fin. d. Alex. in consil. 14. in vlt. volum. quod incipit. Ponderatis his, quæ narrant in themate. in 2. col. ad fi. Secundò adde necessariò ad doctrinam
8 Bart. † ꝙ non valet indulgentia principis super condemnatione secūda, nisi fiat expressa mentio de prima, quia videtur obreptitia, vnde qui semel obtinuit gratiam pro vno homicidio, quod comiserat, deinde obtinuit gratiam pro secundo homicidio, non valet secunda gratia. si tacuit de prima, tex. est in l. tertia. versic. his ergo. C. de episcopa. audien. & ibi ad hoc not. Gul. de Cun. & Bald. & ibi Bald. reputat menti tenendum. sequitur Lud. Rom. hic reputans bene singulare, & per hoc dicit Barba. in capit. super literis. in 32. colum. de rescrip. quod vidit Bono. decapitari quendam non obstante gratia quam obtinuerat, eo quia tacuerat de primo homicidio in eius absolutione, seu remissione. ¶ Quarta conclusio, quòd remissio generalis facta à parte trahitur ad omnia banna, nisi esset facta ex causa transactionis, vt hic per Bartol. & sic pondera, quòd Bar. videtur approbare gl. in d. l. emptor. §. Lucius. de pact. quæ facit differentiam inter pactum liberatorium, & transactionem, sed aliter tenet idem Bart. in l. si ducenta. C. de transact. vbi latè de
9 hoc dixi. non insistam nunc. ¶ Vltimo quærit Bartol. † an bannitus pluribus bannis possit ab vno tantum banno liberari, & distinguit, vt hic per eum. Angel. eum reprehendit, quia si interim caperetur, non debet posse condemnari virtute illius banni à quo est absolutus, nam aliàs deciperetur sub auctoritate prætoris contra. l. primã. in fin. C. de his, qui ve. eta. impe. & quia sicut banna possunt separatim fieri, ita etiam debent posse separatim tolli. argum. l. prout. ff. de solutionib. & ita prout Angel. tenent Ludouic. Roman. & Raphael. Cuma. hic, sed certè Angel. non bene considerauit verba Bartol. nam Bartol. vult, quod ideo illa absolutio sibi interim non prosit, eo quia aliud bannum, quod restabat, erat extra iura ciuitatis. l. amissione. §. qui deficiunt. & ibi Bartol. supra de capitis diminut. & ita interim poterat impunè occidi à quocunque nedum à iudice, vt not. Bar. in l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. ideo hoc respectu absolutio ab alio banno interim non releuat. ista fuit intentio Bar. cuius conclusionem tene, quã etiam tenet Alex. hic, & Pet. de Anch. in cle. grauis. de sent. excom. Sed considera si posset teneri opi. Raph. Lud. & Ang. ꝯ Bar. alia consideratione. Bart. enim mouetur, quia propter aliud bannum, quod restabat, perdit iura ciuitatis. Considera, ꝙ bannitus à ciuitate taliter, ꝙ efficiatur hostis ciuitatis, quãuis verum sit, ꝙ perdat iura statutaria illius ciuitatis, cui est hostis, tñ non perdit iura cōia ciuilia, à quib. ciuitas non potest eum priuare. ita not. Bart. in l. certa forma. per illum tex. C. de iur. fisc. lib. 10. Bar. & alij in l. 1. C. de hæred. insti. cum mille concordantijs, & probatur optimè, quia banniti ab Imperatore, quia tūc sunt hostes in vniuerso mundo. l. 2. C. de deser. & occulta. lib. 12. per cōsequens perdũt omnia iura ciuilia Romani Imperij. §. qui deficiunt, vbi Bar. & d. l. certa forma. vbi ēt Bar. non tñ perdunt iura gentiũ, vel naturalia, quia sunt superiora ad ius ciuile. text. est in l. si tibi mãdauero. §. is cuius. ff. de manum Ita arguendo ꝓportionaliter bannitus à ciuitate efficitur hostis illius ciuitatis, & per consequens perdit iura statutaria illius ciuitatis, sed non priuatur iure cōi, vt superius dixi, vnde ad propositum nostrum, si liberatio banni esset fundata in iure municipali illius ciuitatis, tunc procederet opin. Bartol. quòd non valeat, quia perdit iura illius ciuitatis, valet si illa liberatio esset fundata in iure cōmuni, & non in aliquo iure particulari ipsius ciuitatis, cùm non perdat iura communia, vt dictum est, secũdum ergo rationem met Bartol. videretur, quòd tunc liberatio valeret, tamen secundum aliam rationem, quam superius adduxi contra Angel. quia interim potest impunè offendi à quocunque, videretur, quòd liberatio non valeret.

ADDITIONES.

a Semel excōicatus. Adde c. cum pro cã de sent. excom. c. significasti. de eo, ꝗ du. in matr. tex. cũ gl. in cle. grauis. de sen. excom. gl. in c. 1. ꝙ met. cau. lib. 6.
b Semel exbannitus. Adde Spec. tit. de accu. in §. sequitur videre. ver. quid sit bannitus.
c ¶ Sententia medicinalis. Adde c. multi. 2. quæst. 1. cap. 1. de sen. excomm. lib. 6. glo. in verbo mortis. in c. nemo Episcoporum. 11. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio, vel repromissio si præstita, vel oblata fuerit, & per partem non acceptata, nunciatio ipso iure remittitur.*
2 *Qui tenetur satisdare ad hoc, vt pęnam euitet, vel ad hoc, vt præmium consequatur, sufficit si se offerat paratum parti satisdare cum fideiusso. quamuis ille cui debet satisdare nihil dicat, vel contradicat, nec est necesse, quòd promittat notario, vel alteri recipienti pro illo.*
3 *Sicut in nunciatione, quæ fit à parte, non est necessaria aditio ꝑtoris, ita in remissione, quæ fit per satisdationem partis non requiritur aditio prætoris.*
4 *Vbi prouidetur per l. ibi non est necessaria prætoris viui aditio.*
5 *An & quando sit necesse adire prætorem viuum pro remedijs inductis à iura prætorio.*
6 *An possit peti remissio aliarum protestationum.*

§. Si is, cui nunciatum.

1 † Satisdatione, vel repromissione ꝑstita, aut oblata, & per partem non acceptata, nunciatio ipso iure remittitur, nec ob hoc necesse est prætorem adire. h. d. effectum huius satisdationis ponit tex. in l. stipulatio.
* §. 1. ꝭ. eod. ¶ Not. ex isto text. ſm Ang. quem *omnes Mod.* sequun-
2 tur, † ꝙ ille, qui tenetur satisdare, ad hoc, vt pœnam euitet, vel ad hoc, vt præmium consequatur, sufficit, si offerat se paratũ parti satisdare cum fideiussore, quamuis ille cui debet satisdare nihil dicat, vel ꝯdicat, nec est necessè, ꝙ promittat notario, vel alteri recipienti pro illo. & dicit Ange. se ita de facto respōdisse in ardua quæstione per istum tex. & l. prætor. §. hoc autem interdictum, & ibi gl. in verbo adijcitur. ꝭ. eod. idem tenet Bart. in l. prætor. §. si quis paratus. infra eo. & in l. si quis fideiussor. in prin. ff. qui satisd. cogan. ego confirmo ratione. Nam cōditiones sunt præcisè, & debent impleri in forma specifica. l. si hæredi, & l. Meuius. in princip. ff. de cond. & demonst. & tamen si stat per eum, cui debet impleri conditio, habetur pro impleta. l. iure ciuili. cum similib. ff. de condit. & demon. ¶† Secun-
3 dò not. quòd sicut in nunciatione, quæ fit à parte, non est necessaria aditio prætoris. l. 1. §. nunciatio. ꝭ. eod. gl. in §. qui opus. ꝭ. ea. l. ita in remissione, quæ fit per satisdationem partis non requiritur aditio prætoris per istum text. quamuis glo. mag. hic in princip. contrarium, & malè dixerit, vt ibi dicam. intellige, nisi partes essent discordes in forma satisdationis, vel an fideiussores essent idonei, vel circa diem, infra quem debet agi, iuxta. l.

ta.l.cùm procurator.§.1.ℨ.eo.l.qui bona.§.fi. ℨ. tit.1. tunc bene recurritur ad iudicẽ in l.de die.in prin.ff.qui satisd.cog.& istud vult iste text ibi,boni viri arbitratu, cùm bonus vir intelligatur iudex. l.vir bonus. ff.iud.sol. & l. ommittimus. §.cum ita. ff.de verb.oblig.adde, ꝙ etiam alijs duob.mod. fit remissio nunciationis vltra satisdationẽ, vt declarat Bar.in §. qui remissionẽ.ℨ. ea.l.vbi dicetur.

4 ¶† Vltimò not.ꝙ vbi prouidetur per l. ibi non est necessaria prætoris viui aditio. facit.l.cum sub cõditione.§. fi.ff.de condi.insti.sic alibi frustra precib.impetratur,ꝙ iure cõi conceditur.l.1.C.de thesau.lib.10. ¶Capio gl.in verbo veniẽdi.quam diuide in quatuor partes In 1.declarat tex.In 2. infert ex tex.In 3.timore ꝯrij ponit magistralem doctrinam.In 4.oppo.& de sol.se remittit.Scda ibi, & sic ergo patet. Tertia ibi,& hic idem.Quarta ibi,item ad hũc. §.& ad plures alios,&c. ¶In ead.glo.ibi, ꝙ fit satisdatione præstita.glo.in hoc malè dicit,& ꝯ istum tex.quia satisdatione pręstita non est necesse adire prętorẽ pro remissione,qa l.ipso iure remittit,sed bene necessario aditur prætor , quando ab eo petitur remissio absque satisdatione , vt in §. qui remissionem. & ibi dicetur. infra ea. l.

5 ¶† In ea.glo.ibi,& dic idem vt sit opus. habes gl.magistram, quæ declarat melius quam alibi , an & quando pro remedijs inductis à iure prætorio sit necesse adire prætorem viuum , signa istam gl.Nam refert Bald.hic in fin. ꝙ Io. Paglarensis præceptor suus multum exclamat istam glo. Item istam glo. dicit esse multũ solennem Bald. in c. bonæ.2. in 3.col. de electionib.eam etiam not.Bald.in c.vassalus feudum. si de feud.fuer.controuer.inter domi. & agnat. in vsib.feud.& dic plenius,vt hic per Barto.alij non tangunt. Sed considera in vltimo membro distinctionis Bart.inquantum Bar.dicit,ꝙ si prætor disponat circa actus morientium , ꝙ indistinctè sit necesse adire prætorem viuum videtur obstare tit.de tab. exhib.& titul. quorum leg. & quorũ bonor.& quemadmod. testam. aper. & similes in quib. prætor disponit in actibus morientium,& tamen in omnibus illis cõpetit actio in factum, nec est opus ibi adire prætorem viuum, sicut nec in actibus viuentium,qñ actio conceditur , cõsidera, quæ potuerit esse mens Bar. ¶ Extra glo. limitat Bar. post Iac. de Are.istum tex.vt procedat, qñ nunciatio esset facta cã iuris nostri conseruandi, vel causa iuris publici tuendi , secus si esset facta ex causa damni infecti. iuxta. l. 1. §.pen.s̃.eod.Dic,ꝙ clarior ratio est,quàm illa, quam assignat Bart.hic,quia satisdatio de qua in hoc text. præstatur de opere demoliendo.l. stipulatio.§.1.ℨ.eod.vnde si domus tua caderet super meam, illa satisdatio,ꝙ opus demoliretur,nihil proficeret ad causam damni infec.vnde requiritur ibi alia satisdatio.s.ad cãm damni. infect. tex.est in l.qui bona.§ si quis opus.ℨ.titul.1.& ita declarat Bart.

6 met.in l. stipulatio.in prin.ℨ.eo.¶† In vlt.q.Bar. dum quærit,an possit peti remissio aliarum ꝓtestationum, & dicit se dixisse in §.si quis ipsi prætori.ℨ.ea.l.Dic, ꝙ Bart.ibi in 2.q.bene ponit,an possit remitti,vel peti remissio protestationis,quæ succedit loco nunciationis in casu illius.§.& concludit,ꝙ sic,de alijs nihil tangit,conclude breuiter,ꝙ remissio per viam satisdationis, & sic per actum extraiudicialem non habet locũ, nisi in ista nũciatione,& sic in alijs protestationib.per rationem quam ponit text.in l.prætor ait.§ hoc interdictum prohibitorium. infra eo. quia ad decus vrbium spectat,ne ædificia remaneant imperfecta,& quia nunciatio videtur esse malignæ naturæ , quia ligat, siue iustè, siue iniustè nuncietur.l.1.in prin.s̃.eo.ideo facilius ꝓuisum est de isto remedio remissiuo per viam satisdationis, ꝙ non est in alijs protestationib. l.si maior. C.de rei vendi.si autẽ quis vellet petere remissionem via iudiciaria per officium iudicis , vt declaretur protestantem non habere ius protestandi, & istud remedium non habet solùm locum in ista nunciatione,sed etiam in omni alia protestatione iuxta gl. in l.si contendat.ℨ.de fideiussor.& in l. Aurelius. §.centum.in gloss.final.ff.de liber.legat.Bartol.in l.si finita. §.eleganter. in penult.colum. infra titul. primo.Aduerte etiam, quòd si aliquis protestetur mihi, quòd talis fundus non est meus, & quòd mala fide possideo,si propter hoc non reperio laboratores, vel colonos,quia sic turbet me in mea possessione , competit mihi interdictum vti possidetis, per quod ille condemnabitur , vt desistat à tali molestatione, ita tenet Bart. in l.1. §. huius autem interdicti.in 1.col. infra vti possid.

SVMMARIVM.

1 *Actus extraiudicialis prouocatiuus ad iudicium legitimatur per cautionem rati.*

2 *Procurator ad protestandum non admittitur cum cautione rati, eo quia tenetur ostendere instrumentum mandati.*

3 *Ad denunciandum nouum opus sufficit procuratorem habere generale mandatum.*

1 §. Qui procuratorio. †Not. ꝙ procurator, de cuius mandato dubitatur,non solùm tenetur cauere de rato,qñ iudicium instituit , sed ẽt qñ facit actum extraiudicialem , & ita ad hoc no.alibi istum text.Bar.in l.qui absentem.in 3.not.ff.de

2 proc.Et ex hoc tex. habes correlariẽ scdo notare,† ꝙ actus extraiudicialis prouocatiuus ad iudicium legitimatur ꝑ cautionem rati, sicut ẽt coram arbitris procurator,de cuius mandato dubitatur, admittitur cum cautione rati , ꝑut determinat Spec.in tit. de satisda.§.3. ver.item quæritur, an cautio de rato debeat ꝑstari in arbitrarijs,facit.l.non distinguemus.§.pe.vbi gl. ff.de arbit.facit ẽt quia arbitria sunt redacta ad instar iudicio-

3 rum.l.1.ff.de arbit. ¶† Tertio pondera nouiter hic esse tex.ꝯ illud, ꝙ alibi tenet signanter Bal. in rub.extra de procu.in 2.col. vbi tenet , ꝙ procurator ad protestandum non admittitur cũ cautione rati, eo quia tenetur ostendere instr̃m madati ꝑ text. in l.si quis.in versi.cognouit.ff.deposi.certè hic vr̃ tex. in oppositum , vbi ad nunciandum admittitur procur.cum cautione rati.Et nunciatio dr̃ quædam protestatio,imò denunciatio,& ꝓtestatio sunt synonyma s̃m Bar.in l.non solùm.§.morte.in 1. q.ℨ.eod. Imo.& dom.Alex.in §.si quis ipsi prætori. s̃.ead.l.posses concordare distinguẽdo,prout distinguit alibi idem Bal in c.coram.in vlt.col.de offi.deleg. vbi quærit Bal.an ad protestãdum debeat admitti procurator cum cautione rati, si de cuius mandato dubitetur, & distinguit, ꝙ si protestatio tendit ad iudicium,& tunc admittitur per l.qui absentem.ff.de procur. nã qui protestatur partibus actoris fungitur. l. si res quam. ff. de euict.sed si ꝓtestatio tẽdit,vt aliqd det, vel vt soluat,oportet ꝙ tunc offeratur instr̃m mandati. per text. in l.si quis inficiatus, q isto casu debet præcisè constare de mãdato,vt no.in l.nõ solum.§.qui alieno. ff. de procu.ita ibi Bal.,ita ẽt distinguit Bal.in c.cumana.in 7. col. de elect.& in rub.C.depo.modo reducendo ad propositum nostrum, nunciatio est quædam prouocatio ad iudicium,vt declarat Bart. in §.si quis ipsi prætori. s̃.ea.l. ergo debet admitti procurator ad nunciandum cum cautione rati,vt hoc tex.considera tñ subtilius,an tex. in quo semper se fundat Bal.in d.l.si quis inficiatus,in verbo cognouerit, probet eius opi.mihi vr̃ ꝙ text.ille necessariò non ꝓbet, ꝙ cognouerit,ergo necessariò per productionem instr̃i cùm possit cognosci etiã alijs multis modis, puta per testes , vel per dictum vnius notabilis viri,iuxta gl.in l.Titio fundus. ff.de cond. & demon.de qua dixi in d.l.si quis ipsi pretori.vnde verbum cognouerit, mihi necessariò non concludit productionem instr̃i, & Bar.in d.l.si quis inficiatus. in 1. notab. notat ex illo tex. de productione instr̃i,sed posteà in 2.not. dicit de instr̃o, vel de dictis testium.¶Quarto not. ex text.in versi.ẽt si verus , ꝙ etiam verus procurator repellitur , si non constet de mandato , nisi caueat de rato, quia paria sunt aliquid non esse , vel verè esse,& non apparere.l.duo sunt Titij.ff.de test.tute.¶Gl.in verb.verus diuide in tres , prout effectualiter ponit tres solutiones ad ꝯria in ea formatum,partes patent de per se.¶In ead. gl. in fi.istam

* conclusionem glo. reprehendunt Bar.& *communiter Doct.* hic &

4 Barto.in l.1.§.1.ff de lib.agno. eo † quia ad nunciandum opus sufficit, ꝙ procurator habeat gñale mandatum,& non requiritur , ꝙ habeat speciale mandatum ad nunciandum nouum opus,mouetur per text.in l.1.§.fi. s̃.eo.vbi vsufructuarius, qui non habet speciale mãdatum ad nunciandum nouum opus põt nunciare ex mandato gñali.d.Iac.Put.dicit illum text.nihil facere , quia loquitur in vsufructuario , qui est procurator in rem suam , & cui ipso iure conceditur omnis custodia rei. l. in fi.cum l.seq. ff. vsufruct. quemad.caue.nimirum si ibi potest nunciare,sed nos loquimur in procuratore simplici. ego vltra eum confirmò,qa in casib.requirentibus spãle mandatum, necessaria sunt vel hr̃e spãle mandatum, vel ꝙ quis sit procurator in rem suam.tex.est in l.iusiuradum,ꝙ ex conuentione. §.procurator.in fi.ff.de iureiur.Sed tu dic, ꝙ ille tex. bene allegatur per Bart nam aduertendum,ꝙ ibi vsufructuarius non põt nunciare nouum opus suo proprio nomine , sed tm̃ procuratorio noĩe dñi , vt ibi dicit tex. eo quia habet ius fragile,ꝙ saltem extinguitur per mortẽ,& non transmittitur ad hr̃des,s̃m ꝙ tenent Doctor.ibi.,ergo apparet,ꝙ ibi non est verè procurator in rem suam , quia non extinguitur per mortem , imò transmittitur ad hæredes.l.illam.C.de donat. l.1.& l.si quidem.C.de actio. & oblig.Raph.Cum.hic tenet opin. huius gl.contra Bart. & omnes Doct. isto fundamento, quia si procurator gñalis iniustè nunciasset , facit dñm incidere in pœnam ,qa saltem tenetur ad interesse.§.ad excludendas.in Auth.de litig colla.8.l.rei quæ ff.de dolo.& statim.ℨ. subijcitur per Bartol. sed sic est, quòd ex generali mandato nunquam venit aliquid, per quod dominus possit incidere in pœnam.l.si procurator.in prin.ff.de condi.indeb.& l.1.§.si procurator.ff.si quis iusdi.non obtem. vnde concludit,

cludit, ꝙ procurator cum gñali mandato bene potest nuncia-
re.ita procedat conclusio Doct. sed non iniustè per rõnem prę
dictã.Sed ad hoc est facile rñd. ꝙ regula d.l.si procurator. pro-
cedit, qñ esset pęna, quæ veniret imponenda præcisè domi-
no, sed hic est pęna, quæ ẽt põt imponi ipsi procuratori, quia
est pęna pecuniaria. s.interesse, quæ pœna æquè potest cadere
in procuratore, sicut in dominum, ideo tunc non requirit spe-
ciale mandatum, prout requireretur, si pęna præcisè esset im-
ponenda dño, ita notab.declarat Bart.in d.l.si procurator.in 2.
col.vbi dixi, & in d.l.1.§.si procurator. in 2.col.

S V M M A R I V M.

1 *Petens remissionem nunciationis alieno nomine, vel proprio dicitur su-*
stinere partes defensoris
2 *Defensor rei solùm tenetur satisdare de iudicato soluendo, non autem*
cauere de rato.
3 *Quilibet carens mandato, potest petere remissionem nunciationis pro*
absente.
4 *Quando nunciatur nou.opus causa iuris public. sufficit, quod nuncians*
solùm repromittat.
5 *Triplex remissio nunciationis reperitur.*
6 *Defensor admititur pro absente ad petendam remissionem nunciationis.*

§. Qui remissionẽ.

Petẽs remissionem
nunciationis alieno
nomine sustinet partes rei, & ideo sufficit, ꝙ satisdet de opere
1 demoliendo, non aũt, ꝙ caueat de rato.h.d. ¶† Not.primò, ꝙ
petens remissionem nunciationis alieno noĩe, vel ẽt prætorio
dr̃ sustinere partes defensoris, & sic rei, rõ est, quia huic remis-
sioni, q̃ nunc petit, cãm dedit actus nunciantis prouocatiuus
a ad iudiciũ, qui præcedit per l.in trib.ff.de iud.Et ex hoc [a] corre-
lariè infertur reg. notabi. ꝙ qui petit in iudicio irritari, illud, ꝙ
per alium aduersus eum ẽt extra iudicium est factum, dr̃ susti-
nere partes rei, quod est notabile ad multa, de quib.per Bar.in
§.si quis ei. ĩ.eo. Et ex hoc tex.infert in specie Bald. ꝙ qui petit
sñiam aduersus se latam, dici nullam, dr̃ reus, quamuis videat̃
agere, tñ in effectu sustinet partes rei, veritas pendet ad his, quę
dicentur in §. seq. eod.mod.qui petit se cancellari à banno, su-
2 stinet partes rei ſm Bar.in l.cogendum.§. fin. ff.pro soc.¶† Se-
cundò not. ꝙ defensor rei solùm tenetur satisdare de iudicato
soluendo, non aũt cauere de rato, vt hic, & l.1.in fi.C.de satisd.
& l.exigendum. C.de proc.& l.filiusfam. ff. qui satisda.cogan.
& ideo in hoc text. solùm satisdat de opere demoliendo, ꝙ est
3 in effectu de iudicato soluendo, vt ĩ.dicit.¶Tertiò not.† quòd
quilibet carens mandato põt petere remissionem nunciatio-
nis pro absente, rõ, quia sustinet partes defensoris, vt dicit text.
vnde succedit regula, ꝙ quilibet est idoneus defensor sine mã-
dato, dummodo satisdet de iudicato soluendo.l.seruum quo-
que.§.publicè.ff.de procur.§.pen.insti. de satisd.¶Quartò not.
ex text.ibi, siue ad publicum.hic esse text.not.ſm Raph.Cum.
4 hic, & d. Iac. Put. † ꝙ licèt aliàs, qñ nunciatur nouum opus cã
iuris pubici sufficiat nunciato, ꝙ solum repromittat. l.non so-
lùm.§.si cùm iure.in ver.sciendum.ĩ.eod.§.si is cui.s̃.ea.l.vnde
in isto text. dñs ædificij solùm facta simplici promissione po-
tuisset in opere liberè procedere, tñ in defensore non sufficit
repromissio, sed requiritur satisdatio, per regulam, ꝙ nemo est
idoneus defensor sine satisdatione de iudicato soluendo, vt
iurib.s̃.alleg. ẽt si esset locupletissimus, & consularis, vt est tex.
not.in l.minor.§.fi.in fi.ff.de procur.& istud est ſm eos, ꝙ facie-
bat dubitationem in isto text.& pp hoc iste tex.est nota. sed tu
aduerte, ꝙ non benè cõsiderarunt istum tex. q̃a non loquit̃, qñ
nunciatio fuit facta causa iuris public. imò loquitur, qñ remis-
sio, quæ petebatur, pertinebat ad publicum, vel ad priuatũ ius.
¶Gl. in verbo ad ratihabitionem, dic vt hic per Bart. se clarius
5 loquendo dic, † ꝙ triplex remissio est nunciationis: quædam
est, quæ fit ipso iure à lege absque aliquo partis, vel iudicis fa-
cto, vt est qñ nunciatio est ipso iure nulla & sic potest impunè
sperni, vt §.si quis riuos.s̃.ead.l.& in l.1.§.fi. s̃. eod.quædam est
remissio, quæ fit à iudice mediante eius sententia, qui cognito
de causa pronunciat me habere ius ædificandi, & nũciantem
non habere ius prohibendi, iuxta.l.1.in prin.s̃.eod.& §.si is cui.
in fi.s̃.ea.l.Quædam, & tertiò est remissio, quæ fit à parte extra
iudicium præstando satisdationem, vt d.§.si is cui. In primis
duabus non potest loqui iste tex.sed necessariò loquitur in ter-
tia, eo quia in primis duab. conueniret cautio de rato, ꝙ istę
tex. negat per illam rationem, quam ponit Bar.in secunda spe-
cie remissionis. Successiuè inquantum Bart. opponit contra
tex.de l.Pomponius.§.sed & is.& de l.vel in operis. s̃.de procu,
& respond.ponendo trimembrem distinctionem, aduerte, q̃a
Bart.non videtur tollere bene contrarium de d.l.vel in operis,
quia ille text. vr̃ de directò ↄ̃ istum, quia ibi enim defensor rei
in nun.no.ope. sicut & hic tenentur cauere de rato, vt dicit ibi
text.in fin.sed in hoc text. dr̃ de directò contrarium. Bar.vr̃ re-
spon. ꝙ in d.l.vel in operis. per satisdationem de iudicato sol-
uendo non est bene prouisum, sicut nec in rei vendicatione,
ideo ibi deuenitur ad cautionem rati, pro certo idem deberet
esse in hoc text. cùm simus præcisè in eisdem terminis. Scdõ
Bart.vr̃ aliqualiter sibi ↄ̃riari, nam vult, ꝙ in d.l.Pomponius.§.
sed his.& in d.l. vel in operis.simus in actionib. realibus, sed in
isto text.simus in personalibus, certè cùm vtrobiq; loquamur
in defensore rei in nun. nou. ope. ista differentia non vr̃ bona.
ista sint dicta, vt melius considerentur verba Bart. vnde consi-
dera si per illum tex. in d.l.vel in operis. iuncto isto text. posset
* defendi opin.prima relata hic in gl. quã gl.& *omnes* reprobant.
quòd defensor in nou.oper.nunc.teneatur ad duo, & satisdare
de iudicato soluendo, vt in hoc text.& etiã de rato cauere, vt
ibi dicit text. nec refragabitur text. noster, quia si bene aduer-
tas, text.dicit, quod satisdatio præstita pertinet ad nunc.no.ope.
& non ad cautionem rati, hoc est dicere, ꝙ satisdatio de iudi-
cato soluendo non sufficit pro cautione rati, sed per hoc non
negat text.quin etiam debeat præstari cautio rati, & ita ad istũ
text.tenet.d.Iac.Put.hic, & in §.seq.Sed tu ↄsidera, ꝙ in ↄ̃rium
est text.in §.seq. cum l.seq. infra, vbi clarè dicit tex, *quia procura
tor sustinens partes defensoris non cogitur cauere de rato*, quicquid
ibi dixerit Roger. in gloss. relatus. Item esset contra rationem
decidendi positam in hoc text. ibi, *sustinet enim partes defensoris*,
cogita, quia ista non transeunt sine difficultate, Sed iterum ab
6 extra fortiter opponitur ↄ̃ istum text. † nam vult, ꝙ defensor
admittatur pro absente ad petendum remissionem nũciatio-
nis, si satisdat de iudicato soluendo. ↄ̃, per interuentum defen-
soris non debet fieri deterior conditio ipsius nunciantis, quàm
si ipse ædificans istud peteret. patet in l. Pomponius. §. sed &
is. ff. de procurat. facit l.2.§. defendi. ff.ex quib.cau.in poss.eat.
vbi est tex. quòd per interuentum procuratoris non debet fie-
ri deterior conditio nunciantis. Sed in casu nostro ostendo, ꝙ
per interuentum istius defensoris fit deterior cõditio nuncian
tis. Nam pone, ꝙ iste defensor condemnetur ad demolitionẽ
operis, & sic ad iudicatum soluendum, deinde pone, ꝙ ædifi-
cans non habeat ratam istam sñiam, certè si sñia fuisset lata
ↄ̃ ipsum ædificantem, potuisset nũcians consequi alterum dę
duob.vel ꝙ opus præcisè destruatur, q̃a tenetur pręcisè ad pa-
tientiam.text.est l.stipulatio.§.siue autem.& §.fin. ĩ.eod.firmat
Bar.& assinat rationẽ in l.1.§.1.in 2.col.s̃.eo.vel ꝙ præstet inte-
resse, sed ↄ̃ defensorem non poterit consequi nisi istud vltimũ:
s.interesse præstationis, non autem præcisam operis demoli-
nem inuito dño ædificij, ergo apparet manifestè, ꝙ per inter-
uentum defensoris fit deterior conditio nunciantis. d. Iac.Put.
fatetur istud, argm̃ esse verissimum, & pp hoc tenet, ꝙ in hoc
text. iste defensor vltra satisdationem de iudicato soluendo te-
neatur cauere etiam de rato, vt s̃.proximè dixi, aliàs non esset
æquè bene prouisum nuncianti, alij nihil tangunt, ego autẽ re-
spondeo huic difficultati clarè, & dico, ꝙ si ædificans nõ habet 5
ratam istam sñiam, ergo nec satisdationem defensoris, cuius
vigore lata est sñia, ergo reperitur ędificium factum post nun-
ciationem sine aliqua satisdatione, ergo debet destrui inuito
ædificante, & sic pondera, quòd imò isto casu nuncians repe-
ritur habere plura remedia, & ei plenius consulitur per inter-
uentum defensoris. Nam contra defensorem potest agere ad
interesse, contra ædificantem potest agere vel ad pręcisam de-
structionem, vel ad interesse, tamen alterius solutione debet
esse contentus, & si tu diceres, ꝙ hic defensor præstitit satisda-
tionem, & ædificans istam habet ratam, & eius virtute licitè
processit ædificando, postmodum condemnatus est defensor
ad demolitionem operis, & istam sententiam non vult ædifi-
cans habere ratam, isto modo adhuc militaret superior diffi-
cultas relata, sed dico, quod ædificans nõ potest habere vnum
ratum, alterum non. aut enim totum cogitur ratificare, aut to-
tum spernere, quia satisdatio fuit effectualiter de opere demo
liendo, si apparebit, & videbitur iniustè ædificatum. text.est in
l. stipulatio. §. primo. infra eod. ergo est effectualiter totum
vnum, ergo vnum sine altero ratificari non potest. ista vi-
detur mihi clara respon.teneas ergo opin.gl.& commu. ꝙ hic
solum præstetur satisdatio de iudicato soluendo, non autem
de rato per rationem huius text.& per text.§.fin.iuncta. l.seq.ĩ.
eod.& ad text. in l.vel in operis dic, ꝙ Bar. non intellexit, ꝙ ibi
simus

A D D I T I O.

a ¶Ex hoc.Illatio, facit consilium Alex.lib.5.consi.103.ꝙ continetur in lib.1.
consil.91.& considera, an Ias.dicat verum, dum dicit ẽt extra iudicium, quia
tunc non est necessarium prætorem adire, vt habetur in l.5.§.si is cui.s̃.eod.

ſimus in actionibus realibus,ſed quod bene ibi ſit eadem ratio, prout in actionibus realibus,quia ibi defenſio in nunc.no.ope. non fiebat agendo in iure,prout hic, ſed aliter, prout declarat glo.in §.ſeq. vbi per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Habens mandatum ad nunciandum nou.opus dicitur etiam habere alia acceſſoria dependentia ab actu nunciationis.*
2 *Exceptiones procuratoriæ ſunt inuentæ contra procura. actoris, non autem contra defenſiones rei.*
3 *Excommunicatus,& bannitus an poſſit petere in iudicio, quòd reuocetur tenuta bonorum.*
4 *Excommunicatus nullum habet interdictum reſtitutorium.*
5 *Quod prohibetur principaliter, conceditur in conſequentiam.*
6 *Exceptio procuratoria eſt duplex.*
7 *In iudicio in quo petitur remiſſio per nunciatum,cogitur talis procurator ſatiſdare de rato.*

§. Si procurator. Diuiditur in quinque partes cum l.ſeq.& ſeq.In prima ponitur thema,& deciſio. In ſecunda ratio deciſionis. In tertia ponitur duplex illatio. In quarta remouetur quædam dubitatio.In quinta ponitur alia deciſio. Secũda ibi, quia partes ſuſtinet defenſoris.Tertia eſt in l.& ideo. Quarta in l.ſequẽ. Quinta in verſi.& tutori.Procurator,qui nunciauit nouũ opus defendens ſe interdicto ne vis fiat ei, tenetur ſatiſdare iudicatũ ſolui,aliàs ſibi denegantur actiones, ſed non cauet de rato, qm̃ ad defendendum quilibet ſine mandato admittitur,& ideo nõ poteſt ei opponi exceptio procuratoria.ſ.ꝙ mandatum non habeat.item illis, qui cenſentur quaſi dñi, poteſt opus nouum nunciari.hoc dicit.cum l.ſeq.& ſeq. ¶Not.ex iſto tex.ſm Imo.
* & *omnes Mod.* hic, † ꝙ habens mandatum ad nunciandum no-
1 uum opus,dicitur etiam habere mandatum ad alia acceſſoria dependentia ab actu nunniationis,& iſtud tenuit gl. in l.ſeq.tenuit ẽt inferius Bar.iſtud no.eſt in ſe veriſſimum, & pro eo adde tex.in l.quicunque.§.ſi ei quem.ff.de inſti.act.& ibi habes gl. no,in c.cùm olim Abb.in gl.3. de offi.deleg. & gl.in c.cauſis in verbo poſtulatio de elect.ſed iſtud notabile nõ bene probat̃ in hoc text.Nam in iſto tex.non ideo cauet de rato, non quia cẽſeatur ẽt hr̃e mandatum ad hoc, ſed quia in iſto interdicto ne vis fiat ei,cenſetur defenſor rei, quo caſu ad defendendum qui libet eſt idoneus ſine mandato, & ideo non põt ei opponi exceptio procuratoria.ſ.ꝙ non habeat mandatum, vt in d. l.ſeq. aliam ẽt rõnem aſſignat inferius Bar.per l. ita demũ. C.de ꝓc. vbi dicemus. Item conſidera ad iſtum text. ꝙ iſte procurator primò nunciauit nouum opus, quo caſu prouocauit ad iudicium,& ſic dr̃ egiſſe vt procurator,& regulã habemus,ꝙ procurator,qui agit,tenetur defendere, ſi reconueniatur noĩe eius pro quo egit, aliàs repellitur ab agendo. text. eſt in l. ſeruum quoque.§.ait prætor.ff.de procur.& l.alienam.C.eod.ſ.de pro-
2 cur.¶† Scđo not.ex l.ſeq.ꝙ exceptiones procuratoriæ ſunt inuentæ ꝯ procuratorẽ actoris, non autem ꝯ defenſores rei, cui non põt opponi,ꝙ non habeat mandatũ, vel ꝙ ſi illegitimus. rõ vt dixi, quia ad defendendum quilibet eſt idoneus ſine mãdato,ꝙ eſt verũ in exceptionib.procuratorijs reſpicientib.mãdatum, ſecus ſi reſpiciant inhabilitatem perſonæ, quia tales extenduntur etiam ꝯ procuratorem,vel defenſorem rei,vt hic in gl.vbi dicetur. ¶Gl. in verbo acceperit, iſtam glo. reprehendunt Bart.Alber.& cæteri poſt Iac.de Aret. tribus fundamentis,de quibus hic per eos, & intelligunt iſtum text. quòd procurator iuſtè moleſtabat, eo quia fideiuſſores dati erant mortui, iſtud non eſt ſimpliciter verum, quia hæredes fideiuſſorũ tenerent̃,dic ergo,quod fideiuſſores dati erant effecti inopes,& inhabiles,& propter hoc moleſtabant̃, ꝓut dicit gl.in l.prætor. §.pen.ĩ.eod.Alber.hic. ¶In gl.in verbo defenſoris.Bart. inducit ad vtiles quæſtiones de excõmunicato, vel exbannito, an poſ-
3 ſint petere in iudicio, † quòd reuocetur tenuta bonorum, clarum eſt enim de iure, ꝙ excommunicatus non poteſt in iudi-
a cio agere,ſed bene ſe defendere.[a] c.intelleximus. de iudic.cap. cùm inter priorem. de excep. c.excommunicamus.§.credentes.de hæreti.& bannito ſicut excommunicato redditur ius ſe defendendo,gl.eſt in l.ad cognitionem.in gl.fi.in fi. ff.ex quib. cauſ.in poſ.ea.dum gl.ibi dicit, & not.hoc pro bannitis, quam gl.ad hoc ponderauit ſolus Bald.reputans ſing.in c.accedentes. ſecundò,vt lit.non conteſtat.& in cap. intelleximus. de iudi. in iſto quotidiano paſſu triplex Doctorum ſnĩa reperitur. Prima fuit Iac.de Are. tenentis indſtinctè, ꝙ ſic.eam ſequitur Bald.in quibuſdam additionib. prout referunt Imo. Raph.Cu.& Ludo.Rom. hic,motus, quia ſi aliter diceremus,poſſet fieri iniuria exbãnito, vel excommunicato concedendo tenutam indebitè,& non poſſet de hoc conqueri,ꝙ eſt abſurdum.l.ſi longius.§.ſi filius.ff.de iud.& in Auth.habita. C. ne filius ꝓ pr̃e. ſed ad hoc põt rñd.ꝙ eſt imputandũ excõicato,quare non facit ſe
4 abſolui,& poſt abſolutionem poterit agere.hinc eſt,† ꝙ excõi-
b catus ſpoliatus [b] non hẽt aliquod interdictum reſtitutoriũ,vt eſt gl.no.in c.ex inſinuatione.de ꝑcu.ita rñd.Imo.& cæteri hic, quæ ſolutio non videret̃ bene congrua quo ad bannitum. ſubdit ẽt Bal.ꝙ l.in trib.ff.de iud.q̃ dicit Bart. eſſe factam ꝑꝑ huiuſ caſum,non probat concludenter in propoſito ſm eum, qa illa lex ſolùm procedit quo ad hoc,quia prouocat primo loco,nõ autem procedit quo ad omnia,ſed ſm Imol. & Mod.iſta ſolutio nimiũ reſtringeret illũ tex.Tu tñ aduerte,ꝙ d. l.in trib.ſolũ procedit quo ad ordinaria litis.nam ille, qui prouocat, cẽſetur actor quo ad ordinem , & telam iudicij, ſed non quo ad deciſionem cauſæ, & ideo ſi tũc duo iudices ferrent duas ſnĩas cõtrarias, illa non præualeret, q̃ eſſet iſto caſu lata pro ꝓuocato tanq̃ pro reo,ſed ambæ ſtant in ſuſpenſo, donec altera earum confirmetur à ſuperiore.ita declarat gl.no.quę ſic limitat.d.l.in trib.l.duo iudices.ff.de re iud.quam not.Mathe. in notab. 110. ſed vltra ea, quæ ibi tradunt Mod.pondero tibi gl. ꝯriam in c. licèt cãm.de prob.q̃ Bald. ibi in 15.col.not.& reputat not. q̃uis non faciat mentionem de alia gl.ꝯriá.potes, & ſcđò dicere, ꝙ d.l.in trib.non facit,quia loquit̃, qñ quis primo loco prouocauit ad iudicium, vt ille dicatur actor, ſed hic præceſſerat alius actus ꝓuocatiuus in impetratione tenutæ,vnde q poſteà petit reuocationem tenutæ,non dr̃ primo loco prouocaſſe,vt probat tex. in §.præcedenti,& ibi notaui regulam ex illo text. eandem opin. tene dom. Abb. in d. capit. cùm inter. ¶Scđa fuit opin.Hoſt.de directo ꝯria in c.dilecto.de verb. ſigni.qui tenuit indiſtinctè, ꝙ excõicatus, vel bannitus non pñt petere reuocationem tenutæ.Idem tenet Spec.in tit. de contum. §.fi.in ver.ſed pone,ꝙ diceret.Imo.& Lud.Ro.hic.mouetur Lud. qa excõicatus non põt petere, ꝙ ſibi ſoluatur, nec ei põt ſolui ẽt debitum iuratum ſm glo. in c. nos ſanctorum, & in c.iuratos. 16.q. 6. ſed ad hoc facile eſt rñd. quia illæ gl. procedunt,qñ peteretur per viam agendi, ſecus per viam defenſionis, quinimo ꝯ illas gl.tenet Inno. in c. veritatis. de dolo,& contu.mouetur ẽt Lud.qa in tali reuocatione tenutæ eſt neceſſaria citatio partis.l.dę vnoquoq;.ĩ.de re iud. l. nam ita diuus. ff.de adop. ergo citando ipſe eſt,qui prouocat.Tu potes confirmare ꝑ id, ꝙ tenet Pau.de Caſtr.in l.libertus à patrono. per illum text. ff.de in ius voc.vbi tenet,ꝙ ꝑ illũ tex.excõicatus nõ põt intẽtare remediũ.l.diffamari.C.de inge.& manu.eo quia eſſet actor,vel ſaltẽ reus voluntarius.& licèt ipſe non dicat,ita tenet.d.Ant.de But. in c.intelleximus de iud.in fi.ſed ad iſtud fundam̃. patet rñſio.ꝑ text.in l.ſi pupillus.§.1.alleg.per Bal. iuncta.dict.l. libertus à patrono, & ibi glo. & Doctor.vbi, qui non poteſt eſſe in iudicio ſine venia petita, ſi fuit citatus, poteſt poſteà facere citari actorem,& inſtare ad cauſæ expeditionem ſine venia, quia dicitur facere ad defenſionem. Tertia fuit opin. & vera Bartol. qui per diſtinctionem concordat prædictas opinio. & eius diſtinctionem tenent Angel. & latius Alex. hic.Pau. de Caſtr. s̃.in §. præceden.d.Ant.in d.c.cùm inter.Gem.in c.j.de reſcrip.in 6.& licèt Imol.& Pau.de Caſt.& Alex.laborent in declarando mẽtem Bar.in practica,tu dic,ꝙ eius intẽtio clarè colligitur ex Authen.& qui iurat.in fi.C.de bon.autho.iud.poſſi. iuncta. l.ſi pupillus.§.1.ĩ.de priuileg.cred.quos allegat Bartol.nam in Auth. & qui iurat ille contra quem erat conceſſa tenuta, & cõparuit offerens velle ſatisfacere pro expen. & intereſſe, & ſe defendere,tunc in conſequentiam poteſt petere reuocationem tenutę,qa iſto modo dicitur non agere,ſed ſe defendere.d.l.ſi pupil-
5 lus §.1.Tu pro concordia Bart.adde, † quia illud,quod prohibetur principaliter, conceditur in conſequentiam.text. eſt ſolennis in l.tutor rerum. ff.de admi.tut.de quo text.facit feſtum Aret.& reputat ad hoc ſingularem in l. ſi quis nec cauſam. in prin. ff. ſi cert. pet. videas tñ in hoc vltimo doctrinam Bar.in l. 1.in prin.ff.de auth.tut.poſt Cy.in l.2. vbi etiam Saly. C.de iud. quæ doctrina videretur ſuffragari in gloſſ. in verbo procuratorio.dic,vt plenius per Bar.hic,ex cuius doctrina no. diligenter illud, quod in principio vult, quòd comparens ex parte rei, ſi dedit fideiuſſores de iudicato ſoluendo, vt procuator, & re vera non ſit procurat.tales fideiuſſores in nihilo tenentur,

ADDITIONES.

a ¶Sed bene ſe defendere. Adde cap. pia.de excep. libr. 6. Bar.in l.libertus à patrono.ff.de in ius voc.Bar.in l.ſi fideiuſſor. ff.qui ſatiſda.cogan.
b ¶Excommunicatus ſpoliatus. Adde glo.tertiã.in capit.dilectus filius Abb.de reſcrip.gl.in verbo in audientia.in capitul.1.23.diſtinctio.Inno. in cap.cùm noſtris.de conceſ.præben.Abb.in capitul.à nobis. de excep.Ludouic. Roma. in l.naturaliter.in §.nihil commune.ff.de acquir.poſ.

tur,ꝙ bene not.& solus Raph.Cum.perpendit, & dicit hoc esse singularissimum dictum,sed credo,prout etiam ipse voluit, Bart.male dicere,quia licèt ex parte rei non curet, an defensor habeat mandatum vel non , tamen ex quo ipse comparet vt procurator,& satisdat de iud.sol. vt procurator, certè ipse patitur executionem sñiæ,quia obtulit se liti,vt ēt fatetur Bart.ita propriè loquitur.l.3.ff.de re iud.in prin.& tex.in l.Plautius.ff.de proc.vnde ridiculum est posteà dicere,ꝙ fideiussores à se dati, ideo non tenentur, qa ipse non habuerit mandatum, qa cùm ipse teneatur,ergo & fideiussores ab eo dati. Nec obst. l.si ante acceptum.ff.iud.sol.alleg.per Bar.qa illa. l. vt ibi declarat Bart. loquitur , qñ sequitur mutatio de habente mandatum in non habentem , vel ē͡ɔ, prout ibi dicit tex. in rõne decidendi, non enim sufficit personam esse , sed oportet eam personam esse eandē,sed vbi nō sequitur aliqua mutatio , non vr̄ bene dictū, ꝙ cùm ipse procurator teneatur , quin ēt eius fideiussores teneantur, nisi defendendo Bar.dixeris, ꝙ carentia mandati à prin.idem operetur, ꝙ mutatio de habente mandatū nō à habente, prout ibi loquitur Iurison. & ista debuit esse intentio Bar.in illo tex.& ibi dicta p Bar. vñr in alijs terminis loq. Itē ad
6 istam gl.vltra Bar.dic plenius, † ꝙ exceptio ꝑcuratoria est duplex, vt dicit gl. qñque enim opponitur,tu non potes esse procurator:qñque opponitur,tu non es procurator.prima autem pōt contingere ex multis causis. Primò ex parte cōstituentis si sit talis,qui non pōt constituere talem procuratorem,puta ꝓcurator ante lit.contest.l.neque. C.de proc. Scđo ex parte eius, qui cōstituitur,puta,qa sit mulier,vel miles.l.aliena.& l.ita demum.C.de procu.Tertiò rõne causæ,ad quam constituit, puta , qa cā crīalis,in qua regulariter non admittitur ꝑcurator. l. pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud. & isto modo procedit opin.Roge.relata in gl.& ad ista adde Bar.in l.licèt.C.de proc.& in l.Pōponius.§ rati.ff.eod.Dyn.& Alber.hic. ¶Gl.in verbo habiturū, ſm Bar.ponit tres solutiones ad ɔ̄rium. l.vel in operis, & duæ primæ sunt verę in se,sed scđa non conuenit huic legi,sed certè gl. ponit duas rõnes ad istum tex. & credo, ꝙ ita debeat dicere Bar.cùm dicit primò ponit duas solutiones, debet dicere duas rõnes ad tex.¶Extra gl.inquantū Bar.in ista materia ponit perfectam theoricam post Iac. de Are. & eam etiā formaliter ponit Alb.hic,adde,ꝙ cadit pulchra difficultas in primo membro principali in ꝑcuratore nunciantis,inq̄tum concludit Bar.
nis,cum ſit actus dependens ex ſola eius voluntate,& ſi dicere-
tur contra.d.l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.& l.fi. de in-
terrog.actio.& l.vnica.C.de confeſ.in quibus dicitur,ꝙ confeſ-
ſio facta abſente parte nihil præiudicat,reſpondet no.Ange.ꝙ
illa iura procedunt,quando confeſſio directò tendit ad obli-
gandum confitentem , ſecus ſi principaliter tendat ad appro-
bandum aliquid, ex qua approbatione abſenti quæratur obli-
23 gatio,vt ibi no.per eum,& per Cano.in c.fin. de confeſ. ¶† Se-
cunda concluſio Barto.eſt,ꝙ proteſtatio ſimpliciter facta non
porrigitur niſi ad actum,qui tunc fit , vel poſteà incontinenti,
non autem ſi fiat poſteà ex interuallo.l.per retentionem, & ibi
glo.declarat.C.de vſur.niſi verba eſſent generalia,& directò re
ſpicientia tempus futurum. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de fideiuſſo.&
iſta eſt not.& vtilis concluſio.¶Ex iſta ergo concluſione,vt cla-
rius habeatur,habes tria.Primum eſt,ꝙ proteſtato ſimplex ita
porrigitur ad actum , qui poſteà fit , ſed incontinenti , ſicut ad
actum qui fit tunc.facit trita reg. quia quæ incontinenti fiunt
cenſentur ineſſe.l.lecta verſi.dicebam.ff.ſi certum petatur.cap.
officij.de elect.glo.& Docto.in l.petens. C. de pac. imò fortius
etiam in his , quæ de neceſſitate debent fieri ante , cùm paria
ſint vel aliquid fieri ante actum , vel fieri poſt actum , ſed in-
continenti.gloſſ.eſt not.in l.Pomponius. §.ratihabitionis. ff. de
b procur.[b] vbi in exceptione procuratoria , quæ de neceſſitate
debet opponi ante litem conteſt. poſteà opponi non poteſt ,
quia per litem conteſta. procurator efficitur dominus litis, vt
ibi,& l.ita demum.C.de procura.declarat Barto. in l.eleganter.
§.ſi quis poſt.ff.de condi.indebi.Tamen vult ibi gloſſ.quod pa-
ria ſunt opponi ante litem conteſt.vel opponi poſt,ſed incon-
tinenti,& illam glo. reputat ſingu. Imo. l. ex conſenſu. §. cum
qui.in 25.colum.ff.de appel.& in l.2.§.prius. ff.de vulg.& pupil.
ſed habes glo.concordantem in l.2.in princi.in verbo poſt nar-
rationem.C.de iureiuran.propter calum.dan. Accedat , quod
ſing.tenet Bald.in l.fin.in 3.colum. ff. de ſeru. vbi tenet, quod ſi
alicui iudex præfigat terminum peremptorium ad proban-
dum,etiam poſt illum terminum peremptorium admittitur,
ſi incontinenti vult probare,non ſolùm per inſtrumenta , ſed
etiam per teſtes,& idem tenet Bal. vbi limitat in l.diffamari.in
1.colum.C.de inge.& manu.& nota.in Authen. ad hæc.in pe-
nul.colum.C.de vſu.Ad iſta accedat,quòd quamuis lex requi-
rat auctoritatē tutoris debere præcedere, & non ſequi , tamen
idem eſt,quando ſequitur actum ſed incontinenti. glo. eſt not.
in §.tutor.in verbo poſt tempus.inſtitu.de aucto. tuto.& gloſſ.
in l.obligari.§.tutor.& ibi Barto.ff.eodem. & Barto. in l. ſi quis
mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquirend.hæred. Accedat etiam , ꝙ
licèt reconuentio debeat fieri ante litem conteſt. l. cùm Pap.&
in Auth.& conſequenter. C.de ſenten. & interlocut.omn iud.
c.1.& 2. de mutuis petitio. extra in antiq. tamen ſi fiat parum
poſt litem conteſt.ante tamen quam ſit iuratum de calumnia,
idem eſt,ita tenet not.Bald.in cap.cùm veniſſet.penul. colum.
de iud. Similiter paria ſunt , quòd libertus iuret de operis ante
manumiſſionem,vel etiam poſt , ſed incontinenti. glo.eſt in l.
vt iuriſiurandi.in princip.& ibi no.Barto.ff.de operis libe. & gl.
in l.1.& ibi Barto.C.eod.& glo.in l.fin.ff.de lib.cau.Similiter pa
c ria ſunt teſtes teſtamentarios [c] eſſe rogatos in confectione te-
ſtamenti,vel etiam poſt perfectum teſtamentum,ſed inconti-
nenti.ita not.tenet Bald.in l.fin.in penul.colum.C.de fideicom.
Facit vltimò ad prædicta reg.quam not.Bald.in c.officij.per il-
lum text.de elec.quòd videtur per prius actum illud,quod in-
d continenti ſequitur. ¶Secundum habes, [d] quòd proteſtatio
ſimplex non porrigitur ad actum , qui poſteà ex interuallo fit,
adde Barto.in l.qui in aliena.§.fin.ff.de acquiren. hæred. & in l.
item quia.§.fin.de pact. & in l. Titia. §. penul. ff. de verborum
* obliga.idem tenent Petr.Cyn.Iaco. Butr. & *communiter* Mod.
in l.pacta nouiſſima. C.de pac. Imol. Ludo. & dom. Alex. hic
dom.Anto.& Ioan.de Imol.in c.cum M.Ferrar.de conſti.con
trarium tenet Bald.in d.l.pacta nouiſſima,& in d.l.item quia.§.
fin.& Are.in l.qui in aliena.§ fin.Mouetur Bal.per l.ſi ita ſit ſcri-
ptum.de leg.1.vbi ſi teſtator proteſtetur, & dicat,ſi cui bis lega
uero,ſemel tantum volo deberi,talis proteſtatio operatur etiā
circa legata,quæ poſteà ex interuallo fient. ſed text.ille parum
obſtat , quia loquitur in teſtamento , quòd debet fieri in vno
contextu.l.hæredes palàm. §.fi.de teſta. & l. cùm antiquitas.C.
eo.de teſt.ergo non poteſt dici actus factus ex interuallo.ita re-
ſpondet Saly.& bene in d.l.pacta nouiſſima.in 2.colum. Imol.
& Moder.hic.Secundò mouetur Bald. nam proteſtatio de ſui
natura ſemper fit per verba reſpicientia factum de futuro,er-
go ſpecifica expreſſio futuri temporis nihil debet operari,cùm
exprimatur per modum,qui tacitè ineſt de natura proteſtatio
nis.l.3. ff.de leg.1.l.non rectè.C.de fideiuſſo. Tertiò contra Bar.
fortius ſtringit text.in l.ſi quis in princip.teſtamenti.in verbo in
eodē teſtamento,vel codicillis.ff.de leg.3.vbi in teſtamento,&
ſic in actu dependente à voluntate vnius, proteſtato ſimplex
trahitur ad actus factos poſteà ex interuallo,ſcilicet ad actus fa
ctos in codicillis.eſſet enim diuinare ad illum text. ſi diceretur,
quòd ibi codicilli erant facti incontinenti poſt teſtamentum ,
& per illum text.principaliter tenet contra Barto. Aret. in d.l.
qui in aliena.§.fin.Quartò ponderandum eſt, quòd idem Bart.
ſibi contrarius in d.l.pacta nouiſſima.in diſtin. ſua tenet , quòd
in actibus dependentibus à ſola voluntate proteſtantis , ſim-
plex proteſtatio ſemper , & indiſtinctè trahitur ad actum po-
ſteà factum. ſi verò non dependet à ſola voluntate proteſtan-
tis,& tunc diſtinguit ibi Barto.aut actus fit incontinenti,aut ex
interuallo poſt , & ſic in 1. membro Barto. ibi manifeſtè rece-
dit à diſtinctione,quam facit hic,& idem tenent Ange. & Sal.
d [illegible] in

ADDITIONES.

a ¶Inſtrumentum.Adde Aret. conſil. 127. intellige tamen ſi actus eſt validus,
aliàs ſi inualidus,requiritur conſenſus.Corn.conſi.105.lib.4.
b ¶De procu.No.ad reg.glo.§.ratihab.Adde Iaſ.in l.lecta. vlt.not.ff.ſi cer.pet.
& in l.edita.C.de eden.in materia emendationis.Fel.latè in c.exceptionem
col.10 ver.fallit.10.de excep. Parp.in l.ſi inſulam.col.14.verſ. ergo amplio
de verb.obl.Alex.vbi de facto poſthu.in l.diuortio.in prin.col.2.ff.ſol.matr.
PVRPV.
c ¶Teſtamentarios. Adde l.hæredes palam.in §.in teſtis.ff.de teſta.& in Auth.ro
gati.C.de teſt.& in l.hac conſultiſſima.C.de teſt.ſecus tamen eſt de æquitate
canonica ſecundum Ant.de But.in c.indicante.de teſt.& per Io.Fab.inſtit.de
teſt.in §.fi.per Ale.de Imo.conſi.34.incip.ponderatis verbis vltimi teſt.in ſ
vo. idem Alex.conſi.47.incip.abundè.in 2.vol.
d ¶Habes. Decima illatio.Alex.l.b.3.conſi.16.ponderatis.colum.fi.PVRPV.

in 2.colum.circa med.Tenendo istam opi.contra Bar.hic,non obst.text.per quem se fundat Barto.in l.per retentionem.C.de vsur.quia respondetur dupliciter. Primò, ꝙ ideo ibi in secunda conuentione non inducitur repetitio pignoris,eo quia amplia retur odium, scilicet vsura , ꝙ esse non debet,vt in reg. odia.de reg.iur.in 6.& in l. cùm quidam. ff.de libe. & postu. & ita dicit Bar.met in d.l.per retentionem.in bonis lect.& pondera , quia isto modo posset ille tex.retorqueri contra Barto. arguendo à speciali propter odium vsuræ.Secundò not.respondetur, ꝙ ille text. loquitur terminis valde diuersis à proposito nostro. ibi enim tempore traditi pignoris conuentum est pacto nudo de minorib.vsuris,si posteà ex interuallo debitor conueniat maio res vsuras præstare,ad eas non extenditur illud pignus.ratio po nitur ibi in text. quia dispositio facta super vna re,non trahitur ad aliam dispositionem factã super alia re ex interuallo. nam Bar.hic fatetur,ꝙ dispositio facta super vna causa non porrigi tur ad aliam,per l.at si quis.§.plerique.in fi.de relig.& sump.fu ne.sed materia nostra est,an protestatio, quæ expressè fit super vno actu,habeat locum,si ille idem actus fiat ex interuallo, & sic ex istis redditur valdè dubia conclusio Barto.& disputando posset optimè defendi contraria pars.Si tamen velis tenere cõ clusionem Bart. quæ est magis communiter approbata,à qua non est discedendũ,punctus est respondere ad l.si quis in prin. testamenti.in versi. in eod. testamento vel codicillis.Ad illum tex.respondet d.Alex.non hic,sed in d.l.pacta nouissima,ꝙ ille tex.de necessitate intelligitur,quãdo verba respiciebãt expressè futurum tempus, aliàs non traherẽtur ad actum posteà ex interuallo factum,& plus non dicit.Adde,ꝙ ista solutio clarè pa tet in illo tex.vbi testator dixit, *si cui bis legauero* , & sic directò respexit futurum tempus,protestatio enim facta per verba de futuro,vt ibi,semper respicit actum sequentem,etiam si sequa tur ex interuallo.gl.est in l.is qui reipu.la 2.ff.ex quib.cau.maio. quam pro nota.ad hoc ponderat Are.in d.l.qui in aliena.§.fi.4. col.tu autem considera theoricam, & exempla Bart. hic,nam secundum eum non videtur sufficere, ꝙ protestatio fiat per verbum futurum,sed Bar.videtur duo requirere,ꝙ fiat per ver ba generalia , & ꝙ illa verba directò respiciant tempus futurũ. ita etiam loquitur propriè tex.quem alleg.Bar.in l. si ita stipula tus.ff.de fideiuss.ibi,quantam pecuniam quandocunque Titio credidero ibi enim sunt verba multum generalia, & quæ directò respiciunt futurum tempus,vnde.qñ etiam Barto.istud expressè non diceret,prout facit, tñ eius dictum deberet intelligi ẽm l.quam alleg.vt inquit Bar.in l.non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib.leg.& in l.cùm quidã.ff.de his quib.vt indig.Sal. in l.si ex cautione.in 10.col.C.de non num.pecu. Io. And.in c. cùm nuncius.de testi.Tu pro ista doc.Bar.adde tex.in l.quæro, in fi.prin.ff.loca.in verbo,in omnem causam,vel in tñ inquantum condemnari oportebit.Ita etiam vr̃ tenere Bart.in d.l.qui in aliena.§.fi.ita etiam exemplificat glo.1.in c. tua nos.de spon. extra in antiq. dum dicit , *ꝙ omnia quæ dicet vel faciet , non faciet animo contrahendi matrimoniũ*,& sic ibi verba sunt gñalia , & quæ directò respiciunt futurum tempus, & isto modo cessaret ẽm fundamentum Bar.in d.l.pacta nouissima, quia specifica expssio aliter fieret,quam tacitè inesset.sed idem Barto.in d.l.pacta nouissima.in duob.locis, scilicet in theorica,& etiamin distinctione tenet , ꝙ non solùm sufficiat si protestatio se referat ad futurum tempus absque alia gñalitate verborum , & pro hoc facit gl.in l.vt debitum.in gl.1.C.de hæred.act.& gl. præalleg.in d.l.is,qui reipu.la 2.ff.ex quib. cau. maior. Considera super ista contrarietate,quia non reperio ab aliquo tactam nec declaratam:punctus ergo est,an sufficiat , ꝙ protestatio fiat solùm expressè per verba futura,prout est in d.l.si quis in prin.testamenti.an etiam vltra hoc requirantur verba generalia,vt dicit Bar. hic,& tex.in d.l.si quis ita stipulatus.de fideiuss.considera si posset pro concordia dici,ꝙ in dependentibus à sola voluntate pͥtestantis.prout est materia nostra,aut sumus in actu, qui debet fieri vno contextu,vt est testm̃,vt prædixi , & tunc sufficiat , ꝙ protestatio se referat expressè ad tempus futurum. ita loquitur.d.l.si quis in prin.testamenti. sed in alijs requirantur verba generalia , quæ directò respiciant futurum tempus.ita loquitur tex.in d.l.si quis ita stipulatus,& text.in d.l.quæro.in prin. ff. loca.In quibus iuribus non videtur sufficere hoc solum,ꝙ verba respicerent futurum tempus, vt fideiussor teneatur in omnes quantitates,vt ibi dicit text. Cogitabis,si melius dicit possit pro concordia.Tertium vult Bar.ꝙ quando protestatio fit simpliciter , sed per verba generalia directò respicientia futurum tempus,ꝙ tunc etiam trahuntur ad actum,qui posteà fit ex interuallo.idem tenet Barto.in d.l.pacta nouissima , & ratio huius est, quia ex quo ista protestatio declaratoria volũtatis protestantis fuit expressè concepta in futurum,certè actus futurus non debet operari vltra intentionem agentis. l. non omnis.in princip.ff.si certum peta.& l.obligationum substantia.§.fi.ff.de act.& obl.& isto modo intelligatur illud, ꝙ vult Barto. in l. si tibi liberum.per illum text.ff.de act.empt. & adde , quæ dixi in

14 præced.casu Barto. ¶ Quærit Bart. † an protestatio declaratoria voluntatis tollatur per actum contrarium,qui se cum protestatione non compatitur,& distinguit,vt hic per eum.Ex cu

a ius dictis collige tres conclusiones. [a] ¶ Prima est,quòd si actus contrarius , qui se non compatitur cum protestatione,pendet à solo facto protestantis, tunc non tollit protestationem præcedentem,imò protestatio præcedens facit , vt ille actus nihil valeat.idem tenet Barto.in d.l.qui in aliena.§.fin.Bal.in l. si tam angusti.ff.de seruit.facit glo.in l.vt debitum.in glo. 1.& ibi Bald. ad hoc ponderat. C.de hæred. actio. Sed tu aduerte , quòd leges pro hoc alleg.per Barto. non videntur loqui in istis terminis,scilicet text.in l.si quis in princip.testamenti.de leg. 3.& in l. si mihi & tibi §.fi.ff.de leg. 1.& in l.si ita scriptũ.illo titulo,q̃a in illis legibus actus sequens nõ fuit protestationi contrarius , sed fuit ambiguus.protestatio enim quæ præcedebat,erat,si cui bis legauero,volo semel deberi , vnde in illis legibus non fuit posteà dictum,ego volo,quòd bis debeatur,tunc enim bene fuisset actus contrarius protestationi. sed in illis legibus legatum fuit pluries simpliciter factum.ideo videretur , ꝙ illa iura melius caderent.ꝗ.in vlt.conclu.Bart.licèt posses dicere , ꝙ saltem in effectu,& largo modo actus sequens videatur protestationi

b contrariari.& ita potest responderi.¶ Secunda conclu.[b] est,qñ actus contrarius protestationi geritur cum altero , tunc semper videtur à protestatione recessum per iura, & rationes Bart. ex ista concl.infertur correlariè not.limitatio ad l.qui in aliena. §.fi.in verbo fallens.cum glo.ff.de acquir.hæred.vt per Bar.hic, & ibi.Adde bonum tex.in l.pro hærede.§.Papin.& ibi Bar. circa fin.not.& inducit.ff.de acquiren.hæred.declaro vocem.Adde etiam glo.in c.olim.in glo.1.& ibi d.Ant.ad hoc no.de censi.& illam glo ante eum ad hoc no.Bald.in l.si tam angusti.in fi. ff.de seru.tit.generali.Item adde pro ista conclusio. Bar.bene facere,ꝙ si aliquis in præsentia testium protestetur expressè in futurum , ꝙ omnia quæ vnquam dicet vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium cum tali muliere,si posteà cũ ea matrimonium publicè contrahat,videtur ab omni protestatione recessisse,& matrimonium valet,& tenet gl.est no.& ordi.in c.tua nos.in gl.1.ꝗ.de spon.quæ gl.no.ꝓcedit, & limitatur, qñ talis protestatio fuit facta in absentia mulieris,prout etiam loquitur Bar.hic allegando.l.si repetendi. C. de condi. ob cau. secus si talis protestatio fuisset facta præsente ipsa muliere , & consentiẽte illi protestationi, vel etiam expressè non ꝯdicente, tunc talis protestatio gñalis sic directo concepta in futurum impedit mr̃imonium , quamuis posteà publicè cum ea ꝯhat. ratio,quia talis protestato ostendit, ꝙ abesi consensus ipsarum partium,sine quo ꝯhi non potest matrimonium. obligationũ substantia.§.fin.ff.de act.& obl.iuncta.l.nuptias.ff.de reg.iur.nisi posteà sit secuta copula carnalis,tunc per eam censetur indistinctè recessum ab omni protestatione, ratio, ne per talem ꝓtestationem inducatur turpitudo,& peccatum. c. consultatione.de spon.l.2.cum ibi not.C.ꝙ met.causa.ita tenent. d.Anto. Abb.& alij in d.c.tua nos.de spon.d.Ant.in c.veniens. 2. eo. tit. de spon.& no.d.Abb.in c.per tuas. ad fi.de condi. apposit.& ibi d.Abb.no.extendit prædictam conclu. ꝙ illa protestatio facta consentiente muliere impedit matrimonium,& prodest ẽt in foro conscientiæ, qñ non est secuta copula , ꝙ bene no.Item adde,ꝙ illud,ꝙ dictum est de copula secuta,ꝙ tollat omnem protestationem præcedentem , & inducat matrimonium , ꝙ aliàs non fuisset inductum propter illam protestationem præcedentem,intellige sing.quando solùm esset sequuta copula , secus si antecessisset copula.ita expressè,& no.tenent. d.Ant. & d.Abb.in c.veniens.2.de spon.in 1.notabili. & ita aliàs consului Paduæ in negotio arduo,& ista benè no.quia quotidiana sunt. Limita nunc conclusionem Barto. non procere quando in 1. protestatione interuenisse iuramentum, quia si posteà geratur actus cum altero contrarius protestationi , & ꝙ plus est etiam iuretur in isto actu,tamen iste actus nõ valet,nec videtur à prima protestatione iurata recessum , vnde si mulier protestetur patri, aut notario stipulanti nomine quorum interest, ꝙ nunquam in futurum intendit consentire alienationi dotis,vel donationis propter nuptias , & ita iurat , si posteà fundus dotalis alienetur per maritum tertio,& mulier consentiat & iuret, nõ dicitur recessum à prima protestatione, & iuramento. alienatio,

ADDITIONES.

a ¶Conclusiones. Adde,ꝙ cum hac prima concl.Bar. transit Soci.consi. 4.col. 6.lib.3.Alex.consi.97.col. 1.lib.4.

b ¶Conclu.Adde Abb.in c.tua nos.extra de sponsal.Fely.in c.cum M.Ferrariẽsis.col. vlt.vers.fallit.4.de consti.Alex.consi.130.circa fi.lib.4.

a tio enim valet.gl.est reputata singularis [a] in c. licèt mulieres.in
glo.fin.de iureiur.in 6.& pro illa glo.est bon.tex.in c.intellecto.
eo.tit. de iureiur.in antiq. no. Barto. in l. si quis pro eo.in tertio
memb.ff.de fideiuss.& in l.si prædium.C.de præd. mino. in fin.
& in l.is cui bonis.in fi.ff.de verb.obl.cum alijs suis infinitis con
cordantijs. ponit latè Imol.in c. dilecto. de præben. & in com-
men.ca.cum contingat. in 37. char. de iureiur. Sed operæpre-
tium est videre,quæ sit ratio fallentiæ istius ad propositum no
strum.gl.in d.c.licèt mulieres.in gl.fi.reddit rationem,quia pri-
mum iuramentum fuit licitũ. Alia, & melior ratio potest red-
di,quia illa gl.procedit,qñ protestatio , & iuramentũ fuit præ-
stitum alicui, puta patri, quo casu cùm ius sit illi acquisitum,
non potest per actum ↄrium ab eo auferri,per regulam. l. fin.
cum si.ff.de pact.secus ergo si mulier protestaretur simpliciter
iurare sibi ipsi,tunc secundum prævaleret,per regulam. l.si re-
petendi.C.de condi.ob caus.Ita no.limitat , & declarat Bald.in
l.duob.§.fi.ff.de iureiur.& in c.veniens.eo.tit.sequitur d.Alex.in
consi.16.in 3.vol.ꝙ incipit ponderatis narratis in themate vide
retur fortasse,& c.licèt videatur dubitasse in d.l.duobus.in fi.po
tes,& tertiam rationem addere,quia iuramentum hẽt execu-
tionem ipso iure.sicut ergo in simili dicimus,ꝙ quando est iu-
ramentum , quia ibi fit executio per legem ipso iure,non ad-
mittitur purgatio moræ. l. si quis maior. in verbo mox , & ibi
Barto. & alij no. C. de transa. idem dicamus in protestatione,
vt virtute iuramenti dicatur quodammodo executa . ¶ Ter-
tia conclusio Bar.est , ꝙ si actus qui postea geritur non est cer-
tus,sed ambiguus , declaratur per protestationem præceden-
tem.Adde,ꝙ tenet Ang.in l.metum.magna.in prin.in pen.col.
ff.ꝙ met.causa.vbi tenet,ꝙ actus qui præsumptiuè,& non ve-
rè venit contra protestationem , non tollit ipsam protestatio-
b nem.Item adde gl.nota. [b] in c.per tuas.in gl.magna circa med.
de condi.appo.quæ notab.vult bene inspicienti, ꝙ licèt prote-
statio exponat actum sequentem ambiguum contra præsum
ptionem iuris , non tamen exponit contra præsumptionem
iuris,& de iure.Dicitur enim in illa glo. ꝙ si aliquis consentiat
mulieri protestanti,ꝙ propter copulam carnalem, quæ sequi-
tur,non intendit recedere à conditione apposita in matrimo-
nio,& ↄhere matrimonium,talis protestatio nihil releuat , eo
quia derogaret præsumptioni iuris , & de iure, quæ inducitur
ex copula.c.is qui fidem.de spon. sed protestatio, quæ fit ↄ ius,
nihil releuat. vt no.in l.alimenta. C.de neg. gest. & est in c. inter
dilectos.de fid instru.& ita not.alibi illam glo.not.Aret.& facit
de ea festum,& reputat sing.in l.Titia. §.idem respondet. ff. de
verb.obl.Tamen ſm do.Abb.in d.c. per tuas.alia ratio est,quia
ibi illa protestatio tanquam turpis,& inducens pactum fauore
matrimonij reijcitur,vt in c.fin.eo.tit.de condi.appos. ¶Quæ-
35 rit Bar.† an protestato declaratoria voluntatis,quæ tendit non
solùm ad exonerandum protestantem , sed etiam ad faciendũ
alium incidere in captionem,debeat fieri in præsentia partis.
Ex cuius dictis collige duas conclusio.Prima est,ꝙ quando p-
testator nollet amplius vti procuratore generaliter constitu-
to , non sufficit talem protestationem publicè proponi. adde
Barto.in l.qui hominem.§.si Titium.ff.de sol.Bald.in l.manda-
tum.versus finem.C.man.limita vt per Bar.& alios in l. vnica.
C.de satisda.Ludo.Roma.& d.Alex.hic. ¶Secunda conclusio
est,quando illud,à quo per protestationem me exonero , pen-
det à dispositione legati absque facto meo, tunc præsentia par
tis non requiritur.Adde pro confirmatione nota. exemplum.
Nam quando mandatum procuratoris ipso iure reuocatur
per legem absque aliquo facto domini,puta quando procura-
tor efficeretur ribaldus,quia mutat conditionẽ in deterius,iux-
ta.l.cùm quis.in princip. & l. si cum Cornelius. ff. de solu. tunc
non requiritur,ꝙ dominus notificet parti , quia etiam domi-
nus posset hoc ignorare,& est lex q̄ reuocat.ita not.tenet Bald.
in l.rogasti.§.fin.ff.si certum pet.& in l.pater hæredi.vbi limitat.
ff.de test.tu.¶Tertiò inquantum Barto. super ratione differen-
tiæ relinquit cogitandum,dic, ꝙ ratio est , quia in his, quæ per
legem disponuntur,non requiritur præsentia partis.ita no. Bar.
in l.2.& in l.si creditores.in fin.C.de pac. cum multis concord.
16 quas ad hoc dedi.& in d.l.fin. Quærit Bart. quando † protesta-
tio fit circa ea,quæ pendent ex potestate protestantis , & alte-
rius,ꝙ semper debet fieri parti , & declarat quando requiratur
consensus partis.Ex cuius dictis collige.5. princip. Primò Bart.
refert tres intellectus ad §.locator horrei.l.cùm in plures. ff.lo-
ca.& reprobat duos primos,quia non conueniunt rationi deci
dendi illius text.quamuis idem Barto. in l. pacta nouissimá de
pac. illos duos intellectus referat, & simpliciter sequatur . Ter-
tius ergo est intellectus Barto.quòd ibi alia pars non consense
rat protestationi , ideo per actum posteà sequentem contra-
rium protestationi,videtur recessum à protestatione per par-
tem non accepta. istum intellectum expressè tenet Imo. hic,
Raph.Fulg.& d.Alex.in d.l.pacta nouissima.Raph.Ful. & Pau.
de Cast.in d.§.locator horrei,& ibi Bar.sed certè iste intellectus
ẽt laborat illo morbo,quo Bar.reprobat primum intellectum.
Nam secũdum istum intellectum ratio deberet esse illius text.
quia pars non consensit protestationi , & de hoc nullum ver-
bum in tex.Quartum intellectum tradit Bart. in d.l. pacta no-
uissima.in 4.col.ꝙ protestatio verbalis licèt non tollatur per il-
lum actum verbalem.c.solicitudine.de appel.tamen bene tol-
litur per actum facti,qui interuenit in illo tex. quia post prote
stationem passus est tales res in horreũ portari, sicut videmus,
ꝙ si testator apposuit in primo testamento clausulam deroga-
toriam,licèt non tollatur per actum verbi , tamen tollitur per
actum facti incidendo vel cancellando.l.nostram. C. de testa.
Fortior enim est actus facti , quàm verbi, præsertim ad decla-
randum volũtatem.22.q.5.c.cauete.melior tex.in l. si dictum.
aliàs si tamen.§.ei,qui. ff.de ędil. edic. sicut fortior est appella-
tio,quæ fit per actum facti,quàm per actum verbi, dicit tex.in
d.c.dilecti.de appel.Istum intellectum originaliter posuit Io.
Monac.in reg.in generali.prout ibi refert Io.Ant.in pen. col. &
eum etiam sequitur Ludo.Rom.hic, & latius Pau. de Cast. in
d.§.locator horrei.in 2. col. Istum intellectum reprobat Imol.
& dom. Alex. hic. Primò enim secundum Imol. actus agen-
tium non operantur vltra eorum voluntatem , vt dictum est
sæpè. Ex quo ergo constabat abesse voluntatem ex protesta-
tione , non est curandum an actus subsequens sit verbi an fa-
cti.Item secundum d.Alex.nimium restringeretur tex.in l.qui
in aliena.§.fi.ff.de acquiren. hære. vt intelligatur solùm in actu
verbi.ex istis stat,ꝙ vsquequaq; nullus est bonus intellectus ad
d.§.locator horrei.Tu autem pro vero intellectu. d.§. locator
horrei.iunge simul omnes dictas solut.ꝙ ibi alia pars non con
sensit protestationi,quæ erat simpliciter facta,& per actum fa-
cti contrarium recessum est à tali protestatione. Ista omnia in
illo tex.simul concurrunt.Primum, ꝙ alia pars non consense-
rit,potest probari primò qa tex. dicit ibi *propositum.* Sed si pars
consensisset,non fuisset propositum , sed pactum , prout dicit
Bar.hic ponderando glo.in d.l.pacta nouissima. Si autem non
consensisset,diceretur protestatio , vnde cum mysterio dicitur
ibi propositum , ex quo datur intelligi , ꝙ aliàs pars non con-
sensit.l.si repetendi.in arg. C.de condi. ob causam , ꝙ propoli-
tum ex ipsa receptione facti intelligitur remissum , vt ibi dicit
litera.Cogita si posset dari sextus intellectus,ꝙ ibi propositum
fuerat generale , receptio specialis , vnde cùm generi per spe-
ciem derogetur, vt in reg generi,& l.vxorem. §. fœlicissimo. ff.
de leg.3. ideo protestatio intelligitur remissa.Caue tamen,quia
regulariter protestatio solet esse generalis, vel saltem multo-
ties,& tamen per speciem non derogatur.l.si quis in prin. testa
menti.ff.de leg.3.l.si mihi & tibi.§.fin.cum si.ff.de leg.1. Secun-
17 do inquantum.Bar.distinguit,† an in protestatione , quæ pen-
det etiam à voluntate alterius,requiratur consensus partis , in
sua dist.videtur manifestè superfluus , dum facit tria membra
quantum ad hoc propositum.Aut agitur de obligatione iam
contracta tollenda,vel limitanda , aut de obligatione contra-
henda in futurum ex necessitate actus præcedentis , aut de ob-
ligatione in futurum liberè contrahenda,& tamen in omnibus
istis membris videtur pariter determinare semper requirere
consensum partis.verùm debebat facere conclusionem gene-
ralem,quando per protestationem agitur de tollenda vel limi-
tanda obligatione,vt semper requiratur consensus alterius par
tis,siue obligatio iam esset contracta,siue esset contrahenda in
futurum ex necessitate actus præcedentis,siue esset liberè con-
trahenda,sed saluabis Bar.ab ista superfluitate, vt statim ego di
cam infra declarando mentem Bartol. secundum ꝙ ego in-
telligo,vt infra subijciam. Aduerte etiam dum Bar.tenet , ꝙ in
l. fi.

ADDITIONES.

a ¶Singularis. Adde Io.de Imol.in rub.ff.de verb.obl.& pro illa gl.facit deci-
sio Are. in l. si quis. §.ea.l.col.fi.de verb.obl.ad cuius limitationem vide Ias.
in l.quoties.col.6.ver.nunc.C.de rei vend.

• Et vide,quæ idem scribit in l.qui in aliena.§.Celsus.nu.40.43.44.ff.de acqui.
hæred.in l.duobus.§.item Pomponius.nu.9. & 10.& seq.ff.de iureiur.vbi po-
nit declar. ad Reg.Qua in re dixit Rol. cons. 81.nu. 5. lib. 2. quòd mulier iu-
rans non alienare fundum dotalem,si cum iuramento alienat ignoranti, va-
let alienatio,& ex ea causa transfertur dominium. Quod & æquus videtur,
licèt dissentiat Practi. Pap. for. lib.rest.in integ. ver. tunc iurauit post.nume.
14. cuius cautela à nullis damnatur vti perniciosa animæ. teste Io. Fab.insti.
quib. alien.licet, & ideo iudex ex facti circunstantijs,personarum qualitate,
& alijs de validitate ac iustitia protestationis ac iuramenti dispiciet, de quo
habetur etiam per Catel. versi.iuramenti religio.colum.fin.Hostien. in sum-
ma de iureiur.ver.Papa.col.2.Tremol.ad pract.Bonacur.tit.de peremp.ex-
cep.post nu.4. MANVER.

b ¶Adde gloss.nota.Adde Cardin.Alexan.in d.gloss.vbi diffusè post. Iaco.Zo-
chum.

l.fi.§.item si prædixerit.ff.naut.cau.stabu.ꝙ requiratur consensus partis reprobata gl.ibi.Idem Barto. sibi contrarius in illo.§.item si prædixerit,sustinet illam glo.vt procedat,quando protestatio fuit facta antequam nauta vel hospes,illas res in hospicio reciperet,tunc siue alia pars consenserit protestationi,siue non,talis protestatio liberat hospitem,vt ibi per gl.secus si postea fuit facta,postquam res in hospitio receperat, tunc protestatio non sufficit,nisi alia pars consenserit. Idem tenet Ludo. Roma.hic,& sic pondera diligenter , ꝙ quando protestatio fit ad præiudicium iuris iam quæsiti,nihil releuat nisi pars consentiat,secus si fiat ad præiudicium iuris quærendi.istud est, quod ibi voluit dicere Barto. & reperio , quod illud etiam sequitur Ioan.de Imol.in commen.c.potuit.in 53.colum.de loca.Pondera etiam subtiliter Barto.met hic,dum dicit,ꝙ in illo.§.item si prædixerit,agitur de obligatione in futurum contrahenda,& tamen requiritur , ꝙ pars consentiat, ergo de directo contrariatur ibi dictis. Tene cum opinione Barto. hic,cum quo tenent dom. Anto.& Imol.met in d.c.cum. M. Ferrarien. & Io. de Imol.in c.cumana.de elect.& *communiter Scribentes* in d.l.pacta nouissima.ex quo enim hospes tenetur de necessitate ex dispositione.l.custodire res in hospicium inductas. l.1. in princi. & §. viatorum. & ibi Barto. ff. fur. aduer.nau.ergo protestatio contra dispositionem legis nihil releuat.l.alimenta , & ibi not. C.de neg gest.glo.in c.inter dilectos.de fid.instru.nisi pars consentiat protestationi,quæ ratio militat siue protestatio fiat antequam eos in hospicium recipiat , siue fiat posteà. Aduerte etiam ꝙ Barto.in d.l.pacta nouissima.in duobus locis videtur contrariari his,quæ tenet hic,quamuis Scribentes , hic non faciant mentionem,ibi enim respondendo.ad d.§.item si prædixerit.tenet,ꝙ in actibus necessarijs, quando obligatio causatur ex necessitate,protestatio non prodest, nisi pars aduersa consentiat.ita etiam vult Barto.in vlt. verb. ergo vult secus esse in actibus voluntarijs, quando obligatio ex voluntate contrahitur,& tamen Barto.hic tenet idem esse in necessarijs,& in voluntarijs, cùm vtrobique in protestatione requiratur consensus partis.& dicit dom.Alexan.in d.l.pacta nouissima.in 3.col. ꝙ ista contrarietas Bar.non est ad hoc ponderata, & aliud non dicit,nec aliter concordat. Tu autem saluando Bartol. ab ista contrarietate,intellige mentem Barto. vtrobique fuisse, ꝙ in actibus necessarijs non sufficiat in præsentia partis protestari , vnde si hospes,vel nauta qui ex necessitate officij,tenetur recipere periculum rerum,quæ sibi per hospitantes consignantur, protestetur,quod non vult teneri de periculo, certè non sufficit, quòd protestetur in præsentia partis non contradicentis,& sic non sufficit tacitus consensus, sed requiritur quòd pars expressè consentiat illi protestationi,ita loquitur Barto. in d.l.pacta nouissima , sed in actibus voluntarijs , quando fit protestatio,sufficit tacitus consensus partis,& istud voluit Barto.hic in tertio membro ponderando glo.in d.l. pacta nouissima , quæ loquitur in pacto,& sic in consensu tacito,& propterea Barto. hic cum mysterio fecit diuersa membra , inter protestationē , quę fit super obligatione necessariò contrahenda , & quæ voluntariè contrahitur.istam credo esse mentem Bart. hic & ibi, limita prædicta omnia , quæ in protestatione circa actus pendentes ex voluntate duorum requirunt scientiam, & consensum partis,vt non procedant, quando quis non audet protestari ipsi parti,propter iustum metum , quia tunc valet protestatio facta in absentia partis,ita tenent Dyn.Bald. Ange. Imo. & Pau.de Cast.in d.l.qui in aliena.§.fin.per illum text. quamuis contrarium tenere videatur ibi Bar.in fi. & dom. Alexan. post eum,& latius in d.l.pacta nouissima.sed.1.opi.est verior,quam etiam tenet Bald.in l.si repetendi.circa fin.C.de condi.ob cau. vbi tenet, ꝙ protestatio clandestina vnius valet , quando propter iustum metum non audet protestari parti præsenti. c.si iustus metus.de appel.& c.1.quod met. causa. idem tenet Bald. cum aliquali limitatione in l.clari.C.de fideicom. pro ista conclusio.bene facit illud , ꝙ volunt. dom. Anto.& dom.Abb.in c.tua nos de spons.vbi tenent. ꝙ si aliquis non intendit contrahere matrimonium cum tali muliere, sed non audet contradicere propter metum principis,aut propter metum patris , si protestatur in absentia coram testibus, talis protestatio iuuat , nisi posteà sequatur copula,ꝙ bene no.imò plus tenet glo. no. in c.1.in gloss.1.& ibidem dom. Abb.ꝙ met. causa, ꝙ si aliquis propter iustum metum non solùm non audet contradicere, nec etiam audet protestari coram alijs , eo quia timet , ne illa protestatio clādestina reueletur parti,certè sufficit posteà probare de tali metu,& poterit venire contra talem actum vt in c.2.& in c.ad aures.quod met.causa,& quod not.in cap.fin.de appel.facit,quod not.tenet dom.Abb. in causa matrimonij.in 2.colu. de offic. deleg. de muliere quæ in absentia mariti clandestinè protestatur , quòd non vult consentire alienationi talis fundi dotalis,nunquid talis clandestina protestatio,quam vxor non audet facere marito propter iustum metum mariti,releuet mulieres?tenet ꝙ sic , dummodo probetur de iusto metu. facit etiam ꝙ not.per Barto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.s̄.eo.quando quis non audet protestari ipsi prætori , quia cū iustè timet , sufficit protestari coram vicinis , dato , ꝙ ad notitiam ipsius prætoris non veniat , cùm ipse sit in culpa , vt ibi fuit dictum , & ista teneas cordi , quia multoties interrogabe-

18 ris super hoc passu.¶Tertiò vult not.Barto.† ꝙ si fui protestatus,ꝙ intercederem seu fideiuberem apud te pro Titio, quòd istud non faciam animo obligandi me, si tu consentis , & posteà intercedo,ego non obligor,per glo. not.in d. l. pacta nouissima.quam Bald. & Ange. ibi ad hoc reputant sing.adde,ꝙ idem tenet Specu.in titu.de fideiusso. §.1. versi. quid si fideiussor prius. Cyn. & Ange. in l. pacta nouissima. pro ista conclu. bene facit,ꝙ actus agentium non operantur vltra eorum voluntatem,& intentionem.l.non omnis.in princip. ff.si certum petatur.sed protestatio præcedens , quando ei accedit consensus vtriusque partis, ostendit eum nolle obligari , ergo obligatio non inducitur.l.obligationum substantia. §. fin. de actio.&

a obliga.[a] Item pro ista conclusi.adde bene facere illud, ꝙ tenet Ange.in l.mora.in prin.in 2.colum. ff. de vsur. vbi refert fuisse determinatum in contingentia facti per quendam egregium Doctorem in casu quotidiano. Aliquis erat accusatus ꝓ quodam delicto,pro quo veniebat imponenda magna pœna pecuniaria,ita quòd oportebat eum dare fideiussorem,aliàs fuisset incarceratus,iste rogauit amicum,vt pro se fideiuberet,qui promisit verbo,& non animo se facturum , vnde talis amicus incontinenti iuit ad iudicem, apud quem debebat fideiubere, & dixit ei , domine iudex talis rogauit me vt pro eo fideiuberem coram vobis,ego non sum ausus denegare,& ei promisi, pro tanto salua reuerentia protestor, quòd si me receperitis in fideiussorem,non volo teneri.fuit determinatum , quòd propter talem protestationem factam iudici expressè non contradicenti,si posteà fideiubeat,quòd non teneatur , per doctri. Iacob.Butr.in d.l.pacta nouissima,& in l. si fideiussor. in princi. post glo.ff.qui satisd.cog.& per text.in d.l. qui in aliena. §. fina.

19 quod not.quia est quotidianum.¶Quartò vult Barto.† quòd protestatio simultanea,seu contemporanea facti contrarij,impediat,& vitiet obligationem, vnde si promitto tibi,& protestor,quòd non animo obligandi , sine dubio non contrahitur obligatio,imò actus vitiatur propter repugnantiam,vt hic per eum.Adde,ꝙ imò videtur ꝙ ipsa protestatio vitietur, cùm sit contra substantiam actus,& ipse actus valeat , & obligatio inducatur per regulam.l.cùm præcario.ff.de præca. & per text.in d.c.cum.M.Ferrarien.iuncta glo.in versi.præiudicio,vbi probatur, quòd simultanea protestatio contraria facto non valet , sed reiecta protestatione actus remanet validus. de istis opponit contra Barto.Ioan.de Imol.hic,& in d.c.cum.M.Ferrar. & clarè nō respondet,dicit etiam.quòd tex. in d. c.solicitudinem. in fin.secundum vnum intellectum ibi traditum, faceret contra Barto.secundum quem ibi illa protestatio reijcitur , sed secundum alium intellectum,quem tenet ibi Ioan.And. faceret pro Barto.Vltra eum tu argue contra Barto.alio modo. Alibi

20 enim habemus in simili,ꝙ† si aliquis efficiatur monachus , [b]

b & per pactum expressum sibi reseruat certa bona,vitiata reseruatione bonorum , quæ est contra substantiam monachationis;cùm Monachus nihil proprium habere possit.cap.cum ad monasterium.de stat.reg.ingressus remanet validus , & purus, quia pactum vel protestatio,quę fit contra substantiam actus, vitiatur,non autem vitiat actum.Ita tenet glo.ord.in Authen. ingressi.C.de sacrosan.eccl.& glo.in §.illud. in Authen. de Monach.& est bon.tex.in c.insinuante.qui cle.vel volu. facit tex.in

* c.dudum. de conuer.coniug.*ista est communis opin*.prout latè dixi in d.Authen.ingressi.ad idem facit text.in cap.diaconi.cum glo.dist.28.& vbi recipiens sacrū ordinem,protestatur , ꝙ non intendit facere continentiam,vitiatur protestatio, & non ordo sacer.¶Circa has ꝯrietates. d.Alexan.latius insistit. Breuiter saluando Bar.dic ex eius mente , ꝙ ista protestatio de qua loquitur Bar.non est contra substantiam, neq; ꝯ essentiam actus,sed est solùm ꝯ consecutiua actus.Ideo ꝓtestatio impedit obligationem.

ADDITIONES.

a ¶Oblig.Et de eo,qui iurat non fideiubere,vide Ias.in §.item si quis.in fin.13. col.inst.de actio. PVRPV.

b ¶Monachus.Adde gl.in c.vlt.de condi.appel.glo.mag.in c.solet.& ibi Arch. 32.q 2.Card.Zab.in cle.eos.in 6.q.de reg.Io.de Imo.in c. cum M. de constit. Pet.de Anch.in reg.nemo potest de reg. iur.lib. 6. Lap. alleg. 29.Ang.consi. 148.incip.primus punctus.Pau.de Cast.consi.305.inci.visa quadam conuersione.

* Prac.Pap.for.lib.act.Real.versi. iure dominij.nu.60.

nem.tex.eſt,qui ita propriè loquitur in l. obligationum ſubſtã-tia. §.fi.allegata per Bar.ſecus eſſet,quãdo eſſet de directo contra ſubſtantiam,vel eſſentiam actus.d.l.cum præcario,& declarat Bar.in l.vbi ita donatur.ff.de donat.cau.mort.no.Bar.in l.pater familias.in prin.ff.de adop.& in l.2.§.1.in 3.& 4.col.ff.ſi certum peta. ¶Quintò Bar.tenet,ꝙ in proteſtatione,quæ fit ad limitandum obligationem futuram,ſit differentia,an obligatio ſit contrahenda verbis,vel conſenſu, an verò ſit contrahenda re,& non aſſignat aliquam rationem differentiæ, dic, ꝙ ratio differentiæ poteſt eſſe, quia conſenſus inducitur re, qui aliàs non induceretur verbis.Iſta ratio probatur per duos tex. ſimul iunctos.tex.in cle.j.de procu.vbi ſi aliquis recipiat inſtrumenta aut literas,cenſet conſentire,ꝙ vult eſſe procurator,& ex reali receptione obligatur. Ita eſt ibi text. ſed alibi habes text. in l.filiusfamil. §.inuitus.ff.de procur. ꝙ ſi aliquis ſit præſens, & verbis conſtituatur procurator , requiritur ꝙ expreſsè conſentiat,aliàs cenſetur contradicere.Ita ergo in propoſito, quando obligatio eſt re contrahenda, is qui recipit „ex reali receptione magis dicitur conſentire proteſtationi, quàm quando obligatio inducitur verbis aut conſenſu.vel fortè poſſet dici,ꝙ alia ſit ratio diuerſitatis.Nam quando proteſtatio fit parti præſenti in contractibus,qui celebrantur re,ibi videntur reſultare duo taciti conſenſus:vnus ex præſentia, quando fit proteſtatio: alius ex ſimplici receptione rei,ergo fortius debent operari , quàm in contractibus,qui celebrantur verbis, aut conſenſu, vbi non reſultaret niſi vnus tacitus conſenſus, meritò ibi requiritur, ꝙ expreſsè conſentiat.facit trita regu. ꝙ duo vincula magis operantur,quàm vnum,vt in Authen.de conſang.& vteri.fratri,in prin.col.6.& in Auth.itaque.C.com.de ſucceſ.& c.1.vbi glo.de treug.& pac.extra in antiq.¶Vltimò vt nihil omittatur inquãtum Bar.alleg.l.Modeſtinus.in ver.pretium magis.ff.de ſol.dic ꝙ non bene alleg. eo quia ibi non agitur de limitanda obligatione,ſed de ea conſeruanda conſenſu.Præterea ſecundum d. Alex.ille tex.loquitur,quando interuenit conſenſus partium,vt patet ibi in verſi.pacto,& in ver.conueniſſet, & per iſta remanet expeditum ſecundum membrum Bar. ¶Quærit etiã Bart. quando proteſtatio pendet à poteſtate proteſtantis de iure,ſed impeditur de facto, diſtingue vt hic per eum . dic ꝙ eandem diſtinctionem formaliter tradidit Bar.in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in 2.oppo.in 16.q.s̃.eo.vbi dixi,& repræhendi Bar. in aliquibus,non reperio amplius hic. ¶† Quærit etiam Barto.

21 an proteſtatio [a] ſit facienda in ſcriptis. Ex cuius dictis,vt rem clarè habeas,fac regulam,& duas fallentias Regula ſit,ꝙ proteſtatio non requirit ſcripturam.ſed poteſt fieri in ſcriptis, vel ſine ſcriptis.tex.in l.fi.§.fi.& ibi Bar.& alij no.C.de neg.geſt.glo.in §.conteſtationem.in verbo in literis.in Auth.de temp.non ſol. pe. colla. 7. & facit ratio , quia non eſt de caſib. ſpecialibus requirentibus publicam ſcriptu. de quibus per glo. magn. in c. 1. de cenſib.in 6.quamuis contrarium,& malè teneat gl. in c. cupientes.§.ꝙ ſi per viginti.de elec. in 6. in ver. propoſita. quam Petr.de Anch.& Gemi.ibi reprobant,& bene. Fallit primo,vbi proteſtatio ſuccedit loco actionis ſeu libelli ex parte actoris.l. vt perfectius.C.de anna.excep.Secundò fallit,quando proteſtatio ſuccedit loco exceptionis non num.pecu.non nu. dot.& ſic ex parte rei.Auth.hanc quærelam.C.de non num. pecu.& iſto modo patet,ꝙ ſecunda fallen.differt à prima , quamuis Bal.& Sal.in l.fi.C.de neg.geſt.in hoc reprobent Bar. & malè , quia dicunt ſecundã fal. contineri ſub prima.¶Vltra Bart. fallit tertiò, quando pro proteſtatione agitur de periculo perſonæ, & ſic ꝑ eam paratur præiudicium irreparabile, tunc propter grauitatẽ præiudicij requiritur ſcriptura,vt in Auth.ſi quis ei , & ibi Sal. ad hoc not.C.ad l.Iul.de adult.& Ludo.Rom.hic in addi.reputat illum text.eſſe ad hoc ſing. ¶Quartò fallit, quando aliquis inuitus non poteſt cogi ad acceptandum tutelam,ſed ſponte, ſi vult acceptare debet hoc intra. 4. menſes proteſtari in ſcriptis,ꝙ eam acceptat,tex.eſt in Auth.presbyteros,vltima,& ibi Bal.& Fulg.ad hoc no.C.de epiſc.& cler.ratio eſt, quia ſm̃ eos acceptatio tutelæ eſt actus fori. l. actus C. de fer. ideo requirit ſcripturam.c.quoniam contra falſam.extra de proba.in antiq. ¶Quintò fallit in caſu.§.ſi quis de prædictis, & ibi Iaco.de Bel. & Bar.ad hoc no.in Auth.vt cum de appel.cogn.colla.8.quando filius negligit patrem ſuum,qui eſt furioſus,& nõ vult eius curam ſuſcipere,ſi extraneus ſibi proteſtetur in ſcriptis , debet priuari hæreditate,& ſucceſſione patris, & idem ſi non eſſet filius in alio proximiore agnato,qui aliàs ſperat hæreditatem,& ratio ſpecialitatis poteſt eſſe in hac fallen. propter grauitatem præiudicij , quæ eſt in priuando filium à totali ſucceſſione patris l.cùm ratio.ff.de bon. dam. cum ſi. & ita habes expeditum

22 tertium caſum principalem Bar. ¶Quærit Bar. † qñ proteſtatio fit circa ea,quæ pendent ex voluntate,& poteſtate proteſtãtis de facto, non tamen de iure , prout eſt in delictis, qño fieri debeat.Ex cuius dictis habes notare tria. Primò not. diligenter doct.Bar.ꝙ qñ proteſtatio fit ſolùm ad exonerandum ꝓteſtantem,& aliũ non grauat,põt fieri marito pro vxore, & ẽt poteſt fieri amicis.adde Ang.in l.mora.in prin.in 3.col.ff.de vſu.iſtam

23 doc. ergo pondero ad deciſ.not. qõnis.† Emphy. vel vaſallus non põt alienare niſi prius requiſito conſenſu dñi, aliàs cadunt à iure ſuo.l.fi.C.de iure emph.c.potuit.de loc.aliquis eſt emph. vxoris, vult alienare , nũquid ſufficiet denunciare eius marito, vt ſit perinde,acſi denunciaſſet vxori?iſta doc.Bar.videretur facere, ꝙ ſic,& text. quem alleg. in l. aut qui aliter. §. ſed & Seruius. ff. ꝙ vi aut clam. vbi ,ſi denuncietur marito,idem eſt acſi denuncietur vxori,& ibi glo. 1.aſſignat duas rões.& ita aliàs determinaui in d.l.fi.in antepen.char.in 17.q. C.de iur. emphy. Nunc autem diligentius inueſtigando dico aduertẽdum eſſe, ꝙ ſi ſm̃ d.§.ſed & Seruius. ſufficeret denunciationem fieri amicis,ꝙ etiam dicit Bar.hic,ꝙ in emphy.volente alienare ſufficeret denunciare amicis,eſſet quaſi deridiculum. præterea text.in d.l.aut qui aliter. §. 1. & 2. procedunt in ſubſidium,qñ non eſt principalis cui denunciet.ita clarè dicit text. & ſi fortè non eſt cui denuncietur , vnde decidendo hanc quæſtionem ſm̃ illos text.eſſet intelligẽda in iſtis terminis in ſubſidium,qñ vxori denunciari non poſſet.tñ aduerte , quia duæ rationes aſſignatæ ꝑ gl.in d.§.ſed & Seruius.viderentur innuere,ꝙ etiam ſi vxor adſit,ſufficiat tñ marito denunciari,prima ratio eſt,quia maritus eſt quaſi procurator vxoris, non ẽꝯ. l. 2. & l. maritus. C. de procur.Item quia vxor dr̃ quaſi ſcire illud, ꝙ maritus ſcit. l. ſi legib.C.de epiſc.aud.Secundò conſidera,ꝙ doc.Bar.procedit, qñ proteſtatio fit ſolùm ad exonerandum , ſed denunciatio , quã debet facere emphy.priuſquam vendat, fit ẽt ad alium finem,ad hoc vt dñs præferatur cæteris ſi velit emere.d.l.fi.C.de iure emphy.Tertiò aduerte,quia Bar.in d.l. aut qui aliter.§.ſed & Seruius. intelligit illum tex. ꝙ ſufficiat proteſtationem fieri marito pro vxore , vt procedat q̃tum ad hoc , vt denuncians excuſetur à dolo,non autem q̃tum ad aliquod præiudicium mulieris , cùm factum mariti non debeat præiudicare vxori. toto tit.C.ne vxor pro mari. Niſi diceres , ꝙ iſtud eſt præiudicium,ꝙ eſt in omittendo acquirere , & quidem ex cã oneroſa oblato pretio , vñ facilius præiudicetur per regu. l. qui autem. in prin.ff quæ in fraud.cred.cũ ſi.Hinc eſt,ꝙ filius,& ſeruus põt præiudicare patri,& dño in acqui.licèt non in quæſitis.l.fi.C.de

b acq.poſ.l.3.C.de hær.inſt.ſic ẽt prælatus põt [b] præiudicare Eccleſiæ in querendis licèt non in quæſitis.l.iubemus nullam , & ibi gl.& Bar.C.de ſacroſan.eccl.gl.i 16.q.6.c.ſi.in gl.fi.no.Can.in c.1.de dolo,& contu.& in c.tua.de his , quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap.Imò fortius ſtante ſtatuto , ꝙ in ꝯtib. mulierũ debeat interuenire conſenſus propinquorũ,aliàs nihil valeant. tñ tale ſtatutum non habet locum in repudiatione donationis non acceptatæ,quia ſolùm eſt perdere ius nondum quæſitum. arg.c.ſi tibi.de præb.in 6 ſm̃ Pau.de Caſt.in conſi.11.inci.in ca-

24 ſu præſenti viſis omnibus.¶Secundò vult Bar.† ꝙ ſi proteſtor me percutere Titium non animo occidendi, iſta proteſtatio nihil operatur.Ratio ſm̃ Bar.quia animus non poteſt regulare factũ.Tu adde alias duas rationes.Prima eſt ꝙ, proteſtatio,& mandatum æquiparantur.ita tenet Bart.in prin. huius. §.ſuper gl.1.ſed ſi mando tibi,ꝙ vulneres Titium,& expreſsè prohibeo ne eum occidas, talis expreſſio nõ iuuat,quin ſi occidas,ꝙ non tenear de occiſo.tex.eſt in c.fi.de homi.in 6. alleg.per Bar.ergo ꝙ ibi dicitur in mandato,erit idem hic in proteſtatione,arguẽdo de vno ad aliud vt s̃.dicit Bar.ſecunda ratio facit, qñ actus cõtrarius proteſtationi celebratur cum alio , tollit ipſam proteſtationẽ.c.ſollicitudinem. de appel.& firmat.Bar. s̃. in 4.col.

25 ¶ Tertiò vult Bar.† ꝙ ſi expellens aliquem de fundo proteſtatur,ꝙ hoc non facit niſi animo querendi vel naturalem vel ciuilem poſſeſſionem,talis proteſtatio operatur.Adde gl. no.in l. ſi duo.in prin.ff.vti poſſide.Bal.in c.Cumana.in 2. col.de elect. ¶Vltimò quærit Bar.de proteſtatione, quæ non pendet ex voluntate vel ex poteſtate proteſtantis, ſed ex diſpoſitione. l. vel voluntate alterius.No.iſtam reg.Bar. quæ in materia proteſta-

26 tionum frequenter allegatur,ꝙ proteſtatio † circa ea,quę non pendent à voluntate noſtra,ſed ex diſpoſitione. l. vel voluntate alterius,nihil operatur per l.alimenta.cum gl. vbi etiam Bar. & alij not.C.de neg geſt.Ex quo infert Bar. ꝙ ſi libellans proteſtatur,ꝙ ſibi liceat addere vel diminuere libello vſq; ad ſententiam,talis proteſtatio nihil operatur , & de hoc eſt gl.ſing.in c. inter

ADDITIONES.

a ¶Proteſtatio. Adde Io.And.in reg.in generali.de reg.iur.lib.6.in Mercu.Bald. in l.de pupillo.s̃.eod.

b ¶Prælatus poteſt. Adde Inno.in c.fraternitatem.de dona.Doc.in c.potuit.de loca.Bar.in l.bonorum.C.qui admitti.Bar.in l.pupillorum. C. de peti. hæred. Fede.de Sen.conſi.incip.res aliqua immobilis.

inter dilectos.de fid.instru.dixi in l. edita, vbi etiam Bart. in vlt. col.C.de eden.Ad istam reg.adde, ꝙ ponit Bar.in l.cùm procu. §.si dñs. ꝟ. eo. si aliquis dicat appello à sñia diffinitiua,viua voce reseruato beneficio appellandi in scriptis, an talis ꝓtestatio
a valeat,ibi dicetur.Secundò [a] ad istam regu. adde illud, ꝙ tenet Bal.in c.præsentium.in 2. col. de test. ꝙ si aliquis producens in iudicio instrm aut testes protestatur, ꝙ producit inquantum facit pro se,& non aliter,talis protestatio nihil valet, quia istud non pendet ab eius dispositione. Adde etiam Bal. in l. vnica.in 3.col.in prin.C.vt quæ desunt aduo.vbi tenet,ꝙ si pars producat in iudicio acta, & protestatur se producere inquantum faciant pro se,& non alio modo,ista protestatio nihil releuat,& iudex poterit adhærere actis, quatenus faciant contra producentem,per gl.no.in l.1.§.editiones.ff.de eden. vbi Saly.dicit,ꝙ illa gl.ad hoc mirabilis est,& fin.& ibidem Pau.de Cast.dicit,ꝙ habuit sæpius istum casum de facto, & idem Pau.de Cast.in d. l.vnica,vbi reputat hoc esse sing.& in consi.81. ꝙ incip.in causa Syluestri,in 2.col.Ludo.Roma.in consi.433.ꝙ incip. quo ad primum, ꝙ sufficit publicationem.in vlt. dubio. Sed aduerte, quia Albe. de Rosi.in d.§.editiones.in pen.col.dicit,ꝙ in iudicijs inoleuit cautela procuratorum, ꝙ producens instrm protestetur,ꝙ ea solùm ꝓducit in casib.punctis,cap.& art.quæ faciunt pro se,& ꝯ partem aduersam,in alijs secus,sed dicit Alb.ꝙ talis cautela tollitur,si aduersarius ècontra protestetur,ꝙ vult vti illis instris in partib.quæ facerent pro se, & ꝯ producentem, vt dicit colligi ex no.per Inno.in c.cùm olim.de censi.& in c.cùm venerabilis.de excep.& vtrobiq; idem tenet Ant.de But.vbi dicit cautelam esse,qñ fit talis protestatio per producentem scripturam in iudicio,ꝙ ego reproducam talem scrip.in partib.& punctis facientib.pro me,pondera ergo Albe. & dictos Cano. præsupponere,ꝙ talis protestatio teneat, nisi ècontrario protestetur.idem tenet Spec.in tit.de instru.edi.§.videdum. in versi. quid si aliquis, & versi. quid si producitur. quem alleg.Pau.de Cast.in d.l.vnica.mihi plus placet prima sententia per reg.Bar. quia talis protestatio non pendet à potestate nec volũtate nostra,ergo non releuat.¶Hinc infertur no. ꝙ si esset priuata scriptura confecta manu aduersarij,quæ de sui natura facit fidem ꝯ eum,sed non pro scribente, & sic eius approbatio pendet à potestate mea,tunc protestatio illa bene iuuat,per reg. l. qui in aliena.§.fi.ff.de acquir.hæred.l.at si quis.§.pleriq;. ff. de relig. & sump.fune.& latè.s.per Bar.vnde no.Bar.in l.Publia.§.fi.per illum text. ff. deposi. ꝙ si plures res sunt descriptæ in epistola ad me missa,possum acceptare illud, ꝙ facit pro me, & refutare illud,ꝙ facit ꝯ me.& idem Bar.in l.Aurelius. §.idem quæsijt.ff. de lib.leg.Bal.in l.vnica.in 4.col.C.de confes.d.Math. in no. 78. & d.Albe.in d.l.vnica.in 2.char.C.vt quæ desunt aduo.¶Quarto ad istam reg.Bar.adde illud,ꝙ no.decidit Bal.in d. l. vnica.in
27 pen.col.ad fi.16.q.C.de his,quę pęne nom.vbi tenet ꝙ † si vassallus vel emphyteuta alienent irrequisito consesu dñi, quo casu debẽt cadere,vt superius fuit dictum,tñ si dicant vendo, saluo,& reseruato consensu dñi,& non aliter,talis protestatio nihil releuat,quia factum est ꝯrium protestationi.Item quia ante factum,vel in ipso facto requiritur licentia,& consensus domini,vt ibi plenius per eum,tu dic,ꝙ melius facit reg.Bar.quia qñ protestatio non pendet à facto protestantis,sed alterius aut legis,talis protestatio nihil valet.idẽ tenet Bald.in c.1. §.fi.in vlt. col.quæ fuit.prim. cã benefi.amit.in vsib.feu. & in c.Cumana. in 4.col.de elect.vbi tenent,ꝙ talis protestatio nihil releuat,qñ deuentum est ad actum facti, scilicet ad traditionem, secus si non procedatur ad actum facti, sed stetur in finib. verborum, tunc talis protestatio esset valida,& secura, quia non contemnit dñm,qui eius consensum reseruat, vt ibi per eum, de quo ẽt vide Bal.aliter tenentẽ in c.1.§.hoc quoq;.in vlt. col. de suc. feud.quem reprehendit Abb. tenens præcedentem opi. in c.2. de feud.extra in antiq.& de isto puncto etiam videas Iac.Alua. in c.1.in prin.de prohi.feu.alie.per Fride.Albe.de Rosa in l.fi.C. de iur.emp.Host. Io.And. & alios in c.eam te.de iureiur.tenẽ-
* do istam conclusi.*quia communiter tenetur* ꝙ talis protestatio nihil releuet in vassallo,vel emphyteuta alienantibus,eam sin.limitat Bal.in d.c.1.§.fi.in vlt.col.quæ fuit.1.causa benef.amit.ni-
b si in protestatione adderet ista verba geminata,[b] nec aliter nec alio modo,tũc protestatio releuaret vassallum vel emphyteutam sic alienantes irrequisito domino,eo quia tunc nihil videtur actum,iuxta glo. no. quæ ponit de illis verbis geminatis in
c l.si quidem.[c] C.de excep.iuncto eo,ꝙ vult glo.in l. Labeo.§.1. ff.famil.ercis.istam limitationem Bal.refert & sequitur d. Abb. in d.c.2.in vlt.col.de feud.& idem d.Abb.in cap.insinuante.ad fi.qui cler. vel vouen. ista limitatio quamuis sit peregrina,& singularis,tamen non credo,quòd sit vera, quamuis in indiuiduo non reperiam,ꝙ sit reprobata. Moueor primò per doctr Bart. hic ꝙ ista protestatio non pendet à voluntate ꝓtestantis,sed alterius,ergo protestatio quibuscunque verbis concipiatur nihil debet operari. Secundò alleg.in contrarium Bald. in c. fin.in 9. colum.in ver.aduocati dicunt.de confe.vbi dicit,ꝙ ista verba, & non aliter nec alio modo, prosunt ad cautelam, eo quia in præiudicialibus talis protestatio non valet per glo.in d.l.si quidem,& ibi etiam Bal.& quia in re facta non prosunt artes verborum nec simulatæ protestationes.ita Bal.in illo c.fi.Ad idem adde Bal.in l.vnica.in 14.colum.in versi. demum quæro. C. de ꝯfes.vbi similiter dicit,ꝙ in re facta nõ valet ars verborũ.Item si secus diceremus esset imponere legem verbis, & non rebus, contra.l.2.in fi. C. com. de leg. prædicta omnia bene not. quia frequenter contingunt,& non sunt alibi bene examinata.¶Secunda principalis species ꝓtestationis est inhibitoria vel prohibitoria.Circa quam primò tangit Barto. quando per protestationem quis prohibet,ne protestatus faciat id, ad quod tenetur, vt hic per eum, & omnia eius dicta formaliter assumit,& sequitur Petr.de Anch.in cle.1. de exces. præla. Tu au-
28 tem ex dictis Bar.collige sex conclu. † Prima est, ꝙ si creditor inhibeat debitori suo ne faciat, vel soluat illud, ꝙ debet, talis protestatio alternatiuè,vel purgat moram debitoris,si præcesserat,vel creditorem in mora constituit.Tu dic, ꝙ copulatiua vtrunque operatur,quia & purgat moram debitoris præcedẽtem,& creditorem in mora constituit, & sic operatur duplicẽ effectum,vt declarat Barto.in l.si seruum.§.sequitur, & ibi plenius Mod.ff.de verb.oblig.& Barto in l. semel mora.per illum tex.ff.solu.matrimo.& idem actus purgat moram debitoris,& creditorem constituit in mora,quamuis alibi reputetur absurdum,ꝙ idem actus possit inducere purificationem obligationis,& etiam in mora constituat,vt per Bar.& alios in l. quoties in diem.ff.de verb.obl.¶Secunda conclu. est,ꝙ protestatio inhibitoria facta per tertium sine iusta causa nullius est effectus. Adde glo.& Bar.in l.grege.§.1.ff.de pigno. Barto. in l.1.in prin. in 9.q.& in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori.etiam in 9. quæst. s.eo.& in l.hæres cùm debuerat.per illum text. ff. ad Trebel.& in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.Item adde illud,quod tenet Bal. in l.fi.in 8.opp.C.de edi. diui.Adri.tol.vbi tenet, ꝙ si facio protestationem inhibitoriam in iudicio, ꝙ nulla mihi fiat nouitas super tali possessione, debeo exprimere causam iustam, aliàs inanis est protestatio,allegat.l.1.C.de præd. curia. lib. 10. & secundam Saly.in d.l.fin.talis protestatio operatur,ꝙ manus iudicis sunt ligatæ, vt non possit procedere ad missionem possessionis non citato protestante,qui possideat, aliàs esset locus pœnæ legis meminerint.C.vnde vi.Adde etiam illud,quod tenet Bald.in addi.Spec.in titu.de testa.in vlt.colum. quòd protestans in iudicio, ne fiat nouitas super tali fundo, debet exprimere ius exclusiuum iuris agentis,vt ibi per eum.¶Tertia conclusio,quando protestatio inhibitoria fit per tertium ex causa iusta,& vera,quæ ostenditur,debet protestatus parere protestationi.Limita nisi creditor offerat debitori sic protestanti bonã cautionem conseruando eum indemnem, quia tunc tenetur debitor non obstante illa protestatione soluere creditori. l. is à quo.cum l.seq.ff.de rei vend. l. pen. ad fin. C.deposi. Ita tenent
* Ang.Nico.de Neapol.& *communiter* Moder.in l.hæres cùm debuerat.ff.ad Trebel. Bald. in l. nam & si fur. in fi.in vlt. verb.ff.si cert.pet.Inno.in c.sanè.el 2.ad fi.de offi. deleg. Secundò limita, quando talis protestatio fieret ad inhibendam seu impediendam restitutionem depositi,vt text.sing.in l.penu.C.deposi. Intelligendo secundum Authen.ibi positam iuncta gl fi. Quarta conclu.est,ꝙ ad faciendum fidem de protestatione sufficit alternatiuè alterum duorum,vel ꝙ protestans ei legat instrumẽtum,vel ꝙ ei copiam dimittat,prout est text.in cle. causam.cũ gloss.de elec.alleg.per Barto.idem tenet Bar.in l.quod te in vlt. colum.in prin.ff.si cert.pet.& no.Are.in l.si ex legati causa. in fi. ff.de verb.obl. Intellige,quando fit ad fin.protestationis, vel interpellationis,tunc sufficit ei legere instrumentum,secus si fieret ad fi.probationis,vnde si iudex statuit alicui terminum ad probandum,non sufficit,ꝙ exhibeat coram iudice instrumentum,nec etiam sufficeret,ꝙ legeret parti,imò debet dari copia talis instrumenti parti cum termino congruo ad opponendũ. ita no.tenet Barto.in extrauag. ad reprimend.in ver.de plano, per tex.in l.fin.& ibi not.Barto.& Saly. C. de fide instru. Ludo. Roma.in consi.159.ꝙ incip.honorande domine.in 1. col.& in consi.519.ꝙ incip. in casu propositæ cõsultationis breuiter dicendum existimo. Secundò pro limitatione eorum, quæ hic dicuntur,

ADDITIONES

a ¶Secundò. Adde Alex.in l.1.C.vt quæ desunt aduo. PVRPV.

b ¶Geminata. Adde Ias.in l.vlt.num.142.C.de iure.emphy.& in Rub.s. solu.matrimo.2.lect.Cate.ver.emphyteuta alienans. PANCIR.

c ¶Quidem.Alex.lib.2.consi.77.viso.colu.4. PVRPV.

dicuntur, adde, ꝙ si aliquis in protestatione facit mentionem alicuius instrumenti, asserendo, ꝙ tale instrumentum debet esse penes aduersarium, ita fit præsumptio, ꝙ nō tenetur de hoc aliter fidem facere, ita no. Bal. in l. si legatum. per illum tex. ff. de
29 eden. ¶ Quinta no. conclusio Bar. est, † ꝙ protestationi, quæ fit auctoritate iudicis, semper est parendum, & credendum, licèt non fiat tunc fides de veritate, casus est in protestatione expressè, vnde bona cautela est, & tenenda menti secundū Imol. hic, ꝙ protestatio semper fiat auctoritate iudicis, & istam cautelam etiam multum no. d. Alex. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. in 1. col. s. eo. sequitur Pet. de Anch. in cle. 1. de exces. prælat. adde, ꝙ idem etiam tenet Bar. j. in seq. col. & in l. fi. per illum tex. ff. de lege commisso. & ibidem Bald. & Pau. de Cast. & ille tex. est ad hoc sing. secundum Bald. in cap. fi. ad fin. de seq. poss. & fructuum. facit ratio, quia pro facto iudicis præsumitur. l. 2. in verbo *quod non arbitramur*. C. de offic. ciui. iudi. ca. præsentia. de renun. c. sicut. de re iud. & in l. fin. in vers. putamus. C. de fideicommiss. lib. adde etiam, quod in fortioribus terminis no. Ioan. And. & d. Ant. de But. in cap. significauit. de censi. quòd si
a debitor [a] iurauit soluere creditori intra certam diem, & posteà debitor ante diem solutionis sit per iudicem de crimine condemnatus, quamuis pro tali crimine bona non sint confiscata, nec confiscanda, si iudex protestetur, & mandat debitori, ne creditori soluat, adhuc tenetur parere. idem tenet Io. And. in addi. Spec. in titu. de solutio. §. nunc aliqua. versi. nunc autem.
30 Archidiac. in c. dixit. in fi. 4. q. 5. ¶ Sexta conclusio est, † ꝙ protestationi, quæ fit ex causa iusta, & vera, sed veritas non ostenditur, regulariter non est credendum nec parendum, & facit ratio, quia paria sunt non esse, vel non apparere. l. duo sunt Titij. cum vulg. ff. de test. tutel. adde pro ista conclusio. tres no. decisio. Primò adde illud, ꝙ not. Bar. in l. 1. in fi. principij, per illum tex. ff. de eo, per quem fac. erit. ꝙ si protesteris, vel denūcies mihi, ꝙ aliquid dem vel faciam, ꝙ quantum ad præiudicium meum non teneor tibi credere, nisi reddas me certum instrumento vel testib. Secundò adde illud, ꝙ tenet Bar. in l. quidam decedens. §. fi. in fi. ff. de admin. tuto. ꝙ si per aliquem est mihi denūciatum, ꝙ ego sum tutor testamentarius talis, non debeo ei credere, nisi ostendatur testamentum, vel dicatur per personas fide dignas, quæ dicam vidisse testamentum, per tex. in l. 2. ff. ꝙ cum falso tuto. quem etiam alleg. Bar. hic. Tertiò adde illud, ꝙ tenet Spec. in tit. de citatio. §. sequitur. post princ. ꝙ non tenetur quis credere aduersario suo dicenti se appellasse, nisi instrumentum appellationis ostendat. idem tenet Archi. in c. quam magnum. 23. q. 4. Cano. in clem. causam. de elec. imò nō debet quis credere etiam plurib. asserentib. fuisse appellatum ꝯ eum, nisi ei fiat fides per instrumentum vel sigillum authenticum. ita tenet Spec. in tit. appel. §. qualiter. in ver. cautus etiam sit. in 2. col. ¶ Quartò adde illud, ꝙ tenet Pet. de Anch. in consi. 322. ꝙ incipit pro declaratione istorum trium quæsitorum, vbi tenet, ꝙ si intimatio non est facta per scripturam authen. aut est non est lectus tenor, non dicitur inducta notitia seu sciētia, vt per eum. ¶ Quærit etiam Barto. per quem fieri possit ista protestatio inhibitoria, cui & quo tempore, & an finiatur morte, an verò transeat ad hæredes. Ex dictis Bart. facias. 3.
31 conclu. ¶ † Prima est, ꝙ vbi sufficit simplex scientia, protestatio inhibitoria potest fieri per negotiorum gestorem, & licèt Bar. nihil alleget ad hoc, adde tex. in l. item veniūt. §. petitam. 2. ver. quicunq;. & ibi Bar. & alij not. ff. de peti. hær. sed in contrarium pondero text. in l. cùm satis. in §. pen. in ver. vel per se vel per procuratorem suum. C. de agrico. & censi. lib. 11. vbi ad inducendum solam scientiam, scilicet, ꝙ colonus ascriptitius est alienus, non admittitur negotiorum gestor ad protestandum, sed vnde, ꝙ in illo tex. illa simplex scientia erat magni præiudicij, quia faciebat illum incidere in pœnam illius text. ideo neg. gest. non admittitur, & ita per illum text. limita conclusionem Bar. hic, & ideo no. ex illo tex. ibi esse casum, ꝙ protestatio procuratoris facit incidere protestatum in pœnam, sicut protestatio domini, quod intelligit Bar. verum, quando ostendit procu
32 ratorium, aliàs secus. l. si quis inficiatus. ff. depositi. ¶ † Secunda conclusio est, quòd protestatio inhibitoria non potest fieri per neg. gest. quando requiritur certioratio, vt in casu legis nomen. C. quæ res pig. obli. poss. & in l. 2. C. de noua. Adde, ꝙ cōtrarium videtur tenere Bar. in l. seruum. §. nūc videamus. ff. de verb. obl. per tex. not. in l. si quis solutioni. §. 1. ff. de vsur. Et istum ponderat d. Alex. hic dicens, ꝙ Scribentes de ea non faciunt mentionem, & concordat, ꝙ Bar. hic loquatur de protestatione inhibitoria, ibi verò loquatur de incitatoria, vnde nego. gesto. protestatio, ꝙ debitor soluat creditori, constituit eum in mora. ita propriè loquitur. d. l. si quis solutioni. Tamen do. Alexan. non reddit rationem diuersi. quare nego. gest. possit facere protestationem incitatoriam, non autem inhibitoriam, vt hic, nisi dixeris, ꝙ in protestatione incitatoria illud ideò fit, ꝙ effectus expressè confertur in personam domini. Nam ego negotiorum gestor. ꝓtestor tibi debitori, ꝙ soluas domino, vt declarat Bar. in d. §. nunc videamus. Sed aduerte, quia etiam in protestatione incitatoria non admittitur quis sine mandato, nisi caueat de rato. tex. est in l. qui absentem. ff. de procura. vbi, ꝙ est fortius, defensor qui defendebat emptorem in causa euictionis, si petat à venditore, ꝙ veniat ad defendendum, & sic facit protestationem incitatoriam, non admittitur nisi caueat de rato. ita est ibi textus, & secundum Bar. in vlt. not. ita intelligitur etiam text. in d. l. si quis solutioni. §. 1. quamuis idem Bar. in d. l. 1. §. nūc
33 videamus. istud vltimum reprehendat. ¶ † Tertia conclusio est, quòd ista protestatio inhibitoria potest fieri procuratori in casib. in quib. scientia procuratoris nocet domino. Limita trib. modis. Primò, quando lex requireret, ꝙ protestatio deueniat in plenam notitiam, vel scientiam domini, tunc protestatio facta curatori etiam habenti speciale mandatum non ligat dominum. gl. est no. in cle. causam. in verbo appellatum. de elect. quam gl. Ludo. Rom. & Alex. hic ad hoc reputant sing. & illā gl. sequitur ibi d. Card. in d. §. intimatio. in 7. q. & Io. de Imol. in antepen. col. Secundò limita not. istam conclusio, vt procedat in subsidium, quando dominus haberi non potest, tunc talis protestatio, vel denunciatio potest fieri procuratori, & ligat dominum, aliàs si haberi potest copia domini, debet denunciatio vel protestatio fieri ipsi domino. Ita est text. not. in l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff. ꝙ vi aut clam. qui tex. optimè probat, & sic inducendo. Ibi enim in protestatione declaratoria voluntatis, in qua non tractatur de aggrauando alium, tamen non sufficit denunciare procuratori nisi in subsidium, vt ibi est text. ergo multominus in ista protestatione inhibitoria, per quam tractatur de aggrauando alium, debebit posse fieri procuratori, imò prius debebit denunciari domino si haberi possit, & ita per illum tex. tenent Io. Monac. & Ioan. And. in reg. generi. in 7. col. de reg. iur. in 6. Io. And. in cap. fin. de dolo & contum. idem tenet dom. Alexan. hic, qui per hoc reprobat Pau. de Cast. in l. si procurator præsentis. in fi. ff. de verb. obl. qui in hoc tenebat cōtrarium per tex. in l. si dictum. §. si præsente. ff. de euict. Nam ille tex. intelligitur, vt ibi per gl. primam, quando dominus erat præsens & sciens, & sic intelligebat protestationem factam suo procuratori, si autem dominus esset in ciuitate, & esset ignorans, tunc non sufficeret primò denunciare ꝓcuratori. Tu adde Bar. hic, quem d. Alex. tunc non vidit in pen. col. in ver. quæro cui debeat fieri ista protestatio. vbi formaliter tenet, ꝙ protestatio debet fieri principali si haberi possit, aliàs in subsidium potest fieri eius procuratori. alleg. d. l. si dictum. §. fi. ff. de euict. Tertiò limita, quando protestatio non fit in rem, sed in personam, ad causandum vitium animi, tunc non sufficit quod fiat procuratori, nisi procurator intimet domino. text. est in l. item veniunt. §. petitam. 2. quem ibi not. Bal. ff. de pet. hæred. & ad illum tex. videas Bar. in l. de pupillo. §. nunciationem. in fi. s. eod.
34 ¶ Quarta conclu. Bar. est, † ꝙ ista protestatio inhibitoria debet fieri ante actum celebratum. Adde bonum text. in c. consult. in fin. in verbo, in prin. protestetur. de reg. gl. in l. in concubinatu. in verbo testatione. ff. de concu. & glo. in l. pen. in verbo denunciare. ff. pro empto. adde etiam ꝙ volunt Bart. & Scribentes in l. si ita sit scriptum. ff. de leg. 1. ꝙ licèt nō referat, an protestatio ponatur in principio, vel in fi. contractus, vt ibi, tamen debet semper poni, antequam contractus sit perfectus, & absolutus in partib. l. contractus. C. de fid. instru. iuncta. l. perfecta. C. de don.
35 quæ sub modo. ¶ Quærit Bart. † quando protestatio inhibitoria fit circa illud, ꝙ prohibitus tenebatur non facere. Ex eius dictis habes duas concl. Prima est, ꝙ volens offendere seu occidere bannitum vigore statuti hoc impunè permittentis, non tenetur credere ipsi bannito protestanti ne offendatur, eo quia dicit se rebannitum, nisi de hoc fidem faciat per instrumentum, vel talis denunciatio fiat per iudicem, vel sit in loco publico posita, aliàs non obstante protestatione poterit impunè offendi. Adde bene facere tex. no. in c. sicut, & ibi est glo. de senten. excom. per quem text. not. ibi dom. Abb. ꝙ nulli delinquenti credendum est de absolutione, nisi ostendat instrumentum absolutionis. facit tex. in c. proposuisti. in fi. de cle. excom. ministran. Secundò adde, ꝙ per istam doc. Bar. consuluit Pau. de Cast. in consi. 34. ꝙ incip. licèt ista sit quæstio determinata per Docto. vbi consuluit, quòd offendens bannitum, qui ex forma

ADDITIO.

a ¶ Debitor. Adde Pet. de Anch. in c. 1. de exces. præla. Io. de Imo. in cle. pasto. in penul. col. de re iud. & ibi Pet. de Ancha. in 13. not. Pet. de Anch. in reg. possessor. in 24. col. versi. vlterius quæritur si bona. de reg. iur. lib. 6. Anto. de Butr. in c. constitutus. de rescrip.

forma statuti potest impunè offendi, non potest puniri de homicid. dato, quod bannitus haberet saluumconductum, postquam de eo erat facta legitima fides, nec erat publicatus, & sic ad notitiam offendentis non erat legitimè deductus, dato, ꝙ ipse bannitus protestaretur offendenti, & sic diceret se habere saluumconductum. Tertiò adde, quòd ista doctri. Bar. benè facit pro eo, ꝙ in ciuitate Regij per plura consuluit domi. Alex. licèt non fuerit recordatus de ista doctri. Bart. quæ benè facit, in consi. 65. in 3. volum. quod incipit attenta dispositione statuti. qui defendit duos à pœna homicidij, qui occiderant bānitum ex forma statuti impunè permittētis, sed illi bannito prius erat facta gratia, & remissio banni per principem, & cancellatio bāni facta per officiales Ducalis cameræ de libris cameræ, tamen non erat cancellatus de libris communis, in quib. describuntur banniti. isti enim non puniuntur de homicidio, eo quia nō erat eis facta fides per publicum instrumentum, nec talis gratia erat publicata, ita quod in eorum notitiam legitimè deuenisset, & de illo consilio facit mentionem ipsemet dom. Alex. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. ¶ Quartò adde illud, quod decidit Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de accusa. §. 1. vers. sed quid si bannitus. & in titu. de oblig. & solu. super rubr. ad fin. vbi post Antiquos determinat, quòd si bānitus ex forma statuti potest impunè offendi, & aliquis erat bannitus, & erat descriptus in libro publico bannitorum, tamen posteà soluerat omnem pœnam banni, & de solutione erat factum publicum instrumentum, tamen nondum erat cancellatus de libro publico, si occidatur, non tenetur occidens de homicidio, postquam sibi de hoc non erat facta fides legitimè, sed benè posset tanquam culpabilis arbitrio iudicis leuius puniri, prout etiam dicit Barto. in sequen. conclu. idem quod tenet Ioan. And. tenent Ang. & Bal. in l. nostram. C. de testa. do. Alex. in consi. 77. in 3. volum. quod incip. visis dubitationibus eleganter formatis. in 3. col. idem tenent Imo. & Moder. præsertim. domi. Alex. in l. huiusmodi. §. si cui. ff. de leg. 1. cum alijs concord. vtrobique per do. Alex. alleg. ¶ Quintò adde, qđ tenet Ang. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu. quod ille, qui erat bannitus, fuerat ex mandato superioris, vel sententia iudicis bannitus, tamen actualiter nō erat cancellatus de libro publico bannitorum, tenet, quod potest impunè offendi, tamen offendenti posset culpa imputari, quare prius non fuerit diligenter perscrutatus de rebannitione, quo casu leuius pro modo culpæ, & non pro homicidio arbitrio iudicis punietur, & ita refert de facto consuluisse Iaco. Butr. & Iaco. de Bellaper. idem tenet Ange. in l. si duo. & ibi latè Ludo. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 1. ff. de leg. facit, quod vult Bald. in l. 1. ff. de pac. & in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. ¶ Secunda conclusio Barto. est, quod offendens talem rebannitum potest saltem de culpa puniri, in quam incurrit non inuestigando prius diligenter, an eum liceret offendere. adde, quòd Pau. de Cast. in prædallegato consi. 34. pen. col. idem expressè firmat, ꝙ puniatur de culpa, sed leuius, & mouetur, quia propter illam protestationem, & assertionem, quam sibi fecit bannitus protestando se esse rebannitum, suberat iusta causa inuestigandi, an esset rebannitus, arg. l. si fundum. C. de rei vendi. & l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in fraud. credi. pondera tu Pau. de Castr. velle, quòd ideo offendens dicatur esse in culpa propter protestationem, quam sibi fecit bannitus, & sic si non fuisset talis protestatio, ille offendens non diceretur fuisse in culpa, si diligenter non inuestigasset, sed considero, ꝙ leges allegatæ per Bart. scilicet. l. qui cum alio. & l. qui in alterius. de reg. iur. loquuntur, quando non præcessit vlla protestatio, & secūdum illas leges debuit esse mens Bart. Item ad istam secundam conclusionem Bar. adde facere illud, ꝙ decidit Bar. in l. fi. ff. de adul. & Io. And. in regula, ꝙ quis mandato. in merc. dum ponunt, an offendens bannitum sit in culpa, si non inuestigauit prius diligenter, an ille esset ritè, & legitimè rebannitus, & determinauit, ꝙ sic, per iura proximè allegata. Adde etiam ea, quæ dixi supra in præcedenti conclusione. ¶ Quærit Bar. qn̄ per protestationē inhibitoriam prohibetur id, qđ prohibito erat permissum, non tamen erat obligatus facere, vel non facere, & late distinguit, vt hic per eum. Ex eius dictis collige quinque principales conclu-
36 siones. † Primò collige pulchram regulam, ꝙ protestatio inhibitoria eius, quod non potest salua verecundia prætermitti, nihil valet, & nihil operatur, & dicit Io. de Imo. hic in vlti. col. ꝙ istud est præcipuè notandum, & aliud non addit. adde, ꝙ idem Barto. in dict. l. si fideiussor creditori. circa fin. de fideius. alleg. pro hoc not. text. in l. pecuniæ. in fin. in verbo necessitas, & in verbo verecundiam. ff. de adimen. lega. per quem not. ibidem Bart. in fin. quòd non solùm astringit nos obligatio ciuilis, & naturalis, sed etiam sola verecundia. Ex quo infert, quòd ita aliquis excusatur, si facit vel omittit aliquid propter verecundiam, sicut si ad hoc teneretur, & ad hoc allegat quædam alia iura, de quib. ibi per eum. Idem tenet Sal. in l. placuit. C. de iudi. Accedat, quod diximus, quod illud dicimur posse, ꝙ honestè, & salua dignitate possumus. tex. est in l. nepos Proculo. ff. de ver bor. signif. ¶ Secunda conclusio Bart. & quidem notabilis est, si bene inspexeris, quòd quando præcedit promissio, & sic obligatio ex aliqua causa, non dicitur fideiussor protestari ex iusta causa per hoc, ꝙ interuenerit mutatio status in persona eius, cui debet fieri numeratio, puta, quia sit effectus non soluendo. secus, quando non præcedit obligatio, tunc est iusta causa protestandi, quòd futurus debitor mutauit conditionem. Idem tenet Bart. in d. l. si fideiussor creditori. & ex his habes correlariè, quòd mutatio conditionis nō est iusta causa protestandi per fideiussorem, quo ad obligationem iam contractam, sed bene quo ad obligationem contrahendam, ratio diuersitatis patet, quia facilius impeditur obligatio contrahenda, quàm iam contracta tollatur. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. c. ad apostolicam. extra de regula. & si dicatur, quòd etiam in secundo casu Bart. quando creditor per stipulationem promiserat numerare ex causa mutui, erat contracta obligatio, sicut in primo casu, quando promiserat ex causa dotis, istud videtur firmare Pau. de Castr. in d. l. si fideiussor creditori. in hoc reprobo Bart. quia dico, quòd in hoc secundo casu licèt etiam præcesserit obligatio, tamen executio obligationis erat retractabilis, quia qui promisit mutare potest dimittere. secus qui promisit ex causa dotis, primum probatur in l. si pœnam. ff. de verb. obl. firmat Bar. in d. l. si fideiussor creditori. quemadmodum & ècontra, cui promissum est, potest dimittere. l. qui pecuniam. ff. si cer. pet. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ probatur quem dolo desiisse possidere, si rem alienauit post denunciationem sibi factam, quòd denuncians volebat eum conuenire. Adde Barto. in l. qui petitorio. ff. de rei vendi. & in d. l. Fulcinius. §. quid autem sit latitare. per glo. not. ibi in verbo animus. ff. ex quib. cau. in pos. ea. quem. §. voluit alleg. Bar. hic, dum corruptè allegat. §. 1. ¶ Quarto ex dictis Bart. habes tres intellectus ad l. 2. supra quod fal. tut. auth. Primus est, quòd ideo ibi protestatio nihil operatur, eo quia erat facta per eum, cuius principaliter non interest. Idem Bar. supra in 9. colum. præcedenti dicit, quòd ideo ibi est propter duo. Primo, quia non faciebat fidem de causa protestationis. Secundò, quia ibi requirebatur certioratio, & non simplex scientia. Secundum intellectum ponit Bart. hic post glo. in l. si fundum. C. de rei vendi. quòd protestatio illius effectus est quo ad eum, qui celebrauit actum non obstante protestatione, & sic non credidit protestationi. Tertius est intellectus. quòd istud ibi procedat respectu eius, qui tractat de lucro. Tu autem considera rationem illius tex. *quia ex bona fide non credidit*, quæ ratio magis applicatur ad primū intellectum, & de intellectu illius tex. videas etiam per Ioan. de Imo. in c. fin. in 17. colum. de præ-
37 scrip. ¶ † Quinta conclusio Barto. est, quod procurator generalis ex iusta causa potest inhibere fieri illud, quod dominus alij specialiter mandauit fieri, & sic procurator generalis ex iusta causa inhibet procuratori speciali per text. sing. in l. si hominem. ff. de mand. quæ lex est vnica, & singularis in iure secundū Bal. in c. 1. in 8. col. vbi pulchrè loquitur, vt lite non conte. Adde, ꝙ per illum tex. in l. si hominem. dixit gl. in c. tempore plenitudinis. 26. q. 8. & gl. in c. latorem. 33. q. 2. ꝙ inferior puta Episcopus
a potest ex causa [a] iusta immutare pœnitentiam iniunctam à Papa. Accedat famosum dictum Bal. in l. omnes populi. in 6. col. ff. de iusti & iure. vbi per d. l. si hominem. singulariter tenet, ꝙ
b Episcopus potest [b] statuere contra ius canonicum, & illi derogare ex iusta, & euidenti causa, ꝙ dictum pro singulari excla mat, & sequitur d. Abb. in c. dilecti. vlti. de app. vbi illud dictum optimè corroborat, & idem d. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. in 5. col. de iudi. & in c. fi. in 8. col. de cōsue. d. Alex. in l. nemo potest. in 1. col. ff. de leg. 1. & in consi. 106. in 2. vol. ꝙ incipit perspectis. in 5. col. vbi ad hoc confirmandum addit duo bona similia, de quib. ibi per eum, & ita limitantur multum iura canonica, quæ habent, ꝙ Episcopus non potest statuere ꝯ ius canonicum, qa inferior potest derogare legi superioris. c. vt animarum. de const. in 6. c. fi. de offi. arch. & c. non solùm. de app. in 6. item per d. l. si hominem. tenet mirabiliter do. Card. in c. studuisti. de offi. leg. vbi bona gl. ꝙ ordinarius ex magna causa potest se impedire de causa commissa specialiter delegato. Item per illam.

ADDITIONES.

a ¶ Episcopus potest ex causa. Adde glo. fin. in c. cum P. de accusa glo. pen. in c. licèt. de sortilegi.

b ¶ Potest. Adde, quòd hoc intelligitur ex causa Ludo. Rom. in l. 1. ff. de iurisdi. om. iudi. Albe. de Ros. in 1. parte statutorum. q. 7. versi. quid si statutum. tex. & ibi Abb. in c. super his. de maior. & obed. Et quid de inferioribus Episcopis. Inno. in c. 2. de eo qui ord. fur. sus. Inno. in c. fi. de postu. præl. Specu. tit. de leg. 1. §. sunt quoque. in fi. Arch. in c. ecclesia habet senatum. 16. q. 1. Abb. in c. 1. in 2. col. de dolo. Doct. in c. ex eo. de elect. in 6.

illam.l.ſi hominem.ad propoſitum noſtrum dicit Bal. in l.ſi in
aliquam.circa fin.principij.ff.de offic. proconſul. & leg.ꝙ gene-
ralis viſitator poteſt corrigere malefactum à ſpeciali viſitatore,
multa alia ad d.l.ſi hominem.ſed extra propoſitũ poſſent addi,
quæ cumulauit Lud.Rom.in l.ſi verò.§.de viro. in 53.fal.ff.ſol.
mat.& plenius do.And. Barb. in repeti.rub.C.qui admitti.in 30.
col.& tribus ſequen. ¶Tertia principalis ſpecies proteſtationis
eſt incitatoria,vt aliquid fiat. adde dictis Bart. inquantum con-
38 cludit,† ꝙ emptor volens habere regreſſum de euictione con-
tra venditorem occaſione litis motæ ſuper rè vendita, tenea-
tur non ſolùm denunciare venditori litem motam, ſed etiam
ſibi dimittere in forma authentica libellum, & citationem ei
tranſmiſſam. Adde Bar.& Salyc.in l.empti.C.de euic.& Ang.&
Imol.in l.in executione.§.inſolidum. & in l. cùm ex cauſa.ff.de
verb.obl.d.Card.in d.cle.cauſam.ad fi.de ele. per illum text.qui
ad hoc not. & ex eo generalius infert, ꝙ omnis intimatio,vel
denunciatio, quæ obligat ad aliquod præiudiciale, debet fieri
ſecundum formam.s̃. proxi.relatam, ꝙ reputat perpetuò no-
tandum, quia communiter ignoratur in practica ſecundum
eum,ſed Ang.in l.emptor.& in l.empti.in fi. & in l.ſi cùm quæ-
ſtio.C.de euic.dicit de conſuetudine non ſeruari iſtam practi-
cam Bar.ſed de ſtylo ſolùm ſeruatur,ꝙ citatur venditor, vt ve-
niat ad defendendum emptorem, & in citatione denunciatur
ei lis mota, & iſtud, quod dicit Angel.procedit ſecundum do.
Alex.quando talis denunciatio eſſet facta cum iudicis auctori-
tate, quia tunc non requiritur, quod aliter fiat fides de conten-
tis in proteſtatione,prout tenet Bart. & ibi dixi,ſupra in præce-
denti ſpecie proteſtationis per l.fi.vbi etiam Bar. ff.de leg.com-
miſſo.aliàs autem de iure ſeruanda eſt practica Bar.ſecundum
eum.Lud.Rom.hic tenet contra Bar. & contra eum ponderat
eſſe gl.quam ad hoc reputat ſingularem in d. cle. cauſam.in gl.
fin.de elec dum dicit tutum eſſe in alijs proteſtationibus illam
formam ſeruari,ergo non eſt de neceſſitate,& quamuis text.in
l.nomen.allegatus per Bart.& in l.ſi quæſtio. C.de euic.dicat,qđ
debet venditor certus reddi, certè per hoc non ſequitur illud,
quod dicit Bar.ꝙ debeat dari copia libelli & citationis,cùm cer
tus dicatur qualitercunque certificatus. l. certum eſt. ff. ſi cert.
pet.præterea debuit venditor credere ſimplici verbo emptoris,
maximè ſi bonus vir reputetur.arg. l. argentum.ff. commo.&
glo.in l.Titio fundus.ff.de condi.& demonſt. ſed teneas practi-
cam Bar.per tex.in d.cle.cauſam. in fi. quem ponderat d.Alex.
hic, dum dicit, idem quoque in alijs caſibus obſeruari volu-
mus,in quibus requiritur intimatio facienda,iuncto principio
illius clem. & ita eſt intelligenda gl.fi.in fin.intelligit etiam ſanè
verba Bart.dum dicit, ꝙ debeat dari copia authentica citatio-
nis, & libelli, verum eſt ſi petatur à venditore, aliàs ſufficeret ei
legere,prout dicit alternatiuè text.in d.cle.cauſam. & ibi glo.in
verbo petita, & expreſsè Bart.s̃.in præcedenti ſpecie proteſta-
tionis,vbi dixi,nec alia debuit eſſe intentio Bart.hic. ¶Secundò
adde inquantum Bar. pro primo & tertio membro alleg. eun-
dem tex.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verbo.oblig. ille tex.loquitur
vtroque caſu.ſed dum Bar.intelligit illum tex.in ver.interpella-
tus.ſecũdum primum caſum,ꝙ ibi de eo, qđ interpellatur,de-
beat fieri plena fides, ſed ſecundum ſecundum caſum ſufficiat
interpellationem fieri ſimpliciter, dic,ꝙ talis interpellatio col-
ligitur ex alijs legibus allegatis per Bar.nec eſt abſurdum,quòd
idem verbum in eadem.l. ſumatur diuerſis modis ſecundum
ſubiectam materiam.ſecundum glo.in l.2.ff.de offic.procon.&
39 & leg. Tertiò inquantum Bart.concludit,† ꝙ non ſufficit em-
ptorem ſimpliciter denunciare venditori litem motam, niſi
etiam in denunciatione addat, quòd veniat ad defendendum
litem.Adde gl.in l.authore.in glo.1. C. de euic.& gl. in cle.cau-
ſam.in gl.fi.de elec.& tex.& ibi gl.in c.fi.in verbo.vt rem vendi-
tam ſibi defendi nunciaret.de empt. & vendi.& ibi do.Ant.do.
Abba.& alij ad hoc no.Idem tenet Bal. in l.ſi cùm.q. C.de euic.
Spec.& Io And.in tit.de empt.& vend.§.fi.ad fi. Pau.de Caſt.in
conſi.475. quod incipit.effectus primi dubij. & Lud. Rom.hic.
Aduerte tamen,ꝙ ſufficerent æquipollentia verba,puta denun
ciare venditori,ꝙ aſſiſtat liti motæ ſecundum Ang.in l.denun-
ciaſſe.in prin.ff.de adult.& in conſi.175. ꝙ incip.in facto propo
nitur.Tu allega pro hoc tex.claros in l.cùm ſucceſſores. in ver-
bo aſſignare negotio.denũcia.C.de euic.& in l.empti.in verbo,
debes interpellare, vt tibi aſſiſtant,cauſamque inſtruant. C.eo.contra
Bar.& ſequaces,ꝙ imò ſufficiat ſimpliciter denunciare litẽ eſſe
motam abſq; eo,ꝙ expreſſim incitet, vt veniat ad defendendũ
cauſam, tenet Io.de Imo.in d.c.fi.de emp. & vend.& in d.c.cũ
M.Ferra.ad fi.mouetur Imo.per text.in d.l. ſi cùm qõ.vbi vide-
tur probari,ꝙ ſufficiat ſimpliciter denunciari litem motam,&
licèt verum ſit, ꝙ venditor teneatur venire ad defendendum,
non tamen ſequitur,ꝙ neceſſe ſit illud denunciari, cũ ex denun
ciatione litis motæ habeat ſcire ſe obligatum venire ad defen-
dendum.Idem tenet Bal.in l.1.C.de pericu.& commo.rei ven.
vbi mouetur per ſimile de muliere, cui ſatis eſt ſi denunciet ſe
eſſe prægnantem.l.1.§.1.& §. denunciare. ff. de lib.agno. Idem
tenet Bald.in l.emptor. C.de euict.& Sal.in d.l.1. & in iſtis locis
etiam mouetur Bal. quia iſta denũciatio non fit ad alium effe-
ctum,quàm vt venditor veniat ad defendendum cauſam,ſed
ad illum tex.in d.§.denunciare.reſpondet Lud. Rom.hic,ꝙ lo-
quitur in caſu diuerſo. vnde ex diuerſis non fit bona illatio.l.fi.
ff.de calumnia.& l.Papi.exuli.ff.de mino. Tu reſponde melius
per tex.in l.1.ff.de vent.inſpi.vbi dicit tex.denunciandum eſt,vt
mittant, quæ ventrem inſpiciant, & ſic etiam denunciatio eſt
a ſimplex. ¶Quid tenendũ [a] in hoc paſſu? mihi plus placet iſta.
2.opi.ↄtra Bar.& ſequaces.Moueor per tria.Primò, quia repe-
rio, quamplura iura, quæ ſimpliciter requirunt denunciatio-
nem litis motæ ita eſt tex.in fin.d.§.pen.& fin.& in l.minor.§.ſi
ſeruus.in fi.& in l.ſi res ff.de euic.& in l.emptor. & in l.ſi cõtro-
uerſia.C.eo.niſi dixeris, ꝙ illa iura, & alia ſimilia ſimpliciter lo-
quentia ſupplentur per alios tex.hic alle.per Bar.Secundò mo-
ueor,quia cum iſta denunciatio fiat venditori ſolùm ad finem,
vt veniat ad defendendum,ſuccedit regula, ꝙ ſermo indefini-
tus,vel generalis, qui non poteſt verificari niſi in vna ſpecie,vel
reſpectu vnius effectus,cenſetur eſſe ſpecialis.l.2. ff.de lib.& po-
ſthu.l.ſi domino.& ibi Bart.& alij ad hoc not.ff. de leg.1. glo.&
Doct.in c.ex par.1.vbi gl.fin.& d.Abb.ad hoc no.de offi.deleg.
ſicut diximus,ꝙ quando vna ſola ratio poteſt aſſignari in lege,
illa habetur pro ſpecialiter expreſſa.vt eſt gl.in l.quamuis.& ibi
expreſſius Bal.& Pau.de Caſt.C.de fideicom.niſi dixeris,ꝙ imò
iſta denunciatio, quæ fit vẽditori,poteſt fieri ad duplicem effe-
ctum,vel vt venditor veniat ad defendendum cauſam, vel ad
finem,vt teneatur de euictione,tamen ſecundum venit in con
ſequentiam primi.¶Tertiò adde bene facere illud, qđ pulchrè
tenet Bal.in l.vinum.ad fi.ff.ſi cer.pet.vbi tenet, ꝙ in denuncia-
tionib.& proteſtationibus ſufficit narrare factum, nec requiri-
tur petitio,vel cõcluſio,nec habet inſtruere aduerſarium, quid
faciat, ſicut ſufficit mulieri denunciare ſe eſſe prægnantem.d.l.
1.in prin.ff.de vent.inſpi.Et ſi hoc eſt verum, ex eo collige pul-
chram limitationem ad tex.in l. aut qui aliter.§.1.in verbo. *neq;
perfunctoriè aut obſcurè*. ff.ꝙ vi aut clam.per quem tex. Bar.hic in
ſeq.q ad fi no.ꝙ proteſtatio debet fieri certa, & clara. Nam li-
mitatur iſtud eſſe verum quo ad narrationem facti, quæ debet
eſſe clara,& non perfunctoria, non autem, ꝙ debeat alia peti-
tio inferri,vel concluſio.Fateor tamen, ꝙ ad euitandas oppoſi-
40 tiones tutius eſſet ſeruare formã,& practicã Bar.hic.¶† Quar-
tò adde inquantum infert Bart.ꝙ etiam venditori ſcienti litem
motam debeat emptor denunciare, quia vltra ſcientiam, &
certificationem requiritur nunciatio,de iſto puncto, nunquid
venditori ſcienti ſit denunciandum,ponit gl.& Bar.in l.2.§.vo-
luntatem.ff.ſolut.matr. & quia ibi anno præterito tetigi de iſto
41 paſſu,amplius non repeto.¶†Quintò teneas menti illud,quod
dicit Bart.ꝙ ad hoc,vt debitor per interpellationem conſtitua-
tur in mora,eſt neceſſe,ꝙ incitetur,vt ſoluat, pondera ergo di-
ligenter,ꝙ ſimplex interpellatio creditoris facta congruo loco
& tempore non conſtituit debitorem in mora,niſi etiam ſit in-
citatoria. Hinc infertur correlariè, quòd notificatio debiti non
habetur loco ſufficientis interpellationis. de quo ponit Bald.in
l.vinum.ad fi.ff.ſi cer.pet.q videtur tenere,ꝙ non ſufficiat,per l.
in minorũ.C.ex quib.cau.in integ.reſtit.non eſt neceſ. quamuis
in cõtrarium poſteà arguat,vt ibi per eum,& hoc no.ad ea quæ
traduntur in l.quod te.ff.ſi cert.pet.& in l. ſi ex legati cauſa.ff.de
verbo.obliga. ¶Quærit Bar.in quo lòco debeat fieri iſta prote-
ſtatio, & ſic quis dicatur locus congruus huic proteſtationi.
Adde illud,quod tenet Bart.s̃.in prima ſpecie proteſtationis,&
42 ita limitat Bar.hic, vbi tenet,† qđ proteſtatio declaratoria vo-
luntatis, in his, quæ dependent à mera voluntate proteſtantis
poteſt fieri quolibet loco, & quocunque tempore. ¶Secundò
adde, ꝙ proteſtationes poſſunt fieri etiam in Eccleſijs. Auth.ſi
quis ei.C.ad l.Iul.de adul.per quem text.ita not.Bald.in l.nemo
apoſtolorum.in vlt. verb.C.de ſacroſ.eccl.& Lud.Rom.hic.in
additio. ¶Tertiò adde inquantũ tenet Bart. qđ iſta proteſtatio
poteſt fieri etiam extra iudicium,& limita,vt per Bar.in ſeq.col.
qñ fieret circa ea,ad quæ quis non tenetur iure obligationis,ſed
poteſt conſtringi officio iudicis, tunc proteſtatio, vel interpel-
latio

D D I T I O.

a ¶Quid tenendum. Adde, quod denunciatio litis motæ facta per emptorem venditori, vt liti aſſiſtat,facit venditorem teneri ad ſumptus litis,dato, quòd emptor etiam obtineat in cauſa.Bart.in l.1.C.de euictio. in l. qui abſenti.ff.de procur.alias dato, quòd ſimplex denunciatio litis motæ ſufficiat,non opera-bitur ſi emptor ſuccumbat in cauſa,ita procedit tex. in l. ſi dictum.§.denunciare.de euictio.Rube.& Socin.in l.1.§.voluntate. nume.13. ff. ſoluto matrimonio. BELLOT.

latio extraiudicialis nihil operaretur.text. est singularis in l.cùm
postulassem.in prin.& ibi Bart.ff.de dam.infec. idem Bart.in l.si
ex legati causa.ff.de verbo.oblig.& in l.vbi.§.1.ff. de edendo.&
rationem assignat Bart.in l.1.in antepen.col.& ibidem Bal.ff.de
iurisdi.om.iud.¶Quærit Bar.quod sit tempus congruum huic
protestationi,de quo etiam per eundem Bart. in l.cùm filius.§.
fi.ff.de verb.obli.per Bal.in l.in contractibus.§.fi.C.de non num.
pecu.& no.benè doctrinam Bart. quòd quando protestatio in-
citatoria continet aliquid, quod secundum bonos mores ciui-
tatis non potest illo tempore explicari, potest sperni tanquam
incongruo tempore facta.Adde illud,ꝙ tenet Bar.supra in prę-
cedenti specie protestationis, & ibi dixi, vbi tenet, ꝙ protesta-
tio prohibitoria eius, quod non potest salua honestate præter-
mitti;nihil operatur, & potest sperni.secundò adde, quod etiã
actus factus de communi consensu partium,si sit cõtra bonos
mores ciuiles, vel naturales nihil valet, quantominus protesta-
tio vnius partis tantum,tex.est.in l.pacta, quæ contra,ibi, *contra
bonos mores*, & ibi Bal.& Mod.not.C.de pac.intantum, quòd il-
lud,ꝙ est contra bonos mores ciuiles, & naturales,sicut prohi-
betur fieri per pactum,vt ibi,ita etiam prohibetur fieri per sta-
tutum,prout est doctrina Bart.approbata in l.omnes populi.in
4.q.3.q.princ.ff.de iusti.& iur. vbi sic intelligit æquiparationem
a glos.in rubr.C.de decre.decurio.lib.10. [a] Adde etiam, quòd
illud, quod est contra bonos mores ciuiles,vel naturales adeo
prohibetur, quòd non firmatur etiam iuramento, vt in regula
nõ est obligatorium,iuncta l.generaliter.& l.si plagij.ff.de verb.
oblig.declarat Aret.in consi.73.quod inci.diligenter, & maturè
consideratis. not.in c. cùm contingat.de iureiuran.licèt Pau.de
Cast.in d.l.pacta quę contra,teneat,ꝙ regula dicti c.non est ob-
ligatorium. procedit quando est contra bonos mores de iure
canonico,quod est quãdo inducit peccatum, tunc non firma-
tur iuramento. secus quando esset contra bonos mores ciuiles,
vt est videre in vltimo exemplo Bart.hic,& in casu.l.1.ff.de do-
natio.inter virum & vxorem, tunc bene firmaretur iuramen-
to,quod vltimum pro nunc non examino hic, quia non est lo
cus suus.Iuxta istam q.Barto.de tempore congruo protestatio-
nis congruenter quæro,nunquid protestationes possint fieri ali
cui de nocte, an verò tempus noctis censeatur incongruum
protestationi.In quo passu Bal.in c.fi.in 1.colum. de appel.in ca
su illius text.concludit,quòd protestatio potest fieri de nocte,si
potest haberi copia illius,cui est facienda protestatio. Ista opi-
43 nio potest per duo similia cõfirmari. † Primò,quòd licèt actus
iudiciales, prout est sententia, non possint regulariter expediri
de nocte.§.sedebunt. in Auth. de iudi.col.6.tamen actus extra-
iudiciales,prout sunt contractus,& similia,possunt ita expediri
de nocte,sicut de die.l.non minorem. C.de transac.similiter te-
stamenta.l.ad testium.§.signum autem.ff.de testa.quinimo ap-
b pellatio potest interponi de nocte, [b] secundum tamen, ꝙ de-
clarat Bal.in Auth.sed hodie.in vlt.col.C.de appel.& in l.1.C.de
ferijs.facit tex.in l.1.§.dies.cum.§.sequen.*in verbo suprema hora*.ff.
quando appel.sit per gl.in c.ab eo.de appel.in 6.in contrarium,
quòd tales protestationes regulariter nõ possint fieri de nocte,
probatur,quia debent fieri congruo loco,& tempore, vt dictũ
est,modo solutio non potest fieri de nocte, quia non diceretur
fieri congruo tempore.l.si soluturus.ff.de sol. & est glo.sing.in l.
more.& ibi Bar.ad hoc no.ff.de ferijs.do.Abb.in c.1.eo.tit.ergò
nec istæ protestationes. nisi dixeris defendendo primam opin.
Bal.ꝙ gl.in d.l.more.quæ vult, ꝙ solutio non possit fieri de no-
cte, quia sit tempus incongruum, procedit, quando creditori
esset periculum in aperiendo ostium de nocte,vel quando pos-
set fieri deceptio in qualitate pecuniæ soluendæ, aliàs videtur,
ꝙ debitor possit soluere de nocte,prout tenent Guliel.Albe.de
Ros.Ang.& do.Alex.in d.l.more. Bal.in l.acceptam.in 2.q.C.de
vsu.& no.Sal.in d.l.non minorẽ.& stante hoc, ꝙ solutio regula-
riter possit fieri etiam de nocte, sequitur, ꝙ idem erit in prote-
44 statione. ¶† Quærit Bar.cui debeat fieri ista protestatio,& con-
cludit not.ꝙ ita demum potest fieri procuratori in subsidium,
quando principalis haberi non potest. de quo plenius dixi in
præcedenti specie protestationis,vbi feci mentionem de verbis
Bar.Item inquantum Bart.facit differentiam,an conditio nega-
tiua ponatur in legatis,an verò ponatur in institutione per glo.
no.in l.si quis instituatur hęres in diem.§.1.in verbo præfinitur
tempus.ff.de hęred.instit.Bar.in l.hæc conditio si in capitolium.
ff.de condi.& demonst.dic,ꝙ ratio differentiæ est,quia fauora-
bilior fit interpretatio in institutione, in qua tractatur de ma-
iori præiudicio,quàm fiat in legatis.glo.est in l. si plures.in gl.fi.
ff.de condi.institu.Bar.in l.sub conditione. post glo.ibi.ff.de hę-
redi.insti.probatur optimè in l.pen.§.1.iuncto.§.illo.C.de neces.
ser.hæredi.institu.Vltimò tene menti illud,quòd signanter vult
45 Barto.in fin.istius protestationis incitatoriæ,† quòd si ex dispo-
sitione legis, vel statuti quis debeat incidere in pœnam, si cer-
tum quid non fecerit, non expectatur, ꝙ desinat illud posse fa-
cere, vt incidat in pœnam, sed quàm primum est in gradu,ꝙ
possit facere,& sit in mora faciendi incidit in pœnam, vt in vl-
timis voluntatibus, licèt sit secus in contractibus.l.ita stipula-
tus.magna.de verb.oblig. & l.1.§. item si ita.ff.ad l.Falc.& istud
multum not.Ioan.de Imo.& do.Alex. hic in vlti. col.pondera
ergo Bar.velle,quòd dispositio statuti æquipareiur vltimis vo-
luntatibus,ex quo correlariè infertur, quòd statuta debẽt regu-
lari secundum leges loquentes de vltimis voluntatibus,& non
de contractibus.idem tenet Bart.in l.1.per glo.notabi. C.de his
quibus vt indi.quamuis alibi de hoc dubitet Barto. & relinquat
cogitandum in l.suus quoque.§.fin. in 2.col.ff.de hæred.insti.&
& in l.1.ff.de in diem addic.& contrarium tenet Bald. in l.om-
nes populi.ad fin.ff.de iusti. & iur. & in l.contractus.ad fin.C.de
fid.instrum.quem reprobant Lud.& Mod.in l.4.§.Cato.in vlt.
char.ff.de verb.oblig.& Ludo.in l.vnica.in 4.q. C.quando non
peten.par.vnde præcedens opin.*est vera, & communis*,quam etiã
tenet Bal.in titu.de pace constan.in verbo in criminalibus,& in
l.& si post tres.in 9.colum.ff.si quis cau. & in l.pen. in 2.colum.
C.de verbo.signifi.& in c.fin. in 7.colum.de consti. Lud.Rom.
in consi.124.quod incip.circa primum dubium quo quæritur,
an de iure communi.in 2.col. confirmo istam conclusionem,
quia bonum est argumentum de testamento ad statutum, &
ècontra.l.fin.C.de reb.alien.non alienan.& §.disponat.in Auth.
de nup. collat.4. not. Ang.in l.1.ff.de acquiren. hæred.per text.
quem ad hoc reputat singularem in l.4.C.de omni agro deser.
lib.11.Secundò facit, per omnes modos per quos coniectura-
tur mens testatoris, per eosdem coniecturatur mens statuti,se-
cundum Fran. Bechi inter consilia Ang. in consi.344.quod in-
cipit Marin.Ioan.de Floren.in 3.colum.ad fin. Tertiò facit,quia
prohibitio testatoris æquiparatur prohibitioni statutariæ secun
dum Petr.de Anch.in consil.152.quod incip. plura sunt dubia.
Quartò accedat,quia plus potest statutũ,quàm testator, quan-
tum ad derogandum iuri publico formali, nam statutum,vel
consuetudo potest derogare solennitati requisitæ in testamen-
tis.l.si non speciali.& l.fin.C.de test. testator autem non posset.l.
testandi.C.eo.iuncta.l.nemo potest. ff.de lega.1. & sic benè ha-
c bes expeditam totam repetitionem Barto.hic. ¶Vltra [c] com-
mentaria Barto. pro complemento præsentis materiæ teneas
menti in practica famosum, & singulare dictum Inno.in cap.
Cuma.de elect.quod referunt, & sequuntur Do. Ioan.de Imo.
46 & Alexan.hic ad fin. † quòd citatus comparens coram aliquo
iudice ordinario, vel delegato, non debet simpliciter protesta-
ri,quòd per actum quem facit, vel in futurum faciet, non in-
tendit vllo modo in eum cõsentire, quia si ita simpliciter pro-
testaretur, iudex posset ex hoc eum reputare contumacem, &
procedere contra eum tanquam contumacem, per remedia,
quæ competunt contra contumaces, puta per impositionem
mulctæ,vel per excommunicationem.vnde cautela est,quam
totus mundus sequitur, quòd in tali protestatione addat,quod
non intendit in eum consentire,nisi si & quatenus à iure arctet.
& dicit Inno.quòd fatuus est,qui aliter protestatur.alleg.text.in
c.ex parte.el primo.in versi. ad intelligendum,ibi, quia citatus
stare noluit iuri.de verbo.significa. sequuntur Ioan. Andr.Bald.
Imol.& dom.Abb.in d.cap.Cuma.& dicit ibi dom.Abb.quòd
* Canonistæ, & Legistæ *communiter* sequuntur istud dictum In-
nocen.quamuis Dom.Anton.de But.ibi in vltim.colum.teneat
contrarium, sed eius fundamentis respondet ibidem Abba.vt
ibi per eum. Idem cum Innocen. tenent Imo.& dom.Abb.in
d.cap.cùm M.Ferra. dom.Abba. in cap.fin. de dolo & contu-
macia.Bald.in cap.1.ad fin.in titu.an apud iudi.vel cur.do.quę-
stio feud.& in cap.1. in 3. colum. de mili. vasal. qui contumax
est.in vsib.feud.& in l.2.per illum tex.in fin.C.vbi quis de curia.
vel cohorta. Idem tenet Angel.in l.non videtur.la 2.ff.de iudi.
vbi dicit se ita practicasse contra quendam magnum aduoca-
tum,qui ex hoc fuit valde iratus.idem Ange.in §.1.in 2.colum.
in Auth.de exhib.reis.& in consi.217.quod incip.in causa accu
sationis productæ per Phil.Imo.in l.quidam consulebant.in vlt.
col.ff.de re iudi. & in l.si ita scriptum. ff.de lega.1. Ludo.Rom.
in l.qui in aliena.§.fi.ff.de acquir.hær. Tu adde illud,quod pul-
chrè

ADDITIONES.

a ¶Libr.10. Ampliatio cap.non est obligatorium. contra tenet ipse Ias. in l.is cui bonis.colum.10.de verborum obliga.& in l. pacta quæ contra. C. de pactis. PVRPV.

b ¶Interponi de nocte. Adde Docto.in capitu.quod ad consultationem.de re iudicata.

c ¶Vltra. Adde ad ista omnia Ias. in l.eleganter. §.1. colum.2. ff. de condi.indeb.in l.ait prætor.col.3.& 4.supra de iureiur.& sequitur in l.sancimus.col.1. ver.extende.C.de iudicijs. PVRPV.

chrè conſuluit Pet.de Ancha.in conſi.33.quod incip.per ſtatu-
tum in cauſa in qua agitur,&c.vbi ſingulariter tenet,quòd ſi in
cauſa requirente libellum aliquis porrexerit petitionem ſolen-
nem continentem omnia,quæ ſunt de ſubſtantia libelli, & ad-
iecit clauſulam, quæ ſemper apponitur in libellis, videlicet nõ
a in formam ſolennis libelli, [a] ſed qualis qualis petitionis,& ſim-
plicis facti narrationis, ꝙ propter illam clauſulam ſuper tali pe
titione tanquam inepta procedi non debet, & ſi procederetur,
iudicium eſſet nullum,quia cùm libellus ſit fundamentum, &
ſubſtantia iudicij, vt not.in c.1. de libel.obla.& in Auth.offera-
tur. C. de lit.conteſta. certè per talem proteſtationem manife-
ſtè apparet,quòd noluit iſtam petitionem producere per mo-
dum ſolennis libelli, ergo dato, quod aliàs talis petitio fuiſſet
apta & ſolennis, poſtquam eius intentio expreſsè refragatur,
non poteſt ſuper ea procedi, per regulam.l.multum. C.ſi quis
alteri.vel ſibi.& c.cum ſuper Abbatia.de offic.deleg.item, quia
continet expreſſam repugnantiam expreſsè reſultantẽ ex ver-
bis; igitur actus vitiatur.l.vbi repugnantia. ff. de regul.iur.vnde
cautela eſt,quòd prædictis verbis addat non in formam ſolen-
nis libelli,ſed qualis qualis petitionis, &c. niſi vbi, & quatenus
ſolennis libellus à iure requireretur,quod bene no. in practica,
quia vidi iam in facto obtineri. ¶Succeſſiuè in iſta materia
47 proteſtationum adde, † quòd ſi dico alicui tu mentiris, quòd
eſt verbum iniurioſum ſecundum Bart.in l. item apud Labeo-
nem.§.1.ff.de iureiur. & in l. quæ omnia. de procura. licèt pro-
teſter,& dicam ſaluo honore,vel ſalua reuerẽtia tua, talis pro-
teſtatio me non iuuat, quin tenear actione iniuriarum.ita no-
tat Bald. & alij in l.ſi quis extraneus. in princip. per illum text.ff.
de acquiren.hæred.& ibidem Bart.aſſignat rationem,quia ver-
bum iniurioſum præcedens declarat, quòd non habet volun-
tatem ſeruandi illi honorem.l.ſi non conuicij. C.de iniur.pon-
dera iſtam rationem Bart.quæ innuit, quòd ſi primò præcede-
ret proteſtatio,quàm diceretur,conſeruaret honorem, & non
teneretur iniuriarum, puta ſi dicerem ſalua reuerentia tua,vel
tuo honore tu mentiris.& ita ponderat Ang.in repertorio ſuo
in dictione,*verba illa tu mentiris*, ſed credo,quòd ſiue illa prote-
ſtatio præcederet,ſiue ſequeretur,quòd non eſſet differentia, &
vtrobique teneretur iniuriarum, eo quia proteſtatio contraria
actui non dependenti à poteſtate proteſtantis, nihil operatur,
præſertim,quando factum eſt potentius proteſtatione.c.ſolici-
tudinem.in fin.de appella.no.in d.cap.cum. M.Ferrarien.& di-
ctum eſt ſupra poſt Bart.in prima ſpecie proteſtationis. præte-
rea iſta proteſtatio ſimultanea eſt contraria actui, qui geritur,
ergo ratione repugnantiæ vitiatur per regulam. d. l. vbi repu-
gnantia,firmat Bar.ſupra in prima ſpecie proteſtationis,vbi di-
xi. Tertiò in his,quæ ſimul fiunt, non refert an præcedat an ſe-
quatur,vt not.Bart.& alij in l.ſi ita ſit ſcriptum. ſupra de lega.1.
Teneas ergo indiſtinctè deciſio. Bart.in d.l.ſi quis extraneus.&
adde,quòd idem tenet Alber.de Roſ. in ſecunda parte ſtatuto-
rum in quæſt.43.quæ incipit. Sed quid ſi quis dicat. dom.Abb.
in cap.cum te.de re iudic. & in cap.eam te.de iureiurand.dom.
Alexan. in l.3. in princip.ff.de liber. & poſthum.& in l.turpia.in
* princip.ff.de leg.1.& in l.fin. quòd quiſque iu. *& iſta eſt commu-*
b *nis, & vera ſententia,* [b] reperio tamen Specu.expreſsè tenentem
contrarium, de quo Scribentes non faciunt mentionem in ti-
tulo de aduocato.§.iam nunc.in verſicu. hoc caue.vbi tenet,ꝙ
ſi dico,tu mentiris ſalua tua reuerentia, quòd non teneor tibi
iniuriarum. Tene concluſionem,qua infertur,quòd ſi contra
teſtes contra me productos opponam,quòd ſunt infames,cri-
minoſi, & ribaldi præmiſſa proteſtatione, quòd iſta non dico
eis animo iniuriandi, talis proteſtatio nihil releuat, vt patet ex
prædictis,aliud bene releuat,quia non præſumitur, quòd dicta
verba dicam animo iniuriandi, ſed principaliter ad defenſio-
nem iuris mei,ſecundum Guliel.de Cun. Bald.Angel. Salyc. &
alios in l.fin.ff.quòd quiſque iur. Angel. in l. item apud Labeo-
nem.§.quòd ait. & in l.iniuriam.§.ſi quis. ff.de iniur.accedat ad
prædicta ſimile,ſi dico alicui tedet me,quòd fueris condemna-
tus de falſo,teneor actione iniuriarum, quia præſumitur,quòd
dixerim animo iniuriandi, licèt præpoſuerim illa verba, tedet
me, ſecundum Ange. in l.veſtem. ff. de iniur. ¶Poſtremò in-
* quantum Barto. *& alij omnes* poſt eum faciunt quatuor ſpecies
48 proteſtationum,† credo, quòd debet addi quinta ſpecies,quæ
appellatur proteſtatio reſeruatoria, vel conſeruatoria iuris. de
qua propriè loquitur text. in c.ſolicitudinem. de appel.& in l.ſi
debitor.§.1.ff.quibus modis pignus, vel hypothe.ſolu. quam-
uis Bar.iſta iura ponat ſub prima ſpecie declaratoria. Iſta pro-
teſtatio conſeruatoria credo, quòd ſit duplex. quædam enim
eſt conſeruatoria ſolius iuris proteſtantis, prout eſt in caſu.d.c.
ſolicitudinẽ. vbi proteſtans non agebat declarare voluntatem,
ſed agebat conſeruare ius appellationis interpoſitæ, ne tolle-
retur procedendo coram Metropolitano. ſimiliter in d. l.ſi de-
bitor.§.1.quando conſentio ſaluo iure meo,iſta eſt proteſtatio
reſeruatoria iuris proteſtantis,& operatur, ne conſenſus eius ſi-
bi præiudicet. De iſta proteſtatione conſeruatoria iuris prote-
ſtantis pono aliqua notabilia exempla. primum exemplum
eſt, pone, quòd aliqua res datur in ſolutum creditori, debet
creditor expreſsè proteſtari,quòd ſi cõtingat talem rem ab alio
euinci, quòd à prima obligatione, & actione non diſcedatur.
iſta proteſtatio eſt vtilis propter fideiuſſores,qui ſunt dati in pri
ma obligatione, contra quos aliàs non daretur regreſſus, niſi
facta dicta proteſtatione reſeruationis. certè iſta proteſtatio eſt
conſeruatoria iuris, non autem declaratoria, niſi largo modo,
ita Barto.in l.ſi quis aliam.in prin.in 1.oppo.ff.de ſolu.& in l.ele-
ganter.in princip.ff.de pigno.actio. Bald. & Ange.in l.libera.C.
de ſenten.& interlocu.omn.iud.dom.Bartho.Veronen.in cau-
tela.169.aliàs.350. & iſta proteſtatio adhuc eſſet magis ſecura,
ſi in inſtrumento dationis in ſolutum creditor expreſsè prote-
ſtaretur ſaluo iure in hypotheca,& contra fideiuſſores primos.
aliàs per dationem in ſolutum ſimpliciter factam fideiuſſores
primi cenſerentur liberati,vt in locis præalleg.Aliud exemplũ,
quòd quando creditor recipit ſortem principalem,debet tunc
expreſsè proteſtari ſaluo ſibi iure petendi pœnam, vel petendi
intereſſe, per talem enim proteſtationem reſeruat ſibi ius pe-
tendi acceſſoria, aliàs recipiendo ſimpliciter ſortem principa-
lem ſine dicta proteſtatione reſeruatoria ſibi præiudicaret in
acceſſorijs,ſecundum quod no. declarat,& diſtinguit Bart.in l.
fin.in vltim.col.ff.de eo ꝙ certo loco. Specu.in titu.de arbitro.
§.ſequitur.verſi.ſed pone,quòd dum recipit.Aliud exemplum,
quando creditor plures habet inſolidum obligatos,& recipien-
do partem ab vno debet proteſtari, quòd recipit ſaluo iure ſo-
lidi, & ſic cum reſeruatione petitionis reſidui ſecundum Doct.
in l.ſi creditores. C. de pact. Bald.in l. ſi ex toto.§.1.ff.de lega.1.
Aliud exemplum, emphyteuta vel vaſallus alienat ſine conſen
ſu directi domini, & in inſtrumento facit proteſtationem re-
ſeruatoriam ſub conditione,ſi dominus non reuocauerit,aliàs
ſit inempta,certè per talem proteſtationem hoc modo factam
reſeruat ſibi ius ſuum, ne cadat propter alienationem, ita ſin-
gulariter tenet Bart.in l.ſi quis locuples.per illum text.ff.de ma-
numiſſis. teſtamen.eodem modo, ſi emphyteuta, vel vaſallus
alienat ſine conſenſu domini,cum proteſtatione conditionali,
ſi domino placuerit, vel ſub conditione, ſi conſenſus domini
acceſſerit, certè iſta proteſtatio ſic facta conſeruat ius, & facit,
ne cadat à iure emphyteutico, quia eſt perinde, ac ſi domino
fuiſſet prædictum, & eius conſenſum habuiſſet. l. fin. C. de
fund.patrimo.lib.11.& l.quia abſenti.§.1.ff.de acquir.poſſeſ. Ita
tenet Albe.de Roſ.poſt Alber. Papi.in l.fin.in vlti.col.C.de iure
emphyt.Ioan.de Ardizo.in ſumma feud.in titu.quib.mod.feu.
amit.in rub.ſua,quæ incipit ſi vendidit ſub conditione. Bald.in
c.1.§.hoc quoque.in vltim.colum. de ſucceſ. feudi. vbi ad hoc
alleg.tex.pro not.in d.l.ſi quis locuples.Idem tenet Iaco.Alua.in
c.1.in princip. in pen.colum.de prohib. feu.alien.per Frider.eo-
dem modo ſiue emphyteuta,vel vaſallus alienet ſine conſenſu
domini cum proteſtatione conditionali,hoc modo facta,ven-
do & alieno tibi,ſi & inquantum de iure poſſum, & non aliter,
certè etiam ſi ſequatur traditio,per talem proteſtationem reſer
uatur ſibi ius, & excuſatur à pœna caducitatis. ita ſingulariter
Bald.poſt Iaco.de Ardizo.in d.c.1. §. hoc quoque.in pen.col.de
ſucceſ.feu.vbi dicit, ꝙ ita aliàs habuit conſulere de facto, limi-
tando tamen,vt ibi per eum.Idem tenet Iaco. Aluar.in d.c.1.in
prin.in pen.col.de prohi.feu.alie. per Frider. Secus autem eſſet,
quando emphyteuta,vel vaſallus venderet ſine conſenſu domi
ni,& ita traderet adiecta proteſtatione ſaluo, & reſeruato con-
ſenſu domini,& non aliter,tunc.n.talis proteſtatio nihil opera-
tur.ita procedunt,quæ dixi.ſ.in prima ſpecie proteſtationis de-
claratoriæ ad finem, & ſic illi ablatiui abſoluti non ita reddunt
alienationem conditionalem, vt in proximè præcedentib.ſim
ꝙ declaraui in rub.ff.ſol.mat. Tolle aliud exemplum, quando
emphyteuta ceſſauit ſoluere canonem emphyteuticum tem-
pore congruo,ſi poſteà ſoluat,& dominus recipiat cum prote
ſtatione,ꝙ reſeruat ſibi ius caducitatis,certè talis proteſtatio eſt
cõſeruatoria iuris priuandi emphyteutã, in quo iure ſibi præiu
dicaſſet, ſi penſionẽ ſine dicta proteſtatione recepiſſet, vt eſt gl.
ordinaria in c.potuit. & ibi Scribentes.de loca. & eſt text.in l.2.
in prin.

ADDITIONES.

a ¶Solennis libelli.Adde,quod ſcribit Pract.Pap.for.libe.Act. Real.in prin.idẽ Iaſ.in l.ait prętor.col.3.in fin.ff.de iureiu. & quid operetur hæc clauſula, not. Rober.de ordi.iud.c.13 nume.15.idem Papien.for.libe. ad reſcin. ſen. verſic. qualisqualis. MASVER.

b ¶Vera ſententia.Adde eundem Iaſ.in l.illud.quæ eſt.l. fi.ff.quod quiſque iur.in l.ſi quis extraneus. 1.reſponſ.nu. 7. ff.de acq. hær.vbi dixi. MASVER.

in prin.& ibi Bald.ad hoc no.ff.ſi quis cau. Spec.in tit.de loca.§. nunc aliqua in verſic.25.ponunt Doct.in l.2.C.de iure emphy.
a Similiter ſi vaſallus intra annum,[a] & menſem poſt mortem domini non petat inueſtituram feudi ab eius hęredibus, cadit à iure feudi, vt c.1.quo tempore miles inueſtitu.in vſib. feu.certè ſi hæres domini poſt annum, & menſem recepit vaſallum ad obedientiam, videtur ſibi remiſiſſe ingratitudinem moræ ob inueſtituram non petitam congruo tempore. Ideo expreſsè proteſtari debet ſaluo, & reſeruato iure priuationis feudi, ſecūdum Bald.in d.c.1.in 2. col. quo tempore miles. & in c. quæ in eccleſiarum.in 15.col.de conſti. Poſſet tamen dici in iſto vltimò exemplo, ꝙ iſta ſit proteſtatio declaratoria actus dubij, q̃à dominus declarat mediante tali proteſtatione, ꝙ non intendit remittere ius caducitatis, attento, ꝙ emphyteuta ceſſans ſoluere temporib.congruis, non per hoc cadit à iure ſuo, niſi demū domino volente.& declarāte, ꝙ velit eum cecidiſſe, vt eſt tex. in l.2.in verbo volenti, & in verbo ſi voluerit, & ibi Bar.& Doc. no.C.de iure emphyteu.Tolle aliud exemplum in emphyteuta, qui ceſſauit in ſolutione canonis emphyteutici per tempora congrua, quo caſu quamuis poſſit expelli, tamen poteſt moram ſuam purgare celeri ſatisfactione, vt in c.potuit.de locato. debet ergo dominus eſſe benè cautus, quia elapſo tempore ſoluendi debet ſtatim proteſtari etiam abſente emphyteuta, quòd non intendit eum amplius habere pro emphyteuta, certè talis proteſtatio operatur, & impedit ne poſſit moram celeri ſatisfactione purgare.aliàs ſi non faceret talem proteſtationem, poſſet moram ſuam purgare.ita tenet do. Bartho. Veronenſ.in cautela.173.quæ incipit tu ſcis, ꝙ emphyteuta. & licèt ipſe non dicat, ante eum idem nota.tenet do.Abba.in 2. vol.conſiliorum conſi.67. ꝙ incipit in cauſa, quæ vertitur.in 2. colum.Lud.Rom.in conſi.103. quod incipit viſo propoſitæ.q. the.in 2.col.dom.Alex.in 4.vol.conſi.107.ꝙ incipit, viſo them. in 4.col.ſed tu aduerte poſito, ꝙ illud eſſet verum, de quo tamen plenius dixi in l.2. C. de iure emphyteu. certè ratio huius concluſionis eſſet, ꝙ declarata domini voluntate ſtatim ipſo iure emphyteuta priuatus intelligitur, adeo, ꝙ alia ſententia declaratoria non requiritur, prout tenent Doct.in d.l.fi. C.de iure emphyteu.ſed ſic eſt, ꝙ vbi executio fit à lege ipſo iure, ibi amplius non eſt locus purgationi moræ.l.traiectitiæ. §.de illo.ff.de actio.& oblig.& l.ſi is cui.& ibi not.Barto. ff.de lega.2. Barto.& Doct.in l.ſi inſulam.ff.de verb.obli. & hoc reſpectu poſſet dici, quòd etiam iſta proteſtatio cenſeatur declaratoria voluntatis.

49 ¶ † Quædam, & ſecunda eſt proteſtatio conſeruatoria iuris alterius, quàm proteſtantis, vt eſt, quādo teſtator legat fundum alicui ſaluo, & reſeruato iure coloni, ne per legatarium expellatur, de quo per Bald.in l.fi.in 2.col. C.de vſufru.vſu, & habit. per Bar.& alios in l.ſi quis legauerit.ff.de leg.1. per Ang.in l.ſi in venditione.commu. præd. vel quando iudex in ſententia diffinitiua reſeruat ſibi expreſsè taxationem expenſarum, vel ꝙ fortius eſt, reſeruat ſibi condemnationem expenſarum.l.terminato.& ibi glo.& Bart.C.de fru.& lit.expen. ꝙ vltimum, an poſſit reſeruare condemnationem expenſarum, nōn tranſit ſine magno dubio, vt habes per Moder.in l.Paulus.1. ff.de re iud. vel ꝙ iudex profert ſententiam diffinitiuam ſuper principali, & reſeruat ſibi condemnationem fructuum, quando de fructibus nō liquebat iudici, vel ꝙ eſt ſine dubio, quando reſeruat ſibi declarationem ipſorum fructuum ſecundum Spec.in tit.de alleg.& diſ. §.fin.verſi.quid ſi de fructibus.Bald. in d.l.terminato Ang.& Mod.in d.l.pau. Item quando iudex in ſententia dicit pronuncio tali modo ſaluo eo, ꝙ infra dicā, vt eſt gl.ordi.in l.item Labeo.§.1.in gl.parua.in verbo purè.ff.famil.erciſ.Bal in ti.de pac. conſtan.in 31.col.Ange.no.in conſi.290. ꝙ incip.thema tale eſt inter cætera capitula pacis, vel quando iudex in ſententia diceret condemno te in mille ſaluo, & reſeruato, niſi intra decem dies probaueris te ſoluiſſe ſecundum Spec. & Io.And. in tit.de ſent.§.ſpes in ver.ꝙ ſi iudex præcep.facit, ꝙ vult glo.& Bar.in l. obligationum ferè.§.conditio.ff.de actio.& oblig.Bar. & alij in l.ait prætor.§.ſi iudex.ff.de re iud.vel quando Epiſcopus in ſententia reſeruaret ſibi denunciationem pœnæ arbitrio ſuo, vt not.per Bald.in Auth.interdicimus.in ſi.C.de epiſco.& cler.vel quando iudex in immiſſionem in poſſeſſionem diceret ſaluo, & reſeruato iure legitimi poſſeſſoris, vt per Bald.no.in l.fin.in 3. q.C.de edicto diui Adria.tollen.poſt Bar.in l.ille à quo. §.1.ff.ad Trebel.potes etiam ponere alia exempla de iſta proteſtatione conſeruatoria iuris alterius, prout habes text.in c.cum longè in verbo ſaluo, & reſeruato vniuſcuiuſque prouinciæ priuileg. 63.diſt.vel prout habes tex.in c.ſaluo.9.quæſt.3. Et per iſta cum laude omnipotentis Dei ſit impoſitus finis huic materiæ proteſtationum. Sed quamuis in iſta materia propoſuiſſem nihil amplius dicere, tamen ex accidenti circa iſtam proteſtationem conſeruatoriam iuris proteſtantis, vltra ea, quæ dicta ſunt, ſu-
50 bijcio aliud nota.& quotidianum exemplum. † pone, aliquis eſt immunis, vel exemptus à muneribus, & collectis quibuſcunque, iſte ſoluit collectas, vel ſubijt munera cūm proteſtatione, quòd non intendit præiudicare, vel derogare ſuæ immunitati, vel exemptioni, certè per talem proteſtationem conſeruat ſibi ius ſuæ immunitatis, vel exemptionis, dato etiam, quòd voluntariè ſoluat.ita tenet Cyn.in l.voluntariè.in 5 quæſt. C de excuſa.tuto.& eſt.text. not. in l 1.& in l. fi.. C. de his, qui ſponte mune.ſubeunt.lib.10.& per illum tex.in d.l.1.ibi Bar.not.quòd qui ſubijt onera ſponte, debet proteſtari, ne præiudicetur ſibi, vel priuilegio ſuo, & ita dicit Bar.feciſſe, quando fuit ſibi impoſita pręſtantia, de quâ poterat ſe excuſare, ſed noluit, nam fecit ſcribi in cataſtro ſeu libro ſolutionum, quòd iſtud faciebat nō animo præiudicandi ſibi in priuilegijs ſuis, & in pactis ſibi factis, & ſequuntur Bald. & dom. Abb.in c. cum acceſſiſſent.de de conſti.Ludo. Rom.in conſi.252. quod incipit pro deciſio ad fin.Idem tenet Bald.in c.plerunque. de reſcrip. & ibi dicit idem eſſe ſi exemptus ſoluat cum proteſtatione, quòd immunitas ſua ſit ſibi ſalua. Accedat, quod tenet Bald. in regula acceſſorium. de regul. iuris. libr. 6. in apoſtillis ſuis, quòd poteſt quis proteſtari, quòd non intendit renunciare, aut derogare priuilegio ſuo, & valet talis proteſtatio, cùm actus voluntarij poſſint per proteſtationem limitari.l.2.in princ. ff.ſi quis cau. & ita referunt, & ſequuntur Moder.in cap. ſolicitudinem. ad fin.de
b appel.item limita. d.l.1. & fin.C.de his, qui ſpon.mune. [b] ſube. lib.10.vt per do.Alexan.in conſi.1.quod incipit viſis inſtrumentis exemptionis.in 6.col.lib.1.

ADDITIONES.

a ¶Annum. Adde Calder.conſil.7.incipien.an feudatarius teneatur.in titu.de feud.Pet.de Anch.conſi.73.Cardi.Zab.conſil.34.Abb. conſil.83. in 2.colum. 1.volum.idem Abb.conſil.3.incip.mitar in præſenti.in 2. volum. Io.de Anan. conſi.30.incip.vltra alia dubia. Ludo. Rom.conſi.27.in princ.Paul.de Caſtr. conſi.162.incip. circa id de quo quæritur.
Et no.Pract.Pap for.libe.ad reuoc.feudi.verſic. nec ſuperſtitibus.nume.25.& dic, quòd tam pro veteri, quàm nouo feudo tenetur vaſſallus intra annum, & diem petere inueſtituram ſecundum communem per Brun.conſi.42.aliàs cadit à feudo, cap.1.quo temp.mil. Cur. trac. Fi u.quarta par.quæſt.24. Dec. conſi.341.ante fi.Quod quidem tempus non currit, niſi à die ſcientiæ.teſte Alex.conſi.92.num.44.libr.6. Quomodo autem excuſetur, qui intra tempus inueſtituram non petijt, no.idem Dec.conſi.144.nu.6.Quid in minore effecto maiore, & vide Rol.conſi.18.nu.21.lib.1. MASVER.
b ¶ Munera.Adde alium caſum, in quo qui ſubijt munera, ſibi non præiudicat, per Iaſ.conſi.25.nu.2.lib.3.niſi labantur anni.30. PANCIR.

SVMMARIVM.

1 *Creditor pro fundo pignorato poteſt opus nouum nunciare.*
2 *Eo ipſo, quod res alicui pignori obligatur, videtur creditor quodammodo factus procurator in re ſua pro tuendo iure rei pignoratæ.*
3 *Ceſſionarius poteſt intentare actionem ceſſam, etiam contra cedentem.*
4 *Licèt creditor pro re pignorata habeat hypothecariam, tamen pro ſeruitute debita rei pignoratæ habet vtilem confeſſoriam.*
5 *Habens caſtrum pignori, in quo erat Eccleſia, in qua dominus habebat iuſpatronatus, ſi vacat rector, poteſt creditor præſentare vnum rectorem.*
6 *Bona eſt conſequentia, illi competit ius nunciandi nouum opus, qui habet ius vendicandi ſeruitutem.*
7 *Quando ratio legis patitur vnam fallentiam, non dicitur bona ratio, ec quia ratio debet eſſe generalis.*
8 *Argumentum à ſimili benè valet.*

LEX IX.

1 CReditori. † Creditor ratione ſeruitutis debitæ fundo pignorato, poteſt opus nouum nunciare, ſicut etiam poteſt vtilem
2 confeſſoriam intentare.hoc dicit. ¶ † Not.primò ex iſto tex.ꝙ eoipſo, ꝙ res alicui pignori obligatur, videtur creditor quodammodo factus procurator in re ſua pro tuendo iure rei pignoratæ.facit tex.in l.1.§. fi.ff.de remiſ. alleg.in gl.& in l. ſi pignori.& ꝙ ibi notatur.ff.fam.erciſ.facit in fi.tex. in l.1.§.fi.ff. vſufr.quemadmodum caueat.iuncto eo, ꝙ vidimus in l.1.§.fi.
3 ſ̃.eo.¶ † Secundò no.ſecundum Bar.hic videri tex.intelligendo eum generaliter, quòd ceſſionarius poteſt intentare actionem ceſſam etiam contra cedentem, quòd videtur eſſe contra tex & gl.in l.2.vbi Bar.& alij not.ſ̃.e.Cùm autem ceſſionarius ſit procurator in rem ſuam, vt no.in l.qui ſtipendia. C.de procu.in l.1. C.de act.& obli. ergo non poteſt contra dn̄m actionem ceſſam intentare, quia ſic dn̄s videretur cōtra ſeipſum venire. propter. h.d.ꝙ iſte text.debet reſtringi, ꝙ poteſt contra alium, ſed non ꝯ ipſum dominum, & circa hoc alij Scribentes nihil addunt. Tu

aduerte, aut Bar. voluit inducere iſtũ tex. reſpectu nunciationis, & ſic, quòd creditor poſſit nunciare nouum opus ratione ſeruitutis debitæ prędio pignorato, etiam contra ipſum debitorem, qui eſt dominus prædij, & ſic, qui ædificabat, & certè contra eum non videtur, ꝙ res propria debeat ſeruitutem. l. vti frui. in prin. ff. ſi vſufr. pet. aut Bar. voluit inducere iſtum tex. dum loquitur de vendicatione ſeruitutis, & certè reſtrictio ſua non videtur bona. Nam cùm iſti creditori competat vtilis confeſſoria, & ſic vtilis vendicatio; vt hic in glo. certè vtilis poteſt bene intentari contra cedentem, eo quia ceſſionarius tunc non agit tanquam procurator, ſed tanquam vtilis dominus, vt eſt glo. approbata in l. ſi culpa. ff. de rei vend. no. Bar. & alij in l. 1. §. fin. ſ. eo. & iſto ſecundo modo crederem, quòd Bar. non poſſit defen
4 di. ¶† Tertiò no. ex iſto tex. iuncta gl. quòd licèt creditor pro re pignorata habeat hypothecariam. §. item ſeruiana. inſti. de act. tamen pro ſeruitute debita rei pignoratæ habet vtilem confeſſoriam. Ex quo correlariè ſequitur, quòd creditor poteſt proſequi iura ſeruitutis debita fundo pignorato, & ex hoc colligit
5 Bal. arg. in hoc tex. † quòd habens caſtrum pignori, in quo erat Eccleſia, in qua dominus habebat iuſpa. ſi vacat rector, ꝙ poſſit creditor præſentare vnum rectorem, de quo habetur in c. cum Bertoldus. de re iud. Tu dic, ꝙ veritas eſt, quòd vniuerſitas temporalis, in qua eſt iuſpatro. poteſt pignori tradi, ſicut etiam poteſt vendi. c. cum ſeculum. de iurepatro. & in l. in modicis. vbi gl. eſt. ff. de contrahend. empt. glo. in c. piæ mentis. 16. q. 7. ſed iuſpat. in contractu ſingulari pignoris nō tranſit in creditorem, vt eſt tex. reputatus ſingu. in d. c. cùm Bertoldus. vbi Abb. & alij
6 ita no. ad hoc, & concludunt. ¶ Quartò not. ex hoc text. † quòd iſta videtur eſſe bona conſequentia, illi competit ius nunciandi nouum opus, qui habet ius vendicandi ſeruitutem. facit tex. in l. 1. §. ius. & §. item Iuliano. ȷ. de remiſ. in cōtrarium videtur tex. in l. qui viam. ȷ. eo. de hoc fuit dictum. in l. 1. §. fi. ſ. e. ¶ Gl. in verbo vendicatio, quam diuide in tres partes. In prima remouet vnum contrarium. In ſecunda remouet aliud. In tertia alleg. duas concor. ad tex. Secunda ibi, & caue. Tertia ibi, & facit. ¶ In
7 ead. gl. ibi, hæc non eſt bona ratio, quia fallit in eo. &c. † Not. ꝙ quando ratio legis patitur vnam inſtantiam, vel vnam fallentiam, non dicitur bona ratio, eo quia non eſt generalis, propter hoc quotidie allegatur iſta glo. ad tollendam conſequentiam ſufficit dare vnam inſtantiam, & iſtud clarè dicit glo. in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. Adde glo. in l. manumiſſiones. in verbo genera. ff. de iuſti. & iur. glo. in l. 3. §. incertam. in verbo Titius. ff. de acqui. poſſeſ. & gl. in l. illud. C. de colla. & in l. 1. in glo. pen. C. de præſcr. long. tempo. & in l. 1. C. de ſer. fugit. & in l. quia. ff. de pact. & in l. ſinautem. § poſſidere. ff. de rei vendi. & in c. fin. in verbo quamuis. de procu. in 6. & in c. fin. de re iud. in 6. Sed aduerte, ꝙ Saly. in l. precibus. in 2. col. ad fi. C. de impub. & alijs ſubſti. formaliter dicit, quòd miſeri Canoniſtæ ita reſpondent, quòd per dationem inſtantiæ tollatur conſequentia, ſed iſtud dicit nunquam ſibi placuiſſe, quia à regula recedere non debemus propter aliquem ſpecialem caſum, & diuerſum ab eo, de quo quærimus, vt l. ius ſingulare. & l. ꝙ verò contra. ff. de legi. & maximè ſecundum eũ in ſeparatis. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſeſ. l. Papinianus exuli. ff. de mino. ſed certè iſta etiam eſt regula Ariſto. in 8. Topicorum, vt refert glo. in d. c. ſicut vrgeri. Secundò aduerte, quòd Are. in l. ex facto. in princip. in 6. not. ff. de vulg. & pupil. no. ex illo tex. quòd quando duo ſunt regulariter æquiparata, licèt detur inſtantia, & diuerſitas in quibuſdam, nihilominus poteſt argui de vno ad aliud. ibi enim arguit Iuriſconſultus de ſubſtitutione pupillari ad exemplariam, vbi eſt identitas rationis, licèt in quibuſdam differant, vt ibi habetur, & tamen dantur inſtantiæ, vt l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtitu. & in §. qua ratione. inſtitu. de pupilla. ſubſtitu. & ſi dicatur, ꝙ iſtud ſit contra regulam iſtius gl. & d. c. ſicut vrgeri. quia ad tollendam conſequentiam ſufficit dare inſtantiam, reſpondet Aret. ꝙ præcedens nota procedit, quando agitur de extendendo vnum ad aliud tũc, virtute regulæ illę æquiparantur, ꝗa ſi regulariter æquiparantur, ſufficit, licèt dentur aliquæ inſtantiæ, vt per gl. in l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit. C. de fur. in l. ꝙ verò contra. ff. de leg. ſed quando extenſio debet fieri ex identitate rationis, tunc ratio, quia patitur inſtantiam non eſt bona, quia non eſt generalis, ideo ex ea non fit extenſio: vt hac glo. & ibi plenius traditur per Are. ¶ Tertiò adde, quòd contra re-
8 gulam huius gl. videtur facere, † quia procedit argumentum à
a ſimili,[a] licèt non ſit omnino ſimile, ſed detur diſſimilitudo, & detur inſtantia. c. conſtitutus. & ibi do. Abb. in 3. no. ad hoc no. de app. vbi Papa arguit de nuncio ad procuratorem, inter quos ſunt differentiæ, & dantur inſtantiæ. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi. ad idem tex. in c. quemadmodum. de iureiur. vbi Papa arguit à matrimonio cōtracto ad contrahẽdum, & ecōtra, tamen ibi datur inſtantia per regulam. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. vbi Iuriſconſultus dat inſtantiam, quia minus impediunt matrimonium contrahendum, quàm non tollunt iam contractum. ad idem tex. in c. cùm dilecta. & ibi do. Abb. de confir. vti. vel inuti. idem. do. Abb. in c. tranſlato. de conſti. idem., ꝙ bonum ſit argumentum à ſimili, etiam vbi non eſt omnimoda ſimilitudo, ſed datur inſtantia, tenet dom. Ant. de But. in c. non debet. in pen. col. de conſan. & affin. & pro hoc ſoleo ponderare tex. in l. fin. vbi dixi. C. de colla. vbi text. arguit de caſtrenſib. vel quaſi ad aduentitia, & tamen dantur multæ, vt patet. pro ſolutione ad aliam regulam, & ad regulam huius glo. conclude ſufficere, ꝙ in illa materia, in qua arguitur, ſit ſimilitudo rationis, & identitatis, licèt in alijs ſit dare inſtãtiam. ita propriè loquitur tex. in d. l. fin. C. de colla. ibi enim caſtrenſia, vel quaſi ideo non conferebantur etiam de iure antiquo, quia etiam ſi remanſiſſet in poteſtate patris, illa non fuiſſent quæſita patri. iſtamet ratio militat in aduentitijs, quo ad illam materiã, & iſtud ſufficit, licèt quo ad aliam reperiantur inſtantiæ. Hinc dixit dom. Abb. in d. c. conſtitutus. in 3. no. ꝙ modus deſtruendi arg. à ſimili eſt probare diſſimilitudinem in illo actu, ad quem fit colla. Hinc etiam no. d. Abb. in d. c. quemadmodum. in 1. no. per illum tex. ꝙ valet argumẽtum à ſimili data ſimilitudine in eo, ad ꝙ confertur, licèt in alijs non ſit omnino ſimile. ita tenet Io. And. in c. non poteſt. de præb. in 6. Hinc eſt, ꝙ gl. noſtra ponit inſtantiam in materia, in qua arguit Iuriſconſultus. ¶ In ea glo. ibi, ſed ea eſt bona, quia ipſius fundi petitio ei datur. Iſta ratio gl. peccat eodem morbo, quo gl. reprobat rationem Iuriſconſulti, quia ſimiliter ei obſtat illud, ꝙ dicitur de ſeruitute ruſtica in l. qui viam. ȷ. eo. vnde dicunt Iac. de Are. Dy. & Alb. hic, quòd ratio tex. eſt bona hoc modo ſanè intellecta. Cuicunque datur petitio ſeruitutis in ea re, quæ eſt apta nunciationem recipere, ibi etiam poteſt nouum opus nunciare. ita loquitur tex. hic, & concor. alleg. ſ. in vltimo not. ſecus vbi res, vel materia nō ſit ad hoc apta. d. l. qui viam. de qua lege fuit dictum in l. 1. §. fi. ſ. eo.

A D D I T I O.

a ¶ Simili. Adde glo. in l. 1. de leg. 3. Docto. in l. 1. ff. de offic. eius. Inno. in c. qualiter. de accuſa.

Et dic, quòd ſufficit, quòd inſit ſimilitudo reſpectu rei de qua agitur, licèt in alijs ſit diſſimilitudo, teſte Abb. in c. tranſlato. de conſti. in c. quemadmodum, de iureiur. in c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inuti. ſed quòd valeat arg. de ſimilib. ad ſimilia, alle. l. non poſſunt. tit. de legib. l. 2. ff. de offi. præſ. l. 1. C. de lib. præter. not. Iaſ. in l. Lucius. nu. 22. ff. de vulg. vbi dixi. MASVER.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciatio noui operis poteſt fieri furioſo, & infanti.*
2 *In omni denunciatione requiritur aliquis, qui intelligat.*
3 *Stipulatio de opere demoliendo idem importat, quòd ſtipul. iud. ſolui.*

L E X X.

Operis noui. Nunciatio noui operis fit in rem non in perſonam, ideo poteſt fieri contra furioſum, & infantem, & etiam fabris vel artificib. Item cautio de opere demoliendo committitur ad intereſſe per ſententiam declarando. hoc
1 dicit cum duabus legibus ſequen. ¶ † Not. primò ex text. ibi, & ideo furioſo, & infanti, quòd nunciatio noui ope. poteſt fieri furioſo, & infanti. Imo. & Paul. de Caſt. exponunt text. id eſt, contra infantem, & furioſum, prout etiam exponit gl. hic, quia non ſufficeret eis nunciari, cùm nullum habeant intellectum, prout etiam dicit glo. in l. cuilibet. ſequen. Ideo debet nunciari fabris, vt dicit lex ſequens, quę venit continuatiuè, & reddendo rationem, vel requiritur, quod ſint ibi perſonæ intelligentes, quæ referant tutori, vel curatori, prout tenet gl. in l. ſequen. Alb. Bald. & omnes Moder. hic. Rapha. Cuma. & Alexand. in l. pupillo. §. nunciationem. ſupra eodem, & ita communiter tenetur. Adde, quòd Bald. in cap. in omni negotio. de teſtib. dicit, quòd
2 in iſta l. cuilibet. in verbo intelligenti. eſt text. aureus, † quòd in omni denunciatione requiritur in aliquis, qui intelligat. Secun-
3 dò not. ex l. operis. † quòd ſtipulatio de opere demoliendo idem importat, quod ſtipulatio iudicatum ſolui, text. eſt hic, & in l. ſtipulatio. §. habet. infra eod. not. Barto. in l. de pupillo. § qui remiſſionem. ſupra eod.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſio nunciationis referenda eſt ad perſonam domini.*
2 *Actus celebratus cum procuratore in cauſam domini, in dubio non videtur referri ad perſonam domini niſi exprimatur.*
3 *Procurator poteſt cum cauſa renunciare appellationi.*

Procurator

4 *Procurator simpliciter constitutus ad nunciandum nouum opus, potest remittere, eo quia talis remissio venit in necessariã consequentiã.*
5 *Arbiter, & delegatus possunt incidenter cognoscere, & pronunciare de causa restit. in integ. licèt non principaliter.*
6 *Licèt procurator non teneatur prosequi appel. à diffinitiua, tamen ab interlocutoria tenetur appel. prosequi, cum aliàs non posset perficere causam principalem.*

LEX XIII.

CVm procurator. Quemadmodum satisdatio rati præstita à procuratore nunciante, ita & remissio nunciationis ad domini personam refereda est, hoc
* dicit secundum verum, & *communem* intellectum, qui ponitur in princ. & fin. gloss. magnæ. ¶ Nota ex isto text. secundum cõ-
1 munem intellectum proximè relatum, † quod remissio nunciationis referenda est ad personam domini. ratio secundum Barto. & Docto. inferius, quia cùm ista remissio fiat per viam satisdationis de opere demoliendo, quæ continet interesse. l. stipulatio. §. habet. j. eod. ergo ad interesse domini debet referri. l. pen. ff. si quis cau. alleg. in gl. Tu aduertè, si istud notabile est ve-
2 rũ, † ex eo correlariè sequitur, quòd actus celebratus cum procuratore in causam domini, in dubio nõ videtur referri ad personam domini, nisi exprimatur. hoc autẽ est falsum, quia quando procurator facit actum vt procurator, semper intelligitur referre ad dominum, licèt non exprimat. text. est in d. l. pen. ff. si quis cau. in l. post mortem. §. 1. ff. quando ex fac. tuto. no. Barto. & ibi dixi in l. 1. §. nunciatio. s. eo. cum concor. quas ibi dedi. vnde placet mihi plus intellectus, quem ad istum tex. ponunt Gui. de Suz. & Alber. de Ros. hic, quòd iste tex. loquatur, quãdo nunciatus simpliciter præstitit satisdationem de opere demoliẽdo, nec expresse retulit ad personam domini, quòd tamen censeatur collata in personam domini. vnde refert Alb. quòd iste tex. allegatur in practica, quòd si à procuratore aliquid simpliciter fiat, vel recipiatur, quod semper intelligatur referri ad personã domini, & bene faciunt iura præallegata, nec verba Bart. hic in primo intellectu glo. repugnant, imò per eum assignata bene congruunt. Secundò argum. huius tex. decidit signanter Bald.
3 hic post Ray. de Forl. † quòd procurator potest cũ causa renũciare appellationi. causa autem est secundum Bal. si videt hoc expedire domino. fortè, quia appellatio est temeraria, & iniusta. ¶ Not. quia ex hoc not. limitatur regula, quæ habet, quòd procurator etiam cum libera non potest renunciare appellationi. prout not. Ange. in l. ab executore. §. fin. ff. de appel. & in l. 1. §. 1. ff. a quib. app. non licèt. & in l. bonorum. ff. rem ra. hab. no. Bald. in l. fin. §. fin. de temp. app. Pro ista limitatione facit in simili tex. in l. si hominem. ff. mand. quem tex. alleg. Bar. in l. non solùm. §. morte. in pen. char. s. eo. vbi plura addidi ad illum tex. in 5. char. circa fin. ¶ Glo. in verbo remisso. in effectu ponit tres intellectus ad istud principium, licèt videatur ponere quatuor. Nam primus & vltimus ad idem tendunt. & communiter iste tenetur per rationem Bart. secundum intellectum reprobat Barto. per duo fundamenta, & faciunt duo alia fundamenta Barto. in sequenti intellectu. Tertium intellectum approbat Bart. & cõfirmat duobus medijs, deinde facit tres illationes. Prima illatio
4 est, † quòd procurator simpliciter constitutus ad nunciandum nouũ opus, potest remittere, eo quia talis remissio venit in necessariam consequentiam. Facit ratio, quia procurator ad aliquid simpliciter constitutus, intelligitur etiam constitutus ad accessoria, & dependentia. l. cuicunque. §. si ei quem. ff. de instit. act. & est glo. not. in cap. cùm olim. primo. de offic. deleg. limitat Bart. quãdo est remissio non gratuita, vt hoc tex. gratuitam enim remissionem talis procurator nõ posset facere. ratio, quia haberet vim donationis, quæ non censetur permissa procuratori. l. contra iuris ciuilis regulas. §. si filius. ff. de pac. not. Bart. in l. fi.
* in prin. ff. de ijs, quæ in frau. cre. subdit Bart. qui *communiter* habetur defectiuus, quòd si esset procurator generalis cum libera, posset bene facere remissionem gratuitam per tex. in l. 3. §. non tãtum. ff. q vi aut clam. qui tex. vt etiam dicit Pau. de Cast. hic, loquitur in remissione, quæ gratis fiebat. idẽ tenet Pau. de Cast. hic. sed aduerte, quia istud videt prima fronte malè dictũ, quia etiam procurator generalis cum libera non potest donare, vel gratis remittere. tex. in d. l. contra iur. ciui. §. si filius. tex. in l. filiusfa. in prin. ff. de don. Tamen conclusionem Barto. & Paul. de Castr. videtur probare tex. in d. §. non tantum. vbi tutor, & curator possunt facere illam remissionem gratuitam, vt ibi est text. sed constat, q tutor, & curator habet mãdatum generale cum libera à lege, vt est gl. in l. mandato generali. in glo. fi. ff. de proc. no. Bar. in l. inter bonorum, in prin. per illum tex. ff. de admi. tut. quamuis habeant istud plus, q censeantur loco domini. l. inter dum. la 2. §. qui tutelam. cum si. ff. de fur. & tamen constat, q tutor, & curator quamuis habeant mãdatum a lege cum libera, non tamen possunt donare regulariter. l. 1. in prin. ff. de tut. & ra. distr. & tex. in c. 2. & ibi Cano. de do. vnde in ista materia cõcludo, q procurator generalis cũ libera siue hoc habeat à lege siue ab homine, potest talem remissionem gratuitam facere, in d. l. non tñ. quando facit sine dolo, & non calumniose. secus si faceret merè animo donandi, prout est quando ius domini est liquidum, & clarum, tunc nõ posset. l. præses. C. de transa. l. tutor. in prin. ff. de iureiu. cessante enim dolo, & quando non fit merè animo donandi, paria sunt habere mandatum in specie ad illũ actum, vel habere generale cum libera. tex. est in l. iusiurãdum, q ex conuentione. §. fin. & l. seq. ff. de iureiuran. Hinc est, q qui
* habent mandatum generale cum libera à lege, vel ab homine possunt expedire omnia, in quibus requiritur speciale mandatum. ita no. Bald. in l. illud. §. 1. ff. de mino. & in addi. Spec. in tit. de in integ. resti. in 1. col. in ver. legi. & publici administratores. Cy. & Bal. in l. 1. C. etiam per procura. Paul. de Cast. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. defenso. ff. de iureiu. & Mod. in d. l. præses. Secunda illatio Bart. est, q licèt ad petendam restitutionem 1
in integrum requiratur speciale mandatum. d. l. illud. §. 1. ff. de mino. c. coram felicis. de in integr. restit. illud est verum, quando principaliter de per se peteretur, secus si incidenter in causa inchoata contingeret in aliquo esse necessarium petere resti. in integ. Adde Bar. in l. qui proprio. §. item quæritur. per illum tex. ff. de procur. & in l. 1. C. etiam per procur. Bar. & Sal. in d. l. illud. §. 1. imò generalius no. Barto. in l. indebitam. per illum tex. ff. de condi. indeb. q in omnibus casib. requirentibus speciale mãdatum enumeratis per glo. in cap. qui ad agendum. de procu. in 6. debet intelligi si principaliter intententur, secus si in consequentiam, & incidenter. cõfirmo conclusionẽ Bar. nã arbiter habet limitatã notionẽ, vt nõ plus possit quàm per partes fuit expressè commissum. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. idem
5 est in iudice delegato, & tamen ego habeo, † q arbiter, & delegatus possunt incidenter cognoscere, & pronunciare de causa resti. in integ. licèt non principaliter. tex. est no. in c. pen. de resti. in integ. facit tex. in l. fin. in fi. & ibi Raph. Ful. not. C. vbi & apud quos. Spec. in titu. de arbitris. §. 2. in versic. item causa. accedat, quia multa in consequentiam permittuntur, quæ principaliter non concederentur. l. 1. in prin. ff. de auth. tu. l. quoties. vbi Cyn. & alij. C. de iud. facit. l. si vnus. §. illud. ff. de pac. habetur in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. accedat no. tex. in l. tutor rerum. ff. de admi. tu. vbi illud, quod principaliter prohibetur, permittitur in consequẽtiam. quem tex. pro singulari ad hoc no. Arc. in l. si quis nec
6 causam. in prin. ff. si cer. pet. Tertia illatio Bart. est, † q licèt procurator non teneatur prosequi appellationem à diffinitiua. l. inuitus. C. de procura. & melius in c. nõ iniustè. in fin. eo. tit. tamen benè tenetur prosequi appellationem ab interlocutoria, cùm aliàs non posset perficere causam principalem secundum Inn.
* in d. c. non iniustè. Adde Bart. in l. non cogendũ. §. fin. ff. de proc. Barto. & alios. in d. l. inuitus. limitata istam conclusionem Bart. nisi talis appellatio ab interlocutoria veniret tractanda in alio loco remoto secũdum Spec. in tit. de appel. §. 1. in vers. illud autem. Sal. & Mod. in d. l. inuitus. pro ista limitatione benè faciunt duo text. in l. sed & hæ. §. non solùm. in verbo in eadem prouincia. de proc. & text. in l. sancimus. la 1. in verbo in eodem loco. C. de aduoc. di. iudicio. quod diligenter not. pro appellationibus ab interlocutorijs, quæ quotidie interponuntur ad Romanam curiam.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio nou. ope. non est geminanda, quando vigore primæ nunciationis præstita est satisdatio de opere demoliendo.*
2 *Si quis fecerit secundam nunciationem, videtur recessisse a prima.*
3 *Interpellans sæpius debitorem non videtur recedere a prima interpellatione.*
4 *Si creditor expressè conuenit, quòd non possit pignus alienare, tamen si debitor cesset in solutione præcedente trina denunciatione, non obstante pacto poterit alienare.*
5 *Facta prima nunciatione si nuncians ædificat, est acquisitum ius pœnale demolitorium.*
6 *Per secundam concessionem principis non videtur prima reuocata, imò secunda concessio operatur, vt censeatur facta proprio motu principis, vbi aliàs in dubio censeretur facta ad postulationem partis.*
7 *Secunda stipulatio, quæ continet idem quod prima, nunquam nouat penã.*
8 *Per secundam interpellationem de soluendo, videtur remitti mora præcedens.*
9 *Si primò appellaui à diffinitiua viua voce, & posteà in scriptis, an teneat sequi primam, quia illa est, quæ rescindit sententiam, an secundam. & nu. 10. & 11.*

12 *Si appellaui in voce reſeruato beneficio appel. in ſcriptis, quam app. debeo proſequi, & a quo tempore incipit currere appellatio. nu. 13.*
14 *Si iudex tulit duas ſententias interlocutorias de eadem re, ex qua acquiratur ius, a qua erit appellandum.*
15 *Secunda interloc. contraria primæ, vel diuerſa tollit primam.*
16 *Quando interloc. traxerit ſecum executionem, iudex non poteſt eam reuocare niſi de conſenſu partium.*
17 *Si pars producat pluries vnam ſcripturam coram iudice, an poſſit vti vtraque productione.*

§. Si dominus. Iſte. §. habet quatuor lecturas, quæ hic ponuntur. in glo. in ver-
* bo ratam. ſecundum vltimam lecturam, quæ *communiter* tenetur, hoc dicit. Si procurator propter nũciationem cauit de rato, & deinde recipit ſatiſdationem de opere demoliendo, ſi apparuerit intra certum terminum fuiſſe iniuſtè ædificatum, ſi intra illum terminum iteratò nunciet nouum opus, ſtipulatio de rato committitur ad intereſſe, ſed finito illo termino poteſt dominum iterum nunciare, & ſtipulatio de rato amplius non
1 cõmittitur, hoc dicit clarè, & liquide iſte. §. ¶† Not. ex iſto text. quòd nunciatio nou. ope. eſt geminanda, quando vigore primę nunciationis præſtita eſt ſatiſdatio de opere demoliendo. Ratio huius eſt duplex. Prima, quia nunciatus non debet iterum grauari onere ſatiſdandi, quod eſſet inconueniens, vt l. ſi ante acceptum. ff. iudi. ſolui. Secunda ratio eſt, quia præſtita ſatiſdatione licitum eſt procedere in opere. l. prętor. §. deinde. & l. ſtipulatio. ſ. eo. §. 1. ergo ratione talis ædificij non poteſt amplius inquietari, & ſic non poteſt amplius nunciari nouum opus. ¶Gl. in verbo ratam rem. diuide in duas partes princi. In prima declarat principium huius legis. In ſecunda ponit quatuor intellectus ad hunc. §. ſi dominus. ¶ In ead. gloſſ. ad finem. Adde quòd differt ſecunda lectura glo. à tertia: quia in ſecunda lectura procurator remiſit nunciationẽ à ſe factam habita cõditionali ſatiſdatione, niſi intra decem dies nunciatus probet ſe iuſtè ædificaſſe, ſed in tertia lectura procurator remiſit ipſam ſatiſdationem conditionalem, & iſta differentia eſt ſecundũ verba, & expreſsè glo. & plus placet quam alia differentia hic poſita per Alex. qui dicit, quòd in ſecunda lectu. nunciatus promiſit demolitionem ſub conditione, niſi intra 10. dies probauerit, ſed in tertia promiſerat ſimpliciter, quia imò vtrobique ſatiſda
2 tio fuit conditionaliter præſtita. ¶† Extra glo. tenet Barto. quòd per ſecundam nunciationem iudicatur receſſum à prima, per l. ſi quis cum procuratorio. §. fin. ff. de proc. & per gl. hic in verbo, nunciauerit. & cum eo tenet ſolus Ludo. Rom. hic, motus ſatis debiliter, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, ꝙ ſecunda nunciatio eſſet fruſtratoria, ꝙ non eſt dicendum, quando actus poteſt aliquid operari. l. quinquaginta. ff. de probatio. ſed iſtud fundamẽtum eſt fragile, quia in ſimili dicimus, ꝙ ſtipulatio ſecunda, quæ idem continet, ꝙ prima, nihil valet. l. qui bis idem. & l. ſi dari. cum glo. & vtrobique Bart. ff. de verbo. obli. pro opi. Bart. ſtringit tex. not. in l. Aemilius. in prin. in verſ. dicebam. ff. de mino. per quem tex. valde not. ibi Bart. in 1. col. quòd per nouã interpellationem, ſeu proteſtationem de ſoluendo, videtur remitti mora præcedens, & pondera, quòd ibi ex mora præcedenti erat iam acquiſitum ius creditori, & tamẽ per ſecundam interpellationem illud ius, & mora remittitur. ad idem facit quod tenet Bart. in l. nõ ſolùm. §. morte. ſ. eo. in ſecunda ſpecie proteſtationis inhibitoriæ, circa princi. vbi tenet, quòd ſi creditor denunciat, vel proteſtatur debitori, quòd ſoluat, iſta denunciatio operatur, quòd ſi præceſſerit mora debitoris, quòd purgetur. alleg. l. mora. in prin. ff. de vſu. ſed melius allegaſſet tex. in d. l. Aemilius. in prin. & ibi ipſe Bart. not. Ad idem pro Barto. facit, quia per ſecundam delegationem intelligitur receſſum à prima. cap. cæterum. de reſcrip. gloſſ. in cap. ex tenore. eod. titu.
* Iſtam concluſionem Bartol. reprehendunt *alij omnes* Mod. Io. de Imo. Rapha. Cum. Paul. de Caſtr. dom. Alex. hic, moti, quia ſecunda nunciatio videtur potius facta ad augendum deſiderium nunciantis, quàm quòd videatur receſſum à prima nun-
3 ciatione, † ſicut videmus in eo, qui ſepius interpellat debitorem, quia per hoc non videtur recedere à prima interpellatione. l. qui Romæ. §. cohæredes. in verbo, ſæpius teſtato conuenerit. ff. de verb. oblig. facit in l. ſimili tex. in l. 4. ff. de pign. actio. ſic etiam in eo, qui ſepius appellat, vt eſt glo. in cap. Lotha. in ver. appellauit. 31. quæſt. 2. & eſt text. in cap. bonæ. vbi Ioan. And. & alij not. de appel. ſic etiam in eo, qui ſæpius petit apoſtolos. l. 1. ff. de libel. dimiſ. & clem. quamuis. de appel. Sed defendendo concluſionem Barto. potes iſta argumenta retorquere contra Mod. vt faciant pro Barto. Non obſt. ergo text. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in verbo ſæpius teſtato conuenerit. quia reſpondeo, ꝙ ille tex. loquitur, quãdo requiritur multiplex interpellatio, vt eſt quando quis vult alienare rem prohibitã alienari. iſto caſu requiritur, quòd multoties interpellauerit cohæredes. ita ad illum tex. dicit not. Bald. in l. fin. in 4. quæſt. C. de edic. di. Adri. tol. aliàs vnica interpellatio ſufficit, vt eſt gloſſ. ordin. & approbata in l. mora. in princ. ff. de vſu. not. Barto. in l. Titia Seio. §. vſuras. per illum text. de legat. 2. & l. de pupillo. §. ſi plurium. vbi dixi. ſ. eod. cum ergo in §. cohæredes. de neceſſitate requiratur multiplex interpellatio, meritò non poteſt dici, quòd per ſecundam recedatur à prima, cùm vtraque ſit neceſſaria, ſed in caſu noſtro vna nunciatio contra ædificantem ſufficiebat, & non erant plures neceſſariæ. ſimiliter in l. 3. de pign. act. eſt caſus ſin-
* gularis ſecundum Barto. *& omnes ibi*, † quòd ſi creditor expreſ-
4 sè conuenit, quòd non poſſit pignus alienare, tamen ſi debitor ceſſet in ſolutione præcedente trina denunciatione, non obſtãte pacto, poteſt alienare pignus. ibi ergo quia requiritur multiplex interpellatio ad hoc, vt pignus contra expreſſam conuẽtionem poſſit alienari, meritò per ſecundam, vel tertiam interpellationem non videtur receſſum à prima, & per hunc modum etiam non obſt. illud, quòd dicebatur de eo, qui ſæpius petit apoſtolos, quia iſtud requirit, quòd petantur inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, iuribus præalleg. ideo cùm requiratur iſta multiplicatio, per ſecundam non receditur à prima. Ad gloſſ. in d. cap. Lotha. & tex. in d. c. bonæ. reſpondeo, quòd gloſſ. ibi expreſſe loquitur, quando illa multiplex appellatio fuit facta eodem contextu, quo caſu habetur pro vna, vt inquit glo. in cap. ab eo, in verbo, inſtanter. de appellatio. in 6. & in ſimili gloſſ. in d. l. 4. ff. de pig. act. & ſic concluſio Bartol. optimè defenditur à fundamentis Modernorum. Ad text. in l. ſi quis cùm procuratorio. in §. fin. ff. de procu. allegatum per Bart. reſpondent Imo. Rapha. Cuma. & Paul. de Caſt. hic, quòd ille text. nihil facit ad propoſitum Bartol. quia loquitur quando ſecundum mandatum non continebat præcisè idem quod primum, ſed diuerſum. patet, quia in ſecundo mandato erat datus alius diuerſus à primo, ſed hic vtraque nunciatio erat facta ab eodem, & ſic præcisè idem continebat. Tu dic, quòd iſta ſolutio eſt de directò contra gloſſ. in d. §. fin. in gloſſ. 1. quod ſequitur Bald. ibi, qui tenet, ꝙ ille text. procedat etiam quando idem eſſet datus procu. in ſecundo mandato, niſi intelligas illam gloſ. ſecundum Ang. & Pau. de Caſt. ibi. & d. Alex. hic, quòd illa gl. procedat, quãdo nouum mandatum eſt datum eidem procuratori: ſecus ſi propriè eſſet idem, quòd primum, tunc ſecundum potius venit ad confirmandum primum quàm ad infirmandum, vel conſtituendum de nouo, argum. d. l. qui bis idem. ad hoc etiam allegat Paul. de Caſtr. tex. in l. ſi eũ. §. 1. ff. de exercitor. in verbo, hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adijcitur. Quid tenendum? ego in iſto paſſu etiam teneo contra Bartol. ſed mo-
5 ueor alijs medijs quam Mod. Moueor primò, nam † facta prima nunciatione, ſi nunciatus ædificat eſt acquiſitum ius pœnale demolitorium. l. 1. §. ſed ſi is cui. ſ. eod. & l. prætor. §. deinde. ſ. eod. ergo per ſecundam nunciationem non intelligitur remiſſa talis pœna, niſi expreſſe de ea fiat mentio, quòd tamen ſi per ſecundam nunciationem nouaretur præcedens, tolleretur etiam pœna pręcedens. l. ſolutum. in princi. de pigno. act. aſſumptum probatur, quia poſtquam debitor incidit in pœnam, dato, quòd creditor expreſſe ſibi proroget terminum, nõ intelligitur remiſſa pœna præcedens. ita tenet Bartol. in l. acceptam. in 7. quæſt. C. de vſu. dixi in l. 1. §. & poſt operis. ſ. eod vbi ad hoc alias concordantias adduxi. credo quòd Bartol. ſenſerit iſtud obiectum, & propterea in reſponſione ſua cum myſterio dicit, quòd pro opere futuro poſt ſecundam nunciationem non recedatur à prima. Secundò facit, quia inducta ad augmentum nunciantis non debent operari remiſſionem, & ſic contrarium. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & l. legata inutiliter. de legat. 1. aliàs actus agentium operarentur contra eorum intentionem. l. non omnis. in princip. ff. ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia. §. fin. ff. de actio. & oblig. Tertiò, quia inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium effectum; etiam ſi illud videantur tacitè includere. l. cum tale. §. falſam. 2. ff. de condio. & demonſt. ſed ſecunda nunciatio fit ad ligandum magis manus nunciati ædificantis, ergo non debet
6 operari remiſſionem primæ. † Quartò moueor per ſimile, quia per ſecundam conceſſionem principis non videtur prima reuocata, imò ſecunda conceſſio operatur ſingularem effectum, vt cenſeatur facta proprio motu principis, vbi aliàs in dubio cenſeretur facta ad poſtulationem partis, niſi expreſsè dicatur quòd facit motu proprio. capit. ſi motu proprio. de præbend. in 6. Ita ſingulariter Bald. in l. nec damnoſa. C. de præcib. impe. offeren. per text. not. in §. & hæc vero iubemus. in Authen. vt nulli iudic. colla. 9. ſequitur Ludouic. Roma. reputans ſingulare, & nouum dictum in l. ſi verò. §. de viro. in 31. colum. ff. ſol. matrimo. & in l. 3. in princ. & ibidem latius dom. Alex. in 1. not. ff. ꝙ quiſque iur. Raph. Fulg. in l. nec damnoſa. & in l. reſcripta. C. de

7 C.de preci.Impe.offer.† Quintò, ꝙ per ſecundam nunciationẽ
non ſit receſſum à prima, facit ſimile, quia ſecunda ſtipulatio,
quæ continet idem qđ prima, nunquam nouat primam.l.ſcire
debemus.in prin.ff.de verb.obl.no.Bar.in l.pen.ff.de pręto.ſtip.
Tamen ad hoc potes dicere, ꝙ ideo ſit, quia ſecunda ſtipulatio
nihil valet, cùm non interſit ſtipulantis.d.l.qui bis idem. & d.l.ſi
dari.Sextò conſidera, ſi poſſet vnum nouum attentari, ꝙ quē-
admodum ſecūda interpellatio facta debitori eum magis gra-
uat, & impedit moræ purgationem, vt eſt text.not.ſecundum
vnam lectu.in l.traiectitię.§.de illo.ff.de act.& obl.quem tex.ad
hoc no. Lud.& Mod.in l.inſulam.ff.de verb.obl. Lud. Rom.in
l.& ſi poſt tres.in pen.char.ff.ſi quis cau.& in conſi.352.in ſecun
do dubio.ꝙ idem ſit in materia noſtra, ſi poſt primam nuncia-
tionem poſteà fiat alia ſecunda nunciatio, iſta ſecunda gemi-
nata operetur, quod nunciatus non habeat beneficium ſatiſ-
dandi.de quo in l.prætor.§.deinde.& §.ſeq.ĩ.eo.ſicut geminata
interpellatio tollit beneficium purgationis morę.& ſi hoc eſſet
verum, eſſet noua limitatio ad d.l. prætor.§.deinde. cum ſeq.
Tamen eam non firmo, nec pono pro conſtanti, & tenendo
iſtam partem contra Bar.non obſt.illud, qđ no.Bar.in d.l.Aemi
8 lius.in prin.per illum text.vbi no. † ꝙ per ſecundam interpella-
tionem de ſoluendo videatur remitti mora præcedens. Nam
iſtud not.Bart.ita generaliter ſumptum eſt falſum, quia imò ſe-
cunda interpellatio non ſolùm non remittit præcedentẽ, imò
eam aggrauat, quia vbi eam aliàs poſſet debitor purgare, iuxta.
d.l.& ſi poſt tres. certè geminata interpellatio impedit purga-
tionem moræ, vt ſtatim proximè dixi. Item quia inducta ad
augmentum non debent operari contrarium, vt ſtatim dixi,
ſalua tamen no.Bar.in d.l.Aemilius.illud intelligendo, & reſtrin
gendo in termino illius legis, quia dictum Doctoris ſemper de-
bet intelligi ſecundum legem, quam allegat.vt inquit Bart.in l.
non ſolùm.§.ſi liberationis verba.ff.de lib.leg. Sal. in l.ſi ex cau-
tione.in 10.col.C.de non nume.pec.cum alijs concor.debet er-
go intelligi ibi Bart. prout etiam declarat do. Alex.hic, quando
propter primam moram erat acquiſitum ius interpellanti ad
petẽdum aliquam ſpeciem, vbi primò non poterat petere, niſi
pretium, certè ſi poſteà interpellet, vt detur pretium, videtur
recedere ab effectu primæ moræ.i. ab effectu & poteſtate pe-
tendi illam primam ſpeciem, vt eſt tex.in l.poſt diem.ff.de leg.
cõmiſ.aliàs per ſecundam interpellationẽ non remittitur mo-
9 ra pręcedẽs, imò magis augetur, vt ſ.proxi.dixi. ¶†Quærit Bar.
ſi primò appellaui à ſententia diffinitiua viua voce, poſteà ap-
pellaui in ſcriptis, quam appellationem debeo proſequi, & con
cludit, quòd primam, quia illa eſt, quæ reſcindit ſententiã.Con-
trarium tenet Angel.hic volens, ꝙ ſecunda appellatio valeat, &
non prima, dummodo vtraque ſit interpoſita intra tempus li-
citum, per tex.in l.ſi quis libellos.cũ gl. C.de appel.vbi dicitur,
ꝙ eſt licitum re integra recedere à prima appellatione. Sed cer
tè tex.ille non obſt.prout etiam dicit Imo. licèt enim ibi deci-
datur, ꝙ qui ſemel appellauit, poteſt recedere ab illa appella-
tione, & interponere ſecundam appellationem, non tamen di-
cit text.ꝙ interponendo ſecundam appellationem, videatur à
prima recedere, ex quo ad eundem appel.Idem ꝙ Ang contra
Bar.tenet Anto de But. in c.dilecto.de appel.motus per ſimile,
quia ſicut per ſecundum teſtamentum videtur receſſum à pri
mo.l.cùm in ſecundo.ff.de iniuſt.rup. Ita per ſecundam appel-
lationem debet intelligi receſſum à prima, cùm actus recedẽdi
à prima appellatione ita pendeat à voluntate appellantis, ſicut
& in teſtamentis. Ad hoc reſpondent Mod. ꝙ lex prohibuit pa-
ganum decedere cum duobus teſtamentis, & quia actus teſtan
di eſt actus vltimæ voluntatis, ideo lex voluit, ꝙ ſtetur vlt.non
ſic eſt in appellatione, in qua non prohibetur geminatio.c.bo-
10 næ.de appel.¶† Tertia fuit opin.Io.And.in d.c.bonæ.quam ſe-
quuntur Dom. de Rota in deciſio. 463. in antiquis, ꝙ vtraque
appellatio valeat, & ſit in poteſtate appellantis proſequi, quam
velit, per tex.in d.c.bonæ.& gl.in c.Lotha.31.q.2. iſtam opin.te-
net Bal.in l.appellatione.C.de appel.& in c.ſancimus.quo tem
poris miles.in vſi.feu.& in l.generaliter.§.1. C.de reb.cred.& te-
nendo iſtam vltimam eſſet cautela, ꝙ appellatus procuret, ꝙ
iudex admittat primam appellationem, & ei deferat, & det li-
bellos dimiſſorios, tunc nõ poſſet amplius appellatio gemina-
ri, ſecundum Bal.in l.eos.§.apoſtolos. C.de appel.& latè ſequi-
tur.d.Bartho.Veron.in cautela.245.quæ incipit, vbi quis poteſt
appellare à ſententia.& Ang.de Are.in l.1.§.1. ff.de libel.dimiſ-
a ſo.Quid tenendum?[a] opi.Bar.hic *eſt communiter approbata*, quã
* tenent Imo.Raph.Cuma.& latè do.Alex. hic.Bal.in addi. Spec.
in tit.de appel.in 5.col.in verſi.ſed pone.& no. Bal.in conſi.164.
ꝙ incipit, appellatum eſt bis ſuper eodem.Ange.& Salv.in d.l.ſi
quis libellos. Ang in l.ſi quis cum procuratorio.§. fin.ff.de pro-
cura.iſtam opi.Bar.latè tenet Lud. Rom.& reſpondet ad obie-
cta in contrarium in conſi. 40. ꝙ incipit, in præſenti conſulta-
tione primo vidẽdum eſt.licèt idem Lud. hic aliter diſtinguat.
Eadem opi.tenent Io.de Imo.& do.Abb.in c.dilecto. de appel.
do.Abb.in c.tua nobis.ad fi.eo.tit.de app. Pet.de Anch.in clem.
1.de dolo & contum.Archi.in §.biduum.2.q.6.& ſic apparet, ꝙ
* opin.Bart.eſt *communiter* approbata, & à Legiſtis & Canoniſtis.
Stringendo paſſum veritas huius articuli ſatis pendet à funda-
mento Bar.appellatio reſcindit in totum ſnĩam ſm veram opi.
l.1.§.fi.& ibi Bar. ff.ad Turpil.gl.& Doct.in l. tale pactum.§.qui
prouocauit.ff.de pac.& in l.furti.in princ.ff.de his, qui notan.in-
11 fami.† Ex quo ergo prima appellatio habuit reſcindere ſen-
tentiã, illud ꝙ ſemel reſciſſum eſt, amplius reſcindi non poteſt.
l.nam ſi ſub conditione.§.poſt defectum. ff. de iniuſto rupto.c.
ad diſſoluendum. de deſpon.impu.ergo ſecunda appellatio ni-
hil poteſt operari.ad hoc bene facit, quod dicit in ſimili gl.in l.ſi
vnus.§.pactus ne peteret.in glo.magna.in fi.ff.de pac.quæ dicit,
quod primum pactum iam fecit illud; ꝙ à ſecundo fieri non
poteſt.quam gl.alleg.Lud.& Pau.de Caſt. hic.illud fundamen-
tum Bar.reprehendit Bal.in d.l.appellatione. C.de appel.in d.c.
ſancimus.quo tempore miles.in vſi.feud.& Lud.Rom. hic, eo
quia appellatio non ſolùm operatur remedium reſciſſiuum, vt
dicit Bald.ſed operatur alia remedia, quia deuoluit cauſam ad
ſuperiorem. c.dilectis filijs decan. de appel.item differt tempus
appellationis proſequendæ, cùm incipit currere à die interpo-
ſitæ appellationis.cle.ſicut.de appel.vnde ſecunda appellatio li-
cèt non poſſit operari, quo ad primum remedium reſciſſiuum,
vt dicit Bar.per hoc non redditur inutilis, nec inualida, quia ſal-
tem operatur, quo ad alia remedia, præſertim, vt tempus lon-
gius competat in appellatione proſequenda, nec eſt incongruũ
rem iam ſuſpenſam in longius tempus ſuſpendi.l.pen.ff.de prę-
to.ſtipu.& eſt tex.clarus in c.veritatis.de do.& contu. & in c.ita
quorundam de iudæis. Ad iſtud fundamentum reſpondet do.
Alex.defendendo Bart. ꝙ illud intereſſe longioris vitæ appella-
tionis non eſt in conſideratione, prout tenet not. glo.in l.qui bis
idem.ff.de verb.oblig.pro qua Bart.ibi alle.no. tex.in l pater qui
caſtrenſe.in fi.de caſt.pecu. Tu dic, ꝙ iſta reſponſio do.Alex.nõ
tollit obiectum, quia glo.in l.qui bis idem. procedit in ſtipula-
tione, in qua ſtipulatione ad hoc, vt valeat, ſolùm attenditur in-
tereſſe pecuniarium, & non aliud intereſſe. gl.eſt in l.fideiuſſo-
ris.& ibi Bar.ff.de pac.Bar.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri. & in l.ꝙ di-
citur.ff.de verbo.oblig.& eſt tex.in l.3.§.ſed & ſi fortè.ff.iud.ſol.
nimirum ſi in ſtipulatione non attenditur intereſſe longioris vi
tæ.nos autem loquimur in ſententia, vel appel.in qua non attẽ-
ditur intereſſe, vt dicit Bart.ĩ.in pen.q. dum alle.tex.in l.poſthu.
§.ſi quis ex his.de inoffic.teſtam.ergo ſi intereſſe accedat quale-
cunque ſit in ſententia, & appellatione attenditur. Mihi etiam
ex alijs duobus non placet fundamentum Bart. & Docto.quia
iſtud fundamentum non eſt generale, quia appellatio non ſem-
per competit ad reſcindendum, ſed etiam ad declarãdum nul-
lum, quando ſententia à qua appellatur eſt nulla.l.ſi expreſſim.
& ibi Bart.& alij.ff.de appel.& l.quædam mulier.ff.fam.erciſ.ſi-
cut etiam bonorum poſſeſſio contratab. aliquãdo datur ad re-
ſcindendum.l.vt liberis.in verbo, reſciſſa.C. de colla.aliquando
ad declarandum nullum.d.l.poſthu.& ibi Pau. de Caſt.& Alex.
declarant.C.de bon.poſ.contratab. Secundò, quia per ſecundã
appellationem recedendo à prima appellatione, certè reſpectu
primæ appellationis ſententia remaneret firma. c.ꝙ ad conſul-
12 tationem.de re iud.& l.fi. C.de temp.app.¶ † Quærit Bar.ſi ap-
pellaui in voce, reſeruato beneficio appellandi in ſcriptis, quã
appellationem debeam proſequi? & concludit, ꝙ cenſeatur
vnica tantum appellatio redacta in ſcriptis. ſecundum iſtam
deciſionem limita illud, ꝙ tenet Bar.in præcedenti.q.vt proce-
dat, quando ambæ appellationes ſunt ſimpliciter interpoſitæ:
13 ſecus ſi prima eſſet interpoſita cum reſeruatione.† Non aperit
tamen clarè Bart. an tempus proſequendæ appellationis inci-
piat currere tempore, quo appellatio erit redacta in ſcriptis, an
verò prius. Tamen innuit, ꝙ incipiat à tempore, quo interpoſi-
ta eſt prima appellatio viua voce, & iſtud expreſsè tenet Bald.
referendo Bar.hic, in l.appellatione. C.de appel.eo quia ſecun-
dus actus nõ eſt ſecundo loco appellare, ſed eſt appellationem
non

A D D I T I O.

a ¶Quid tenendum? Adde Pract.Pap.for.appel. à diffinitiua.ver. In his ſcriptis.
vbi poſt plura dicit, quòd ſi vtraq; appellatio interpoſita ſit intra debita te-
pora, quòd erit in electione appellantis proſequi quam voluerit. qua in re-
latè diſtinguit Rob.de ordi.iud.c.54.aut ſi vis in 6.par. ver. Appellatio. num.
144.vſque.nu.151.poſt Bar.hic.priorem tamen ſententiam, quod ſit in optio
ne appellantis, quam velit proſequi ab Imperiali Camera obſeruatum fuiſſe
dicit Miſing.Cent.1.obſer.7.nos autem in hac ſubalpina patria, & in Eman.
Phili.Ducis, ac Principis noſtri Sereniſſ.ditione, alio iure vtimur, ex Ducal.
Decretorum forma, lib.3.tit.de appel. & ſic primò interponitur appellatio.
ſecundò introducitur. tertiò fit proſecutio. MASVER.

non ſcriptam redigere in ſcriptis,ideo cōſideratur tempus primæ appellationis,non quia prima,ſed quia vnica.d.l.inſtitutio talis.ff.de condi.inſti.cum alijs hic alleg.per Bar.Pau.de Caſt.hic refert,ꝙ vidit conſilia quamplurium notabilium Doctorum, qui idem conſuluerunt, & ꝙ etiam ipſe fuit tunc proſecutus. Nunc autem tenet contrarium, quia prima appellatio cenſetur potius quædam proteſtatio appellandi in ſcriptis, quàm ꝙ ſit appellatio viua voce.arg.l.fideicommiſſa.§.1.ff.de leg.3.vnde tenet,ꝙ tempus incipit currere,quando redigitur in ſcriptis, & iſtud eſt vtilius appellanti,ergo ſequendum eſt.argu.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.& iſtud vltimum tenet Imo.hic. & in c.tua nobis.& in c.dilecto.de appella.Adde, ꝙ ipſe Pau.de Caſt.in conſi.25.ꝙ incipit, ſuper primo dubio clara eſt reſponſio,refert,quòd illi valentiſſimi Doctores, qui conſuluerunt ſecundum primam opi.Bar.fuerunt d.Ant.de Butr.Pet.de Anch. & do Onofrius de Peruſio, & eos ibi ſimpliciter ſequitur Pau. de Caſt.& latius in conſi.ſeq.quod incip.In dubio præfati excel lentiſſimi Docto.Tamen opin.quam tenet Pau. de Caſt.hic videtur eſſe *magis communis.* [a] eam etiam tenent Ange.& Saly.in l. ſi quis libellos.C.de appel.& Angel.ibi dicit, quòd iſtam ſeruat conſuetudo.idem tenet do. Ant.& dom.Abb.in d.c.dilecto.de

14 appel.& do.Alex.hic.¶Quærit Bar.† ſi iudex tulit duas interlocutorias de eadem re, ex qua acquiratur ius, à qua earum debeat appellari. Adde eius dictis, primò inquantum concludit Bart. quòd per ſecundam interlocutoriam contrariam primæ tollitur prima,alleg.tex.in l.ſi opus.ſ.eo.Illa lex parum, vel nihil facit, eo quia ibi ſecunda interlocutoria faciebat expreſſam derogationem primæ,vt ibi per glo. & Bart.eo quia ibi prætor expreſsè reuocauit primam commiſſionem factam nuncio de nunciando nouum opus,prout etiam illum text.alibi declarat Bald.in c.cum veniſſent.in pen.col.de eo qui mit.in poſ.dic ergo melius facere pro Bar.quia ſi per diuerſam interlocutoriam tollitur prima,vt iuribus hic alleg.per Bar.quanto fortius debet tolli per contrariam.ad idem bene facit illud, quod tenent domini de Rota in concluſione.5. quæ incipit, item ſi poſt concluſum in cauſa.vbi not.tenent,ꝙ poſt concluſionem in cauſa, & poſtquam iudex pronunciauit eſſe concluſum in cauſa, iſta eſt ſententia interlocutoria,iuxta gl.in l.cum clericis.C.de epiſc. & cler.ſi poſtea admittat articulos rei,ſeu admittat ad probandum,videtur reuocaſſe concluſionem in cauſa, quia per amiſſionem vnius ex cōtrarijs intelligitur aliud reuocatum.l.illud. de acquir.hæred.illam deciſionem referunt,& ſequuntur.dom. Ant.& Imo.in c.auditis.de procur.do.Abb.in c.quoniam contra falſam.in 13.col.de proba.& in c.cùm dilectus.de fid.inſtr.& do.Car.in clem.teſtib.in 2.col.de teſti. Bal.in l. peremptorias.in 2.col.in ver.quæro ſi iudex.C.ſen. reſcin.non poſ. d.Alex.in l.ꝙ iuſſit.in vlt.char.ff.de re iudi.& in conſi.72. in 3. vol. ꝙ incip.videtur prima conſideratione dicen.inſtantiam.in 3.col.& in cōſi. 76.in 4.vol.ꝙ incip .conſideratis his de quibus in themate ante ſcripto.& no.diligenter iſtam deciſio.quia ibi prima interlocutoria traxerat ſecum executionem pronunciando concluſum in cauſa, & tamen reuocatur per ſecundam interlocutoriam

15 contrariam.† Et pondera,ꝙ iſtud eſt etiam de mēte Bar.ſi ſubtiliter inſpexeris, qui indiſtinctè vult per ſecundam interlocutoriam diuerſam,vel contrariam primæ,tolli primam. nec diſtinguit, an prima traxerit ſecum executionem, prout diſtinguit in vlt.membro.ergo ex mente Bart. eſt, ꝙ etiam ſi prima interlocutoria traxerit ſecum executionem, adhuc tamen tolleretur per ſecundam contrariam diuerſam. ſed aduerte, quia Bart.met.ſ. declarat ſe intelligere iſtam q. quando prima interlocutoria poteſt tolli per contrariam,ꝙ non videtur eſſe,quando prima traxerit executionem. vt not.in d.l quòd iuſſit.& per Bar.in l.1.§.fi.n.ff.de præto.ſtipu.& in hoc etiam Bar.videtur ſibi aliqualiter ſ.contrariari,dum in vlt. membro alleg.l.apud Au-

16 fidium. ff. de optio. legat. quando † enim interlocutoria traxit ſecum executionem, iudex non poteſt eam reuocare, niſi de conſenſu partium, vt no. Bar.in d.l.1.§.fin.& Do.Alex.in d.l.qđ iuſſit.vlt.char.& dicā poſt Bar.in l.ſi opus.ſ.eo. intellige tamen concluſionem Bar. quòd per ſecundam interlocutoriam contrariam, vel aduerſam tollitur prima,quādo apparet iudicem habuiſſe notitiam,& ſcientiam de prima, aliàs iudex non intelligeretur reuocaſſe primam interlocutoriam, quam ignorat.c. cum olim.de re iud.per regulam l.mater decedens. ff.de inoffi. teſtam.ſecundum Bart.in d.l. qđ iuſſit.in fi.& licèt do. Alex.ibi ponderet,quòd Bar.ſit contrarius his, quæ tenet hic,tamen illa potius eſt limitatio,quàm contrarietas. & idem, quod ibi Bart. tenet dom. Abb.in d.c. cum olim.& in conſi. 148. quod incip. In quæſt.quæ vertitur. Et in iſtis locis declarant Bart.& Docto. quando iudex præſumatur habere ſcientiam, & notitiam præ-

17 cedentis interlocutoriæ, & quando non. ¶ † Vltimò inquantum Bart. quærit, ſi pars pluribus vicibus produxit vnam ſcripturam coram iudice, an poſſit vti vtraque productione,& relinquit cogitandū, veritas eſt, ꝙ poteſt ex vtraq; ſe fundare, ex quo per ſecundam non videtur receſſum à prima, vt ſuperius latè firmaui,& firmat etiam do. Alex.hic.

ADDITIO.

a ¶Magis communis.Adde, quòd eandem ſequitur,& dicit communem Alex. conſi.82.viſo proceſſu.circa fin.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio renunciationis conceſſa per falſum procu.non nocet.*
2 *Falſus procu.non poteſt etiam via ſatiſdationis facere remiſſionem.*
3 *Falſus procurator non gerit perſonam domini.*

1 **§.Si in remiſſione.** † Remiſſio renunciationis conceſſa per falſum procuratorem non nocet domino.hoc dicit, de qua materia dic,vt per Bar.in l.de puppillo,§.fin.ſ.eo. & iſte tex.loquitur,quando dominus renunciauit nouum opus, & aliquis tanquam procurator nunciantis comparet, quādo petitur remiſſio. Si autem ipſemet procurator nunciaſſet, tunc procederet principium huius legis.Et aduerte pro intellectu huius tex.quia aut iſte vult facere gratuitam remiſſionem, quia clarum eſt, quòd non poſſet, etiam ſi eſſet verus procurator, niſi haberet mandatum cum libera,vt per Bart.in princ.huius l.vbi dixi.aut vult facere remiſſionem mediante ſatiſdat. & procurator da-

2 tus ad nunciandum bene poſſet, vt in princip. huius l.† Sed falſus procurator non poteſt etiam via ſatiſdationis facere re-

3 miſſionem, quia † falſus procurator non gerit perſonam domini.l.procurator cum peteret.ff.rem rat.habe. & iſtud vult dicere iſte tex. ibi, quolibet interueniente. & ita etiam in ſpecie declarat iſtum tex.Bal. hic.

LEX XIIII.

1 **Qui viam.** † Ratione ſeruitutis ruſticæ nō poteſt nunciari nouum opus, ſed debet per confeſſoriam ſeruitus vendicari. h. d. Iſtam l. & eius glo.expediui in l.1.§.fi. vbi Bar.& alij ponunt. ſ. eo. Iaſ.

SVMMARIVM.

1 *Leges Africani ſunt difficiles, & ſubtiles.*
2 *Confeſſoria,& negatoria competunt pro ſeruitutibus perſonalibus, & realibus,& etiam pro omni iure incorporali,& nu.3.*
4 *Pro iuriſdi.& pro iure patro. & ſic pro iure præſentandi in Eccleſiam competit quaſi confeſſoria, & non confeſſoria ſimpliciter.*
5 *Confeſſoria, & negatoria licèt ſint actiones reales, tamen competunt etiam ei,qui eſt in quaſi poſſ. licèt in ea turbetur, aliæ tamen actiones reales regulariter non competunt.*
6 *Confeſſoria,& negatoria dantur non ſolùm contra reſtituentem ſeruitutem, ſed etiam contra quemcunque alium tertium impedientem.*
7 *Patientia iurib.incorporalib. habetur pro quaſi poſſeſſione.*
8 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione ſeruitutis poteſt intentare confeſſoriam, quamuis vicinus adhuc nihil cœperit ædificare, & ſic non moleſtet eum,cui debetur ſeruitus.*
9 *Confeſſoria,& negatoria quibus verbis proponantur, & vide num. 32.*
10 *Agens confeſſoria, vel negatoria reo exiſtente contumace, non cogitur perſeuerare ſuper actione,vel libello propoſito & oblato.*
11 *Licèt ſeruitutes reales ſint debitæ fundo, & conſequenter ſententia detur fundo,tamen procedit libellus,in quo petitur declarari ius eſſe, vel non eſſe perſonæ,& ſic,quòd ſibi debeatur ſeruitus realis.*
12 *Propter contumaciam cogitur quis cauere de non nuntiando nouum opus, & ſic de non proteſtando, & conſequenter de non vtendo iure communi,quod alias ſibi competeret.*
13 *Ille dicitur ſuſtinere partes petitoris, qui habet ſubire onus probandi de iure ſuo.*
14 *Conuentus actione cōfeſſoria pendente tali iudicio, ſi ſe defendat,interim non prohibetur ædificare.*
15 *Licèt nunciator habeat re vera ius ſeruitutis, tamen ſi non eſt in quaſi poſſeſſione talis ſeruitutis, non poteſt effectualiter nunciare, imò nunciatio per eum facta poteſt ſperni.*
16 *Ad hoc, vt competat confeſſoria exiſtenti in quaſi poſſeſſione, ſufficit contradictio verbalis facta in iudicio, de qua appareat in proceſſu, in qua aduerſarius neget, dato, quod de tali contradictione non ſit facta mentio in libello.*
17 *Agi enim dicitur,quando lis eſt conteſtata,& non prius, ſicut peti dicitur lite conteſt. & nu.18.*
18 *Stante ſtatuto,quod ſi quis perturbet aliquem in ſua poſſeſſione, incidit in tantam pœnam, per negationem factam in iudicio contradictionem libello*

libello,dicitur quis perturbare in quasi possess.& sic incidit in pœnam statuti,& nu. 20.

21 *Contra diffamantem verbaliter non datur interdictum vti possidetis.*

22 *Vna differentia inter confeßoriam,& interdictum vti possid.*

23 *Sufficit contradictio verbalis facta in iudicio negando, ad hoc, vt possidenti competat confessoria.*

24 *In iuribus incorporibus non solùm patientia, quæ voluntariè præstatur, habetur pro quasi pos. & quasi traditio. sed etiam quam reus inuitus præstat coactus officio iudicis habetur pro quasi possessione.*

25 *In istis iuribus incorporalib. patientia idem operatur, quòd missio in possess. in corporalib.*

26 *Contra reum latitantem fit missio in poss. omnium bonorum.*

27 *Si ex forma statuti, vel legis debet quis consequi aliquod præmium, si egerit tale quid, intelligitur si egerit, & probauerit.*

28 *Agens negatoria, qui propter contumaciam factus est de reo actor, tenetur probare duo, scilicet prædium esse suum, item esse liberum.*

29 *Ex poßessio. præsumitur dominium, quando incidenter deducitur, & num.36.*

30 *Quotiescunque originalis status rei conuenit intentioni actoris, & contradicit intentioni rei, fortior est præsumptio, quæ resultat ex illo originali statu, quàm sit possessio iuris, quæ est penes ipsum reum.*

31 *Contumacia in vno non debet nocere in alio.*

32 *Confessoria,& negatoria quibus verbis proponi debeant, & nu.35.*

33 *Tota vis effectus libelli consistit in ipsa conclusione, sic etiam in rescriptis attenditur conclusio.*

34 *Verba negatiua, quæ virtualiter quid ponunt, censentur affirmatiua.*

35 *Cuius vtilitatis est, quòd confessoria proponatur verbis affirmatiuis, negatoria negatiuis.*

36 *Ex quasi pos. probatur dominium, quando venit incidenter.*

37 *Quis sit verus intellectus ad principium nostræ legis.*

38 *Quasi pos. seruitutis non transfert onus probandi in aduersarium, qui habet præsumptionem iuris pro se de libertate rei.*

39 *Etiam contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per confessionem partis.*

40 *Quælibet res præsumitur esse libera, nisi probetur seruitus imposita.*

41 *Cùm feudum sit quædam seruitus, in dubio est præsumendum res allodialis,& sic libera non autem feudum.*

42 *Quasi pos. status, vel qualitatis, quæ inest actualiter, vel est apta inesse origine, transfert onus probandi in aduersarium.*

43 *Feudum non probatur, licèt pro concesso priuilegio soluatur aliquid annuum.*

44 *Quasi pos. alicuius status, vel qualitatis, quæ necessariò non concordat cum origine rei, imò contradicit, & conuenit intentioni aduersarij, non releuat, nec transfert onus probandi.*

45 *Si filius sit in quasi possess. existentiæ sui iuris, ista quasi possess. transfert onus probandi in aduersarium, quòd sit in patria potestate.*

46 *Si adsit constitutio episcopalis, quòd omnia instrumenta vsurariorum præsumantur vsuraria, & probatur, quòd aliquis de præsenti est vsurarius, per hoc instrumenta retro facta non præsumuntur fuisse vsuraria.*

47 *Quasi possessio alicuius iuris, quod haberi non potest sine concessione priuilegij, numquam releuat ab onere probandi.*

48 *In his, quæ veniunt expedienda officio iudicis, siue illud officium imploretur principaliter siue incidenter, non iuratur in litem, sed interesse debet verè probari.*

49 *In his, quæ veniunt iure actionis, etiam si dolus committatur in omittendo, iuratur in litem.*

50 *Restitutio rei venit iure actionis in rei vendicatione.*

51 *Agens rei vendi. potest in libello petere iure actionis non solùm se declarari dominum, sed etiam petere reum condemnari ad restituendum.*

52 *Qui tenetur ad nudam cautionem, tenetur etiam ad obligandum omnia bona sua.*

53 *Si post præstitam satisdationem de iudicio sisti, dominus qui mouit quæstionem libertatis seruo, se absentet contumaciter per annum, ex hoc consequitur seruus, vt à iudice pronuncietur liber.*

54 *In pœnalibus an dispositum in vno ex correlatiuis habeat locum in alio.*

55 *Lex quamuis pœnalis, tamen fauore piæ causæ, vel fauore Ecclesiæ est extendenda.*

56 *Ciuitas, quæ elegit aliquem in Potestatem, ad quid teneatur, & nu.57.*

58 *Quando periculum est in mora, iudex potest immutare tempus legale, & infra modicum tempus interponere primum decretum.*

59 *Qualiter interdicto vti possidetis interponatur primum, & secundum decretum.*

LEX XV.

1 SI prius. † Ista lex est Africani, ergo sequitur, ꝙ est tota difficilis, & subtilis. istam consequentiam facit Bart. in l.cùm quis.in prin.ff.de solu.& dicit Rapha.Cuma.hic, quòd ista lex est notabilior, quæ sit in materia seruitutum, & secundum Paul. de Cast. est singu.& difficilis, & notabilior omnibus.ll.quæ loquuntur de ista materia. Summa istam l.& diuide, vt per Bart. hic.& præmitte aliqua ad euidentiam, vt per Bart.Pau.de Cast. & d.Alex.hic, vel breuius summa. Si reus conuentus confessoria, vel negatoria est contumax in probationis translatione, pu
2 nitur.h.d.¶ Ad euidentiam præmitte,† ꝙ pro seruitutibus competit confessoria,& negatoria. Confessoria datur illi, qui prætendit deberi seruitutem personalem sibi, vel realem prædio suo. Negatoria verò datur pro libertate tuenda, & sic ad negandum seruitutem, & sic competit ei, qui negat debere seruitutẽ. l.2.in princi.§.1.& l.sicuti.§.sed si quæratur.ff. si ser. vend.& l.vti frui.§.fi.ff.si vsusfru.peta.& §.æquè.insti.de act.& de vtraque lo-
3 quitur ista lex.† Et aduerte diligenter, ꝙ prædictæ actiones confessoria, & negatoria competunt non solùm pro seruitutibus personalib.& realibus, vt supra dictum est, imò generaliter cõpetunt pro omni iure incorporali. Ita firmat solus Io.Fab.in d. §.æquè.in 2.col.in princ. alij ibi nihil tangunt. vnde secundum eum competunt etiam pro iure pascuorum. Item pro iure pe-
a dagij, ita refert tenere [a] Docto.in c.constitutus.de reli.domi. Itẽ secundum eum competunt pro iure decimarum secundum Doct.in c.tua.& in c.prohibemus.de deci. Pro ista conclusione facit generalitas tex.in d.§.æquè.vbi generaliter dicitur, ꝙ si quis
4 agat ius sibi esse, habet tales actiones reales.† Adde etiam Bal.in
b rub.C.de vsufr.vbi tenet, ꝙ pro iurisdi.[b] & pro iure patro.sicut pro iure præsentandi, Ecclesiæ competit quasi confessoria,& sic non confessoria simpliciter, eo quia secundum eum non sunt propriè seruitutes, cùm non habeant ex opposito contrariam proprietatẽ, ex qua formaliter distinguãtur, sed benè sunt quasi seruitutes, seu ad similitudinẽ seruitutum, ideo competit quasi confessoria.sed reperio, ꝙ contrarium tenuit ipsemet Bal. in c. significante.in pen.col.de appel.vbi plenius, quàm alibi loquitur,& conclusiuè tenet, ꝙ pro istis similibus iuribus incorporalibus, puta pro iure pedagij, vel pro iure passagij, vel pro iurisd. non competat negatoria, vel confessoria, sed solùm competat officium iudicis,& mouetur, quia licèt in quæstio. passagij videantur concurrere extrema habilia ad producendum actionem confessoriam, vel negatoriam, scilicet soluens, & eius respectu videtur quædam seruitus, & recipiens, & hos respectu videtur quædam libertas,& locus circunscribens hos actus, puta pons, vbi soluitur pedagium, tamen melius est dicere secundum eum, ꝙ nullo modo sit seruitus, nec libertas, sed potius sit quædam iurisdi. & potestas, & sic non competat confessoria, vel negatoria, sed officium iudicis. pro ista parte videretur facere, quia nostrum non est extendere actiones, vt competant ad alios casus, nisi quatenus reperitur extensum à Legislatore, prout videmus extendi in tit.de bon.possess.hære. peti. & in seq. & in alijs similibus. Istud idem confirmo, quia licèt rei vendicatio non competat pro seruitutibus, & sic pro istis iuribus incorpo.l.vendicatio.ff.de rei vend glo.in §.1.in verbo, rem corporalem.insti.de act.tamen publiciana competit etiam pro seruitutibus,& sic pro istis iuribus incorpo.hoc modo.nam si seruitus constituatur alicui à non domino, & non bona fide, pro tali seruitute competit publiciana.text. est in l.si ego. §.1. & 2.ff. de publi. & ratio diuersitatis est, nam ideo rei vendicatio non datur pro seruitutibus, eo quia pro illis proditæ sunt speciales actiones, scilicet negatoria,& confessoria, vt dictum est,& hoc, quando tales seruitutes sunt à domino constitutæ, sed quando essent constitutæ à non domino, tunc quia non cõpetunt confessoria & negatoria, fuit necessarium publicianam extendere ad istum casum.d.l.si ego.§.1. & 2. ergo confessoria, vel quasi confessoria non competit pro omni iure incorporali. Tamen primam opin.tenet Pau.de Cast.in l.vt pomum.ad fin. princ.ff. de ser.vbi tenet, ꝙ pro iurisdi.& pro iure eligendi prælatum cõpetit vtilis confessoria, allegat Inno.in c.Abbate sanè.de verbo. sign. Adde etiam, ꝙ illud tenet Ioan.Fab. ꝙ confessoria,& nega. competant non solùm pro seruitutibus, sed etiam pro alijs iuribus incorpo.tenet expressè Inno. in c.inter quatuor. in gl.2.in prin.de maio.& obed.& Inn.in c.examinata.de iudi. Item adde, ꝙ pro iure exigendi vectigal competit quasi confessoria, & negatoria secundum Bart.in l.si publicanus.§.fin. in vlti. col. ff.de pub.& ibi Bar.allegat Spec.qui idem tenet in titu.de cau.pos.& proprie.§.quia verò.ver.quid de colligentibus. idem tenet Bal. in c.1.in vlt.col.de mil.vas.qui contu.est.& in c.1.in 2.col.ad fin. in tit.

ADDITIONES.

a ¶ Tenere. Adde Bar.in l.5.ff.quor.bon. Albe.in l.si quis ita.ff.de vsufr. in l.Caius.ff.de annuis.leg.in l.nullus.C.de iudæ.Ias.in §.æquè.insti.de Act. BELLOT.

b ¶ Iurisdictione. Adde, quòd iurisdictio sit seruitus, Bart.in l.si ego.§.1.in fin. supra de publi.& in l.iusto.§.non mutat. versicu. non obst. ff. si certum peta. vbi in additionib. PVRPV.

* in tit.quæ ſint regalia.in vſib. feu. *& iſta videtur eſſe communis ſen-*
5 *tentia.* ¶† Secundò ad euidentiam præmitte, ꝙ licèt aliæ actio-
nes reales regulariter non competant ei, qui eſt in poſſeſſione
actuali.l.in rem.la 1.in princ. & l. officium. ff. de rei vendi. & l.
vnica.C.de alie.iud. mutan.cau. fact.tamen confeſſoria, & ne-
ga.licèt ſint actiones reales,competunt etiam ei, qui eſt in qua-
ſi poſſeſſione,ſi ea turbetur. text.eſt in l.& ſi fortè. §.ſciendum.
& ibi Bar.not.ff.ſi ſeruus vendi. & in l.vti frui.§.fin.ff.ſi vſusfru.
pet.& text.in dict. §. æquè.& Bartol. hic in quinta oppoſition.
primæ partis,& eſt gloſſ.not.in capit.examinata. in verbo poſ-
ſidebas.de iud.Et limitat ſing.Bar.in l.fin.ff.de alien.iud.mutan.
cauſ.fact.& circa hoc vide,quæ ſtatim dicam in 2.notabi.Item
6 iſtæ actiones confeſſoria, † & nega. dantur non ſolum ꝯ con-
ſtituentem ſeruitutem, ſed etiam contra quemcunque alium
tertium impedientem. tex. eſt in l. ſi quis diuturno. §. fin. ff. ſi
ſer.vendi.& in d.l.vti frui.§.vtrum.& an tunc requiratur, ꝙ ſal-
tem ille tertius prætendat ſibi deberi ſeruitutem, declarat glo.
in l.apud Trebatium. §.idem Trebatius.in verbo non eſt. ff.de
aqua plu.arcend.& gl.in l.ſi cùm meus. §.1. ſi ſer.vend.¶Item
in iſta.l.figura caſum in terminis, prout format Bald. in Auth.
ei qui.in 9. colum. C.de bon.aucto.iud.poſ. & in c.1.de eo,qui
mit.in poſ.cauſa rei ſeruan.& ibi etiam Bal.declarat aliqualiter
iſtam l.cum ſuis gl.& ibidem Can. pręſertim do. Anto.reaſſu-
munt totam materiam iſtius.l. ¶Pōdera primò tex.ibi,ſi prius
a quàm ædificatum eſſet,[a] iſte tex. loquitur, qñ nihil adhuc erat
factum contra ius ſeruitutis, & ſic confeſſoria ſolum intenta-
batur.Are.in d.§.æquè. in 1. notab. idem tenet pro declaratio-
ne iuris ſeruitutis, non autem propter aliud intereſſe contra
reum contumacem, & non defendentem fit miſſio in quaſi
poſſeſſione iuris petiti ex primo decreto, cùm reus caueat de
nō impediendo, nec faciendo aliquam nouitatem,donec do-
7 cuerit de iure ſuo, † quia patientia in iuribus incorporalibus
habetur pro quaſi poſſeſ.l.quoties.la 2.ff.de ſerui.Si autem ali-
quid ædificij iam eſſet factum, tunc contra contumacem fie-
ret miſſio in poſſeſſionem illius operis iam facti.l. à quo fun-
dus.ꝟ.tit.1.& ponit Bar.in 4. oppo.& tribus ſequen.primæ par-
tis. Si verò confeſſoria intentaretur pro ſeruitute conſtituen-
da, vel ad intereſſe propter prohibitionem præteritam, tunc
contra reum contumacem,& latinitatem fieret miſſio in om-
nia bona.l.is cuius. ff.ſi ſer.vendi. de quo text.& eius intellectu
8 ponit Bar.in 10.opp. primæ partis,dicetur infra in gl. ¶† Scdō
no.ex eiſdem verbis, ſi prius quàm ædificatum eſſet.iuncto in-
tellectu gl.hic eſſe text.not. ꝙ exiſtens in quaſi poſſeſſione ſer-
uitutis poteſt intentare confeſſoriam,quamuis vicinus adhuc
nihil cęperit ædificare, & ſic moleſtet eum, cui debet ſeruitus.
Et ſic pondera hic eſſe text.not.quòd confeſſoria competit ei,
qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,& nondum moleſtatur in
illa quaſi poſſedſſione.Tamen ſecundum Bar.ꝟ.in 2.oppo.pri-
mæ partis,licèt reus nondum cœpiſſet ædificare, fecerat tamē
præparamenta ad ædificandum, & ſic quemadmodum con-
feſſoria competit contra turbantem quaſi poſſeſ.ſeruitutis l. 2.
§.1.& l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſer.vendi.ita etiam compe-
tit contra eum, qui fecit præparamenta ad moleſtandum. ita
9 eſt tex.not.hic iuncto eo,ꝙ dicit Bart.ꝟ.in 2.oppoſi. ¶† Tertiò
not.ex tex ibi, ius vicino non eſſe.iunctis ſeq.hic eſſe text. cōtra
opi.Placen.relatam per gl.in l.2.§.1.ff.ſi ſer.ven.& in §.ęquè.in-
ſtitu.de actio. Nam dicit Placen.ꝙ ideo dicitur confeſſoria,eo
quia ponitur verbis affirmatiuis. negatoria verò, quia pro-
ponitur verbis negatiuis.hic habes text.in ꝯrium vbi confeſſo-
ria proponitur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmati-
uis,vt etiam hic per glo.de quo tangit latius Bar. in 5.oppo.ſe-
cundæ partis,vbi ſaluat opi. Placen.ibi dicetur. ¶Quartò not.
10 ex iſto text. † ꝙ agens confeſſoria, vel negatoria reo exiſtente
contumace, non cogitur pſeuerare ſuper actione, vel libello
propoſito,& oblato, cū iſte tex.velit, ꝙ reus debeat fieri actor,
& ſic habes limitationem ad Auth. q ſemel. C.qūo,& qñ iud.
quæ vult, ꝙ actor teneatur perſeuerare in libello,& actione in
tentata vſque ad fin. iudicij.no.per gl.& omnes in l.edita. C.de
eden.& licèt Bart.ꝟ.in 6.oppo.ſecundæ partis prin. aliter reſpō-
deat ad iſtum tex.quo ad d.Auth.qui ſemel.tamen plenior re-
ſponſio eſt, ꝙ illa Auth.procedit reo inſtāte.ibi enim dicit text.
ꝙ actor tenetur perſeuerare in actione propoſita, ſi reus inſtet,
ſed iſtud non poteſt in text.noſtro dici, ex quo reus eſt contu-
max, & ſe non defendit. ¶Quintò not. ex text. vnam pœnam
contumaciæ,quia transfertur in eum onus probandi, vbi aliàs
reus non tenebatur probare.ſimile in l.ſi quis emptionis. §.pe.
C.de præſcrip.30.annor.& in l.conſentaneum.in fi. C.quomo-
do,& quando iud.Idem eſt in odium negantis.iuxta Auth.cō-
tra,qui propriam. C.de non num.pec. & l.cùm de indebito. in
11 princ.ff.de probat. ¶† Sextò nota, ꝙ licèt ſeruitutes reales ſint
debitę fundo, & conſequenter detur ſententia fundo. l. qui in
aliena.§.fi.& ibi Bar.not.ff.de nego.geſt.tñ hic eſt tex. ꝙ proce-
dit libellus,in quo petitur declarari ius eſſe,vel non eſſe pſonę,
& ſic, ꝙ ſibi debeatur ſeruitus realis, eo qa intelligitur ſibi tan-
quam dño prædij, & ſic ad prædij vtilitatem, & ita per iſtum
tex.dicit Bar.ꝟ.in 6.opp.2.par.iſtius tex.Ad idē tex.in l.2.in prin.
& ibi Bar.ad hoc no.ff.ſi ſer.ven.Bart.in l.fi.§.ſin autē.C.de bo.q̄
lib.& in d.l.qui in aliena.§.fi. & Bal.in rub.C.de vſufruct. ad fin.
12 ¶† Septimò not.ex hoc tex. ꝙ pp contumaciam cogitur quis
cauere de non nunciando nouum opus, & ſic non proteſtan-
do,& ꝯñr de non vtendo iure cōi, ꝙ aliàs ſibi competeret. Ex
quo ſequitur, ꝙ per officium iudicis pōt alicui imponi ſilentiū
ad tempus, imò ſubſiſtente cauſa poteſt per officium iudicis
peti, ꝙ alicui ſilentium perpetuò imponatur,vt eſt glo. ord.in
l.ſi contendat.& ibi Bar.ad hoc not. ff. de fideiuſ. & Bart.in l.ſi
finita.§.eleganter,& ibi latius Mod.ꝟ.de dam.infect.& Bar. in l.
13 Aurelius.§.ſi centum.per illum tex.ff.de libe. lega. ¶† Octauò
not.ex iſto text.in fi. ꝙ ille dicitur ſuſtinere partes petitoris, qui
habet ſubire onus pbandi de iure ſuo.facit.d.l.ſicuti.§.ſed & ſi
b quæratur.alibi dicitur ſuſtinere partes petitoris[b] ille, qui prius
prouocat ad iudicium.l.in trib.ff.de iud. declarat Barto. in l. de
14 pupillo.§.fi. ſ̄.eo. ¶† Nonò pondera[c] ſubtiliter ſm Raph.Cu.
c hic eſſe tex. no. ꝙ conuentus actione confeſſoria,pendente tali
iudicio ſi ſe defendit,interim non prohibetur ædificare,ſimili-
ter ē ꝯ ꝯuentus negatoria pendente tali iudicio non phibetur
interim impedire agentē ne ædificet,iſtud patet in hoc tex.vbi
ꝯuentus confeſſoria, eo quia fuit contumax, cogit cauere de
nō ædificādo,vt dicit tex.ibi, *non prius ſe ædificaturum*, &c. ergo
ſi non fuiſſet contumax nō debuiſſet cauere,nec ſibi fuiſſent li-
gatæ manus ad ędificandum, ergo aliàs ceſſante contumacia
pōt liberè ædificare. facit tex.in l.pen.ff.de aqua quot.& æſti. Et
ex hoc correlariè ponderat Raph.Cu.hic eſſe tex.ꝯ illud, ꝙ te-
net Bar.in l.in prouinciali.§.1.ſ̄.eo.vbi tenet, ꝙ intentata actio-
ne cōi diuidundo, & implorato officio iudicis mercenario il-
li deſeruienti, ſtatim ædificans tenetur ſuperſedere ab opere,
aliàs totum quicquid fuerit ædificatum poſt tale officium iu-
dicis,erit demoliendū, ſicut ſi eſſet ædificatum poſt factā nun-
ciationē. Tu aūt defendendo Bar.in d.l.in prouinciali.§.1. rñd.
dupliciter.Primò, ꝙ Bar.ibi expreſsè loquitur, qñ officium iu-
dicis deſeruiens actioni cōi diuidundo fuit ad hoc expreſsè in-
tentatum.ſ.ad prohibendum, ne aduerſarius interim ædifica-
ret, nimirum ſi ꝙ ædificatur ibi per aduerſarium per viam at-
tentati venit deſtruendum, ſed in hoc text. confeſſoria fuit ſo-
lùm inuenta, vt declaretur ius ſeruitutis, non autem fuit im-
ploratum officium iudicis mercenarium illi deſeruiens ad p-
hibendum interim ædificari.Secūdò dico,quòd inductio,quā
facit Raph. Cuma. de hoc tex. vr̄ eſſe vitioſa. nam in iſto text.
bene probatur à ꝯrio ſenſu, ꝙ ſi non eſſet contumacia rei cō-
uenti, ꝙ releuaretur ab onere cauendi de non ædificando, nec
turbando actorem, per hoc tamen iſte text. non concedit reo
15 ſe defendenti, ꝙ alios poſſit ædificare. ¶† Decimò ſubtiliter
no.ex iſta l.ſm Raph.Cum.hic videri tex.in prin.pro opin. quā
tenet ſing.Bart.in l.1.in prin.in 7.q.ſ̄.eo. vbi tenet, ꝙ licèt nun-
ciator habeat re vera ius ſeruitutis, tñ ſi non eſt in quaſi poſ-
ſeſſione talis ſeruitutis, non poteſt effectualiter nunciare, imò
nunciatio per eum facta pōt ſperni,& ſic ad hoc,vt nunciatio
poſſit effectualiter fieri ex cauſa impoſititia,& ꝯñr ratione ſer-
uitutis, duo copulatiuè requiruntur, ꝙ nuncians habeat ius
ſeruitutis. item ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione illius ſeruitutis, aliàs
primum non ſufficeret.pro illa opi. Bar. vr̄ eſſe text.in iſta. l.in
princip.vbi actor, qui egit confeſſoria,nunciauit opus nouum,
ſed non erat in quaſi poſſeſ. ſeruitutis ſecundum intellectum
glo.approbatum.deciditur in hoc tex. ꝙ nunciatus non impe-
ditur ædificare,patet,qa in iſto tex.niſi fuiſſet contumax,pote-
rat ædificare, ergo ſi non fuiſſet contumacia, potuiſſet ſperni
nunciatio iſtius actoris, qui non erat in quaſi poſſeſ. ſeruitutis.
Sed certè iſta inductio non vr̄ poſſe procedere duplici ratio-
ne.Prima,propter illud,quod dixi in præcedenti not.Secunda,
quia

ADDITONES.

a ¶Aedificatū eſſet.Habes ex prin.huius l.iuncto fi. quòd poſſeſſio realis ſerui-
tutis non liberat ab onere probandi,de quo adde.Nicol.de Neap.in §.æquè.
colum.1.Inſtit.de actio. PVRPV.

b * Petitoris.Adde,quòd ille, qui prius puocat,habetur pro actore. l.in trib.l.
inter litigantes.ff.de iud.quam conclu.maximè procedere quo ad ordinato-
ria,non quantum ad deciſoria,dicit Alex. in l.iudices.colum.1.& 2. de re iu-
dic.actor autem,& reus,qui dicantur in iure, ſcribit Rom.conſil.217.& dic,
ꝙ actor dicitur, qui primò recurrit ad iudicem, vt ſcribit Neuiz. conſil. 23.
num.6.de quo per Abba.in c.cùm inter.de except.Bart.Alex.& alios. in l.li-
bertus.ff.de in ius vocā.Rol.conſ.72.nu.50.lib.3. MASVER.

c ¶Nonò pondera.Tene hoc not.Sed reſponde aliter,vt per Iaſ.in l.in prouin-
ciali.colum.1.ſupra de eden. PVRPV.

ga in princ. huius legis nulla interuenit nũciatio noui oper. sed solùm fuit actum confessoria, & dicere, ꝙ in prin. huius legis etiam fuerit facta nunciatio ad hoc, vt ista l. congruat ad titulum est diuinare, vt dicit Bart. in 1. oppo. vbi per hoc reprehendit gl. & isto modo iste tex. non vrgeret pro prædicta conclusione Bart. imò fortius iste tex. in 2. parte. in versi. idemque. fortiter stringit ꝯ illam conclusionem Bar. prout ẽt ponderat ipsemet Raph. Cu. hoc modo inducendo. nã in ista secunda parte reus conuentus negatoria erat in quasi possess. seruitutis, &
* non actor, prout gl. *& omnes* indifferenter fatentur, & pp eius contumaciam priuatur illa sua quasi possess. cauẽdo, vt in litera iuxta. l. pe. C. de serui. & tñ sic priuatus quasi possess. seruitutis potest nunciare nouum opus, patet, quia in hoc text. dr̃, ꝙ tenetur cauere, ꝙ non nunciabit, ergo patet, ꝙ potest nunciare, aliàs cautio esset superflua, ergo hic est text. formalis sic subtiliter inductus, ꝙ rõne seruitutis põt quis nunciare nouum opus, quamuis non sit in quasi possess. ipsius seruitutis, ergo cõtra Bar. in d. l. 1. in prin. in 7. q. s. eod. Tu defendendo Bart. potes r̃ndere ad istum tex. quòd licèt iste reus contumax sit priuatus quasi poss. pp contumaciam, tñ non est priuatus irreuocabiliter, cùm possit intra annum pręstita satisdatione de iudicio sisti, & solutis expensis reuocare illam quasi poss. & cessabit cautio, nec tenebitur aliter docere de iure suo. l. si quis emptionis titulo. §. sed & si quis. C. de præscrip. 30. annor. & firmat expressè Bart. in 6. opposi. primæ partis, ergo pp hanc potentiam reuocandi quasi pos. habet ẽt potentiam in futurum nunciandi, meritò cogitur cauere. Non enim text. loquitur de nunciatione in actu, sed potentia. De veritate tamen illius conclusionis
* Bartol. in d. 7. q. ibi dixi, & eum reprobaui, *& communiter damnatur.* ¶ Glo. in verbo iuberet. diuide in tres, prout tres mouet oppositiones, quas magistraliter format Bart. hic in 3. q. & 10. opp. Scd̃a ibi, sed si sic non potest. Tertia est ibi, vel aliarũ rerũ.
16 ¶ In secunda parte gl. ex dictis Bar. in 5. opposi. † hẽs not. conclusionem, quam multum signa, ꝙ ad hoc, vt competat confessoria existenti in quasi poss. sufficit ꝯdictio verbalis facta in iudicio, de qua appareat in processu, in qua aduersarius neget, dato, ꝙ de tali ꝯdictione non sit facta mentio in libello. istud dictum not. sing. Bar. ex isto text. ſm intellectum Dy. & gl. cum
* isto dicto Bart. transeunt indifferenter *omnes hic.* Adde, ꝙ istud dictum Bart. dicit Ang. de Are. esse singularissimum. in §. æquè. in 2. col. insti. de actio. ¶ Tu aduerte, ꝙ licèt Bart. hic intelligat istum text. & oẽs sequantur, ꝙ in isto text. non interuenit aliqua turbatio, vel inquietatio facti, tñ interuenit ꝯdictio verbalis ꝑ negationem rei, qui r̃ndendo libello negauit, & ꝯdixit, vr̃, ꝙ istud sit pessimè dictum ad istum text. quia in isto text. reus conuentus fuit ꝯtumax, & nullo modo se defendebat, quõ ergo verum est, ꝙ ex processu apparebat, ꝙ in iudicio ꝯdixerit libello, vel negauerit? nec ex intellectu glo. colligit istud, ꝙ dicit Barto. imò potius gl. præsupponit ꝯrium, prout ẽt declarat Bart. in 3. oppo. Nam gl. præsupponit, ꝙ reus erat absens, & contumax, & ideo iudex cogit captis pignorib. & mulcta indicta. Nec ẽt intellectus Dyn. põt facere, ꝙ istud colligatur in hoc text. & si tu subtilis diceres, quod dictum Bart. potest colligi ex tex. dum dicit, *ageretur ius vicino non esse*, ponderando ver-
17 bum ageretur. † Agi. n. dr̃, qñ est lis contest. & non prius, sicut & peti dr̃ lit. contest. l. amplius non peti. ff. rẽ rat. hab. & ꝙ agi dicatur, qñ est lis contest. & non prius, habes gl. sing. in l. si posteà. in gl. 1. ff. de pecul. quam glo. ad hoc reputat sing. Bald. in c. qm̃ ꝯ falsam. in 7. col. de probat. idem tenet Bartol. licèt non sit recordatus de illa gloss. in l. nam & posteà. in princip. in primis verbis. ff. de iureiuran. Pau. de Castr. in l. fi. C. de codic. Si autem hic fuit lis contest. ergo fuit respõsum libello ꝑ negationem, & ꝯdictionem, vt dicit Bartol. per l. 1. cùm ibi traditis. C. de lit. cõtest. Abinde in antea reus fuit contumax, & deinde non se defendebat, quia dico, quòd quamuis verbum peti intelligatur lit. contesta. secus tamen est in verbo agere, ita tenet Bald. in l. cùm quis. in pe. col. C. de iur. & fact. ignor. vbi expressè reprehendit gl. in d. l. si posteà. ff. de pec. & de hoc dubitant Bal. & Salicet. in l. si quis maior. C. de transact. Secundò, & melius etiam fatendo, quòd verbum agere intelligatur lit. contest. istud procederet, quando text. loqueretur in petente, quia diceret fuisse actum, sicut quando dicimus petitum. d. l. amplius non peti, sed text. dicit ageretur ius vicino non esse, & immediatè subdit, nec res ab eo defenderetur. pondera, quòd illa qualitas, nec res intelligitur cùm ageretur, qualitas eum intelligitur secundum tempus verbi cui adijcitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. l. Titius. & ibi Bartol. ff. de testa. milit. & latè Bart. in l. ex facto. in princip. de vulgari, & pupillai. Tunc ergo cùm ageretur, non defendebatur res à reo conuento, ergo dictum Bartol. non potest probari in hoc text. Tertiò, & fortius facit iste tex. in secunda parte. in verbo si cùm agere vellet. ergo nõ erat lis contesta. & Bartol. met in nona opposit. istius primæ partis expressè firmat, quod in ista. l. in princip. & per totam non erat lis contesta. nec quasi contesta. ¶ Secundò, quia Bartol. dicit, quòd in hoc tex. non interuenit aliqua inquietatio, vel turbatio facti. Tu aduerte, quòd Bartol. met supra in secunda opposit. tenet, quòd in ista. l. reus fecerat præparamenta ad ædificandum. Ex istis præparamentis potest dici, quòd causabitur inquietatio facti, & quod isto respectu detur confessoria in hac. l. præparamenta enim ita propinqua actui habentur pro actu. l. penult. cum gloss. & ibi not. Bald. ff. de testamen.
18 milita. † Et isto modo malè colligitur dictum Bartol. ex hoc text. dum voluit arguere hoc modo. in ista. l. non interuenit aliqua inquietatio, vel turbatio facti, ergo debemus intelligere, quòd interuenerit turbatio verbalis. ista non est bona argumentatio, quia imò interuenit turbatio facti per illa præparamenta. ¶ Tertiò, quòd illud dictum Bartol. non solùm non colligatur in hoc text. imò, quod non sit verum in se, arguitur sic, nam ad hoc, vt competat confessoria existẽti in quasi possessio. requiritur molestatio, seu inquietatio, aliàs talis actio
* non competit, prout firmant Bartol. & *omnes hic*, & est text. in l. si quis diuturno. §. final. & in l. loci corpus. §. si quis mihi. ff. si ser. vendi. ergo secundum dictum Bartol. tempore quo egit confessoria nulla interuenerat adhuc inquietatio, ergo dicta actio competere non potuit, nec debet sufficere molestatio, seu inquietatio posteà ex interuallo sequens, quia non sufficit ius posteà superueniens pendente iudicio. l. non potest videri. & l. non quemadmodum. ff. de iudic. nec ad hoc obst. solutio domin. Alexand. quam in alio proposito dat Ludouic. Roma. quòd sufficit, quòd ius superueniat agenti lite contesta. l. si Titius, & ibi Bartol. ff. de verbor. obligation. & l. secunda. & ibi Bartol. de dot. præleg. quia replicatur dupliciter. Primò, quòd illud procedit, quando ius superuenit lit. contest. ex causa de præterito iam deducta in esse, secundũ quod d. l. si Titius. declarat Bartol. in l. si rem. §. final. de pignor. actio. quòd non potest dici in proposito dato, quòd seruitus esset de præterito. Secundò dicitur, quòd d. l. si Titius. procedit, quando tempore quo agitur, est talis spes infallibilis, ꝙ si contestabitur lis, per lit. contest. tale ius orietur, sed in casu nostro non est spes infallibilis, ꝙ reus conuentus debeat me verbailter turbare contradicendo. nam potest esse, ꝙ simpliciter negauit narrata, prout narrantur, quo casu non procedit istud dictum Barto. vt. ĩ. statim limitabo. tenendo tamen dictum Bartol. quod est valdè
* singulare, & peregrinum, *& ab omnibus indifferenter approbatum*, adde pro ampliatione huius dicti, qđ ex isto dicto Bart. dicit Rapha. Cuman. hic vidisse consilium excellentissimi Doctoris, & Præceptoris sui domini Christoph. de Castil. qui consul-
19 uit in contingentia facti, ꝙ stante † statuto, vt est in ista ciuitate, & quasi vbique per Italiam, ꝙ si quis perturbet aliquem in sua possessione, incidat in tantam pęnam, consuluit, quod per suam negationem verbalem factam in iudicio contradicendo libello, dicatur quis perturbare in possessione aliquem, adeo, quòd incidat in pœnam statuti per dictum Bart. hic, ipse Rapha. Cuman. refert, ꝙ Bald. in l. ordinarij. in 5. colum. C. de rei vend. alleg. dictum Barto. hic, & distinguit, vt per eum, posteà subdit Raph. quòd licèt dictum Bar. possit admitti in actione confessoria, vel etiam in interdicto vti possidetis, quòd verbalis contradictio, vel negatio facta in iudicio sufficiat, tamen adhuc non sufficit, vt pars incidat in pœnam statuti. l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. idem dicit se putare, quòd præceptor suus in dicto suo consil. nimis latè intellexit dictum Bar. hic. Tu adde, quod idem, quòd dom. Christoph. videtur tenere dom. Alexand. Imol. in consil. 84. in 3. volum. quod incipit videtur prima consideratione dicendum dictum Barnabam. in 1. colum. vbi dicit, quod statutum pœnale puniens turbantem aliquem in possessione, habet locum, quando non interuenit alia turbatio, quàm contradictio verbalis in iudicio facta. allegat Barto. hic, & Lapum de Castello. alleg. 65. quam infra referam. Et pondera, quod inferius in illo consil. istud aliter non impugnat, tamen est verum, quòd Bartol. hic, & Lapus non loquũtur in istis terminis in statuto pœnali, quando criminaliter agitur. Quid tenendum? ego teneo opi. Rapha. contra d. Christopho. & d. Alex. & si casus contegeret, ita consulerem, & iudicarem. & reperio, ꝙ d. Ioan. Bertachinus de Firmo in suo nor. repertorio in verbo turbare, refert, quod collegium Florentin. consuluit ꝑ Raph. Cum. contra dom. Christoph. quamuis do. Christoph. multum contradiceret, nihil tamen vltra decidit. ad ita tenendum moueor, quia in statutis pęnalibus istis cùm sint odiosa, & restringenda. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthum. & in regula odia. debet liquidissimè constare. l. in testamento. la prima. ff. de condi. & demon. quam pro singulari no. Bal in c. 1. qualiter domi. propri. feud. priu. in vsib. feu. & in c. quintaual-
lis. in

lis.in 9.col.de iureiur. non ergo imponitur pęna ſtatuti,niſi cō-
ſtet,ꝙ ſtatutum tali caſu loquatur,intelligendo tamen, vt per
20 Bar.in l.quemad.C.de agri.& cenſi.lib.11.¶† Scđo, & fortius,
quia iſtud ſtatutum diſponit,ꝙ turbans aliquem in poſſeſ.pu-
niatur in tanta pœna, loquitur ergo per verba, quæ denotant
actum illatum in perſonam per turbationem, vel moleſtiam
illatam in aliquem,& ideo requiritur dolus,adeo,ꝙ non ſuffi-
ceret lata culpa,ita iſtud ſtatutum declarant Bart. & Ang. in l.
1.§.non autem. circa fi.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue. & ſic ſtatu-
tum loquitur de actu turbationis, per quē impediatur actua-
liter poſſidere, ergo non debet ſufficere ſola verbalis negatio
facta in iudicio, nec ex hoc pōt dici,ꝙ ſit in dolo, qa via iudi-
cij ꝯdicit. Nemini. n. iniuriam infert,qui via iuris vtitur.l.iniu-
riarum.§.1. ff.de iniur. ſtatutum enim voluit punire turbātem
de facto, & tenere præcedentem. Confirmatur tertiò, qa ver-
bum turbare eſt ſignificatiuū actus facti. l.vim facit. ff.de vi,&
vi arm.l.ad teſtium.§.ſi ſigna. ff.de teſt. ergo in ſtatuto pœnali,
& odioſo non debet verificari in turbatione verbali. Accedat
vlt. quia in iſtis pęnalib. conſulendo,& in iudicando, ſemper
debet teneri mitior pars, & ſic ad abſoluendum. l.interpreta-
tione.& l.ſanctio legum.ff.de pę.Teneas ergo, ꝙ dictum Bart.
pcedat, qñ agit̄ ciuiliter, pūt loquitur Bar.qñ agitur ꝯfeſſoria,
ſecus ſi ageretur criminaliter ad pęnam ſtatuti. Pro dicto Bar.
facit, quia ad hoc, vt competat interdictum vti poſſidetis, vr̄
ſufficere ꝯdictio,vel turbatio verbalis negando agentem poſ-
ſidere, vt tenet Bald.in l.ordinarij.in 5. col. C.de rei vend.& in
q.per eum diſputata,quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua. in
18.col.& in l.ab re.per illum text. C.vnde vi. d.Anto.de Butr.in
c.audita.de reſtit.ſpol.Lap.de Caſtel alleg.65. quæ incipit nū-
quid Eccleſia poſſit agere.in vlt.col. vbi ad hoc alleg.Bald.hic,
& Spec.in tit. de act. & peti.§. ſupereſt.in verſic. ſed quæro. &
Ioan.Cal.in c.mandatum.de reſcrip.Sed in hoc vlt.Io.de Imo.
hic refert ſe de facto obtinuiſſe contrarium, quòd ad hoc, vt
competat interdictum vti poſſide.non ſufficit verbalis contra-
dictio facta in iudicio, quando aliàs de facto non impeditur
vti poſſeſ.alleg.l.1.§.huius. cū gl.in verbo affirmat. ff.vti poſſi.
21 per quam not.Bar.egregiè ibi,ꝙ contra diffamantem † verba-
liter non datur interdictum vti poſſide.quando tu dicis me eſ-
ſe malæ fidei poſſeſſorem, vel non habere talem iuriſdi.alleg.
Innoc. in capitul. ſecundo. circa medium gloſſ. magnæ. de in
integr.reſtitu. quando per talem diffamationem verbalem nō
impeditur mea poſſeſſio, & ad iſtum text. cum dicto Bartol.
reſpondet Ioan. de Imol. ꝙ procedit in confeſſoria, quæ licèt
ſit petitorium,datur tamen etiam poſſidenti.l.& ſi fortè. §.1.ff.
ſi ſer. vend. ideo facilius competit pro tali contradictione ver-
bali, ſecus ſi in interdicto vti poſſidet. ꝙ eſt iudicium poſſeſſo-
riū.Idem tenet Io.de Imol.in c.audita.de reſt.ſpol. Lud.Ro.&
22 do.Alexand. hic † aſſignant aliam rationem differentiæ inter
confeſſoriam,& interdictum vti poſſid. quia confeſſoria com-
petit etiam ei,qui non eſt in quaſi poſſ.ſeruitutis, vt hac glo.&
l.vti frui.§. fi.ff.ſi vſusfr.pet. Ergo ſufficit qñcūq; inquietetur ēt
per negationem iudicialem.Sed in interdicto vti poſſid.requi-
ritur, ꝙ actor poſſideat, vel quaſi.l.ſi duo.in prin.& §. hoc in-
terdictum. ff. vti poſſid. Ergo requiritur,ꝙ actualiter turbetur
in illa quaſi poſ. Iſta vlti. opin.pōt defendi, niſi reus conuentus
interdicto vti poſſi. non ſolùm ꝯdiceret negando, ſed ēt aſſe-
ueraret eſſe poſſeſſorē rei, de qua contenditur,tunc.n. vr̄ ſuffi-
cere,prout tenet Bart.in d.l.ordinarij. cum concordan. s̄.alleg.
ex quo. n. duo non pñt eandem rem inſolidum poſſidere. l. ſi
vt certo.§.ſi duob.vehiculum.ff.commo.& l.3.§.ex pluribus.ff.
de acq.poſ.certè talis turbatio ſufficit ad hoc, vt poſſit conue-
niri interdicto vti poſſid.l.fi.ff.ſi vſusfruct.pet.& l.is, qui ſe ob-
tulit. ff. de rei vend. & hoc etiam fatetur Io.de Imol.hic. idem
tenet Flor. in l.1.§.traditio. ff.de ſer.ruſtic.præd. facit, quia pa-
ria ſunt contendere ſe poſſidere,& turbare,vt not. Cy.in l.vni-
ca.in 3.q.C.vti poſſid.Bar.in conſ.ſuo incip.Mathedeus de Aſſi-
a ſio,& domin.Alex hic.¶Circa iſtud ſingulare dictum Barto.[a]
* *communiter approbatum*, † ꝙ ſufficiat ꝯdictio verbalis facta in
23 iudicio negando ad hoc, vt poſſidenti competat confeſſoria,
b adde,ꝙ illud dictum.Bar. limitat Ang.de Are.in §.æquè.in 7.[b]
col.inſtit. de actio. vt non procedat, quando reus ſolùm nega-
ret narrata,prout narrantur,eſſe vera,per illud, quod tenet Bar.
in l.ſi dubitetur.§.ita demum.in fi.ff.de fideiuſ.& ibi dicit Imo.
ſe aliàs fuiſſe bene lucratum ex illo dicto Bart.credo, quod il-
lud dictum Bart. nihil faciat ad propoſitum noſtrum, & ꝯñr,
quòd limitatio non ſit vera. Nam intētio Bar.ibi eſt,quòd per
c illa verba nego narrata,[c] prout narrātur,intelligitur ſolùm ne-
gare principalem ſubſtantiam, non autem alias circunſtantias
libelli,prout etiam tenent Imo. & Mod. in l.ſed hoc ita.§.1. ff.
de re iudica.& in l.etiam.§.primo. ff.ſolut.matrimo.Bald. in c.
1.in quinta colum.de lit. conteſta.Sed in propoſito noſtro ne-
gando narrata,prout petuntur, eſt neceſſe,ꝙ ꝯdicat ſubſtantię
petitionis, per quam ſequitur inquietatio, vel turbatio verba-
lis.¶In ſexta oppo.Bar. in qua limitat. l.ſi quis emptionis. §.ſed
& ſi quis.C.de de præſcrip.30.ann. vt procedat,quando vigore
primi decreti quis fuit priuatus poſſeſſione,ſecus ſi ſolùm fuit
coactus cauere,vt hac.l.cum iſta limitatione tranſit. d. Ant.de
Butr. in c.1. de eo,qui mit.in poſ.Pau. de Caſt.& latius.d.Alex.
qui rñdet quibuſdam fundamentis Lud.Rom.& Imol.tenen-
tium ꝯrium dic, vt per eum.Tu autem aduerte,dicat Bartol.
quicquid velit,iſta 6. oppo. non eſt ꝯ lecturam Dyn. quia etiā
dato,ꝙ reus.ī.annum poſſit facere reuocari iſtam cautionem,
iſtud non repugnat lecturæ Dy.nec etiam huic.ſ.prout ēt fate-
tur Bart.ī.in 9.opp.vbi plenius dicam.¶ In ſeptima oppo.Bart.
adde primò inquantum Bar. defendēdo intellectum Dy. vult,
ꝙ ver.fin.non referatur ad principium legis,quia ex quo actor
erat in quaſi poſſeſ.ſeruitutis, illa quaſi poſſeſſio transfert onus
probandi in reum.l.circa. ff.de probat. ergo non eſt contuma-
cia rei,prout dicit iſte text.ſed certè aſſumptum Bart.in termi-
* nis noſtris eſt falſum, prout etiam dicunt *omnes Mod.* & bene,
quia licèt actor ſit in quaſi poſſ.ſeruitutis,tñ adhuc cogitur ip-
ſe probare ſeruitutem fuiſſe conſtitutam,eo quia in iſtis ſerui-
tutibus realib.quaſi poſſeſ.non releuat ab onere probandi pro
pter præſumptionem iuris, quam habet contra ſe,ꝙ quælibet
res præſumitur eſſe libera. ita declarat nota. glo. in d. l.circa. in
verbo ingenuitatis. & hoc modo verſic.fina. poteſt referri ad
principium legis etiam ſecundum intellectum Dyn. Item ad-
de circa rñſionem, quam dat Bart. ſm Iac.de Are. ad l. à quo
fundus.ī.tit.1. dic, ꝙ iſte intellectus non ſolùm eſt verus, imò
eſt neceſſarius. ibi.n. non poteſt interponi primum decretum
mediante cautione de qua in iſto text. nam cùm ibi iam eſſet
ædificatum, non poteſt ergo cadere iſta cautio de non ædifi-
cādo, item nec demolitio, quia iſtud ſaperet cauſam proprie-
tatis,meritò ergo ibi de neceſſitate contra reum contumacem
fit miſſio in poſſeſſionem ædificati.¶In octaua oppo.inquan-
tum concludit Bar.& bene poſt Inno. quòd in iſta.l. ita fit miſ-
ſio in quaſi poſſeſ.iuris petiti, ſicut in corporalibus fit miſſio in
poſſeſſionem rerum.l.Fulcinius.§.Celſus.ff.quib.ex cauſ.in poſ.
eat. quia in iſtis iuribus quaſi poſſeſ. inducitur per ſolam pa-
tientiam, quæ præſtatur mediante cautione de qua in text. ad
hoc adde optimum text.in l.datio.§.ſi inter. ff.de actionib.em-
24 pti.† Pondera ex iſto text.& ex dictis Bar.ꝙ in iuribus incorpo-
ralibus non ſolùm patientia, quæ voluntariè pſtat̄,hr̄ pro qua-
ſi poſſeſſio.& quaſi traditione.d.l.datio. §.ſi inter. & l.pen. ff.de
ſeruit. ſed etiam patientia, quam reus inuitus præſtat coactus
officio iudicis,hr̄ pro quaſi poſſeſ. text.eſt hic. Adde fortius, ꝙ
patientia aduerſarij dato, ꝙ ſit violenta, tñ habetur pro quaſi
poſ.ita ſing.tenet Bart. in l.1.§.in operis.in 4.oppo.in fi.s̄.eo. &
ibi ad hoc ſignaui Bar. ¶In 9.opp.Adde primò inquātum fir-
mat Bart. ꝙ in iſta. l. non fuit lis conteſta, vt clarè patet in iſto
text. in ſecunda parte in verbo,agere vellet,ergo nondum ege-
rat, & ſic non erat lis conteſta. Adde, quòd contrarium vult,
Barto.bene inſpicienti ſupra in quinta oppoſi.in fi.dum tenet,
ꝙ in iſta. l. in princip. ad libellum actoris interuenit reſponſio
rei negatoria facta in iudicio,ſi ſic, ergo fuit lis conteſta.& litis
conteſtatio,quæ fit per negationem rei ad libellum actoris.l.1.
& ibi not.C.de litis conteſta.Tamen illud,quod ibi tenet Barto.
per hoc,& per alia ibidem reprobaui.& puto eſſe verius illud,
quod dicit Barto. hic, ibi ēt tetigi, an verum ſit illud, ꝙ hic te-
net Bar.ꝙ verbum agere,intelligatur per lit.cōteſt.ſicut & ver-
bum, petere.Non repeto nunc. ¶Item inquantum Bart. ponit
duas practicas ad iſtam.l.& cum eo tenet d.Ant. in c.1. de eo,
qui mit.in poſ.Imol.in c.2.eod. titul. mihi neutra placet, quia
fit violentia huic legi; quæ ſimpliciter iubet reum contuma-
cem cogi cauere, & non dicit elapſo vno anno, & non prius,
vt vult prima practica Bar.item non dicit,ꝙ iſta cautio pręſte-
tur

ADDITIONES.

a ¶Dictum Bart.Limitatio Bartol.quam Iaſ.ſibi contrarius ſequitur in §. æquè.
colum.pen.inſti.de actio.

* Et adde facere,quæ ſcribit Alex. conſil.88.col. pen.in fi.lib.5. vbi ꝙ contra-
dictio iudicialis ſufficit pro turbatione in interdicto vti poſſidetis,quando
aduerſarius contendit ſe poſſeſſorem,& ibi Doct.in apoſtil.hoc plurib.con-
firmant, quibus adde not.per Pract.Papien.for.lib.turb.poſſeſ.verſi.ac præ-
ſentialiter turbat.Rol.conſil.9.num.28.& ſequen.lib.3. MASVER.

b ¶In 7.Mihi.3. verſi.& aduertas.

c * Nego narrata. Adde,quæ ſcribit pract.Pap.for.reſpon.rei cōuenti,ver.nar-
rata.& quæ not.Iaſ.in l.eum qui.nu.9.& 10.vſq; ad num.15.ff.de iureiur. vbi
declarat,& ibi quid in ciuil.& quid in criminal.De pœna autē negantis plu-
ra ponit Bald.in c.vaſſallus. nu.1.& 2.ſi de feud.fuer.controuer. vide ibi. nu.
7.& an negans poſſit probare, Practic.Bald. tit. de proba. nu.15.& an poſſit
pęnitere, Rom.conſil.59. colum.fin. MASVER.

tur sub conditione, vel sub exceptione, vti vult ſecunda practi-
ca Bar. vnde credo, ꝙ practica huius legis debeat eſſe pura, &
25 ſimplex, prout iacet in text.† vnde conſidera, ꝙ in iſtis iuribus
patientia idem operatur, ꝙ miſſio in poſſeſſio. in corporalib. &
iſta adinuicem æquiparantur, prout tenet Bar. in præceden. op.
& ibi dixi. ſicut ergo in reb. corporalib. ↄ̃ reum contumacem
fit miſſio in poſ. purè, & ſimpliciter, quæ tñ miſſio eſt reuoca-
bilis intra annum præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & ſolu-
tis expenſis. d.l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi qs. Ita in iſtis iurib.
ↄ̃ reum contumacẽ iſta cautio, ꝑ quam cauſat̃ patietientia, &
ſic quaſi poſſ. præſtatur purè, & ſimpliciter, vt dicit iſta lex, ſed
erit reuocabilis intra annum, per d. l. ſi qs emptionis. §. ſed & ſi
qs. vnde per hoc, ꝙ purè p̄ſtatur talis cautio, nō propterea au-
fertur beneficium reuocandi intra annum, vt ibi, & iſta eſt ve-
ra practica huius legis ſine aliqua reſtrictione, aut violentia, &
iſtud ẽt effectualiter tenet dñ. Alex. hic, & ad hoc vadunt vlti-
ma verba Bart. hic vltimò circa. d.l. ſi quis emptionis. §. ſed &
ſi quis. C. de præſcrip. 30. ann. vltra Bar. hic. & s̃. in 6. oppoſi. Et
ad dicta per Imol. & Mod. pro lĩtatione illius text adde aliam
limita. quam ponit Bar. in l. qui reſtituere. per illum tex. in 1. col.
ff. de rei vendi. vt d.l. ſi quis emp. procedat, qñ miſſio in poſ. ſit
facta pp contumaciam in non veniendo, ſecus ſi pp contuma
ciam in non reſtituen. vt ibi per eum. ¶In 10. oppo inquantũ
Bartol. quarto loco reſpondet ad d.l. is cuius. ff. ſi ſeruu. vendic.
ꝙ ibi agebatur pro ſeruitute, & etiã pro intereſſe ꝓhibitionis,
meritò ↄ̃ reum contuma. fit miſſio in omnia bona. Iſta ſolut.
Bart. non eſt bona, quia ꝙ ibi miſſio fiat in omnia bona, tex. ibi
non ſe fundat pp intereſſe. Illud enim intereſſe ſiccitatis ponit
poſteà text. ibi in fi. incidenter. fundat ergo ſe tex. quia reus nō
faciebat poteſtatem ſui, ne ſecum agi poſſet, & propter hoc fit
26 miſſio in poſſeſ. omnium bonor.† vnde vera eſt tertia ſolutio,
quam dicit Barto. multos tenere, ꝙ in d.l. is cuius. reus latita-
bat, quo caſu expeditum eſt, quòd ↄ̃ reum latitantem fit miſ-
ſio in poſ. omnium bon. l. Fulcinius. §. Celſus. & §. item videa-
mus. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. firmat Bar. ĩ. in ſua diſtinct. & lcèt
Bar. dicat hic, ꝙ iſtud ſit diuinare ad illam. l. is cuius. dic, ꝙ imò
illa lex ita clarè loquitur, dum dicit, ſui poteſtatem non facie-
bat, ne ſecum agi poſſet, ergo latitabat, vt d.l. Fulcinius. §. quid
ſit latitare. gl. in l. ſatiſque. ff. de in ius voc. ¶Gl. in verb. [vltro.]
Iſtam glo. reprobat Barto. ĩ. in 4. q. & Alber. in 1. & ſequuntur
Ang. & alij Mod. hic, eo qa de iſto tp̃e primi decreti interpo-
nendi non eſt aſſignatum à l. certum tp̃s, ſed relinquitur arbi-
trio iudicis, per l. 1. in prin. ff. de iure deliberan. no. in l. à quo fun-
dus. ĩ. tit. 1. & text. in l. de operis, allegatus in glo. loquitur in ca-
ſu diuerſo ab iſta materia. ¶Gloſſ. in verbo, [egiſſet] diuide in
duas. In prima declarat text. In ſecunda quærit. Secunda ibi,
[ſed quis in ea probabit.] ¶ In eà. gl. ibi, [probaſſet] iſta expo-
ſitio gl. probatur in vltima parte huius legis, quæ ſupplet pri-
mum, & ſecundum caſum, in quib. non fit mentio de proban-
27 do, ſed ſolùm de agendo.† Not. ex iſta glo. iuncto tex. ſecun-
dum Imo. & dom. Alex. hic, ꝙ ſi ex forma. l. vel ſtatuti debet
quis conſequi aliquod præmium, ſi egerit tale quid, debet in-
telligi ſi egerit, & probauerit. facit gl. in l. 1. in princ. in glo. 1. ff. ſi
quad. pau. fe. dica. & gl. not. in l. 4. in prin. in gl. 1. ff. vi bon. rapto.
cum alijs concor. alleg. per d. Alex. ſimiliter facit iſta gl. ſm̃ Lu.
Rom. hic in fin. poſt Ang. ad ſtatutum diſponens, ꝙ accuſans
lucretur certum quid, ꝙ non debeat lucrari, niſi etiam accu-
ſationem probet, puto, ꝙ ratio iſtarum deciſionum ſit, quia
verba ſtatuti loquentis de agente, vel accuſante debent intelli-
gi cum effectu, & ſic, qñ probatur accuſatio, per regulam. l. 1. §.
fin. ff. ꝙ quiſque iur. & c. in his. de verb. ſignifi. ſicut in ſimili di-
cimus, ꝙ ſtatutum diſponens, ſi quis inuenerit aliquem cum
armis, intelligitur de inuentione effectuali, & ſic ſi inuenerit, &
apprehenderit. text. eſt in l. ſi Barſatoram, & ibi Doct. no. C. de
fideiuſ. Bart. in l. 1. in princ. in 4. quæſt. ff. de acquiren. poſ. cum
28 concord. quas ibi tradam. ¶In ead. gl. in fin.† habes ex iſta tres
concluſ. prima, ꝙ agens negatoria, qui propter contumanciã
effectus eſt de reo actor, tenetur probare duo. ſ. prædium eſſe
ſuum, item liberum, ſed quod ſit liberum, probatur eo ipſo, ꝙ
non probatur contrarium. l. altius. & l. ſi in ædib. C. de ſeruitut.
pondera, quia ex hoc elicitur gl. velle, ꝙ primum debeat pro-
bare plenè, ſcilicet ꝙ prædium ſit ſuum, & ita intelligit, & de-
clarat iſtam glo. Bartol. in 2. oppo. tertiæ partis prin. & ibi eam
reprobat, quia cùm in iſto iudicio dominiũ incidenter dedu-
catur, ex quo ſuper eo non eſt quæſtio, ergo ſufficit probare
29 poſſeſſionem,† quia ex poſſeſſione præſumitur dominium,
quando incidenter deducitur. l. 1. ff. famil. erciſ. glo. & Docto. in
l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. & eſt in terminis noſtris glo.
in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vendice. dicam de hoc ibi
poſt Bartol. ¶Secundò habes ex iſta gloſſ. quòd quaſi poſſeſſio
ſeruitutis, in qua fuit conſtitutus agens confeſſoria propter
contumaciam rei, non eum releuat ab onere probandi ius
ſeruitutis etiam in iſto iudicio, in quo eſt effectus reus, &
iſtud eſt propter præſumptionem iuris contrariam, quæ eſt, ꝙ
quælibet res præſumatur libera, vt dicit gl. in l. circa. ff. de prob.
de hoc dicit Bar. ĩ. in 3. oppo. tertiæ partis. ibi reſeruo dicendũ.
¶Tertiò, & notabilius habes ex iſta glo. ſingulariter notare,
30 † ꝙ quotieſcunque originalis ſtatus rei conuenit intentioni
actoris, & ↄ̃dicit intentioni rei, fortior eſt præſumptio, quæ
reſultat ex illo originali ſtatu, quàm ſit poſſeſſio iuris, quæ eſt
pęnes ipſum reum. ita vult iſta gl. peregrina, inquantum dicit
in iſto principio, ꝙ agens negatoria propter eius contumaciã,
quia habet præſumptionem originalis ſtatus pro ſe, quia præ-
dium ab initio fuit liberum, iſta præſumptio præfertur quaſi
poſſeſſioni ſeruitutis, quam habuit reus ex contumacia aduer-
ſarij. patet, quia ipſe tenetur probare ſeruitutem deberi ſibi, nõ
obſtante, quòd ſit in quaſi poſ. de quo traditur per Barto. ĩ. in 3.
parte. in 3. oppo. & in ſequen. vbi reſeruo plenius dicendum.
31 ¶In 2. parte principali huius legis, & in prima oppo. Bar.† not.
diligenter eius regulam, ꝙ contumacia in vno non debet no-
cere in alio, ꝓ iſta regula addit Io. de Imol. hic bonam gl. in c. 1.
de dol. & contum. in 6. dic, ꝙ eſt in c. 2. in verbo non teneris. li-
mitat Imol. qñ eſſet contumacia vniuerſaliter reſpiciens totũ
iudicium. per gl. in cle. 1. de dolo, & contum. per not. per Inno.
& Io. And. in c. Eccleſia veſtra. el 2. de elect. alij nihil tangunt. tu
adde pro iſta regula Bart. tex. in l. generaliter. §. 1. in verbo, cau-
ſa, vel capitulum. C. de reb. credit. per quem text. not. ibi Bald.
& alij poſt eum, ꝙ contumax in vno capitulo non hr̃ pro cõ-
tumace, vel ↄfeſſo ſuꝑ alio. idẽ in contumacia non veniẽtis, qa
citatus ſuper vno non eſt contumax in alio, vt not. Innoc. in c.
conſuluit. de offic. deleg. Adde etiam, ꝙ idem not. Alber. de
Roſ. in. in d.l. ſtatuliberos. §. Stichus. per illum text. ff. de ſtatulib.
idem dicit Oldr. Laud. in conſil. 12. quod incipit. q. 1. eſt ad fin.
Bart. in l. conſentaneum. in vlt. colum. C. quomodo, & quando
iud. iſta concluſio, & regula Bart. confirmatur, quia contuma
cia dicitur eſſe delictum. l. omne delictum. & ibi Barto. ad hoc
not. ff. de re mili. gl. in l. vnica. §. fi. & ibi Bart. ff. ſi quis ius dicen-
ti non obtemp. cum. concor. ibi per me datis. ſed in delictis pę-
na non egreditur terminos delicti. l. reſcriptum. in prin. ff. de his
a quib. vt indig. hinc eſt, ꝙ emphyteuta,[a] qui alienat ſine conſen
ſu dñi, punitur in priuatione iuris ſui. l. fin. C. de iure emphyt. &
c. potuit. de loca. tñ ſi ſolùm alienet partem rei emphyticæ ſi-
ne conſenſu dñi, priuatur tantum illa parte, & non priuatur
toto iure. Ita ſingul. decidit Raph. Cum. in l. quidam in iure. §.
donationem, per illum text. ff. de dona. cuius deciſionem re-
fert, & ſimpliciter ſequitur. d. Alex. in conſil. 9. in 5. vol. ꝙ in-
cipit, viſis proceſſibus cauſæ. ad fin. de quo dixi plenius in d.l. fi.
in 13. q. C. de iure emphy. Item pro iſta regula adde illud, quod
vult gl. not. in clem. ſæpè. de verb. ſignific. ad fin. ꝙ qui conſen-
tit iudicialiter in vno actu, ſibi tantum præiudicat in illo actu,
& non in alijs, & illam glo. commendat. d. Abb. in d.c. quoniã
contra. in vlt. colum. de proba. & in c. ſi quis contra clericum.
in 6. colum. de foro compet. ſimiliter tacita renunciatio in vna
inſtantia non nocet in alia, ſecundum Innocen. in capitul. cùm
veniſſent. circa fin. de teſti. domin. Anton. de Butr. in capit. cùm
olim. in 40. colum. de cenſi. ſed aduerte, licèt regula Bartol. ſit
vera, & optima, tamen contra eam arguitur ſic. Contumacia
eſt peccatum mortale. ita not. dom. Abb. in capitul. 1. in 3. col.
b in fi. per illum text. de iudic. patet, quia contumacia eſt digna[b]
excommunicatione, text. eſt ibi, & gl. not. 96. diſtinct. in c. duo.
ſed excommunicatio non poteſt fieri ſine peccato mortali. c.
nullus. & c. nemo. 11. q. 3. Ergo relinquitur, ꝙ contumacia eſt
peccatum mortale, ita maximum peccatum eſt inobedien-
c tia[b] ſuperioris. capitul. ſciendum. 8. quæſtio. 1. facit capit. 2. de
maior. & obedien. Cùm ergo contumacia ſit peccatum mor-
tale, ſuccedit illud, quod dicit tex. in c. defleat peccator. de reg.
d iur. qui in vno peccauit,[d] omnium factus eſt reus. Niſi dixeris,
quod text. in d. capitul. defleat, intelligatur quo ad priuationẽ
vitæ æternæ, vt ibidem per gloſſ. & Doctor. Prædictis etiam vi-
detur aduerſari text. in l. furtũ. §. & ſi non tota. ff. arbor. furt. cæſ.
Sed té-

ADDITIONES.

a ¶Emphyteuta. De hoc eſt tex. in c. 1. de vaſ. qui cont. cõſti. Loth. in vſib. feud. vide Iaſ. §. 1. col. 17. inſtit. de actio. Soc. in l. 4. §. Cato. in 5. oppo. Barto. ff. de verbor. oblig. PVRPV.

b ¶Contumacia eſt digna. Adde Abb. in c. ſanè quia. de offic. deleg. in 6. not. Abb. in c. ex parte. el 1. de verbor. ſig. Barb. in c. de cauſis. de offi. deleg. Barb. in c. cauſam. de reſcrip. in 2. colum. Barb. in c. olim. in 6. colum. eo tit.

c ¶Eſt inobedientia. Adde, quod hoc non habet locum, quando eſſet contra ſubſtantialia regulæ, ſecundum gloſſ. in l. final. in cap. ne Dei Eccleſiam, & ibi Card. Zab. de ſimo.

d ¶Qui in vno peccauit. Adde text. in c. ſi enim. in §. eſtote factores. de pœn. diſt. 2. text. in c. conſideret. in §. defleat. de pęn. diſt. 5.

Sed tenendo regulam Bartol. quæ eſt vera, quòd contumacia in vno non nocet in alio, limita iſtam regulam per gloſ. notabilem in l.ſed & ſi per prætorem. §.ſed & ſi cum decreto. in gl. mag.ad fi.ff.ex quib.cau.maio.vbi gl.not.dicit,ꝙ ꝑ contumaciam in vna cauſa iudex poteſt denegare audientiam in alia cauſa,& per illam gl.not.Bald.in l.conſentaneum.in 6.colu. C. qũo, & qñ iud. ꝙ contumax non ſolùm repellitur à limine illius iudicij, in quo eſt contumax, ſed ẽt à limine alterius iudicij,in quo non eſt contumax,ꝙ reputat ibi Bal.no. dignum,& limitat eſſe verum inter eaſdem perſonas,vt ibi per eum,& de illa gl.dixi in l.1.§.ſed ſi is cui.ſ.eo.ad ibi dicta me remitto. ¶In quinta oppo. huius ſecundæ partis, inquantum Bart. latè exa-
32 minat, † an cõfeſſoria ſemper debeat proponi verbis affirmatiuis, & negatoria ſemper verbis negatiuis , prout tenebat Placen.concluſiuè Bart.per verba prolixa vr̃ velle,& vult,ꝙ opin. Placen.procedat conſiderato medio cõcludendi, non aũt cõſiderata maiori propoſitione , quæ in vtraque ſemper ponitur verbis affirmatiuis.Concluſio autem libelli reſpectu eius, ꝙ petitur declarari à iudice , poteſt proponi & verbis affirmatiuis, & verbis negatiuis,declarando, vt hic per eum. Ego aliàs in §. æquè.inſti.de actio.ſecutus ſum ſimpliciter doctr.Bar.hic, quã etiam ſequuntur alij ibi, & hic. Nunc autem diligentius conſiderans credo in iſta materia aliter eſſe veritatem, vnde credo ꝙ Placent. dixerit veritatem , ꝙ confeſſoria ſemper proponatur verbis affirmatiuis, & negatoria verbis negatiuis, & ꝙ opi. Placen.procedat non ſolùm conſiderato medio concludendi, vt dicit Bart. ſed etiam præciſè procedat conſiderata conclu-
33 ſione Bar. † Vnde pro huius rei veritate præmitte , ꝙ tota vis, & effectus libelli cõſiſtit in ipſa concluſione,vt ꝑ Bart.in l. Aurelius. §. Sticho. ff.de lib.leg. & expreſſius Bald. in l.edita. in 13. col. in prin. C. de eden.vbi dicitur, ꝙ non inſpicitur in libello qd,quale,& q̃tum narratur,ſed qualiter,& quantum ex narratis concludatur, q̃a modus agendi ſubſtantialiter conſiſtit in
a concluſione,[a] vt per gl. in c. hic quippe.3.q.1. Sic ẽt in reſcri-
b ptis[b] attenditur ſemper concluſio, non aũt narratio, ſeu petitio,vt no.in c.ſuper literis.de reſcrip.d.Abb.in c.ex parte B.in 2. not.de for.compet.Bal.in l.præſcriptione.in vlt.col.C.ſi contra ius,vel vtil. publ. Similiter in ꝯtibus licèt multa verba interuenerint,tñ ſola concluſio attenditur,vt eſt tex. in l.ſi voluntate.C.de reſcin.ven. & ibi Bald.ad hoc not.illum text.& dicit, ꝙ non eſt melior tex.de hoc in iure,q̃ ſit ille.Hoc p̃miſſo dico, ꝙ in materia nr̃a effectus concluſionis in libello confeſſorio eſt ſemper affirmatiuus , q̃a ſemper ꝯcluditur declarari ſeruitutẽ ſibi deberi. ſimiliter effectus concluſionis in negatoria ſemper eſt negatiuus,q̃a agens negatoria ſemꝑ ꝯcluſiuè petit declarari ſeruitutẽ non deberi,& iſtud eſt, ꝙ clarè voluerunt Placent. & Iac.But.& ita eſt tex.in d.l.2.in prin.ff.ſi ſer.ven.& ſi dicis, ꝙ iſta opi.ꝯfunditur ineuitabiliter ꝑ iſtum tex.in 2. parte, vbi ſm̃ Bart.non ponitur medium concludendi,ſed ponitur ipſa concluſio libelli , quia admitto hoc eſſe veriſſimum , & tñ in hoc tex. in 2. parte in concluſione libelli negatoria ꝓponitur verbis affirmatiuis. ſ.ꝙ mihi eſt ius prohibendi te vti ſeruitute, & mihi eſt ius te inuito ædificandi,& ꝑ iſtum tex. Bart.multum ꝓlixè laborauit,q̃a ſm̃ eũ Iac.But.non rñdet ad iſtum tex.Tu autem ꝓ pura,& mera veritate àduerte, q̃a dixi concluſio in negatoria ſemper ꝓponitur verbis negatiuis, vnde aduerte,quòd in iſto tex. verba negatoria bene ſunt affirmatiua quo ad ſonũ verborum , tñ q̃a continent prohibitionem, ſeu priuationem illius iuris ſeruitutis,dñr in effectu verba negatiua, vel hr̃e vim
* negatiuorum verborum.*glo. eſt de hoc ſolennis, & approbata* in l. fi.§.fi.in verbo exceptionẽ.ff.de excep. dol.ꝑ quã gl.no.ibi Bar. non eſſe curandum,an verba ſint negatiua,vel affirmatiua, q̃a dummodo priuent, ſunt negatiua , & illam gl. ad hoc reputat ſing. Ang.de Aret.in d.§.æquè.pro illa gl. facit bene text.in l.inter ſtipulantem. in prin. ff.de verb. obliga. per quem text.not. Bart. & alij ibi, ꝙ quomodocunque , & quibuſcunque verbis ſiue affirmatiuis ſiue negatiuis ponas priuationem, ſemper ponis orationem negatiuam.idem tenet Bart. in l.nec codicillos. C.de codicill. vbi dicit non eſſe curandum,vtrum in oratione ſit negatio, vel affirmatio , ſed ſolùm vtrum oratio ponat priuationem , vel poſitionem. illa. n.quæ ſignificat priuationem, quamuis habeat verba affirmatiua, tñ eſt negatiua,per gl.in d. l.fi.§.fi.idem Bart.in l.de ætate.in princip.in 3. q.princ. ff.de minor. confirmatur per illud , quod tota die videmus in palatijs, dicunt procuratores,dico,ꝙ res fuit abſque eo,ꝙ Titius fuerit Ferrariæ,vel dico,ꝙ res fuit abſque eo,ꝙ Titius occiderit Sempronium. nam iſta eſt poſitio negatiua , quamuis per cautelam verborum fuerit fabricata verbis affirmatiuis ſecundum Bal.in c. 1.de cõten.inter do.& vaſ.in vſib.feud.Cy.Bal. & Salic. in l.actor C.de prob.Bal.in l.2.§.ꝙ obſeruari.in 5. colum. C.de
34 iur. calum. ſimiliter eſt ẽꝯ, † nam veba negatiua, quæ virtualiter aliquid ponũt,cenſentur affirmatiua,vt eſt gl.in l.in ea cã. in verbo probentur.ff.ex quib.cau.maio.& glo. ſolennis in cle. fin.in verbo,creatum.circa fi.de reſcrip.quæ dicit, ꝙ verba negatiua , quæ hñt reſolutã affir. hñr pro affirmatiuis, & debent probare,ſicut mera affirmatiua,& illam gl.reputat ſing. Bal. in l.ampliorem. §.fi. C.de appella. ſed non eundo per mendicata ſuffragia habes in materia noſtra tex.quem ad hoc reputo nota.in l.vti frui.in princip.ff.ſi vſusfruct.peta.vbi eſt text.ꝙ qñ qs agit negatoria , non refert quib. verb. vtatur, ſiue neget inuito ſe ius eſſe vti ſeruitute , ſiue dicat ſibi eſſe ius prohibendi. vtraque.n.concluſio ad idem tendit.ſ.ad priuandum ius ſeruitutis, & per illum tex.not.ibi Raph. Ful.non referre, quib.verbis aliqd exprimat.ſ.negatiuis,vel affirmatiuis,dũmodo idẽ effectus ſequatur,vt in illo tex. ꝙ dicit eſſe bene notandũ ad materiam quę habet,ꝙ negatiua probari non põt,affimatiua ſic.d.l.actor ꝙ aſſeuerat.C.de probat. dico ergo vno verbo , ꝙ in iſta.l.in 2. parte concluſio negatoriæ eſt negatiua,licèt enim verba in ſuperficie videantur affirmatiua, dicendo, ꝙ mihi eſt ius prohibendi, tñ quia tendunt ad priuationem,dicuntur negatiua. Ex iſtis infero minus bene dixiſſe Bart. hic in duob. locis primò dũ dicit, ꝙ medium,per quod concluditur in negatoria,põt proponi , vel tacitè intelligi verbis affirmat. ſi dicam , quòd mihi eſt ius prohibendi,te vti ſeruitute,quia dico ꝯ Bar.ꝙ imò cùm iſta ſint verba priuatiua, vel abnegatiua iuris ſeruitutis,cenſentur negatiua,& non affir. ſecundò in alio malè dicit Bart. ꝙ in iſto tex. in 2. parte concluſio negatoria eſt concepta verbis affirmã.ꝙ eſt mihi ius prohibendi te vti ſeruitute,vel eſt mihi ius ædificandi te inuito,& ità etiam per iſtum text.dicit hic gl.2.in verbo,ageretur,& gl.in verbo egiſſet,circa princ. & minus bene, vt prædixi , quia cùm ſint verba priuatiua, cenſent negatiua,& iſtam credo eſſe veritatem conſiderata vi,& effectu verborum , prout conſiderauit Placent. non autem conſiderata ſuperficie, aut cortice verborum , prout conſiderauerunt duæ gl.& Bart.hic.cum iſta op.q̃ ego teneo concordat ipſemet Bar. in l.2.in princip.ff.ſi ſer.vend.quam Bar.legit pro prima,vbi dicit Bart.Placent.dicere meram veritatem,& ad hoc oſtendendum,præmittit, ꝙ oratio dicitur eſſe negatiua, vel affirma. reſpectu ſuppoſiti,non reſpectu appoſiti,vnde in propoſito noſtro confeſſoria ſemper proponitur verbis affirmati. reſpectu ſuppoſiti, eo ꝙ dico,ꝙ mihi ius eſt,ꝙ altius non tollas,ſicut cũ dico,ius eſt mihi eundi agendi, & c.negatoria etiã ſemper proponitur verbis negatiuis reſpectu ſuppoſiti, quia dico,quòd tibi non eſt ius vtendi tali ſeruitute, & iſtud eſt verũ effectualiter loquendo,prout etiam conſiderauit Placen.& licèt aliquando alijs verbis videantur concipi , effectualiter tñ ſemper ad hoc tendunt, vt ibi per eum, & ſic Bart.ibi tenet opin.quam tenui, licèt non vtatur ijſdem fundamentis , & ita habes declaratam
35 iſtam difficultatem. Sed vt nihil intactum omittatur , † conſidera cuius vtilitatis ſit tam longa diſpuatio Barto. quod confeſſoria debeat proponi verbis affirma. & negatoria negatiuis, ex quo in primis formula verborum eſt ſublata, toto titulo.C. dè formulis.item attento, quòd etiam ſi in libello apponantur verba impropria, & incongrua, tamen libellus debet ſuſtineri, vt per Bartol.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iu. auero. ff. de iureiuran.cum multis concor.& addi.quas ibi ad hoc dedi.itẽ attento,ꝙ hodie expreſſio ineptę actionis non vitiat libellum,cũ
* ſufficiat aptè narrari factum ſecũdum *communem ſententiam*, vt per gloſſ. Bartol. & Doctor. in l.1. in principio.& ibi dixi. ff. de eden.Canon.in capitul.examinata.de iudic.cogita vſque in craſtinum , credo, quòd vtilitas huius diſputationis colligatur ex caſu notabili, qui poſſet in practica euenire: pone ſtatuto , vel conſuetudine caueatur , quòd nullus poſſit eleuare ædificium, niſi vſque ad certam menſuram,& non vltra inuito vicino,iuxta. l. qui luminibus. in princip. ff.de ſeruitu.vrban.prædior. & ibi glo.dicit,quòd iſtud ſtatutum eſt Florent. & iuxta. l.1. C.de ædific.priua.vbi etiã gl.dicit,quòd iſtud eſt Flor.pone modo,ꝙ vicinus

ADDITIONES.

a [a] Concluſione. Adde eundem Iaſ.in §.omnium.à nu. 129.vſq; ad nu. 137.Inſti.de actio,vbi ponit limit.ad reg. quæ habet cõclutionẽ in libello eſſe neceſſariã, cui adde facere, quod vbi vnum narratur,& aliud concluditur , ſemper concluſio attenditur,ita notat Nat.conſil.120. colum.3 .poſt princip. numer.3. vbi non inſpicitur quid,& quantum narretur, ſed qualiter ex narratione cõcludatur,quaſi modus agendi ſtet ſubſtantialiter in concluſ. ita Nat. qui plenius declarat.cui adde Dec.conſil.62.187.493.numero 28. Doctor. in c.dilecti. vbi Abb.de iudic.Aym.conſil.151. In reſcriptis autẽ adde facere, quæ not.Alex.conſil 84.nu.7.lib.1.Pariſ.conſil.19.nu.28.lib.3.conſ.3.lib.4. Dec. conſi.137. nu.8. Bal.in c.inter dilectos. per illum text. ibi,forma petitionis. de fid.inſtru.Dec.conſil.403.col.4.in fin.Rebuff.in praxi.benefi.1.par.2. par ſignaturæ.num.31. MASVER.

b [b] ¶In reſcrip.Adde Fed.de Sen.conſil.93.

vicinus concessit mihi, ꝙ possim ædes meas eleuare vltra dictã
mensuram , deinde pone , quòd posteà me volente eleuare vl-
tra dictam mensuram vicinus prohibeat, an competat contra
eum confessoria,vel negatoria. Ioan.Fab.& Ang.de Are.in d.§.
æquè tenent per illum tex. quòd competat confessoria ius mi-
hi esse altius ædes meas tollendi vltra mẽsuram taxatam in sta-
tuto,ego autem ex prædictis puto, quòd imò competat nega-
toria , nam confessoria datur ei , qui affirmatiuè prætendit si-
bi deberi seruitutem , & competit contra alium , qui vellet
altius ædificare contra ius seruitutis , sed in isto casu non agi-
tur pro seruitute contra alium,sed pro libertate,quia ego dico
ædes meas esse liberas à seruitute imposita per cõsuetudinem,
vel statutum,propter cõcessionem mihi factam à vicino, pro-
pterea debeo agere negatoria ius mihi esse altius ædes meas tol
lendi inuito vicino,vt hac l.in 2.parte. & licèt verba conclusio-
nis videantur affirmatiua, quia quando tendunt ad priuationẽ
seruitutis pro libertate consequenda , considerato effectu cen-
sentur verba negatiua, meritò datur , & competit negatoria,vt
patet ex prędictis , & hodie in libello quamuis non requiratur
expressio actionis,tamen factum debet sic à parte narrari, vt ex
conclusione colligatur,quę actio resultet,vt no.in d.l.1.in prin.
ff.de eden.& d.cap.examinata.¶In 6.oppo. Bar.dic,vt dixi.s̃.in
tex.in 4.vel 5.not.¶Aggredior tertiam partem principalem hu
ius.l.Ex dictis Bart. in 2. oppo. huius 3. partis habes colligere 4.
prin.conclu. ¶Prima est , ꝙ esse in quasi possessione seruitutis
realis non releuat quem,quin teneatur probare seruitutem,etiã
quod est fortius , quando de actore efficitur reus propter con-
tumaciam aduersarij, & istud procedit , quia prępsumptio iuris
est in contrarium , quia quælibet res præsumitur libera. idem
tenet glo.in l.circa.ff.de proba. & in l.sicuti.§. sed si quæratur.ff.
si ser.vend.& gl.hic in versi.egisset. Ex ista conclusione sequitur
vnum,quod videtur mirabile,ꝙ potentior est ista sola pręsum
ptio iuris,ꝙ quęlibet res pręsumatur libera,quàm sit quasi pos-
sessio aduersarij etiam qui est reus , & quàm sit contraria præ-
sumptio,quia si res erat libera,quare patitur aduersarium quasi
possidere seruitutem , cùm nemo pręsumatur iactare suum.l.
cùm de indebito.in princip.ff.de proba.cum ista prima conclu-
* sione transeunt alij *omnes hic* excepto Rapha. Cuma. in pen.&
vlt.col.qui per aliqua tenet contrarium , & maximè per illud,
ꝙ proximè dixi.adde tamen,ꝙ licèt quasi possessio non opere-
tur quo ad releuandum quem ab onere probandi seruitutem,
tamen operatur quo ad alia commoda , de quibus per gl.in §.
1.in gl.mag.in verbo, an non.de iti.actu.priua. aliquid per gl.in
d.§.sed si quæratur.Adde etiam,ꝙ Bal.in l.eã quæ.C.de lib.cau.
per illum tex.limitat istam conclu.Nam dicit,ꝙ illa lex allega-
tur , ꝙ in iuribus incorporalib. quasi possessio habita bona fide
releuat ab onere probandi, vt ibi, secus si mala fide, & ita dicit
debere limitari glo.in d.§.sed si quæratur. Ista limitatio non est
vera,& confunditur per istum tex.iuncta prędicta conclusione
glo.& Doct. nam hic iste erat in quasi possessio seruitutis bona
fide.patet,quia erat in possessione auctore prætore l.iustè possi-
det.ff.de acquir. poss. & tamen non releuat ab onere probandi
seruitutem. Nec obst.d.l. eam quæ. quia loquitur in seruitute
personarum, vbi quasi possessio bene releuat ab onere proban
di.l.liberis.§.fi.ff.de lib.cau.l.circa. ff.de ꝓb. secus est in seruitute
reali , de qua nos loquimur.rationem diuersi. assignat Barto.in
36 seq.opp.¶†Secunda cõclusio, ꝙ ex quasi possessione probatur
dominium,quando venit incidenter,secundum glo. in l.quidã
in suo.ff.de condi.insti.cum alleg.per Bar. Istam conclu.limitat
Bal in Auth.ei qui.in 12.col. C. de bon.aucto.iu.pos.in contu-
mace hoc allegante per istam l. quia eius contumacia facit , vt
dominium eius debeat verè probari,quamuis incidenter dedu
catur,vt hoc tex. Sed certè in ista l.nihil dicitur de dominio,vt
* dicam statim. Secundò Bar. *& communiter Doctor.* tenent, quòd
in ista l. sufficiat dominiũ probari ex quasi possessione,ex quo
venit incidenter , & contumacia eius punitur in onere cautio-
37 nis,vt hic per d.Alex.¶Tertiò habes intellectum † ad istam l.se
* cundum Bar. *& communiter omnes*, ꝙ in ista l.in prin. contuma-
cia non puniatur in onere probandi de iure libertatis , quia li-
bertas rerum præsumitur iure, sed punitur in onere probandi
de dominio,& possessione prędij seruientis,ꝙ dominium aliàs
non debuisset probare,si remansisset reus, quia actore non pro-
bante reus debet absolui,etiam si nihil præstiterit.l. qui accusa-
re.C.de eden.c.1.vt ecclesiast.benefic.Ex ista conclu.quæ habet,
quòd in ista l.reus propter cõtumaciam grauatur in onere pro-
bandi de iure dominij , non autem de iure libertatis, duo cor-
relariæ inferuntur. Primò,quòd agens negatoria propter con-
tumaciam suam debet solùm allegare libertatem,non autem
probare illam,quia præsumitur à iure, quia quælibet res à prin-
cipio præsumitur libera, vt statim dicam. Secundò infertur,ꝙ
istud ius dominij, quod propter contumaciam tenetur proba-
re,de facili probabitur,quia probata possessione præsumitur do
minium , ex quo hic incidenter deducitur etiam ex parte con-
tumacis. Tu autem aduerte,quòd licèt cum isto intellectu ad
* istum tex.transeant Bar.& *communiter* Scribentes antiqui, & no-
ui,mihi tamen non placet,quia verba istius literæ ineuitabiliter
repugnant.nam text.dicit in prin.quòd reus propter contuma-
ciam debet probare ius sibi esse inuito aduersario altius ædes
tollere, ergo vult text. quòd iste contumax debeat probare de
iure libertatis,non autem dicit tex. quòd debeat probare de do
minio,vel de pos.prędij seruientis. nam de dominio, & posses-
sione in tex.verbum nullum, sed solùm fit mentio de proban-
do iure , vel seruitutis , vel libertatis , & licèt text.j. in vlti.parte
dicat,quòd debeat probare de iure suo,istud non potest intelli-
gi de iure, scilicet , dominij propter præcedentia,sed de iure le-
gis,vel libertatis,vel seruitutis . Istud etiam patet in d.l.sicuti.§.
sed si quæratur , vbi dicit text. quòd qui non est in pos. tenetur
probare de iure suo , scilicet libertatis, vel seruitutis.de quo tra-
ctatur in illo titu.& ita etiam tenet Rapha.Cuma.hic in penult.
& vltima colum. Vnde vltra omnes Scribentes , & antiquos,
& nouos , ego sum in alio intellectu ad istum tex.plano , & ex-
pedito,prout litera sonat sine violentia. Vnde teneo, quòd con
uentus confessoria si sit contumax propter contumaciam co-
gitur cauere,vt in litera, & sic , quando aget negatoria cogitur
probare ius sibi altius ædes tollendi , & sic cogitur probare de
libertate ædium suarum, & si dicatur quælibet res præsumitur
libera,ergo habet præsumptionem pro se libertatis , ergo nihil
debet probare de libertate : item quasi possessio seruitutis , quã
habet aduersarius suus propter eius contumaciam non trans-
fert onus probandi propter præsumptionem iuris,vt dicunt gl.
præalleg. istud est (mea sententia) quod decepit Barto. & Scri-
bentes in intellectu huius legis , sed ad hoc respondeo , quòd
38 † quasi possessio seruitutis non transfert onus probandi in ad-
uersarium , qui habet præsumptionem iuris pro se de libertate
rei,istud est verum, quando est sola, & simplex possessio, secus
quando concurrit contumacia,quia tunc quasi possessio serui-
tutis , & contumacia bene transferunt onus probandi liberta-
tem rei, & consequenter , quòd est ius sibi altius tollendi.casus
est de hoc nitidus in hac l. in princip. & puto , quod ratio sit in
promptu.nam actor,qui egit confessoria,narrauit in libello ser-
uitutem sibi, vel prædio suo deberi,iuxta §. fin. institu. de serui.
reus autẽ fuit contumax,certè ꝓp contumaciam fingitur con-
sentire,& fateri verum esse,quòd seruitus sit debita. contumax
enim fingitur semper fateri illud , quod est sibi deterius. l. de
ætate.§. qui tacuit. & ibi Bart. ff.de interog.act.l.locum.§.con-
demnatio.ff.de tab. exhiben. Vnde cùm ex contumacia indu-
catur ficta confessio seruitutis,nimirum si grauatur contumax
probare , quòd sibi est ius ædificandi inuito vicino non obstan-
te illa ficta confessata seruitute , quia stat simul , quòd seruitus
sit debita, & etiam, quòd possit ædificare , quia potuisset serui-
tus remitti, vel præscribi, vel aliter tolli , & per hoc respondeo
in forma ad fundamentum Bar. & Docto. inquantum dicunt,
ꝙ iste contumax habet præsumptionem iuris pro se , ꝙ res sit
libera , quia quælibet res à principio nascitur libera , ergo non
debet cogi probare de libertate rei , quia dico , quòd illa præ-
sumptio iuris tollitur per istam fictam confessionem , quæ in-
ducitur ex contumacia, prout infortiorib. terminis nunc pro-
39 babo.† dicimus enim,quòd etiam contra præsumptionem iu-
ris,& de iure admittitur probatio in contrarium per confessio-
nem partis,& sic confessio partis tollit etiam præsumptionem
iuris,& de iure.glo.est approbata in §.aliud quoq;. in ver.si autẽ
non.in Auth.de æqua.do.col.7.Bart.& Docto.in Auth.sed iam
necesse.C.de don.ante nup.glo.in l.in contractib.in prin in versi.
nullo modo.& ibi Bal.in 4.no.ad hoc no. C.de nõ nu.pec. Can.
a in c.is,qui fidem.de spon. & nõ solùm per veram confessionẽ a
tollitur pręsumptio iuris,& de iure,sed etiam per fictam,& iste
est casus noster.ita sing.tenet Bal. in pulchra q. in l.absentem.in
vlti.col.ff.de pen.Bal.in l.non ignorat.in 6.col. C.qui accus.non
pos.do.Anto.de Butr.in d.c.is qui fidem. dom. Alex.in l. à diuo
Pio.§.si pignora.ff.de re iudi.quãto ergo fortius in terminis no- b
stris ficta confessio tollet præsumptionem solam iuris , cùm
etiam tollat illam,quę est iuris,& de iure,& credo indubitãter,
qđ iste sit verus intellectus Aphricani in hac l.secundum quem
b intelligo omnia verba legis,prout iacent.¶Quarta,& vlti.con-
40 clus. est,† ꝙ q̃libet res præsumit̃ esse libera, nisi probet̃ seruitus
imposita

ADDITIO.

a ¶Per veram confessionem. Adde Innocentium.in cap. fraternitati.de frigid.
& malefic.

¶Adde Bart,consi.100.dub. 4. PVRPV.

impoſita, eo quia quælibet res in ſui origine regulariter eſt ab
initio libera.l.altius.& l.ſi in ædib.C.de ſer.& aqua. Ratio ratio-
nis,quia ſeruitus regulariter non habet cauſam naturalem,ſed
aut impoſititiam,aut præſcriptam.§.fi.inſti. de ſer.inquit Bal.in
c.cùm omnes.in 11.col.ad fi.de conſti.iſta concluſio fallit,quan
do res naturaliter ratione loci inferioris eſſet ſerua, vt l.1.§.fi.in
princip.& l.ſequen.ff.de aqua plu.arcend.ponit Bart.in ſequen.
oppoſi.adde etiam,quòd licèt ſolum præſumatur eſſe liberum
vſque ad cœlum, vt dicit tex.in l.fin. ff.de ſeruit. & l.fin.§.pen.
ff.quod vi aut clam.tamen non ſequitur ſemper, ergo ædificiũ
à princip. fuit liberum,cùm futuro ædificio poſſit imponi ſer-
uitus.l.ſi ſeruitus.§.futuro.ff.de ſerui.vrb.prædio.glo.not.in cap.
a ad diſſoluendum.[a] de deſpon.impub. ¶Not. bene prædictam
40 regulam, ex qua no. infertur correlariè, † quòd cùm feudum
ſit quædam ſeruitus, vt not.per gloſſ.& Docto.in l.ſi vſusfruct.
la prima.in princip.ff.de vſufruct.ſequitur,quod in dubio præ-
b ſumatur res allodialis, [b] & ſic libera non autem feudum,& ita
tenet Bald.in cap.2.ſi de feud.fuer.controuer.inter dom.& agn.
& in c.1. in vltim.colum.in princ. de controuer.inueſti. in vſib.
feud.& in l.libertas.ff.de ſtatu. homi.in c. ſignificauit.de reſcrip.
& in cap.1.in 7.colum.in fin.de iudi.Ioan.And. & alij in cap.ni-
mis.de iureiuran.Hoſtien.Ioan.And. & alij in cap. fin.in verſic.
reſpondere.de iudi. Ioan.And.in addi. Specu.in titu.de feud.§.
quoniam. ſuper verſic.21. in addi. quæ incipit ceſſante. domi.
Cardin. & Ioan. de Imol.in clem. 1.in verſic. porro.de iureiur.
Pau.de Caſtr.in conſil.153.quod incipit, ſuper primo quæſito,
inquantum quæritur vtrum dictæ poſſeſ. domi. Alex.in conſi.
129. quod incipit ponderatis his, quæ in præſcripto themate
narrantur.in 1.colum.aliàs penult.in 1.vol. & in conſi.55.quod
incip. Perſpectis his, quæ in themate narrantur.in 15.colum.&
in conſil.15.5.volum. quod incipit viſis narratis in themate.in
1.& 2.colum. Facit text. & quòd ibi not.in cap. fin. de contro.
inter maſcul. & fœmin. de benefic. adde, quòd fortius tenet
41 Bald.poſt Inno.in cap.fin.de cau.poſſeſ.& propriè. † quod non
probatur feudum,licèt pro conceſſo priuilegio ſoluatur ali-
quid annuum. Nam iſte eſt cenſus, & non fidelitas, & ſic feu-
dum,& ita dicit Bald.ſe reſpondiſſe in quæſtione de facto. Li-
mita prædictam concluſionem, quando Eccleſia concedit
iuriſdictiones,vel penſiones,quia præſumitur in dubio conce-
dere in feudum. ita not. Bald. in cap.ad audientiam.in vltima
colum.de præſcrip. quod dicit menti tenendum. Secundò li-
c mita, niſi eſſet fama [c] de antiquo, ſaltem centum annorum,
quòd bona ſint feudalia. Item niſi verba nunciatiua,vel narra-
tiua principis nunciarent, & narrarent dicta bona eſſe in feu-
dum conceſſa. Iſtis duobus modis limitat do.Alex. in d.conſi.
15.5.volum.in 1.& 2.colum. ¶In tertia oppo. Barto.& duabus
ſequen. Bart.plenius,quàm alibi examinat,an & quando,quaſi
poſſ.alicuius ſtatus, vel alicuius qualitatis transferat onus pro-
bandi in aduerſarium.Iſta materia eſt vtilis, ſed intricata. Ideo
vt eam clarè habeas, fac duas regulas principales. Vnam
42 affirmatiuam,& aliam negatiuam.¶ † Regula affirmatiua eſt,
quòd quaſi poſſeſſio ſtatus, vel qualitatis, quæ ineſt actualiter,
vel eſt apta ineſſe ab origine,transfert onus probandi in aduer-
ſarium.l.circa.& ibi glo.in verbo ingenuum. ff.de proba.& l.li-
bertis.§.fin.ff.de lib.cau.ita procedit.l.moueor. C.ſi ſeru.expor.
veneat.quæ dicit, quòd quælibet res iudicatur ſecundum præ-
ſentem ſtatum.Iſta regula fallit,vbi illa quaſi poſ. non eſt ſepa-
rata à proprietate,vel eſſentia rei,vt eſt quaſi poſ.malitiæ, quæ
licèt repugnet origini ſtatus hominis, cùm ab origine quilibet
naſcatur ſine malitia,& peccato, tamen transfert onus proban
di in aduerſarium, vt in regula ſemel malus, & hic latius per
Barto.in 5.oppo. ſed aduerte inquantum Barto. ibi dicit, quòd
malus cùm mutat animum, deſinit eſſe malus, & tunc deſinit
eſſe in quaſi poſ.malitiæ.alleg.no. per Dy. in regula ſemel ma-
lus. non declarat tamen Barto.quando malus dicatur mutare
animum,vt ſic deſinat eſſe in quaſi poſſeſ.malitiæ, nec Scriben
tes hic aliter declarant. Tu ergo dic in eo, qui fuit ſemel ma-
lus, illa malitia, & illi mali mores intelliguntur purgati bene-
d faciendo per triennium continuum.[d] text. eſt ſolennis in §.
hinc autem nobis.in ver.ſancimus. & in ver. triennalis tempo-
ris teſtimonium.in Auth.de mona. collat.1. & ibi Angel.in fin.
ad hoc no.illum text.& multum commendat, & illum tex.ad
hoc reputat ſing.Salyc.in l.fideiuſſor.§.fin.ff. qui ſatiſda.cogan.
& in l.ſi minorem.in 3.col. C. de in integ.reſti.milit.& ita habes
intelligere,& ſupplere verba Bar. hic, licèt videantur repugna-
re,aliàs non videretur bene dicere per illum tex.Secundò limi-
ta prędictam regulam, quãdo quis eſt in quaſi poſ. bona fide,
aliàs nunquam quaſi poſſeſ. in iuribus cum mala fide transfert
onus probandi.ita limitat Bald.in l.eamque.per illum tex.C.de
libe.cau.facit bonus text.in l.vis eius. C.de proba.& in d.l.liber-
tis.§. fin. Tertiò limita in his, quę neceſſariò variantur ex pro-
ceſſu temporis,vt in ætate,tunc nunquam ex origine primi ſta-
tus licitum eſt arguere ad præſens tempus. l. ſi minorem. cum
glo.C.de in integr.reſti. min. bona glo. in l. de ætate.in princip.
in verſic. probandum.ff.de mino. ita tenent Barto. Angel.Imo.
Raph.Cuma.Ludo & dom.Alexan.hic. Idem tenet Bart.in l.ſi
43 cui.§.ijſdem. ff. de accuſatio.¶ † Secunda regula negatiua eſt,
quòd quaſi poſſeſ.alicuius ſtatus, vel qualitatis, quæ neceſſario
non concordat cum origine rei imò contradicit, & conuenit
intentioni aduerſarij, non releuat, nec transfert onus proban-
di,vt eſt hic in quaſi poſſeſ.ſeruitutis realis, quę non concordat
cum origine rei, imò ꝯdicit, quia quælibet res præſumitur li-
bera, ſequitur, quòd iſta quaſi poſſeſſio habens in contrarium
originem rei, non releuat, nec transfert onus probandi, prout
tenet glo.hic in verbo egiſſet, & gloſſ. in d.l.circa.& in d.l.ſicut.
* §. ſed ſi quæratur. & tenet *communiter* Barto. & alij hic. Not.
iſtam regulam. nam ex ea infero primò malè dixiſſe glo. in l.
44 Titia.in glo.fin.ff.ſoluto matrimonio.quæ vult,quòd † ſi filius
ſit in quaſi poſſeſſio exiſtentiæ ſui iuris, iſta poſſeſſio transfert
onus probandi in aduerſarium, quòd ſit in patria poteſtate, &
ita intelligit illum text.& cum illa glo. tenet Barto.in l.is poteſt.
in 7.colum. ff.de acquirenda hæreditate. domin. Alexan. in l.ſi
emancipati.in ſecundo notab. C.de collat. cum alijs concord.
ibi per dom. Alexand. aſſignatis. iſtud enim clarè confunditur
per regulam prædictam, quia primæuus ſtatus naturæ contra-
dicit huic quaſi poſſeſſioni.l.item in poteſtate.ff.de his,qui ſunt
ſui.erg illa quaſi poſſeſſio, cui contradicit primæuus ſtatus na-
turæ,non releuat ab onere probandi, nec transfert onus pro-
bandi in aduerſarium, & ita tenent, & melius Pet.& Bald.in d.
l.Titia.& ibi.dom. Alex.ſibi contrarius. Tu potes ſaluare illam
glo.in vno caſu, quando filius habitaſſet ſeorſum à patre per
decem annos,tunc præſumitur emancipatus ſi hoc alleget. ita
tenet Bald.in l.poſt mortem.ad fin. ff. de adoptio. & in l.2. C.ſi
aduer.rem iudi.& ita intelligit Bald. text. in l.3. in princip. ff.ad
Macedonian. Tu adde ad hoc bonum text.in l.1.in verbo diu
45 paſſus.C.de pat. po. ¶ † Secundò ex prædicta regula infertur
ad practicam, quòd ſi adſit conſtitutio epiſpopalis diſponens,
quòd omnia inſtrumenta vſurariorum pręſumantur eſſe vſu-
raria, & probatur, quòd aliquis de præſenti eſt vſurarius, certè
per hoc non pręſumuntur retro omnia inſtrumenta fuiſſe vſu-
raria, eo quia præſens ſtatus habet neceſſariam contradictio-
nem alicuius temporis præteriti ſaltem in origine, ſcilicet, ꝙ
aliquo tempore non fuit vſurarius, puta in infantia. ſicut ille,
qui eſt hodie hæreticus, non præſumitur hæreticus heri, quia
de neceſſiate reperitur,quòd aliquo tempore non fuerit hære-
ticus,puta in origine tempore infantiæ.ita nota.Bal.in l.1.§.ma-
giſtratibus. ff.de magiſtr.conuenien. Tertiò ex prędicta regula
46 infertur,† ꝙ quaſi poſſeſſio alicuius iuris,quod haberi non po-
teſt ſine conceſſione priuilegij,nunquam releuat ab onere pro-
bandi,& ita tenet Cyn.in l.ſolennib.& ibi Bald.& Sal.C.de fide
inſtrum.alleg.tex.in c.cùm perſonæ.de priuil. in 6. idem tenent
Bal. & Imo.in d.l. Titia.ff.ſol.matri.per tex. in c.ad decimas.de
reſti.ſpol.in 6.Idem tenet Bald.in l.2.in 2.colum.C.de ſent.& in
l.non ignorat, vbi latè proſequitur iſtam materiam. C. de his,
qui accuſa.non poſ. Ioan.And.in addi. Spec.in titu.de inſtr.edi.
47 §.reſtat.in verſi.& ſcias.† Limita iſtam regu. quando quaſi poſ.
præſens non conuenit origini rei, tamen etiam non conuenit
ꝯtradictioni aduerſarij, vt eſt in quaſi poſſeſſione libertinitatis,
quæ non eſt à principio in origine, quia nemo naſcitur liber-
tinus.

A D D I T I O N E S.

a ¶Diſſoluendum. Adde plenè Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur. quarta quæſtio.Barto.vbi domin.Parpa. ff.de verborum obligat. in l. quominus.ff.de flum.colum.37.quæſt.31.Panor.in c.ſicut. de iureiuran. gloſſ.in l.ſi ex pretij. C.de euict.Pau.de Caſt.lib.2.conſi.163.Barba.lib.1.conſi.50.col.5. Præpoſi. in præ.feu.col.17.& lib.4.conſi. 50.col.8. RVRPV.

b ¶Allodialis.Adde,quòd hanc regulam ſequitur Brun.conſil.1. Dec.conſil.32. colum.pen.in fin. Alexan.conſil.129.in princip. libro primo. Roland.conſil. 82.nume.4.libr.2. Amplia procedere,etiam ſi prædia vicina eſſent feudalia. Rolan.dict.conſi.nume.7.Natt.conſi.267.in fine.limita, niſi bona probentur verè,vel præſumptiuè feudalia,Roland.dict.conſi.nu.58. & plura not. Dom. Oſaſc.deciſ.46.num.13.Clar.in §.feudum.q.18.Alex.conſi. 129. libr.1. Cur. conſi.184.nu.7. MASVER.

c ¶Niſi eſſet fama. Adde Inno.& Docto.in c.veniens, & in cap.quid per noua-lę.de verborum ſign.Inno.in c.cum cauſam.de iur. calum. Spec.tit.de procu. in §.1.ver.& no.quod pręſcrip.Cy.in l.ſi quidem. C.ſol.mat. Bal. Aug.& Sal. l.proprietatis.C.de proba.

d ¶Per triennium continuum. Adde Ioan. de Imo. in c.cùm deputati.de iudi. Alexan.conſi.5.libr.1.Dec.conſi.163.col.8.in princip. Rolan.conſil. 63.num. 36.libr.2.Alex.in l.ſi fideiuſſor.§. fin.num.13. ff.qui ſatiſda.cogan.& quod ad probandum vitæ melioris frugem ſufficiat triennalis temporis teſtimonium, ſcribit Rom. conſi.236.nume.6.Iaſ.in Repeti.l.admonendi. num. 60. ff. de iureiurando. MASVER.

tinus.l.libertini.ff.de statu homi. Tamen etiam origo non conuenit intentioni contradicentis, qui asserit se esse ingenuum, cùm potuerit nasci seruus, & ista quasi possessio bene transfert onus probandi.l.circa. ff. de probat. & hic per Barto.in 4.oppo. Secundò limita, vbi non est quasi possessio separata à proprietate, vt dixi supra in 1.fallen.primæ regulæ, quæ debet hic stare. Tertiò limita prædictam regu. vt procedat, quando adest sola quasi possessio seruitutis realis. secus si etiam occurrat contumacia aduersarij, vt probatur in hoc text. in princip. secundum intellectum quem tenui supra in prima oppo. huius tertiæ partis princip. ¶In sexta oppo. nihil est dicendum, quia satis de ea fuit dictum in notab. ideo venio nunc ad quæstiones Bar. ¶Expeditis omnibus opposi. Barto. format. 12. quæst. Circa
48 secundā quæst. ex dictis Bart. habet tres conclus. † Prima, quòd in his, quæ veniunt expedienda officio iudicis, siue illud officium imploretur princip. siue incidenter, & sic siue loquamur de officio iudicis nobili siue mercenario, contra cōtumacem, & sic contra dolosum non iuratur in litem, sed interesse debet verè probari, per gloss. not. in l.harum. in glo. fin. ff. si seru. vendi. quam Ioan. de Imol. hic reputat ad hoc singul. secus est in eo, quod venit iure actionis, tunc contra contumacem indistinctè iuratur in litem. l. qui restituere. ff. de rei vendi. cum Barto. tenet Imol. & latius domi. Alexan. hic. idem tenet Bald. in d.l.harum. vbi dicit, quòd illa gloss. est bene notanda ad hoc, & quòd raro alibi inuenies. idem tenet Angel. Pau. de Castr. & dom. Alexan. in l.argentarius. §. cùm autem. per illum text. ff. de edend. vbi contra eum, qui dolo non vult edere, quia solùm tenetur officio iudicis. l. 1. vbi gloss. & Docto. C. de edend. non defertur iuramentum in litem, sed debet interesse probari per testes, vel per alias probationes, vt ibi est text. idem tenet Pau. de Castr. in l. in actionibus. ff. de in litem iur. Rapha. Fulgo. in d.l. & harum.
* & ista videtur *esse magis communis opinio*. contrarium tenet ipsemet Barto. sibi contrarius in d.l. & harum, & ibidem Pau. de Castr. per illum text. qui vult, quòd siue res non præstetur, siue cautio, iuratur in litem. Secundò per illum text. qui fortiter stringit in d. l. qui restituere. & istam opinio tenet etiam Ioan. Fab. in §. præterea quasdam. Institu. de actio. & ista opinio in puncto iuris potest defendi, & fortè est verior licèt præcedens sit magis communis. pro ista opinio. stringit primò ineuitabiliter text. in d. l. qui restituere. vbi illa restitutio fit solùm offic. iudicis, & est impossibile, quòd fiat iure actionis, vt ostendam statim infra in tertia conclus. & tamen ibi iuratur in litem. ad idem videtur text. in l. 4. §. sed & si quis iudicium. cum glo. fin. in verb. condemnabitur. ff. fin. reg. licèt posses dicere, quod ibi text. loquatur in his, quæ veniunt iure actio. ¶Secundò vltra Scrib. collige ex doctri. Bar. aliam conclusionem. nam pondera, quòd Bart. & Docto. hic loquuntur, quando contumacia, & sic dolus fuit commissus in non faciendo, idest, in non cauendo, & consequenter in omittendo: sed ideo non iuratur hic in litem, eo quia istud veniebat expediendum officio iudicis, secus si veniret iure actio. ergo si bene, & subtiliter inspexeris
49 volunt Bart. hic, & sequaces, † quòd in his, quæ veniunt iure actionis, etiam si dolus committatur in omittendo, iuratur in litem. Idem tenent Angel. & dom. Alexan. in d.l.argentarius. §. cùm autem. per text. in d.l. qui restituere. qui propriè loquitur, quando dolus fuit commissus in omittendo, idest, non restituēdo, & tamen ibi iuratur in litem: sed tu dic, quod ille text. non loquitur in his, quæ veniunt iure actionis, sed officio iudicis, vt dicam in sequen. conclu. contrarium, quòd imò ex dolo commisso in omittendo non iuretur in litem, tenent glo. Pet. Cyn. & Iaco. But. Bald. & Salyc. in d.l.argentarius. §. cùm autem. per illum tex. vbi contra argentarium non edentem ideo non iuratur in litem, eo quia ibi dolus fuit commissus in omittendo. Sed tu aduerte, quòd ibi editio non venit iure actionis, sed officio iudicis. l. 1. vbi glo. & Docto. C. de edend. ergo nihil ad propositum. Idem tamen, quòd ex dolo commisso in omittendo non iuretur in litem, tenuit Ludo. Rom. in singu. 400. per text. in d. §. cùm autem. quem ad hoc reputat sing. Idem tenet dom. Alexan. sibi contrarius in l. qui accusare. ad fin. C. de edend. Pro ista parte bene facit, quia probato dolo notarij de omnibus damnis, & interesse statur iuramento partis, text. est quem Bart.
* *& omnes ibi* reputant sing. ad hoc in l. fi. C. de magistr. conue. Istud verum, si dolus notarij fuit in faciendo, secus si in omittendo, quia tunc interesse debet plene probari, non autem defertur iuramentum in litem. ita tenent Bald. & Dom. Alexan. in d.l. qui accusare. per text. quem ad hoc reputant sing. in dict. §. cùm autem. Adde text. in d.l. 4. §. sed & si quis. cum glo. ff. finium regu. pro ista differentia facit, quòd grauius est delictum, quod committitur faciendo, quàm omittendo. glo. in l. si mora. vbi dixi. ff. soluto matrimo. glo. in l. lege Cornel. ff. ad Syllan. hinc est, quòd culpa etiam leuissima in faciendo æquiparatur latæ culpæ in omittendo. ita not. Bart. in repetitio. l. quod Nerua. in antepenult. colum. ff. deposi. ¶Tertiam conclusionem vult Bart. in fin. huius quæstio. allegando. l. qui restituere. quod
50 † restitutio rei in rei vendicatio. venit iure actionis, & ita ponderat, & sequitur Ioan. de Imol. hic. & licèt contrarium velint Petr. & Cyn. in l. 2. C. de serui. vbi volunt, quod in rei vendicatione declaratio dominij venit iure actionis, sed restitutio fit officio iudicis. Respondet Imol. quòd licèt pro restitutione facienda sit expediens implorare officium iudicis, non tamen sequitur, quòd non veniant etiam iure actionis, cui famulatur officium iudicis. l. 4. C. deposi. Tu adde, quòd alibi Barto. expressius, quamuis hic, tenet idem, quòd restitutio rei in vendicatione veniat iure actionis. Bart. in l. 1. C. de Saluia. interdicto. & in l. 1. in fin. principij. ff. eo. de Saluia. interdicto. Ange. in d.l. argentarius. §. cùm autem. Contrarium, & melius, quòd mo restitutio in rei vendicatione non veniat iure actionis, sed fiat officio iudicis, tenet expresè Bart. sibi contrarius in d.l.harum. in fin. motus, quia sic est in petitione hæredi. vt est tex. in l. licèt. in verbo officio. ff. de petitione hæredita. tu corrobora, quia petitio hæreditatis, & rei vendicatio. æquiparantur. l. sin autem. §. sed & is. ff. de rei vendicatio. ergo sicut in petitione hæreditatis restitutio venit officio iudicis. d.l. licèt. idem erit etiam in rei vendicatio. & quòd idem sit in rei vendicatio. probat tex. in d.l. qui restituere. in verbo officio iudi. istud tenet gl. ordi. in §. 1. in verbo nullo iure. insti. de actio. Barto. in l. sciendum. §. penult. ff. qui satisdare cogan. Petr. & Cyn. in d.l. 2. C. de serui. Specu. in titu. de officio iudicis. in §. de serui. versi. post sententiam. Ioan. Fab. in §. 1. institu. de actio. vbi dicit ita tenere communem cur-
* sum causarum, & istam tene, quæ vera *est, & communis*, & tenendo istam partem, quæ est vera, quòd restitutio rei veniat officio iudicis, non autem iure actionis, ego non intelligo, quòd istud sit officium iudicis mercenarium, prout tenet Imo. hic. & cum eo videtur transire dom. Alex. sed teneo, ꝙ sit officium iudicis nobile, patet, quia aliàs lata sententia expiraret. d. l. 4. C. deposi. & ita tenet Bart. in l. iubere cauere. in vlti. colum. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & in l. à diuo pio. §. 1. ff. de re iudi. Ang. in d.l. qui restituere, & ipsemet Ioan. de Imo. sibi contrarius in c. si. in 18. col. & seq. de offic. iudi. quamuis de hoc dubitet Bar. & relinquat indecisum in l. 1. in pen. col. de iurisdi. om. iud. sed remittit se ad ea, quæ dicit in d.l. iubere cauere. potes tamen concordare prædictam veritatem Bar. & Docto. ex mente Angel. in l. si
51 quis vi. §. differentia. in 19. col. ff. de acq. poss. † ꝙ agens rei vend. potest in libello petere iure actionis non solùm se declarari dominum. l. & ex diuerso. §. 1. ff. de rei vend. & l. Pomponius. § sed & is. ff. de procu. sed etiam potest petere reum condemnari ad restituendum. ita procedat opin. Bart. hic cum concor. sed lata sententia ipsa executio fit officio iudi. nobili. ita procedat secūda opin. & ex hoc correlariè infero, ꝙ Bart. hic malè allegauit tex. in d.l. qui restituere. nam text. ibi loquitur post sententiam, prout etiam ibi declarat gl. 1. ergo ibi restitutio solùm venit officio iudicis, non autem iure actionis, prout eum allegat Bar. & malè, & hoc modo ille text. fortiter facit pro opinione, quam
52 tenui. s. in 1. conclu. ¶In tertia opposi. † no. illud, ꝙ tenet Bar. in
a fi. ꝙ qui tenetur ad nudam cautionem,[a] tenetur etiam ad obligandum omnia bona sua per l. filio. in fi. ff. vt lega. nom. cau. adde, quod contrarium tenent Imo. & do. Alex. hic, & Imo. in §. prætoriæ. la vlti. ff. de præto. stipul. & dom. Alex. in l. diuortio. §. interdum. in 3. col. ff. solut. matri. eo quia tex. in d.l filio retorquetur contra Bar. nam ille tex. videtur aliquid specialitatis inducere in patre, & filio, & innuit triplicem esse speciem cautionis, scilicet nudam, sufficientem, & mediocrem: mediocrem appellat, quæ fit sine fideiussore, tamen cum obligatione omnium bonorum. Tu tene opinio. Bar. hic, quam etiam sequitur Ludo. Rom. hic. & Ang. in d.l. pretorię. la vlti. vbi dicunt, ꝙ ista opinio semper obseruatur de consuetu. idem tenent Barto. & Pau. de Cast. in l. 1. ff. qui satisda. cog. & ibidem d. Alex. sibi contrarius Imo. & Pau. de Castr. in d.l. diuortio. §. interdum. pro ista opin. vltra d.l. filio. habes tres bonos text. in l. omnes. §. in hac. in verbo facultatum suarum obligatione, & ibi Bald. ad hoc not. & idem sequitur. C. de episco. & cleri. & tex. in l. multis. ante fin. C. de princip. agen. in rebus. libr. 12. & text. in §. si quis autem pro pecuniaria. in Authen. de sanctis. episco. collatio. 9. pro ista parte pondero bene facere illud, quòd signanter vult Bart. in l. sciendum.

ADDITIO.

a ¶Nudam cautionem. Adde, quòd cautionis appellatione venit nuda cautio. vt not. Alexan. in l. diuortio. §. interdum. ff. soluto matrimo. tex. vbi glo. in l. 2. §. sed esse dubitetur. ff. de iudi. & an obligatus ad nudam cautionem teneatur promittere sub pœna, dic, vt per Turz. inter commu. opin. libr. 13. versic. obligatus. vbi latissimè disputat. Quæ autem dicatur cautio idonea, vide Alex. consi. 35. lib. 4. Catel. ver. cautio. MASVER.

ſciendum.in princ.in 2.col.ff.qui ſatiſd.cogan.nam ille qui poſ-
ſidet immobilia, non tenetur ſatiſdare, vt ibi eſt text.tamen di-
cit Bart. quòd de iure tenetur obligare bona ſua per d.l.filio.in
fi.& pro hoc vltimo tu habes tex.in d.l.ſciendum. §. fi.in verbo
poſt cautionem.& ibi Bart.poſt gl.ad hoc no.illum tex.Secun-
dò moueor, quia ſi in d.l.filio.in fin. illud ibi diſpoſitum eſt de
obligatione omnium bonorum propter reſpectum patris, &
filij, certè multo fortius debet dici idē in caſu legis noſtræ pro-
pter reſpectum cōtumaciæ.vltimò accedat, quia quando quis
ſatiſdedit cum fideiuſſore, adhuc eſt dubium, an debeat bona
ſua obligare, & glo.in d.l.prætoriæ.vltima.de hoc dubitat, ta-
men Bar.ibi concludit, quòd iſtud eſt arbitrarium iudici, & ita
etiam tenet Ang.in d.l. 1.ff.qui ſatiſda.cogan. ſi ergo eſt arbitra-
rium iudici,ergo hic iudex veriſimiliter arbitrabitur contra cō-
tumacem, contra quem omnia iura clamant. ¶In 7.quæſtio.
quādo agitur de iure merè perſonali, puta aliquem eſſe in mea
poteſtate,vel eſſe ſeruum,liberum aut vaſallum,tangit Bart.de
intellectu.l.1.§.fin.C.de aſſer.tol.& intelligit illum tex. probare,
53 † quòd ſi poſt præſtitam ſatiſdationem de iudicio ſiſti domi-
nus, qui mouit quæſtionem libertatis ſeruo, ſe abſentet contu-
maciter per annum, quòd ex hoc conſequitur ſeruus, vt à iu-
dice pronuncietur liber.adde ſecundum Imo.quòd illa lex hoc
non probat, quia licèt decidat, quòd quando ſeruus per annū
ſe abſentat,quòd ſubijciatur ſeruituti,tamen non decidit ècon-
tra ita eſſe, quando dominus ſe abſentat; vnde cùm illa lex ſit
pœnalis,non eſt extendenda extra caſum ſuum, vt in regula in
pœnis.de regul.iur.in 6.& in l.cùm quidam.ff.de libe.& poſthu.
Secundò, quia non videtur eadem ratio, quia ſerui conſue-
runt latitare, & non poteſt de facili haberi eorum copia, quan-
do fugiunt,ideo proceſſit illa diſpoſitio, ſed non eſt veriſimile,
ꝙ idem ſit in domino. Tertiò, quia text.ibi ſucceſſiuè imponit
pœnam domino, quando trahit ſeruum coram diuerſis iudi-
cibus,quia tunc priuat eum omni iure ſuo,& ſic videtur velle,
quòd in alijs caſibus non priuetur.arg.l. cùm prætor.ff.de iudi.
idem videtur tenere Saly.in d.l.1.§.penult. Tene concluſionem
Bar.prout etiam tenet Spec.in tit.de 1. & 2. decreto.in §.viden-
dum.in verſi. quid ſi agatur negatoria. do.Ant. in c.1.de eo qui
mit.in poſ. Lud. & d.Alex.hic.mouentur,quia maior eſt ratio,
quæ facit pro libertate, quàm quæ pro ſeruitute.l.proximè.in
fin.ff.de his quæ in teſta.delen.§.illud.inſti.de don. Item,quia in
iudicijs cauſa æqualitatis ſeruandæ conceſſum priuilegiū agen-
ti eſt conceſſum reo.l.fi.C.de fruc. & lit.expen.pro eadem par-
te mouetur.d.Alex. quia iura etiam correctoria diſponentia in
vno correlatiuorum,intelliguntur etiam diſponere in alio.l.fi.
& ibi Bar.C.de indi.vidui.tol. Secundò mouetur per glo.no.in
c. fin. in verbo reus.de confeſ.in 6.quæ extendit illam conſtitu-
tionem pœnalem loquentem de reo ad actorem.Sed aduerte,
quia iſta fundamenta non tranſeunt ſine aliqua dubitatione,
54 † quia dubium eſt nunquid in pœnalib. diſpoſitum in vno ex
correlatiuis,habeat locum in alio, & contrarium tenuit dom.
Abb.in c.1.per gl.ibi.de loca.vbi tenet, ꝙ pœna quæ imponitur
locatori,non habeat locum in conductore, eo quia lex pœna-
lis non debet extendi vltra caſum.facit, ꝙ vult glo.not.in clem.
1.de conſan.& affin.quæ vult, ꝙ pœna ibi impoſita cōtrahenti
a matrimonium [a] cum moniali non habeat locum in ipſa mo-
* niali. fateor tamen,quòd primum *magis communiter tenetur*, &
b ad hoc allego duas gl.primò [b] gl.in l.per interuallum. ff.de iu-
di.& gl.in Auth.ſed hodie.C.ad l.Iul.de adult.& ita tenet dom.
Abb.ſibi contrarius in procemio. Decret.& in c.quia clerici. de
iurepat.& in c.fin.de reſcrip.Gemi.in c.1.in 2. fallentia.de temp.
ordi.in 6.vbi ad hoc allegant Barto.in l.liberorum. ff. de his qui
not.infa. vbi tenet, ꝙ ſtatutum pœnale loquens de vxore ex-
tenditur ad maritum ratione correlationis.Ego confirmo con-
cluſionem Bar.alio duplici fundamento. Primò, quia in d.l.1.
§.pen.C.de aſſer.tol. pœna imponitur à lege propter tam lon-
gam contumaciam vnius anni. Ergo illa pœna ſicut illud odiū
eſt rationale,ergo extendendum, vt eſt glo.ord.in c.generali.in
glo.2.de electi.in 6.eſt doctri. Bar.in l.1.ff.de verb.ſig. & in l.1.§.
ſed ſi incertum.ff.de ven.in poſ.mit.Et hoc modo tollo funda-
mentum Imo.ꝙ lex pœnalis,& ſic odioſa non debeat extendi.
55 ¶†Secundò moueor,quia lex quamuis pœnalis tamen fauore
piæ cauſæ,vel fauore Eccleſiæ eſt extendenda, gl. eſt valde no-
tabi.in c.ſciant cuncti.in glo.in verbo alios.de elec.in 6.ergo ſi-
militer.d.l.1.§.penult. quamuis ſit pœnalis,debet tamen exten-
di fauore libertatis,arguendo de pia cauſa ad libertatem,vt no.
Bar.in l.proximè.§.1.per illum text.ff.de his, quæ in teſta.delen.
& in l.ſi vnus.cum concor.quas ibi dedi.C.de teſta.& eſt text.in
l.1.circa medium. in verbo *ad hanc pietatis rationem*, & ibi Bald.
no.ad hoc.C.de commu.ſeruo manu. Item libertas,& Eccleſia
æquiparantur ſecundum Bal.in d.l.vnica.§.in primo.in vlt.col.
C.de cad.tollen.ſequitur do.Alex.in conſi.76.in 3.vol.incip.pon

deratis de his, quib.in the.in 6.col. & iſto alio modo tollo fun-
damentum Imo. Tertiò pro concluſione Bart.potes inducere
iſtum tex.nam in iſta.l.in verſi.idemècontrario,quo ad pęnam
contumaciæ æquiparatur, ſiue quis ſtet pro ſeruitute ſiue pro
libertate, ergo propter iſtam æquiparationem in materia con-
contumaciæ.d.l.1.§. pen. quę loquitur in vno caſu, extenditur
ad alium, per regulam gl.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.C.de furt.
& glo.in l.quòd verò contra.ff.de leg.Bar. & alij in l.Marcellus.
in prin.ff.ad trebel.Tamen ad hoc vltimum poſſes reſpondere,
quòd æquiparatio huius legis fit quo ad ſeruitutes reales,non
autem quo ad perſonales,de quibus eſt quæſtio noſtra. ¶In 9.
q. quando agitur ex libertate alicuius perſonalis obligationis;
adde tu tex.in Auth.ſi omnes,& ibi Bar.not.ad hoc. C.ſi minor
ſe ab hęre.abſti.& plenius,quàm hic Bar.in l.ſi finita.§.Iul.in 11.
col.in ver.quærit etiam glo. in quibus actionib. interponatur.ꝗ.
tit.1.Bald.in Auth.ei qui.C.de bon.aucto.iud.poſ.& in l.2.§.1.ff.
ſi ex noxa.cau.aga.& in c.1.in vlti. colum.de mitt. vaſ.qui con-
56 tuma.eſt.do.Ant.in c.1.de eo qui milit.in poſ.¶†In 10.q.quan-
do aliquis petit ſe admitti in regimine, vel ꝑ rectore alicuius ci
uitatis,adde primo inquantū tenet Bar. quòd ciuitas,quæ eligit
aliquem in Poteſtatem,non tenetur præcisè ad factum, & ſic
ad patientiam,ſed ad intereſſe,contrarium videtur facere, quia
in obligationibus facti; quando obligatus habet facultatem,&
eſt factum, quòd poteſt facilè impleri,cogitur præcisè, quia
tunc ceſſat ratio,quare obligatus ad factum non teneatur præ-
cisè facere,ita ſing.tenet Io.And.in addi.Spec.in tit. de reb.eccl.
non alie.in §.1.in additione, quæ incipit non fuerunt iſti libelli.
per text.in l.ſi cùm exceptione. §. ſed & ſi quis.ff.de eo, ꝙ met.
cauſa.ſequuntur Ange.& Rapha. Cuma.in l. ſtipulationes non
diuiduntur.in prin.ff.de verb.oblig.Ang.in l. in ſtipulationibus.
§.operarum.eo.titu. & licèt iſtud reprehendant Imo. & Ludo.
Rom.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. & ibi do.Alex.in vlt.
char.quia eſt de directo contra text.ibi, qui loquitur de obliga-
tione facti,ſcilicet rem tradi,quod factum de facili impletur,&
tamen non cogitur pręcisè,imo ſoluendo intereſſe liberatur,vt
57 ibi eſt text.& in l. ſi fundum certo dic.eod.titu. † Tu dic,quod
errant in iſto fundamento,quia imò ſi habet facultatem rei tra
dendæ,& eſt dominus, tenetur pręcisè tradere, ita expreſsè fir-
c mat Bar.in l.certi condictio.in prin.in 7. col.ff.ſi cer.pet. & ibi-
dem ſequuntur Bal. Ang.Sal.Lud.& do.Alex.& eſt glo.appro-
bata in §.pretium.inſtit.de contrahen.emp.& eſt bo.text.in l.ſi
quis alienam.cum glo.ff.de act.empt.eo. modo in obligatione
rem reſtitui, ſi habet facultatem rei reſtituēdæ cogitur pręcisè,
prout firmat Bart. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. in 6.& 8.
q.vnde ſemper mihi placuit iſta limitatio Ioan.And.quam cō-
firmo viua ratione, quia vbi poteſt aliquid de facili impleri,
ceſſat iuris diſpoſitio. hinc eſt, ꝙ conditio poteſtatiua non tra-
hitur retro ſicut aliæ.l.potior.& l.qui balneum. ff.qui po.in pig.
hab.Ratio,quia potuit de facili ſtatim impleri. ita dicit Bar.in l.
d ſi is qui pro emptore.in antepen.char. [d] ff.de vſucap.tamen in
quæſtione noſtra poteſt dici, quod iſtud factum, & ſic iſta pa-
tientia habet tractum in futurum,ideo non poteſt de facili im-
pleri.& iſto modo defende Bar.hic. Secundo adde,inquantum
Barto.dicit, quòd in l.is cuius.ff.ſi ſeru. vendic. agebatur perſo-
nali ſecundum gloſ.ibi,dic, quod iſtud eſt falſum, & per plura
reprobat Bar.ſupra in 10.oppo.1.part. Tertiò adde inquantum
58 tenet Bar. † quod quando periculum eſt in mora, poteſt iudex
immutare tempus legale, & intra modicum tempus interpo-
nere primum decretum.adde Bar.in d.l.1.ff. de glan.leg.vbi per
illum tex.dicit, ꝙ quando eſt cōtentio de officio prioratus,vel
conſulatus, quòd durat duobus menſib. debet cauſa tam taci-
tè expediri, ꝙ tempus officij non incipiat labi. idem tenet Bal.
in c.de cauſis.in 6.col.de offi.deleg.Lud.Rom.in l.ſtipulationes
non diuiduntur.24.col.ff.de verb.obl.& in l.ſi verò.§.de viro.in
30.col.ff.ſol.mat.alibi dicit Bald.in c.fi.in 6. col.de iureiur.ꝙ vbi
eſt breuis meta iudicij,ibi breuiores debent eſſe dilationes,non
tamen ita arctæ,ꝙ ſint penè impoſſibiles.allegat Inno.in d.c.de
cauſis.in prin.alibi dicit Bal.in l.1.poſt prin. C.de temp.appel.ꝙ
vbi tota inſtantia breuis eſt, ibi etiam ſingula eius membra de-
bent valde abbreuiari. ¶In vlti.quæſt.qualiter in interdicto vti
poſſide. interponatur primum, & ſecundum decretum,adde,
quòd Bald. in l.2.§.primo.in 6.colum.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.&
in c.

ADDITIONES.

a ¶Contrahen.matrimonium. Adde Iaſ.in l.1.C.de in ius voc.in 1.col.
b ¶Primò.Ibi nulla glo.quæ probet. ſed glo. fi.l. præceden. PVRPV.
c ¶In 7. Mihi quarta, ſed erras tu, quia hoc tantum procedit in contractu
emptionis.ſecus ſi rem tradi ex alio contractu veniret, Bart.in d.l.ſtipulatio-
nes.colum. 15. PVRPV.
d ¶Char.Mihi.22.Adde Chriſtoph.in §. fi.inſti.quib.mo.teſta. PVRPV.

in c. consultationib. in 2. col de offic. deleg. dicit in hac lege esse gl. quę alibi nō reperitur in iure, qualiter interponatur primum & secundum decretum, in interdicto vti possi. item Bal. in rub. extra de offi. iud. in vlt. col. in fin. dicit, ꝙ in interdicto vti possid. fit missio iux. interesse possessionis pacificæ. l. si duo. §. fin. ff. vti possid. vel per cautionem de qua in hac l. vbi dicit de hoc esse glo. quæ non est alibi in iure, sed glo. hic apertè non ponit, sed bene Barto in ista vlti. quæst. de qua etiam ponit Bal. in Auth. ei qui. in 11. colum. in versic. quæro qualiter fiet missio in vti possi. C. de bon. aucto. iudic. pos. & per ista cum laude Dei sit impositus finis huic subtilissimæ legi.

SVMMARIVM.

1 *Prætor si reuocat nunciationem factam sua auctoritate, ædificatum non est demoliendum.*

2 *Si iudex commisit nuncio, vt mitteret aliquem in possessionem, & postea reuocauit decretum, non tenet missio, licèt nuncius ignoret de reuocatione.*

3 *Sententia interlocutoria postquam est mandata executioni, vel ab homine, vel à lege, non potest amplius per ipsum iudicem reuocari, nisi de consensu ambarum partium, vel nisi reuocatio fieret ex iusta causa.*

4 *Per secundam interlocutoriam contrariam primæ, videtur à prima recessum.*

5 *Non valet interlocutoria lata per iudicem, quæ infert præiudicium parti, si pars non fuit præsens, aut citata ad talem interlocutoriam.*

6 *Inhibitoria nihil valet de iure, quæ fit per iudi. ecclesiasticum iudici seculari, nisi parte citata, sicut non potest iudex appel. inhibere iudici à quo nisi parte citata.*

7 *Absolutio vel habilitatio à iuramento confirmatorio contractus, vel à iuramento obligatorio non valet nisi fiat parte citata, de cuius præiudicio agitur, eo quia antequam concedatur, requiritur, quod præcedat causæ cognitio.*

8 *Non valet interlocutoria iudicis, per quam declarat deferendum iuramentum in supplementum probationis, nisi parte aduersa ad hoc citata.*

9 *Interlocutoria iudicis circa admissionem articulorum, vel capitulorum nihil valet, nisi fiat parte citata.*

10 *In interlocutoria ab obseruatione iudicij requiritur citatio etiam peremptoria.*

LEX XVI.

1 SI opus nouum. † Si prætor reuocat nūciationem factam sua auctoritate, ædificatum non est demoliendum. hoc dicit. istum text. intelligunt Iaco. de Are. & Albe. hic, quando prætor commiserat nuncio, quòd nūnciaret nouum opus, tamen nondum erat nunciatum, meritò prętor potest prohibere, vt dicit litera, aliàs si nuncius iam actualiter nunciasset auctoritate prætoris, non posset prætor per prohibitionem suam tollere ius iam quęsitum, per illud, quod vult glo. not. in l. 1. §. fin. ff. de præto. stipu. Tu adde plenius Bald. in c. cùm venisset. in pen. colum. de eo. qui mit. in pos.

2 † vbi dicit, quòd si iudex commisit nūcio, vt mitteret aliquem in posses. postea reuocauit decretum, quòd non tenet remissio. licèt nuncius ignoret de reuocatione. ita dicit esse text. not. in hac. l. si opus, quia reuocatus est ipso facto executor decreti, item omne mandatum re integra potest reuocari. ita etiam dicit esse tex. not. hic, imò plus dicit Bald. se putare, quòd licèt secundum decretum non possit reuocari contrario imperio, tamen commissio facta nuncio in executione secundi decreti potest reuocari liberè, quòd est notabile secundum eum, & est ratio secundum eum, quia ista commissio est sententia interlocutoria, & fortè minus quàm interlocutoria, quia iudex non loquitur inter partes, sed voluntatem suam explicat nuncio, & in ista commissione non requiritur præsentia alicuius partis, sicut nec in delegatione, vnde ista commissio est quidam actus de per se, nudi & reuocabilis ministerij, facit. l. qui absenti. in princ. ff. de acquir. posses. Sed tu aduerte, licèt alij non tangant, quod text. iste dicit, *ex priori nunciatione agi non potest*, ergo clarè

3 præsupponit nunciationem factam. † Secundò aduerte, quòd sententia interlocutoria postquam est mandata executioni, vel ab homine vel à lege, non potest amplius per ipsum iudicem reuocari, nisi de consensu ambarum partium, vel nisi reuocatio fieret ex iusta causa. Ita dicit glo. solennis in d. l. 1. in §. fi. ff. de præto. stipu. & illa glo. est ad hoc singularis secundum Bald. in c. præterea. in 1. & pen. col. de dilatio. & secundum Lud. Rom. in consi. 226. quod incipit vltra pridie alleg. in prin. Vnde ad istum text. potest dici altero de duobus modis. Primò, ꝙ in hac l. ista reuocatio, seu prohibitio fiebat à prætore ex iusta causa, puta, quia ædificabat quis in riuo publico, vel cloaca, vel quia fuit satisdatum, prout declarat glo. tertia hic, cum qua Bar. expressè tenet, & sic dato, quòd prima interlocutoria esset mādata executioni per nuncium, tamen ex tali iusta causa potest reuocari. Tamen ista est diuinatio ad istum text. licèt Docto. ita teneant. vnde potes secundo dicere, quòd quamuis prætor commiserit nuncio, quòd nunciaret nouum opus auctoritate prætoris, & ipse nuncius actualiter nunciauit, pro hoc tamen non dicitur interlocutoria mandata executioni respectu partium, quæ nihil fecerunt, quod possit per ipsum prætorem reuocari, & ad hoc bene faciunt dicta verba Bal. in d. c. cùm venissent. in

4 pen. col. quæ superius retuli. ¶ Secundò not. ex isto tex. † quod per secundam interlocutoriam iudicis contrariam primæ, videtur à prima recessum. ita alleg. istum tex. Bar. in l. cùm procu-

5 rator. §. 1. ff. eo. & ibi dixi. ¶ † Vltimò no. diligenter regulam, quā

a tradit Bar. ꝙ non valet interlocutoria [a] lata per iudicē, quæ infert præiudicium parti, si pars non fuit pſens, aut ad talem in-

* terlocutoriam citata, & ita limita *communem conclusionem* glossarum, quæ habet, quòd in interlocutoria non requiratur citatio partis. glo. est in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in gloss. 1. ff. de offi. procon. & lega. & glo. in l. sed & si interpellatur. §. arbiter. & in l. diem proferre. in prin. ff. de arbitris. & in l. recusare. in princ. ff. ad Treb. Inno. & Ioan. And. in c. auditis. & in c. querelam. de procura. Intellige regulam Bart. quando est interlocutoria, quę infert magnum præiudicium, ratio quia debet ferri causa cognita. l. à procedente. C. de dilatio. & per consequens parte citata. l. in causæ. §. causa autem cognita. ff. de mino. & l. 3. §. si causa cognita. ff. de bon. posses. Secus, quando est interlocutoria, quæ infert leue aut nullum pręiudicium, tunc non requiritur citatio partis. ita procedunt glo. præalleg. Ita concludunt Barto. & Doct. in d. §. vbi decretum. Bar. in l. quòd iussit. in pen. colum. & ibi Imo. & Mod. ff. de re iudi. l. mo. & Moder. & Angel. in d. l. recusare. in princi. ff. ad Trebel. & in l. de vno quoque. ff. de re iudi. Ange. in l. 1. C. quibus non obijcitur long. tempo. præscrip. Lud. Rom. in l. 1. ff. de arbi. & in consi. 70. quod incipit circa primū, quo quæritur, an hæc approbatoria. dom. Anto. Imo. & alij in d. c. auditis. & si quæratur, quæ interlocutoria sit leuis, aut modici præiudicij, dic, quòd est citatio, seu commissio iudicis de citando, quæ dicitur sententia interlocutoria, vt est gl. in l. cùm clericis. C. de episco. & cleri. Item prorogatio termini, vel dilationum secundum Bart. in d. l. quòd iussit. in pen. col. Bald. in c. 1. in princi. de milit. vas. qui contumax est. ¶ Tu ad istam regulam Bar. quæ habet, quòd sententia interlocutoria iudicis, quæ affert magnum præiudicium, non valet nisi parte citata, adde

b aliquas [b] egregias decisiones in practica. † Primò adde, quòd

6 nihil valet de iure inhibitoria, quæ fit per iudicem ecclesiasticum iudici seculari, nisi parte citata, sicut non potest iudex appellationis inhibere iudici primo, nisi parte citata. text. est in c. Romana. §. si verò vocatis. & in c. non solùm. de appel. in 6. & ita tenuit Fede. de Senis in consi. 281. quod incipit factum proponitur esse tale, debitor promisit, & c. Ioan. de Imo. & do. Abb. in c. debitores. de iureiuran. Gemin. in d. c. Rom. §. si verò vocatus. Ioan. de Imo. in l. 4. § condemnatum. & ibid. Alex. in 8. col. ff. de re iudi. & dom. Alex. in l. Titia. ff. solut. matrim. & vtrobique

* attestatur d. Alex. quòd ista *est communis opin.* Idem tenet Pet. de Anch. in consi. 234. quod incipit, casus talis est post præceptum. & latè. d. Lau. de Rodul. in solenni repe. c. consuluit. de vsu. in 2. parte. q. 131. do. Alex. in consi. 91. in 2. volum. quod incip. visis actis mihi transmissis. in 4. colum. & sequen. in consi. 9. in 4. vol. quod incipit præstantissime Docto. idem tenet Are. in consil. 20. quod incipit, in quæst. & causa Barnabæ, in secundo dubio. & in consi. 33. quod incipit. consul. præmissa. in 3. colum & ista opin. est verissima de iure licèt malè seruetur in practica. & contrarium tenet Bald. in l. presbyteri. in 2. colum. C. de epis. & cleri. & in l. consulta diualia. C. de test. & d. Ant. & d. Abb. in c. tuam. de ordi. cog. & Are. in consi. 75. quod incipit diligenter, & ma-

7 turè. Secūdo ad istam regulam Bar. adde, † quòd absolutio, vel habilitatio à iuramento confirmatorio contractus, vel à iuramento obligatorio, non valet, nisi fiat citata parte, de cuius pręiudicio agitur, eo quia antequam concedatur, requiritur, ꝙ pręcedat causæ cognitio, secundum Inno. in c. ad aures. quòd mer. causa. Spec. in tit. de iud. deleg. §. nunc ostendendum. in versi. 24. &

ADDITIONES.

a ¶ Non valet interlocutoria. Adde Doct. in c. fin. de offi. iud. Inno. & Card. Zab. in c. sacr. de sent. excom.

b ¶ Aliquas. Comprobat Felyn. in cap. eccle. colum. 8. versicu. 1. de constitu. sed ibi in 24. dicit, quod tempus ad eam præfigendam non potest præfigi à laico. PVRPV.

& duob. ſeq. Item quia non debet concedi talis abſolutio, vel habilitatio à iuramẽto, niſi ex magna cauſa, & magna læſione, ſm Can. in c. cùm contingat. de iureiur. hinc conſuluit Per. de Anch. in conſi. 198. qđ incipit, prędictis ſubtiliter, & ad plenum adductis. in prin. quòd abſolutoria à iuramento non præmiſſa cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla, & iſtam concluſionem, ꝙ talis abſolutio, vel habilitatio à iuramento non valet, niſi citata parte, firmant do. Ant. d. Card. & Ioan. de Imo. in c. debitores. de iureiur. & ibi dicit do. Car. ſæpius in contingentia facti ita conſuluiſſe. d. Abb. in c. 1. in 4. col. de iureiur. & in conſi. 12. in 2. vol. quod incipit, ſi copioſiori. in vlt. colum. d. Ludo. de Rodul. in c. conſuluit. in q. 125. do. Alex. in conſi. 222. in 2. vol. quod incipit, viſa facti narratione. in 2. col. & ſeq. imò fortius tenet Ioan. de Imol. in d. c. debitores, ꝙ etiam ſimplex habilitatio à iuramento ſolùm ad hoc facta, ne perſona iurans incidat in periurium, non valet, niſi parte citata, quia poſſet pars aduerſa oſtendere, ꝙ per calumniam petatur talis abſolutio. argu. l. 2. C. ad l. Corn.
8 de fal. ¶ † Tertiò ad iſtam regulam adde, quòd non valeat interlocutoria iudicis, per quam declarat deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, niſi parte aduerſa ad hoc citata. tex. eſt no. in l. in bonæ fidei. in verbo, cauſa cognita. & ibi Ang. no. ad hoc C. de reb. credi. Bald. not. in c. 1. in fin. per illum tex. cum gl. de ſucceſ. fra. vel gradi. ſucceden. in feu. Gem. in c. ſi. in 2. col. de teſtib. in 6. cum alijs concor. quas dedi in commento. l. admonendi. in vlti. char. ff. de iureiur. ¶ † Quartò ad iſtam
9 regulam Bar. adde, quòd interlocutoria iudicis circa admiſſionem articulorum, vel capi. nihil valet, niſi fiat parte citata, ne fiat præiudicium in admiſſione impertinentium, & non admittendorum, ſecundum dominos de Rota in concluſione. 80. expreſsè firmat. d. Ant. de But. in c. 2. de teſtib. allegans Hoſt. ita tenere in c. ex ratione. de appel. idem tenet Aret. in cõſi. 75. quod
10 incipit, diligenter, & maturè. in 5. col. Vlt. adde, † ꝙ in interlocutoria ab obſeruatione iudicij requiritur citatio, etiam quod fortius eſt peremptoria. tex. eſt in l. properandum. §. & ſi quidẽ. C. de iud. Bar. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. Cano. in c. conſuluit. de offi. deleg. Moder. in l. ſi finita. §. Iulia. ſ. titu. 1. aliquid per Lud. hic in addi.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit per quæcunque verba fieri nunciationem.*
2 *Ex nunciatione procura. quæritur actio domino ſine ceſſione.*

LEX XVII.

1 SI procurator. † No. ex iſto text. cum glo. ſecundum Barto. quod per quæcunq; verba fiat nunciatio ſufficit, &c. ¶ In tex. ibi, [interdictum, quod vi aut clam.] ſed an domino competat hoc interdictum ex iſto tit. glo. tenet, quod ſic, Bar. reprobat, quia prohibitio fuit in pſonam. Imo. & Lud. Rom. hic tenent cum glo. quòd reſpectu ipſius perſonæ prohibitæ competit iſtud interdictum, per gloſſ. l. non ſolùm. §. ſi cùm poſſem iure. ſ. eod. ſed reſpectu ſucceſſoris cùm iſta prohibitio fuerit perſonaliter facta, non tranſit ad ſucceſſores. ita etiam ad hunc tex. tenet Bar. in l. fi. ſ. eo. Tu aũt aduerte inquantum Bar. & Doct. præſupponunt, quòd in iſto tex. nunciatio ſit facta in perſonam, ex eo quia tex. dicit, facientem prohibuerit, credo, quòd nõ ſit ex eo, quia tex. dicit facientem prohibuerit, nam credo, ꝙ iſta non ſit bona conſequentia, quia ſi ego nuncio imperſonaliter, puta ne aliquod no. opus fiat, dicor te ædificantem prohibere, & iſtud vult propriè idem Bar. in l. non ſolùm. §. ſi cùm poſſem iure. per illum tex. ſ. eo. vbi dicit, ꝙ ſi nunciaui imperſonaliter, ne quid noui op. fiat, bene dicor nunciaſſe ne tu facias, in iſto ergo tex. deſignatur effectus nunciationis, non autem ponitur forma verborum nunciandi. ¶ Secundò
2 no. ex hoc text. † quòd ex nunciatione procuratoris quæritur actio domino ſine ceſſione, & ſi opponatur, quod per liberam perſonam nõ quæritur actio ſine ceſſione. l. 1. C. per quas perſo. no. acqui. §. ex his itaque. inſti. eo. ad hoc reſpondet Iuriſcon. in l. 3. in prin. ff. quòd vi aut clam. quòd magis queritur facto ipſius delinquentis, qui ædificando ſpreta nunciatione delinquit, quã quæratur facto procuratoris. facit. l. ſi quis ſolutioni. ff. de vſur. alio modo reſpondet Iuriſconſult. in l. per procuratorem non ſemper. ff. de procura. quòd actio quæ competit ad conſeruandum ius competẽs domino habitu, quæritur domino ſine ceſſione, ita eſt tex. ibi not. Iaſ.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio facta vni ex pluribus conſortibus, ligat omnes ſcienter ædificantes, non autem ignorantes.*
2 *Nunquid genitiuus alterius, verificetur ratione poſſeſſionis, etiam in ſtatuto.*

LEX XVIII.

1 AEdibus. † Nunciatio facta vni ex pluribus conſortibus, ligat omnes ſcienter ædificantes, non autem ignorantes, & quantum ad iſtud edictum ſufficit, quod poſſeſſio rei ſit communis, licèt dominium non. hoc dicit in effectu. ¶ Not. quod ad hoc, vt poſſit fieri nũciatio, & habeat locum iſtud edictum, dicitur res alicuius ratione poſſeſſionis, licèt non habeat dominium. ſimile dicitur in l. damni infecti ſtipulatio. in princi. infra de damno infect. facit, quod no. Barto. in rubr. ſupra eodem.
2 † nunquid genitiuus alterius, verificetur ratione poſſeſſionis etiam in ſtatuto.

LEX XIX.

SCiendum. Abſolutoria lata ſuper executione nunciationis noui operis, non parit exceptionem rei iudicatæ, quo ad alias legitimas actiones. hoc dicit. Ratio eſt, quia exceptio rei iudicatæ ſuper aliquo incidenter deducto per modum cauſæ, non obſtat in iudicio, quod poſteà principaliter intentatur, prout not. Barto. & alij in l. de pupillo. §. ſi is cui. ſupra eodem. & ſic licèt iudex confirmauerit, vel infirmauerit nunciationem, iſtud non impedit, quin poſteà poſſit intentari confeſſoria, vel negatoria. l. cùm quæritur. ff. de except. rei iud. facit, quod not. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 5. oppo. ff. de verborum obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Verba nunciationis debent perſonaliter concipi, & ſic nunciatio in rem debet concipi, & non in perſonam, & nu. 2.*
3 *Illud dicitur expreſſum, quod licèt non exprimatur verbis ſpecialibus, colligitur tamen ex mente, vel ex ratione tacitè.*
4 *Illud dicitur euidens, quod coniecturis apparet.*
5 *Illud dicitur expreſſum non tantùm, quando verbis exprimitur, ſed etiã quando euidentib. ſignis.*
6 *Vbi aliquid requiritur expreſſum ſimpliciter, ſufficit, quòd tacitè colligatur ex mente, & identitate rationis.*
7 *Quando lex ſimpliciter mandat aliquid fieri, dicitur expreſsè fieri non ſolùm id, quod apparet verbis expreſſis, verumetiam illud, quod apparet ex coniecturis, & ſic tacitè.*
8 *Clauſula, quòd tenor obſtantium habeatur pro expreſſo, quid operatur.*
9 *Si tutor, & curator promiſerint in inſtrumento tutelæ facere vtilia, vel inutilia prætermittere, an ſufficiat.*
10 *Vbicunque lex in aliquo actu pro forma requirit aliquid expreſſum verbis, non ſufficit illud implere verbis generalibus, quamuis videantur æquipollere.*
11 *Lex, quæ prohibet actum fieri imponendo pœnam, videtur actum ipſum annullare.*
12 *Factum contra præceptum legis eſt omnino deſtruendum, etiam ſi faciens aliàs haberet ius faciendi.*
13 *Vbi ſumus in pœna contemptus iudicis, non eſt tractandum de ſimplici intereſſe.*
14 *Verus contumax, qui contempſit iudicem, ideo repellitur ab appellando, eo quia per nullas probationes factas ſuper appellatione poteſt purgari contemptus iudicis, propter quem punitur, vt repellatur ab appellando.*

LEX XX.

1 PRætor ait. † In iſto princip. ponuntur ad contextum verba edicti prætoris, ideo breuius ſummari non poſſunt. deinde in verſi. interdictum, ſequitur declaratio Vlpiani; quæ hoc dicit. Aedificatum ſpreta nunciatione antequam ſit remiſſa, vel habita pro remiſſa, eſt demoliendum propter auctoritatem edicti prætoris, etiam ſi aliàs ius ædificandi haberet. hoc
2 dicit vſque ad §. ſiue autem. ¶ † No. primò ex iſto tex. ibi, [ne quid operis noui fieret,] quòd verba nunciationis debent imperſonaliter concipi, & ſic nunciatio in rem debet concipi, & non in perſonam, & iſtum tex. no. Bar. in l. de pupillo. §. meminiſſe. in 1. col. ſ. eo. vbi per hoc reprehendit formam nunciationis poſitam ibi per gloſſam per hunc tex. notat Bar. in l. non ſolùm.

lum.§ si cùm possem iure. s̃.eo.vtrobique dixi de hoc. Secun-
a dò [a] not. ex isto tex.in verbo, expressum.iuncta gloss.quæ dicit
3 tacitè.illud;ad ꝙ tota die allegatur iste tex.† ꝙ illud dicitur ex-
b pressum, [b] ꝙ licèt non exprimatur verbis specificis, colligitur
* tñ ex mente,vel ex ratione tacitè,& sic secundum Bart. *& omnes Scribentes* hic,illud est expressum,ꝙ continetur ex mente legis,vt hic,& l.nominis.& rei. §.verbũ ex legib. ff.de verb.signi.
4 † Sicut illud dicitur euidens, [c] ꝙ ex coniecturis apparet. l.licèt
c Imperator.in princ. ff.de leg.1.& l.si qs locuples.ff.de manum. testa.Alibi dicitur expressum illud, ꝙ continetur sub generalitate verborum,vt not.glo.in l.fin.C.ꝙ cum eo. per Bart.in l.1. in prin.in 2.col.vbi dixi.ff.de vulg.& pup.vbi etiam per Bartol.
d quot modis [d] dicatur expressum,& ibi plenè dixi. Tu adde ad istam reg.1.text.in c.cùm olim.in versi.patebat expressè.de cẽsi.per quem text.not.d.Ant.& d.Abb.ibi,ꝙ instrm dicitur probare non solùm illud,ꝙ in eo continetur directè,sed etiam,ꝙ indirectè colligitur per necessariam consequentiam. Secundò adde illud,ꝙ ↄsuluit Pet.de Anch.in consil.393. ꝙ incipit, visa diligenter gratia. vbi circa intellectũ bullæ Apostolicę concessæ per Bonifacium Papam populo Ferrarien per quam priuabantur nõ expressi in inuestitura,si eam non petierint intra tãtum tempus, consuluit, quòd illi dicantur expressi, qui comprehenduntur tacitè ex verbis inuestituræ sumpta interpretatione à iure communi, & subdit generaliter, ꝙ vbicunque requiritur expressio in personis,vel in rebus,sufficit,ꝙ includantur sub natura verbi expressi, vt ibi plenius per eum. ¶Tertiò adde illud, quod dicit Ang.in consil.17. ꝙ incip.Comes Brandilius. in pen. colum. in fin. vbi tenet, ꝙ illud dicatur expressè fieri, quod tacitè inest ex natura verbi illud importantis. alleg.
5 ad hoc istum text.cum gl. ¶† Quartò adde,ꝙ illud dicitur expressum non tantum,quando verbis exprimitur, sed etiam qñ euidentibus signis,& ita est gl.not.iuncto text in l.item,quia.in prin.in verbo,& mutus,& ibi Bald.ad hoc not.ff.de pact.¶Sed
* aduerte,licèt *omnes teneant* istam regulam, quæ bene colligitur ex hoc text. cum gl. tñ ↄ̃ istam regulam mihi vñr multa facere,primò in ↄ̃rium facit illud, quod not. Gem.in c.humanum genus. in 5. colum. 1.distin. per gl. ibi in verbo, prohibetur,vbi not. ꝙ illud non dicitur expressum, ꝙ continetur ex mente, vel ex quadam consequentia verborum, ex quo infert,ꝙ vbicunque in rescriptis beneficialib.ex iuris dispositione requiritur expressa mentio, non sufficit mentio descendens ex consequentia verborum,sed requiritur,quòd specificis verbis sit expressa idem tenet d. Abb.in c.ad aures.de rescrip.¶Secundò in contrarium facit text.in clem.constitutionem.de elect.per quẽ not.ibi.d.Anto.de But.vt refert, & sequitur Io. de Imol. quòd vbicunq; requiritur fieri expressam mẽtionem alicuius actus, non sufficit, ꝙ fiat verbis generalibus. ¶Tertiò in contrarium facit gl.solennis,& reputata singularis.in c.inquisitores.in verb. expressè. de hæret. in 6.quæ singulariter vult, ꝙ vbi debet fieri
e mentio, [e] expressa,nõ sufficit, ꝙ fiat mẽtio verbis generalib.q̃uis plenis,& multum geminatis, puta si diceretur cõtra quascunque personas cuiuscunque dignitatis, conditionis, qualitatis,& gradus existant.sed debet fieri in specie particularis mentio.¶Quartò in ↄ̃rium facit illud,quod not. Io. And. in capit. quia periculosum.in verbo expressa.de sen. excom.in 6.in nouella. vbi not. ꝙ qñ expressè debet de aliqua re fieri mentio,ibi verba gñalia non sufficiunt.¶Quinto facit illud, ꝙ tenet.d.Anto.de But.in consi.19.ꝙ incipt, quia hic arguitur. in 8.colu.vbi tenet, ꝙ expressè dicatur fieri illud, ꝙ specialiter, & nominatim fit,& per hoc infert, ꝙ in casu. c. Abbates.de priuileg.in 6. non dicitur expressè concedi. Abbatibus solennis benedictio, nisi de ea specialiter;& nominatim dicatur in priuilegio Papę. alleg.text.in capit.pastoralis.§.1.de rescrip.in anti.& in c. vt circa.de elect.in 6.¶Sextò in contrarium facit illud,ꝙ ad literam dicit Bald. in l. sed & si quis. §. quæsitum.in 6.colum. ff.si quis caut.vbi tenet, quòd illud dicatur expressum, ꝙ voce profertur,vel quod per scripturam apparet ad oculum, illud autem, quod colligitur solum per rationem intellectus,dicitur esse tacitum.¶Septimò in ↄ̃rium facit text. in l.sicut certi.in verbo, tacitè.C.de test.mili.per quem text. not.ibi subtiliter Are.& re-
f putat perpetuò mẽti tenendum, quòd illud dicitur tacitum, [f] quod nudis verbis comprehendi non potest,licèt veniat in necessariam consequentiam ad actum expressum;ibi.n. miles instituendo extraneum vr̃ in necessarium ↄ̃ñs priuare filium hæreditate,& tñ dicit ibi text.ꝙ dr̃ tacitè fieri. Quid tenendum in tanta contrarietate? potes pro concordia sic concludere,quòd vera sit regula Bartol. & Doctor.hic, sed patiatur aliquas fal-
6 lentias,quæ partim ex prædictis colliguntur.† Regula ergo sit, quòd vbi aliquid requiritur expressum simpliciter, sufficit, quod tacitè colligatur ex mente, & identitate rationis, vt hoc text. cum gloss. & dict. capitul. cùm olim. in fin. de censi.ista regula primò fallit, quando aliquid requiritur expressis verbis, tunc non sufficeret tacitè colligi,ita not.Bart. hic in seq.q.facit, quod volunt domi.Anto. de Butr.& Gemin.in c.translato. de constitut. vbi tenent, quòd stante statuto, quòd positioni respondeatr̃ verbis expressis, certè si in responsione ponatur vnũ verbum,per quod aliud in consequentiam sequatur, certè nõ videtur expressè verbis, sed intellectualiter responsum. Secundò fallit, vbicunque debet fieri mentio expressè respectu certæ personæ in magna dignitate constitutæ, tunc non sufficerent quæcunque verba generalia, imò requiritur,quòd specificè talis persona exprimatur.ita procedit text.in dict.capitu.inquisitores,& ibi gloss. solennis in verbo expressè. de hæretic.in sexto.Tertiò fallit prædicta regula,quando essemus in materia odiosa, & ita possunt intelligi rescripta, quæ in beneficialibus requirunt expressam mentionem,attento,quòd talia rescripta ad beneficia propter ambitionem nimiam clericorum censetur esse odiosa, ita procedat illud, quod tenet domin. Abb. in dict.capitul.ad aures.de rescrip.& Gemin.in dict. capit.humanum genus,& in istis terminis procedat text.in dict.l. sicut certi,& notabile Aret. ibi iuncta l.cùm quidam. ff.de liber. & posthum.Quartò, & vltim. istam regulam alibi limitat multum signanter Angel. in §.si vero expressim.in 2.col. per illum text.
d incontinenti. ita loquuntur iura primò alleg. Istã decisionem[d] Ioann. And. simpliciter sequitur dom. Alex. hic, licèt eam malè referat. Et pro vltimo dicto, quòd quando præda esset incontinenti recuperata, quòd deberet restitui priorib. dominis, bene facit. d. l. ab hostib. secunda. in verbo, illico. Item quia præda non censetur effecta hostium, quando fuit incontinenti recuperata. l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi arm. & l. fi. C. vnde vi, &
12 refert † Ang. in d. l. ab hostibus. milites existimare, quòd præda capta ab hostibus, censeatur effecta ipsorum hostium, quãdo apud eos pernoctauit. Sed ipse putat, quòd dicatur effecta hostium, quando fuit traducta in eorum præsidio. arg. l. si quis in seruitute. & l. seq. ff. de fur. & est gl. in d. l. ab hostibus. Sed quando talis p̃da esset recuperata ex interuallo, licèt Io. And. teneat, quòd de iure debeat restitui prioribus dominis. sed de consuetudine Italiæ seruatur contrarium, adde, ꝙ imò etiam de iure debet esse militũ, qui ex interuallo recuperarunt, consignanda tamen Duci belli, vt diuidatur, vt supra dixi secundum Bar. in l. si quid bello. infra de cap. & latius Ang. in d. l. ab hostibus. secũda. vbi dicit ita obseruasse Regem Dauid primo Regum, c. 3. ad fi. qui prædam à militibus recuperatam ex manibus hostium ex interuallo non restituit priorib. dominis, sed diuisit inter milites. Tamen nec Bar. nec Ang. faciunt mentionem de
13 decisione Io. And. contraria. ¶ Quintò, † & vltimò not. ex text. ibi, [eorum possessionem nactus est] secundũ Alb. de Rosa. quod lapili, & gemmæ non acquiruntur sola inuentione, & solo visu, nisi etiam accedat naturalis apprehensio. Et ita tenet gl. in §. item lapilli. insti. de re. diuisio. quamuis istum text. non alleget, & in simili gl. in l. in laqueum. supra titul. 1. videbimus plenius in l. 3. §. Neratius. infra eod. ¶ Expeditis text. venio ad apparatũ gl. & capio gl. primam, quã diuide in quatuor partes principales. In prima declarat text. In secunda secundum Bart. remouet. vnum contrarium. In tertia ponit tres diffinitiones possessionis, & declarat singula verba tertiæ diffinitionis, quam tenet. In quarta, & vlt. per viam not. remouet aliud contrariũ. Secunda est ibi, [& est hic allusio vocabuli,] Tertia ibi, [diffiniri autem potest sic.] Quarta, & vlti. ibi, [Item not. ex eo, ꝙ
14 dicit.] ¶ † In prima parte dum gl. dicit, quod possessio dicitur à sedib. i. sedium positio, adde, quòd istud videtur probari ab eo, quod in litera sequitur, quam Greci cathezim dicunt, cathezo græcè idem est, quod sedeo. vnde dicitur cathedra. Ad idẽ facit, quod dicit text. in l. 3. §. ex contrario. in fi. ff. eo. ibi, non magis apud duos eadem possessio esse potest, quã vbi ego sedeo, tu sedere videaris. Tamen text. ibi loquitur similitudinariè, nõ autem dicit, quòd possidens sedeat. Adde etiam, quòd sasia vocabulum gallicum seu seysina dicitur possessio, qua seysina à sedẽdo, & dissaysire est extra possessionem mittere, secundũ And. de Iser. in c. 1. in 5. col. de contro. feu. apud par. ter. Item dum gl. dicit, quòd s'm primum respicit finẽ dictionis possessio. qui finis est sesio, & sic à sedendo, s'm aliam respicit principium dictionis possessio, & sic possessio, quasi pes à pedibus.
15 ¶ Ex secunda parte. † gl. habes, quòd validum est arg. in iure ab etymologia, seu ab allusione vocabuli. facit. l. 2. §. appellata, & ibi Bart. & Doct. supra si cert. pet. allegata in gl. & text. in l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. de tute. & text. in l. ita vulneratus. in prin. ff. ad l. Aquil. & in l. tugurij. & in l. pupillus. §. territorium, & in l. tabernæ. & in l. vt Alphenus. & in l. notionem. §. instrumentorum. infra de verbor. sign. & text. in capit. cùm secundum. de preben. & in cap. puberes. de despon. impub. & text. de pœni. distin. 3. in cap. pœnitentiam, & ibi glo. & tex. 24. quæst. 1. in cap. puden-
16 da. Adde, † ꝙ fortius not. Barto. hic ex ista. 1. glo. in fin. *& omnes*
* sequuntur, quòd propria significatio sumitur ex allusione vocabuli. alleg. etiam ad hoc tex. in l. tugurij. vbi gl. ff. de verb. sign. qui parum facit. Sed tu allega pro hoc bon. text. in l. notionẽ. §. instrumentorum. in verbo, propriè. infra de verb. sign. & text. in l. 1. in prin. in verbo, propriè quidem, ꝙ ibi Bart. in pen. col. ad hoc not. infra ad municip. idem tenet Bart. in l. omnes populi. supra de iust. & iur. in 3. q. 6. q. princi. ad fin. in versi. quæro vnde sumatur ista propria significatio. idem Bart. in l. liberorũ. in secunda quæstio. princip. infra de verbor. signific. bene facit
17 quod dicit † Bal. in cap. 1. §. si quis de manso. in vlt. colum. de contro. inuesti. vbi dicit, quòd etymologia est resolutio vocis in proprium effectum rei. ita etiam dicit Bald. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. Sed aduerte, licèt omnes ita transeant, ego contra Bart. & contra gl. ꝙ imò propria significatio non sumatur ex allusione vocabuli, pondero text. nostrum dum dicit, pedum quasi positio. pondero illam dictionem, quasi, quæ denotat impropriėtatem. l. 2. ff. de vsuf. ea. re. quæ vsu consu. & l. si quis non quasi hæres. ff. de acq. hæred. glos. & Doct. in l. si ante
18 nuptias. supra solu. matr. † Limita istud not. secundum Barto.
* *& communiter alios* non procedere, quando etymologia repugnat diffinitioni, tunc enim magis attenditur diffinitio quàm etymologia vocabuli, vt probat Bartol. hic in testamento: nam secundũ etymologiam codicillus diceretur testamentũ, cùm sit testatio mentis, vnde attenditur diffinitio posita in l. 1. supra de testamen. secundum quam non comprehenditur codicillus, vt ibi declarat Bart. vbi etiam ponit eandem limitationem q̃ hic. Et idem Bart. in l. 1. per illũ text. ff. de furt. & in d. l. tugurij, & in d. §. appellata. & ibi Alb. de Rosa. & Ang. idem Bart. in d. l. omnes populi. in 3. q. 6. q. prin. ad fi. Ratio est, quia diffinitio euacuat diffinitum secundum genus, & substantiales differentias. l. 1. §. non fuit. cum simi. ff. de dolo, not. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. ideo diffinitio præfertur etymologiæ vocabuli, secundum d. Abb. in cap. 1. in pen. col. de iudi. & istam
19 doctri. Bartol. teneas. Aliam subtiliorem † theoricam tradit subtiliter Raph. Cum. hic, quòd arg. ab etymologia vocabuli non procedit affirmatiuè, quia plerunque repugnat diffinitio, & ideo codicillus non potest dici testamentum, quia sit testatio mentis, quia esset arguere ab etymologia vocabuli affirmatiuè, quod non valet. Sed negatiuè semper, & infallibiliter procedit secundum eum. Idem tenent Saly. & Fulg. in d. §. appellata. Angel. de Aret. institu. de testa. in prin. d. Abb. in cap. cùm s'm. in 5. not. per illum tex. de præben. & in c. 1. in pen. colum. de iudi.

ADDITIONES.

a ¶ Protinus. Adde Abb. in capit. ad aures. de præscrip. Domi. in cap. quam sit. in fine. de elect.

b ¶ Capientis. Adde, quæ idem Ias. scribit in l. ex hoc iure. de iust. & iur.

c ¶ Bello. Quid de hominib. captis, dic regulariter idem, quod de alijs mobilib. Nisi bellum sit inter Christianos, vt per Barto. in l. hostes. de captiu. disertè de hac re differentem vide Didac. Couaruu. in cap. peccatum. in secunda parte relectionis. §. 11. ab initio, sed præcipuè num. 6. de reg. iur. in 6.

d ¶ Istam decisionem. Adde de hac q. & vide Ang. plenè ponentem in sua disputa. incipien. renouata guerra. in 1. dub.

iudi.& pondera; quòd ita arguit negatiuè Iuriſcon. in d.§.appellata.vbi dicit,& ideo ſi non fiat de meo tuum,non eſt mutuum.ita etiam negatiuè arguit.text.in c.forus.in verſic.iudex. de verb.ſign. vbi dicit text.quòd iudex dicitur,quia ius dicit,& ideo negatiuè ſi ius non dicat,non eſt iudex.Ratio huius ſubtilis doctrinę eſt,nam etymologia ſe habet tanquam genus.vnde arguere† ab etymologia vocabuli affirmatiuè,eſſet arguere de genere ad ſpeciem affirmatiuè, ꝙ argumentum non tenet,vt ſi dicam eſt animal,ergo eſt homo.Sed negatiuè à quocunque remouetur genus,bene remouetur quælibet eius ſpecies. l.ſi quid earum.§. inter emptum.ſ.de leg.3.gl.in l.itē prætor.alias in l.1.in princ.ſ.de auro,& arg.leg.Et aduerte, † ꝙ ita arguit Bald. negatiuè in q. quam dicit fuiſſe de facto in iſta ciuitate Papiæ in d.c.1.§.ſi quis de manſo. in vlt. col. de contro. inueſti.Nam ſtatutum eſt hic Papiæ, ꝙ quis non poſſit ducere molendinum de flumine Ticini ad flumen Padi ſub certa pœna.Aliquis duxit molendinum carentem molis ad flumen Padi,fuit dubitatum an incidiſſet in pœnam ſtatuti.Bald.conſuluit,ꝙ non,quia molendinum dicitur à molendo,ergo negatiuè vbi non ſunt molæ, non poteſt dici molendinum. ſimiliter alibi Bart. arguit negatiuè in l.tutor, qui repertorium. in 2. col.ad fin.ſ.de admi.tuto.ꝙ tutor in inuentario pupilli non tenetur ponere debita.Et arguit ſic. Nam inuentarium dicitur, quia inuenta in bonis pupilli debent in inuentario deſcribi, vt

20 (de arguere†) — see above

21 (tor.alias) — see above

22 dicit glo.1.in d.l.tutor,qui repertorium.in princ. Sed bona† dicuntur inuenta, quæ poſſunt apprehendi manibus. §.item lapilli.inſti.de rer.diui l.ſi barſatoram.C.de fideiuſ. not.Doct.in l. licèt.C.de acq.poſſ. Sed debita pupilli non poſſunt apprehendi manibus tutoris, ergo negatiuè arguendo non debent poni

23 in inuentario,quia nō ſunt inuenta in bonis pupilli.Adde,† ꝙ ſimiliter clericus dicitur à cleros græcè, ꝙ idem eſt, ꝙ ſors latinè, quia clericus dicitur electus in ſortem domini. c. cleros. 21.diſtin.vnde negatiuè procedit argu.ſi non eſt electus in ſortem domini,ergo non eſt clericus, ita arguit tex.in c. clericus.

24 12.q.1.& in d.c.cùm ſecundum de preben.¶†Sed aduerte diligenter,ꝙ iſta doctrina poteſt procedere,quando nomen imponitur ſeu ſumitur ex ſua eſſentiali natura, [a] vt mutuum, & teſtamentum,tunc procedit prędicta doctrina.Aliquando aſſumitur nomen non ex naturali eſſentia rei, ſed ex eo, ꝙ deſideratur,ſeu rationabiliter debet eſſe in nominato,tunc nō procedit dicta doctrina: nam Imperator dicitur Auguſtus, quia debet eſſe huius propoſiti, ꝙ augeat imperium,& tamen ſi nō augeat, ſed diminuit, & ſic non facit id, ꝙ deſideratur,tamen dicitur Auguſtus.not.glo.in prin.ff.veteris.& glo.in prooe.inſt.

25 † Similiter Papa dicitur Pontifex,quaſi faciens pontem ad vehendum ſubditos in viam,exemplo vitæ,& doctrinæ,& tamē negatiuè ſi non facit,quia ſit malus,tamen eſt Pontifex,vt not. Ioann.And.in c.1.de conſtit.in 6.facit text.in c.aliorum. & in c. nemo.9.q.3.& ꝙ not.in c.ſi papa.40.diſt. Iſtam doctrinam tradit magiſtraliter.d.Abb.in c.1.in pen.col.de iudi.Not.bene iſtā doct.d.Abb per quam tolles infinita, quæ poſſent in oppoſitū adduci.Ecce nuptiæ dicuntur ad obnubendo.i.velando, quia mulieres maritatæ debent velatæ incedere, vt eſt text.in c.hæc imago.33.quæſtio.5.glo.inſt.de pat.pote.in princ. Item matrimonium dicitur,quia mulier nubit, vt mater fiat,& tamen negatiuè non procedit arg.mulier non eſt velata, [b] ergo nō ſunt nuptiæ.Item non fit mater,ergo non eſt matrimonium.Nam iſta nomina ſunt impoſita non ab eſſentiali natura, ſed ab eo, ꝙ rationabiliter deſideratur. Similiter monachus dicitur [c] à monos,ꝙ eſt ſolus,& tamē ſi cum multis habitat,dicitur mo-

26 nachus.c. ſi cupis. cum gl.3.q. 1.† Item monaſterium dicitur quaſi monachorum ſtatio, & tamen eſt monaſterium,etiam ſi ibi non ſint monachi, vt probatur.c. cùm dilectus, in verb. pullularet,& ibi Bald.in fin.ad hoc not.de conſue.Similiter vniuerſitas à multitudine dicta eſt, & tamen negatiuè vbi non eſt multitudo,tamen eſt vniuerſitas, quia poteſt in vno remanere.l.ſicut.§.fin.& ibi glo.ſ.ꝙ cuiuſque vniuer.& 65. diſtin.c.fin. & ibi glo.& ſic per iſtam doctrinam do. Abb.potes multa tol-

27 le.Aliqualiter tamen obſtat tex.in d.c.forus.in verſ.iudex.† Licèt iſta doctrina ſit ſubtilis, tamen credo, ꝙ in neutro mēbro, & ſic nec in primo nec in ſecundo ſit vera.Et contra primum membrum dum dicitur,ꝙ arg.ab etymologia vocabuli affirmatiuè non procedit,quia non ſequitur, fit de meo tuum,ergo eſt mutuum,quia poſſet eſſe donatio . Item non ſequitur, eſt teſtatio mentis, ergo eſt teſtamentum , quia poſſet eſſe codicillus. contra iſtud membrum adduco duos fortes text. primò text.in l.1.ſ.de fide inſtrum.vbi Iuriſconſul. arguit ab etymologia affirmatiuè,inſtrumentum dicitur, quia inſtruit, & ideo tam teſtimonia quàm perſona inſtrumentorum loco

28 habentur.† Nec dicatur,ꝙ illud verbum, loco habentur, denotet improprietatē.l.mercis appellatione, & ibi gl.ſ.de verb. ſign.Bart. in l. ſi maritus. §.1.ſ.ad l.Iul.de adul.quia iſtud tollitur per ſimilem text. in l. notitionem. §. inſtrumentorum. in verbo,propriè. ſ.de verb. ſign. Secundò in contrarium allego text.in §.ſunt tamen,qui putant. inſt.de interdi. vbi text. arguit affirmatiuè, ꝙ non ſolùm interdicta prohibitoria ſint interdicta,ſed etiam reſtitutoria,& exhibitoria, quia interdicta dicūtur inter duos dicta. Similiter ſm membrum, ꝙ arg. ab etymologia vocabuli negatiuè ſemper, & infallibiliter procedat, reprehendunt Lud.Rom.& do.Alex.hic,& in d.l. 2.§. appellata.Moti per text.noſtrum, qui dicit, poſſeſſio eſt quaſi pedum poſitio, ergo negatiuè deberet procedere arg. vbi non eſt pedum poſitio,ibi non eſt poſſeſſio, & tamē arg.eſt falſum,quia oculis, & per aſpectū abſq; pedum poſitione acquiritur poſſeſſio.§.ſi iuſſerim.ſ.ead.l.& l. ꝙ meo.§.ſi venditorem.ſ.eo.Ni-

d ſi dicas, ꝙ hic ſit dictio quaſi, [d] quæ eſt nota improprietatis, vt ſuperius dixi, vel ꝙ hic ponatur pedum poſitio pro quocūque actu corporali apto ad acquirendam poſſeſſionem, cùm text.ſubijciat,quia per eum tenetur, qui ei inſiſtit. Ego contra iſtud ſecundum membrum allego duos fortes text.in l.1.ſ.de furt.& in §.1.inſti.de oblig.quæ ex deli.qui dicunt,ꝙ furtum dicitur à furuo id eſt nigro, quia de nocte fit. Et tamen negatiuè non procedit,non eſt ſurreptum de nocte, ergo non eſt furtum, quia furta etiam fiunt de die.l.furem nocturnum, & ibi gl.ſ.ad l. cor.de ſicar. Ad hoc reſpondet ſubtilis Doct. d. Petr. de Bexu.ꝙ alluſio furti poſita in d.l.1.reſpicit communiter accidentia.dicit etiam text.quia. plerunque fit noctè, vnde negatiuè iſta eſt bona conſequentia,non fit de noctè, ergo non eſt furtum fieri conſuetum.Tu dic,quòd iſta ſol.ſtare non poteſt, nam pondera, quòd text. ibi dicit furtum dicitur à furuo.i.nigro,quia clàm,& obſcurè fit,& plerunque noctè. In eo,quod dicit plerunque noctè, bene reſpicit communiter accidentia, ſed non quando dicit clàm, & obſcurè. Ergo negatiuè ſi non fiat clàm, & obſcurè non erit furtum, & tamen iſtud eſt falſum,cùm ſit dare furtum manifeſtum, quod non fit clàm.l.2. & trib. ſeq. ſ. de fart. Poſſet dici, quòd Iuriſconſul.ponit alias etymologias,vel fraude,vel à ferendo foras, vel ab auferendo, vnde arg.ab etymologia procedit, quando vnam habet,ſecus ſi plures, vt ibi. Secundò contra iſtud membrum fortiter obſtat text.in l.tabernę appellatio.ſ.de verb.ſign.nam taberna dicitur,eo quòd tabulis claudatur,ergo negatiuè ſi ædificium nō eſt factum tabulis, non debet dici taberna, & tamen eſt falſum, vt ibi dicit Iuriſconſul.quia tabernæ appellatio comprehendit omne ædificium vtile ad habitandum, quamuis tabulis non claudatur.ita ibi dicit text. Ad illum tex.reſpondet Bar. in l.tugurij.cod.tit. ꝙ ideo arg. ab etymologia vocabuli ibi nō procedit, quia repugnat natura vocabuli. Alber. de Roſ.in d. l. tugurij. reſpondet, quod in dicta.l. tabernæ appellatio.ideo non procedit arg.ab etymologia vocabuli, quia mens Legiſlatoris reſiſtit, ſed neutra ſol.regulariter ſoluit illum text. Ideo teneas theo.Barto.hic,ſupra relatam, quia non potes ſecuriori adhærere, & ita habes perfectè expeditam iſtam materiam,

29 & conſequenter iſtam ſecundam partem glo.¶†In tertia parte princ glo. habes tres diffinitiones poſſeſſionis, quas etiā periſſimi neſciuerunt diffinire, vt dicit gloſ. in l.ſtipulatio iſta. §. hæc quoque.ſ.de verb.oblig. Primam diffinitionem reprobāt

* Barto.& Alber. *& communiter alij* per tria fundamenta, tamen eam defendunt,& bene Gul. de Cun. & Cyn.in l.licèt.C.cod. Raph.Cum.& d. Alex.hic.Sed pro certo mirandum eſt, quia omnia iſta tria fundamenta punctualiter militant contra diffinitionem, quam infra ſexto loco tenent Bart.vbi etiam eſt dictio ius,& dictio rei,& dictio inſiſtendi, vel detinendi, propter quæ tria Bart. reprehendit diffinitionem Ioann. & tamen ipſe in ſua diffitione incidit in eadem tria vitia.Non obſtat ergo primum,dum dicitur,quòd eſt ius,cùm poſſeſſio ſit facti,per qua-

* tuor iura hic allegata per Barto. quia dico, quòd *communis opin.* eſt,quod poſſeſſio prout eſt quæſita, eſt ius, prout ſtatim dicā, & propriè Ioann. diffinit poſſeſſionem, prout eſt in eſſe deducta,vt Barto.met infra dicit.Non obſt.ſecundò, quod dicatur rem,quæ eſt terminus generalis, quia non ſimpliciter dicit rē, ſed addit rem detinendi, & ſic loquitur de rebus, quæ poſſunt detineri, ſed incorporalia non poſſunt detineri, & iſta eſt bona, quamuis domi. Alexan. aliter reſpondendo dicat, quòd

etiam

ADDITIONES.

a ¶Eſſentiali natura.Adde,quòd idem vult Aret.inſti.de teſt.in prin. PVRPV-

b ¶Velata.Adde c.mulier.35.q.5.& originaliter.1.ad Corint.c.11.

c ¶Monachus dicitur.Adde text.in c.placuit.el.2.16.q.1.

d ¶Dictio quaſi. Adde gloſ. in l.mulier.ff.ad Trebell.glo.in c.parochianos.de deci.Ioann. de Fantu.in cap. ab exordio.35.diſtin.Barto. in l. ſi autem. ff.ad Trebell.

etiam res incorporales largè possidentur. l. si ædes. §. fin. in fin. supra de serui. vrba. prædio. & l. quoties. 2. supra de serui. titu. generali. Hinc est, quod competit interdictum possessorium etiã pro possessione, vel quasi rerũ incorporalium. l. 2. in prin. ff. vti pos. & d. l. quoties, vnde cùm diffiniatur possessio in genere, non est congruum secundum eum, quòd sub ista diffinitione comprehendantur etiam res incorporales, quæ largè dicuntur possideri. istud vlti. mihi non placet, quia diffinitio, quæ ponit quidditatem, vt dicit Bart. non comprehendit impropria. Non obst. tertium de verbo detinetur, ꝙ competit seruo, qui non potest possidere. l. ꝙ seruus. ff. eo. quia dictio, ius, tollit obiectum, prout Bart. met. ff. in sua diffinitione dicit, & quando fit
30 mentio † de iure, intelligitur de eo, quod non cadit in seruo. l. illa verba. ff. de verb. sign. bene facit iste text. in verbo, quia naturaliter tenetur, & tex. in c. causam. cum gl. de præscri. & est gl. in §. 1. in verbo maximè. ff. ea. l. & in l. 3. §. ex contrario. in gloss. magna in verbo genera ff. eo. & sic teneo diffinitionem Ioãnis, quæ est bona, & in effectu eadem est illa, quam ponit Bar. vnũ solum videtur obstare, quia diffinitio debet cõstare ex genere, & differẽtijs, vt homo est animal. istud genus rationale ad dñã brutorũ, mortale ad dñam Angelorũ, vt declarat Bart. in l. 1. ff. de testa. sed ista diffinitio Ioannis non vr̃ cõstare ex gñe, & differentijs, nisi dicas, & bene, ꝙ imò constet. Nam dũ dicitur est ius, ibi ponitur genus. Postea dicitur detinendi, ad differentiam dominij, & ad differentiam vsusfruct. vt declarat Bart. in sua diffinitione. Item dicit. sibi, ad differẽtiam eius, qui alij possidet, vt est colonus. l. si id, quòd. §. 1. infra eod. & ad differentiam serui, qui non detinet sibi, sed domino. d. l. quòd seruus. infra eod. Eod. modo etiam tollitur tertia reprobatio Bar. dum dicebat, quòd detinere conuenit seruo, quia Ioannes non simpliciter dixit detinendi, sed addit sibi, vt excluderet seruum, & ista est
31 veritas. ¶† Pro veritate prædictorum vidẽdum est, an possessio sit ius, vel factum. Bar. post Antiquos tenet, quòd sit ius per quatuor iura, & per vnam rationem, quam cõfirma, quia validum est argu. de contractu, & obligatione ad possessionem. l. qamuis saltus. ff. eo. Intellige postquã est quæsita. ita procedũt iura præalleg. & text. in l. si ea res. §. fi. in verbo, qui prior ius eius apprehenderit ff. de act. emp. in l. homo liber. §. fi. in verbo, ius est. s. tit. 1. quæ iura alleg. Gul. de Cun. in l. licèt. in 7. col. C. eod. licèt d. Alex. eo tacito sibi adscribat, & bonus text. in l. stipula-
32 tio ista. § si quis fortè. infra de verb. oblig. † Hinc est, quòd si in rescripto delegatorio Papæ dicatur, cognosces super iure, ꝙ habet Titius in tali ore, etiam de sola possessione per nomen iuris intelligitur delegata causa solius possessionis. ita tenet no. Inno. in c. Episcopi. de reb. eccle. non alie. quem apud Legistas refert, & sequitur Bald. in l. pen. in pen. col. supra si à non competen. iud. fue. appel. & in l. iubemus. §. sanè. secundo. in fin. C. de sacro. san. Eccles. & in l. si mulier. §. qui possessionem. s. quod me. cau. & in l. si quis ad se fundum. in 3. colu C. ad l. Iul. de vi pub. do. Ant. de Butr. in ca. 1. de cau. poss. & propri. ꝙ valde signa. Ad idem facit, quia possessio non cadit in seruo. l. nunquã. §. 1. de vsucap. ff. & l. possessio. §. 1. & l. ꝙ seruus. ff. eod. ergo non est facti, quia seruus est capax eorum, quæ sunt facti. §. sed cũ factum. inst. de stip. seruo. etiam si talẽ factum habeat adminiculum iuris, vt ibi. & isto fundamento vtitur Bart. ff. in 2. char. in vers. quæro quid iuris de detentatione. Sed in modo acquirendi, & sic in modo deducendi in esse, & sic à principio, quãdo apprehenditur possessio, dicitur esse facti, ita propriè loquuntur quatuor iura. s. allegata per Bart. præsertim text. in §. seq. qui in trib. locis dicit, *incipere possidere*. Similiter text. in §. si vir vxori. ff. ead. l. loquit̃ de apprehẽsione, & acquisitione possessionis, quæ non potest infirmari per ius ciuile. Item modi acquirendi possessionem sunt facti, sed ipsa possessio est ius secundum Bart. in §. 1. ff. ead. l. istud patet, siue consideremus ipsam apprehensionem, q̃ est meri facti, siue consideremus animum, & corpus, quæ requirunt̃ in acquirenda poss. l. 3. in prin. & l. quemadmodum. ff. eod. & l. licèt. C. eod. Nam animus est facti. l. bonæ fidei. s. titu. 1. Hinc videmus, ꝙ hæreditas iacens nõ potest acquirere possessionem, quia facti est. l. 1. §. Sceuola. s. si quis test. lib. esse ius. fue. Item in hæredem adita hæreditate ipso iure transeunt omnia iura hæreditaria, sed non possessio, nisi apprehendatur, quia facti est. l. cùm hæredes. in princ. ff. eod. & ita tene. Tamen subtilis do. Petr. de Bex. tenuit, ꝙ possessio etiam postquam est acquisita, sit facti, & eius opin. latè refert, & sequitur Lud. Rom. hic. sequitur etiam do. Iacob. de Put. Mouetur præfatus do. Petr. de Bex. per aliqua ex superius adductis, & postea per text. in l. possessionem pupilli. ff. eod. ibi, ꝙ. n. facti est, potest amittere. ad illum text. respondet do. Alex. ꝙ pupillus, quando apprehendit possessionem, si postea discedat à possessione, dicitur perdere, ꝙ facti est. i. ipsam possessionem, quæ facti est. tamen text. loquitur de ipsa possessione. Ego. ff. aliter respondebo. Secundò principaliter mouetur per text. in l. bonæ fidei. s. tit. 1. ibi, *illud ad factum pertinere*. Sed responde, ꝙ ibi dicitur, ꝙ poss. bonæ, vel malæ fidei dicitur facti, quia bona, vel mala fides pendet ab animo, qui est facti, & ita illum text. declarat Bart. in l. si is, qui pro emptore. in secunda char. ff. de vsucap. ¶ Adde, ꝙ idem, ꝙ possessio sit facti, tenet etiam Bald. in l. fin. in primis verbis. C. de edic. diui Adrj. tol. per text. in d. l. 1. §. Sceuola. ad quem. s. respondi. alibi tenet Bart. in d. l. si is, qui pro emptore. in 3. char. in 2. opp. prin. ꝙ possessio est mixta facti, & iuris. sequitur Petr. de Anch. in regula sine possessione. in 2. char. ita etiam tenet Aret. hic per text. in d. l. denique. s. ex quib. cau. maio. vbi text. dicit, ꝙ possessio plurimum facti habet, ergo etiam aliquid iuris. ad idem facit. l. possessio quoque. §. 1. ff. eod. ibi non tantum corporis, sed etiam iuris est, & lex stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de. verb. oblig. Et ꝙ possessio sit facti, probant quatuor iura primo alleg. per Bart. contra diffinitionem Ioann. ꝙ autem sit iuris, probant alia quatuor iura postea alleg. per Bart. & sic videtur, ꝙ sit mixta, & iuris, & facti. Raph. Cum. hic dicit se putare, ꝙ possessio non sit iuris, imò potius facti, quando est mixta, & habet effectus à iure, puta acquisitionis dominij, vel acquisitionis fructuum. Teneas opi. quam supra tenui, quicquid aliàs tenuerim, ꝙ possessio postquam est acquisita, & in esse deducta est iuris, sed à principio, quando acquiritur, & quando apprehenditur est facti, &
* *& ista est communis opin.* vt prædixi. Tamen contra istam communem opin. & sic pro opin. do. Petr. de Bex. videtur fortiter stringere text. in d. l. denique. s. ex quib. cau. maio. vbi dicit text. ꝙ possessio habet plurimum facti. Nec potes dicere, quòd ibi loquatur de possessione, prout à principio acquiritur per apprehensionem: patet, quia ibi loquitur de possessione iam acquisita, quæ fuit perdita per captiuitatem. Non. n. potuisset perdi si non fuisset acquisita. ita etiam est similis tex. in l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Tu considera pro responsione, ꝙ sicut possessio in actu acquirendi est facti, vt supra dixi, ita etiam prout est in actu recuperandi, tunc etiam facti est, & ideo postliminio non recuperatur possessio, quæ iam erat perdita, quamuis iura perdita recuperentur, quia ibi illa recuperatio est vna alia acquisitio, quæ requirit nouam apprehensionem, ideo dicitur facti, sed quando possessio est iam acquisita, & in esse deducta,
33 tunc dicitur iuris. Adde † prædictis, ꝙ est dare quandam possessionem incorporalissimam, quæ non adhæret reb. corporalib. sed quibusdam dationib. vel factis, & stat potius in abstracto quàm in concreto, & habet plurimum iuris, & magis quã alia possessio, quia reb. corporeis non adhæret, vt sic Ecclesiæ debeatur annuus census, vel aliquid annuum in signum superioritatis secundum Bal. qui ita formaliter dicit in l. 2. in 8. co-
34 lum. C. de serui. & aqua. ¶† Circa tertiam diffinitionem Azo.
* quam glo. sequitur, adde, ꝙ eam reprobat Bart. *& omnes*, quia diffinit possessionem, prout in esse producitur, & debet diffinire prout est in esse producta: nam apprehensio possessionis, & alij modi acquirendi possessionem non sunt propriè possessio, sicut nec modus acquirendi dominium, puta vsucapio non est dominium, vt est glo. in l. 3. ff. titu. 1. Confirmo, quia per verba huius diffinitionis ponuntur principia, ex quib. in esse producitur possessio. Nam dum dicitur, rei corporalis, est principium materiale, & dum dicitur animi, & corporis, est principium formale. Sed aduerte, quia in contrarium fortiter obstat, quia in illa tertia diffinitione dicitur, corporalis rei retentio, pondera illud verbum, retentio, per quod patet, quòd loquitur de possitione in esse producta, quia si voluisset diffinire prout producitur in esse, dixisset est rei corporalis apprehensio, quia illud quod nondum est in esse deductum, non potest dici teneri, sed bene apprehendi. Nec obstant illa verba corporis, & animi, quia etiam in possessione in esse producta retinenda, requiritur corpus ad retinendam naturalem, & animus ad retinendam ciuilem. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. eo.
35 & l. licet. C. eod. ¶ Circa diffinitionem Bart. † adde, quòd eam tenet Ang. in repe. l. si quis vi. § differentia. ff. cod. Sal. in l. 3. C. eo. do. Alex. hic. Istam diffinitionem Bart. reprobant Angel. Imo. Pau. de Castr. & Lud. Rom. hic per aliqua, quib. respondet do. Alex. hic, quem per te videas. ¶ Tu dic, ꝙ diffinitio Bart. in effectu est eadem cum diffinitione Ioann. quam supra tenui. Solùm addit Bart. non prohibitæ possideri, quæ verba non sunt in diffinitione Ioann. sed certa illa verba non sunt necessaria: patet, quia quando Iurisconsul. diffinit testamẽtum in l. 1. ff. de testa. de eo, ꝙ quis post mortem suam, non addit de quo sit licitum testari, cùm etiam ibi res sacræ, & religiosæ non possit in testamento relinqui, nec multa alia de quib. in l. apud Iul. § fin. & in l. si quis inquilinos. §. fin. s. de leg. 1. Similiter in diffinitione stipulationis posita in l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. vbi dicitur, ꝙ est verborum conceptio, quib. promittit se daturum,

non

non addit in diffinitione rem non prohibitam, cùm etiam res ſacra, & religioſa non poſſint in ſtipulationem deduci. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ꝟ.de verb.oblig. vnde inhabilitas rerum ſuperfluò videtur addi in diffinitione, cùm ſemper diffinitio
a intelligatur loqui de hæredib. [a] arg. l.vt gradatim. §.ſed & ſi lege.ꝟ.de mune.& ho.& l.1. cum glo.C.de ſac.ſan. Eccleſ. Et ſic teneas diffinitionem Ioann. & in effectu diffinitio Bart. eſt eadem. ¶Contra vtranque diffinitionem fortiter obſtat, quia vtraque diffinitio conuenit & detentationi, non dico aſininæ, prout reſpondet Bart. quæ eſt meri facti, ſed dico de detentatione rei, quam quis habet auctoritate iudicis, ibi.n.eſt ius inſiſtendi in re non prohibita poſſideri, quia qui detinet rē auctoritate iudicis, habet ius.l.ſi finita.§.ſi quis metu. ſupra de damn. infect.& tamen iſte non poſſidet, ſed detinet. l.3.§.fin. ꝟ.eod. & l.cùm legati.ꝟ.ex quib.cau. in poſ. eat. & l.1.§. quæſitum eſt.ꝟ. quorum lega.& ꝙ habeat ius, vltra tex.in d.§.ſi quis metu, etiā patet, quia habet pignus pretorium.l. 2. C.de præto. pigno. l. non eſt mirum.ſ.de pign. actio. declarat glo.magiſtra, in l.1.in princ.ſ.de pign.actio.ergo cùm neutra iſtarum diffinitionum, nec Ioann.nec Bart.conuertatur cum omni ſuo diffinito, prout debet bona diffinitio.l.1.§.dolum, & ibi not.Bart.ſ.de dolo. gloſſ. in l. nihil aliud eſt hæreditas, & in fin. ꝟ.de verbor.ſign.& Bar.hic in prima opp. Ergo neutra diffinitio eſt bona, quia qui detinet rem autoritate iudicis, habet ius illam rem retinendi, vt dicit Ioann.Item habet ius inſiſtendi rei, vt dicit Bart. & tamen non eſt poſſeſſio, ſed detentatio, vt expreſsè dicunt iura
36 præallegata. ¶Huic difficultati † quam mouet Ang. reſpondet dom. Alex.hic, ꝙ etiam detentatio eſt poſſeſſio largè ſumpta.l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.ꝟ.de verb.oblig.ca. cauſam. cum glo.de præſcrip.& gloſ.in §.1 in verbo, maximè.ꝟ.ead.l. Ideo hæc diffinitio poſſeſſionis in genere etiam conuenit detentationi, nec per hoc dicitur vitioſa.¶Iſta reſpōſio mihi nullatenus placet, quia aliud eſt poſſeſſio, aliud eſt detentatio, vt inquit text.in l.3.§ fin.ꝟ.eod & in alijs iuribus. ſ.alleg.Item cùm iſta ſit diffinitio, certè ex diffinitione ſumitur propria ſignificatio, vt declarat Bart.in l.omnes populi.ſ.de iuſti. & iur. in 3.q.6. q.princ.ergo in ea non cadunt impropria. ¶Tu reſponde, ꝙ detentatio eſt facti, vt firmat Bart. ꝟ. in ſecunda char. in verſic. quæro quid de iuris detentatione, & ibi reſpondet ad d.l.ſi finita.§.ſi quis metu.ibi dicetur, patet, quia detentatio eſt quędam ſimplex cuſtodia.l.cùm legati.ꝟ.ex quib.cau.in poſſeſ.ea. declarat Bart.ꝟ.circa fin. Ergo non eſt ius, prout in poſſeſſione, quia ius, ꝙ eſt in poſſeſſione, eſt aptum producere ciuiles effectus ratione acquiſitionis domij per vſucapionem, vel per præſcriptionem, vel acquiſitionis fructuum, vt infra declarat Bart.dū diffinit in ſpecie poſſeſſionem naturalem, & poſſeſſionem ciuilem. Sed detentatio eſt quædam ſimplex cuſtodia, vt dixi. Item Ioann.in diffinitione addidit, detinendi ſibi Sed in detentatione quis non poſſidet ſibi, niſi quo ad ſecuritatem.l.ſi rem mobilem.in princ.in verſ.tibi.ꝟ.eod.& ita habes expeditam to-
37 tam ſecundam partem gloſ.¶†In ead glo. ad fin. habes, quòd res mobiles non dicuntur propriè poſſideri. idem tenet glo. in l.1.in glo.1.C.vti poſſide.& glo.in l.1.ꝟ.vtrobi.Iſtam concluſionem glo.reprehendunt Dyn.Bart. Albe.& cæteri Doct.per aliqua fundamenta de quib. hic per Barto. ſed aduerte ad vnum fundamentum Bart.dum facit talem conſequentiam. Pro rebus mobilibus competit interdictum vtrobi, ergo res mobiles propriè poſſidentur, reprobat do.Alex. quia iſta non eſt bona conſequentia: nam pro rebus incorporalibus competit interdictum retinendæ, & ſic interdictum vti poſſide.l.quoties, ſecunda.ff.de ſeruitu.tit.generali. & l.1.in princip. infra vti poſſide. & tamen non propriè poſſidentur.l.3.in princ.ꝟ.eod. & l.ſequitur.§. ſi viam. infra de vſucap. ¶Tu defende clarè Bartol.
38 † quia pro ſeruitutib.& ſic pro incorporalib.non datur interdictum ſimpliciter, & propriè, ſed cum nota improprietatis veluti poſſeſſorium. ita eſt text. in l. pen. in fin.ſ. de ſerui. Sed pro reb. mobilib. datur interdictum retinendæ propriè, ſine nota improprietatis l.1.ꝟ.vtrobi.alleg. per Bart. & §.retinendæ.inſtit. de interdictis. ¶Ego reprobo aliud fundamentum Dyn.ꝙ ſequitur Bartol. dum dicit res mobiles vſucapiuntur. l.vni.C.de vſucap.transfor. Sed ſine poſſeſſione non procedit vſucapio.l. ſine poſſeſſione.ꝟ.tit.1.Ergo res mobiles propriè poſſidentꝰ.Iſta
39 † argumentatio licèt cæteri eam ſequantur, nō eſt bona, quia incorporalia, & ſic ſeruitutes præſcribuntur.l. ſeruitutes.magna.& ibi glo.magiſtra.ſ.de ſerui. & l.1.& 2. vbi glo. & Bart.C. eod. & tamen in eis non cadit propriè poſſeſſio. l. ſeruus.§.incorporales.ſ.tit.1.& d.l.ſequitur.§.ſi viam. ꝟ.titu.1. ¶Pro communi opinio.adde bene facere text.in l.1.ꝟ.de furt.& in §.1.inſt. de oblig.quæ ex delic.vbi ponitur diffinitio furti, ꝙ eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa gratia ipſius rei, vel vſus eius, vel poſſeſſionis ſuæ.pondera illud vel poſſeſſionis ſuæ: Nam furtum ſolum cadit in reb.mobilib.§.cùm autem.inſt. de vſucap. & ibi in diffinitione dicitur eſſe poſſeſſionem rei mobilis, &
40 † in diffinitionibus verba propriè ponuntur, vt declarat Bart. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in 3.quęſt.6.quæſtionis prin. ad fin. ¶Tenendo communem opin. contra gloſ. quomodo reſpondebimus ad fundamentum gloſ. de alluſione vocabuli, quia pedum poſitio non cadit in reb.mobilib. reſpondet Bart. ꝙ vbi habemus diffinitionem, magis attenditur diffinitio quā alluſio vocabuli, vt patet in teſtamento, vt hic per eum, cum
* quo *omnes transeunt*. ¶Sed tu caue, quia non habemus diffinitionem poſſeſſionis traditam à Legiſlatore, ſicut habemus in teſtamento, vbi Legiſlator ponit, & alluſionem & diffinitionem, ſicut etiam in furto Iuriſconſul.ponit alluſionem, & diffinitionem.in d.l.1.ꝟ. de furt.in d.§.1.inſti. de oblig. quæ ex delib.aliàs nunquam procederet argum.ab etymologia vocabuli, quia ſemper poſſet magiſtraliter fieri diffinitio contra infinitos text. quos allegaui ſupra in ſecunda parte glo.¶Vnde aduerte, ꝙ alia reſponſio poteſt colligi ex fundamentis Bartol. & poſſumus dicere, ꝙ text.noſter non ſtetit in ſimplici alluſione, ſed ſubdit, quia naturaliter tenetur, ꝙ eſt generale ad omnem actum tenendi.Item ſubdit, quæ terra, mariúe capiuntur, & ſic expreſsè loquitur de mobilibus. Item in §.1. ꝟ. ead.l.dicitur in manu.poſuerit, & ſic ſufficit quocunque actu corporeo teneatur, & ſic pedum poſitio capitur pro quocunque actu corporeo, non ſolùm ſi poſſeſſio apprehendatur pedibus, ſed etiā ſi manibus, aut aſpectu ſeu oculis. l. ꝙ meo. §. ſi venditorem. vbi glo. ꝟ. eod. & tu vltra Bart. pondera iſtum text. in dictione quaſi, dum dicit pedum quaſi poſitio, & ſic non ſimpliciter dixit pedum poſitio, & illa dictio, quaſi, regulariter eſt nota im-
41 proprietatis, vt dixi ſupra in ſecunda parte gl.¶†Iſta concluſio Doct.facit in practica ad q. ꝙ ſi teſtatur legat Titio poſſeſſiones ſuas, vel poſſeſſionem rerum ſuarum, vel aliquis vendit omnes poſſeſſiones ſuas, ꝙ intelligitur etiam de mobilibus nedum de immobilibus, cùm etiam res mobiles propriè poſſideantur ſecundum communem opin. ſ. relatam, & ita aliàs fuit determinatum in contingentia facti vltra montes, prout refert Bart.in l.vxorem. §.legauerat. ſ.de leg. 3. & ita etiam tenet Iacob.de Rauen. Alb. de Roſ. in l. veterib.per illum text.ſ. de pact. ¶Adde text. in l. 1.& ibi gloſ.1.C. de commu.rer.alie. quamuis contrarium teneat Alber. de Roſ. ſibi contrarius hic per.l.1.& l.rura.C.de omni agr.deſer.lib.11. Idem tenet Gul.de Cun.in l.licèt.C.de acquit.poſſ.per dicta iura, & per l.filij.§.fin. ꝟ.ad municip.& l.2.C.de fideiuſ. minor.& l. ab executione.C. quorum appel.non recip.in quib.iurib. poſſeſſio intelligitur de immobilibus. Sed ibi in dictis iurib.illud eſt propter ſubiectā
42 materiam.¶†Veritas tamen eſt, ꝙ ex communi [b] vſu loquen-
b di, qui in omni materia præfertur cuicunque propriæ ſignificationi, vt eſt glo. nota. in l.librorum.§. ꝙ tamen Caſſius.ſ.de leg.3.dixi aliàs plenè in rubr. ſ.de oper. noui nun. appellatione poſſeſſionum intelligūtur res immobiles, ideo in quæſtio.prædicta intelligeretur de immobilib. ꝗa res mobiles penes vſum loquendi communem non capiuntur pro poſſeſſionib. & ita tenent Cyn. & Bald.in l.fin. C.de compenſa. Bart.in d.l. vxorē. §.legauerat.in fin. Bald.in l.1.ff. de ſtat.hom. Rayn. in d.l.filij.§. fin.& do.Alex.hic.& ita habetis expeditam glo.primam.¶Capio glo.in verbo, quia naturaliter.iſta gl. ponit vnde habuit originem, & qualiter perdatur poſſeſſio, & ſic ponit principium, & finē, & ſic alpha, & ω, vnde diuiditur in duas partes princ. in prima declarando text. effectualiter ponit à quo iure proceſſit poſſeſſio.In quo Bart.facit 3.quæſt.princ.In ſecunda per viā not.quærit qualiter perdatur poſſeſſio, & ponit quatuor opin.
43 Secunda ibi, item not.ꝙ ex eo.¶† Prima pars glo. eſt clara, & vult, ꝙ poſſeſſio ſit inducta de iure naturali primæuo. intellige non de eo, ꝙ eſt commune omnibus animantibus, quia feræ non poſſunt poſſidere, ſed intellige ius naturale pro iure gentium prout ſemper intelligitur, quando refertur ad rationem.§.ſingulorum.inſti.de rer.diu. & ita declarat.ꝟ.glo. magna in verbo ait.& glo.in l.licèt.C.eod.item intellige, ꝙ eſt introducta de iure gen-

ADDITIONES.

a ¶De hæredib. Adde, quòd iſtud voluit hic Alex.colu.5.verſ. Rom.impugnat. PVRPV.

b ¶Ex communi. Adde ea, quæ ponit Iaſ.in d.rub.& vide, quæ ponit Fel.in glo. Decret.col.2.verſ.ex quib.vtiliter, & in colu.ſeq.& ibi, quia alleganti communem vſum loquendi incumbat onus probandi, & adde, quod quando agitur de probando communem vſum loquendi pro interpretanda aliqua diſpenſatione debet articulari, & probari, quòd talis vſus loquendi vigebat tunc, quando diſpoſitio facta fuit. ita Soc. in l.Gallus.§. ſi eius.colu.fin.verſ. & not.circa hunc communem vſum. ſ.de lib. & poſthum. & quod communis vſus loquendi in omni materia attendatur, adde Alex.in conſ.10. colu.8. verſ.2.quia dictum eſt.in 1.vol.

re gentium secundario, quo iure status seruitutis est annihilatus. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. serui enim sunt capaces eorũ, quæ sunt de primo iure gentium, puta obligationis naturalis. l. si id ꝙ. & ibi Bart. & alij declarant. ff. de cond. indeb. & tamen non sunt capaces possessionis. l. ꝙ seruus. ff. eod. hoc etiam patet in hoc text. vbi dicitur, ꝙ dominium cœpit ab illa naturali possessione, sed dominia fuerũt inuenta à iure gentium secundario. d. l. ex hoc iure, & circa hoc latius insistit Aret. & Mod. Senen. & ego aliàs tetigi, sed non expedit, quia non est materia nostra, sed d. l. si id ꝙ. ¶Secunda pars principalis subdiuiditur in octo particulas In prima per viam not. quærit, qualiter possessio naturalis amittatur Et ponit primam opin. Antiquo. reprobatam à Roge. In secunda ponit secundã opi. Pla. & Azo. contra illam opin. opp. & soluit. In tertia ponit opin. Aldrici. In quarta ponit distinctionem Ioann. quadrimembrẽ ab om-
* nib. *communiter* approbatam, & duo prima membra expedit. In quinta circa illa duo membra format duas quæstio. In sexta expedit alia duo membra. In septima quærit de ratione diuersitatis inter duos primos casus, quare in eis per exitum à possessione perdatur naturalis possessio, & secus sit in alijs duob. & videtur assignare tres rationes. In octaua, & vlti. ponit de ciuili posses. qualiter amittatur, & sic qualiter retineatur. inferendo duas esse possessiones. Secunda ibi, [sed Pla. & Azo. dicũt.] Tertia ibi [Aldr. dixit.] Quarta ibi, [tu distingue secũdum Io.] Quinta ibi, [sed quid si nõ est in conspectu.] Sexta ibi, [si autẽ per alium,] Septima ibi, sed quare retinetur. [Octaua, & vlt. est ibi,] & hæc omnia de naturali & hanc secundam partem principalem illius secundæ glo. prosequere, vt per Bart. in 5. q. princ. in vlt. col. vbi post glo. reprobat tres primas opiniones re-
44 latas in glo. † Adde circa tertiam opin. Aldr. inquantum dicit, ꝙ naturalis, & ciuilis simul esse non possunt, Bart. per verba aliqualiter obscura dicit, ꝙ istud potest esse assumendo ciuilem, & naturalem propriè, prout ipse tenet in 2. quæst. princ. vbi tenet naturalem possessionem propriè esse illam, quæ est apud vsufructuarium, & similes, & sic capiendo possessionem naturalem pro illa formali, quæ est apud vsufructuarium, qui possidet naturaliter. l. naturaliter. in princ. ff. eod. proprietarius autem possidet ciuiliter. l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog. declarat glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. eod. Sicut ergo vsusfructus formalis, qui est seruitus personalis. l. qui vsumfructum. infra de verb. oblig. non potest esse apud directum dominum. l. vti frui. in prin. ff. si vsusfru. peta & l. in re communi. ff. de serui. vrb. prædio. ita possessio naturalis formalis, quæ est apud vsufructuarium, non potest esse simul cum ciuili, quæ est apud proprietarium, quia sicut non datur concursus proprietatis cum vsufructu formali, ita non datur concursus possessionis naturalis formalis simul cum ciuili. Sed capiendo ciuilem, & naturalem possessionem largè, & impropriè, vt ipse Bart. capit, nihil repugnat, quin possint simul concurrere, prout tenet glo. hic in quarta opin. Ioann. Sicut etiam concurrunt naturalis, & ciuilis obligatio. l. iuris gen. §. igitur nuda. ff. de pact. ¶Circa quartam opin Ioann. quadrimembrem quam Bart. tantum commendat, & dicit esse veram, & sine aliqua reprehensione procedere, & ꝙ prosequendo quatuor casus ita perfectissimè loquitur, ꝙ additione non indiget, & ita Bart. & Scriben. parum aut nihil addunt, sed simpliciter transeunt cum ista opin. Idẽ
45 tenent glo. & Doct. in l. licèt. C. eod. ¶† Aduerte licet Bartol. & omnes indifferenter trãseant, ꝙ quando possessio naturalis est iuncta simili cum ciuili, siue quis possideat vtranque per se, siue per alium exeundo de fundo, qui non sit in conspectu per 10. miliaria, nec sit in propinquo, perdit naturalem possessionem, eo quia quando naturalis est simul iuncta cum ciuili, tũc illa naturalis non potest retineri animo, sed requiritur corpus. l. licèt. C. eod. & l. clàm possidere. § qui ad nundinas. ff. eod. Secus quando est naturalis sola, quia illa retinetur solo animo, & sic exeundo de fundo, quamuis non sit in conspectu ad. 10. miliaria, nec prope, tamen illam non perdit, sed retinet animo, vt est text. in l. 3. §. vnde vi. supra de vi, & vi arma. ¶Mihi nullatenus placet ista differentia glo. & Doct. & videtur contra omnem rationem mundi. vnde credo, ꝙ sit differentia, an naturalis, & ciuilis sint simul iunctæ, an naturalis sit de per se, quia vtroque casu credo, ꝙ retineatur etiam naturalis animo, nisi alius tertius ipsam possessionem ingrediatur, quia tunc bene verum est amitti naturalem. ita punctualiter loquitur text. in d. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas, & ratio est, quia tũc duo non possunt eandem rem naturaliter insolidum possidere, etiam diuersis qualitatibus: puta, vnus iustè, & alius iniustè, vt est text. in l. 3. §. ex contrario. in vers. quem Labeo. ff. eod. Sed extra istum casum non video, quid obstet, quare naturalis iuncta cum ciuili non retineatur animo per exitum possessionis. Moueor fundamento, quo Bart. & Doct. reprobant duas opin. præcedentes, in quib. exitus de possessione non est causa perdendæ possessionis. l. si id ꝙ. §. 1. & fin. ff. eod. & d. l. clàm possidere. §. fin. quia solo animo retinetur. d. l. licèt. C. eo. quia in perdenda possessione requiritur animus. l. 3. §. in amittenda. & l. quemadmodum. ff. eod. vnde licèt desinat insistere in re, non tamen per hoc habet animum perdendi, ergo eam non perdit. ista ratio militat etiam, quando naturalis est iuncta cum ciuili, & non præsumitur animus perdendi, cùm nemo præsuma-
46 tur iactare suum. l. cùm de indebito. in prin. ff. de proba. ¶† Secundo moueor, quia opin. communis videtur esse contra omnem rationem mundi. Nam planum est, ꝙ ciuilis sola magis quàm alia retinetur animo. d. l. clàm possidere. §. fin. & d. l. licèt. & sic in ista glo. in fin. Item naturalis sola retinetur animo. d. l. 3. §. vnde vi. infra de vi, & vi arma. & hic in gl. & isti duo casus procedunt sine scrupulo, ergo multo fortius, quando naturalis est iuncta cum ciuili, deberet retineri animo ratione vnionis, & coniunctionis, quæ vnio debet habere effectum retentionis animo, sicut in simili substitutio pupillaris non transmittitur, quando substitutus moritur ante pupillum. l. si ex plurib. supra de suis, & leg. tamen quando substitutio pupillaris est vnita cum iure accrescendi, tunc propter vnionem transmittitur, quæ aliàs non transmitteretur, vt est text. sing. in l. qui patri. ff. de acquir. hær. Similiter institutio conditionalis non transmittitur ad hæredes, si institutus moriatur ante euentum conditionis. l. vni. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cadu. tol. & tamen pars institutionis conditionalis iuncta cum iure accrescendi bene transmittitur, vt est text. sing. in l. qui ex duab. in princ. cum glo. secundum intellectum Bart. ff. de acq. hær. ecce qualiter vnio operatur illud, ꝙ per se non haberet locum, ergo quãdo possessio naturalis est iũcta cum ciuili ratione vnionis deberet fortius retineri animo, quàm quando est sola naturalis de per se, quæ tamen retinetur animo. ¶Confirmatur & fortius, quia si vnio potest operari in vnito contra naturam vniti, vt dictis iurib. quanto fortius conseruabit naturam vniti, & sic possessionis naturalis vnitæ cum ciuili, per regulam. l. patre furioso. supra de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & c. quemadmodum. de iureiuran. ¶Tertiò moueor, quia non potest reddi bona ratio diuersitatis inter vnum casum, & alium, quare naturalis, quãdo est sola, retinetũ animo, & non quando est iũcta cum ciuili. Nec obst. ratio diuersitatis, quam assignat ista
* glo. in pen. part. & Bart. *& omnes sequuntur*, ꝙ quando naturalis est iuncta cum ciuili, animus satis operatur circa retentionem ciuilis, ideo nihil operatur circa naturalem, secus, quando est sola naturalis, tunc animus operatur in ea retinẽda, quia aliud
47 operari non potest. ¶† Confirmãt Bart. & Alber. quia animus non operatur in retentione duarum possessionum. argum. l. ꝙ Labeo. ff. de compensa. vbi de vna quantitate non potest quis plures compensationes opponere, sicut nec res iudicata circa vnum actum, potest operari circa alium secundum Bar. ¶Ista ratio glo. & Doct. nihil penitus valet, & hoc ostendo ad oculum, & intellectum, quia si quis habet multas ciuiles possessiones solas, & multas naturales solas in multis alijs locis, omnes retinet animo, licèt sint in absentia, ergo apparet, ꝙ imò animus operatur retentionem plurium possessionum, ergo ratio glo. & Doct. non est vera, si dicis animus bene potest operari circa plures possessiones, quæ non differant specie, sed numero, vt in plurib. ciuilib. vel in pluribus naturalibus, sed nõ in plurib. possessionib. quæ differant specie, & numero, vt in naturali, & ciuili, quando sunt simul iunctæ, quia dico istud apertè tolli per d. l. ꝙ Labeo. ff. de compensa. alleg. per Bart. Item illæ plures naturales solæ, illæ ciuiles solæ in diuersis locis differunt inter se in specie, & numero. ¶Præterea, ꝙ ratio gl. & Doct. non sit vera, patet euidenter, quia animus magis operatur, & magis fatigatur in retinẽdo multas ciuiles in multis locis, & multas naturales in alijs multis locis, quàm vnam naturalem iunctam cum ciuili, cùm sit in eodem loco. ¶Non omitto, quòd Mod. Senen. assignant hic aliam rationem diuersitatis, & quidem subtilem, & coloratam, quia quando est naturalis, & ciuilis simul, ideo exiens de fundo non retinet naturalem solo animo, eo quia lex, & natura nihil operantur frustra. l. qui bis. ff. de verb. obl. l. hæc stipulatio. §. diuus. cum similib. ff. vt leg. nom. cauea. Sed retentio talis naturalis nullius esset effectus, & nullius vtilitatis, patet, quia omissio naturalis non affert aliquod præiudicium. d. l. licèt. in fin. & d. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. eo quia ciuilis sola est illa, quæ operatur iuris effectus, puta præscriptionis, & sic acquisitionis dominij. Item acquisitionis fructuum, vt declarat glo. & ibi omnes in l. 3. §. ex contrario. ff. eod. sed quando est naturalis sola, illa bene operatur ciuiles effectus, vt declarat Bart. hic in 2. q. princ. ¶Et si diceres,
38 † ꝙ imò talis naturalis potest esse vtilis, eo quia Princeps sine causa posset tollere ciuilem tanquam inductam à iure ciuili,

non

non tamen poſſet tollere naturalem inductam à iure gẽtium,
ſecundum glo.& Doct.in l.fi.C.ſi ꝯ ius,vel vti.pub.& in c.quæ
in eccleſiarum.de conſti.quam vtilitatem couſiderat Aret.hic
ad aliud propoſitum,quia reſpondent Mod.Senen.dupliciter.
Primò,ꝙ ex quo talis naturalis eſt parui præiudicij, vt dixi,po-
teſt tolli à Principe ſine cauſa, licèt ſit de iur.gen.arg.l.quoties.
C.de precib.impe. offe. ſecundum not. in d.c. quæ in eccleſia-
rum.Secundò reſpondent,ꝙ ex quo iſtud dependet à poteſta-
te Principis, non eſt in conſideratione quo ad iuris diſpoſitio-
nem.l.4.§.1.s̃.de fideic.liber. & l.apud Iul.§. fi.s̃.de leg.1. ¶Iſta
ratio diuerſitatis licèt ſubtilis,tamen non eſt bona, quia ea at-
tenta non eſſet dare apud aliquem naturalem, & ciuilem poſ-
ſeſſionem ſimul, quia fruſtratoriè diſponeretur de naturali,ex
quo ciuilis ſola operaretur iuris effectus. Et tamen hoc eſt no-
toriè falſum, quia pars poteſt habere naturalem, & ciuilem
poſſeſſionem ſimul per ſe,vel per alium, vt hic glo. Modo ar-
guatur ſic, à principio licèt fruſtratoriè inducit naturalẽ ſimul
cum ciuili, vbi naturalis nihil operatur, ergo facilius debet ſic
inductam conſeruare per regulam.d.l.patre furioſo. Præterea
licèt naturalis non ſit vtilis quo ad præſcriptionem, quia ciuilis
eſt illa, quæ cauſat præſcriptionem, vel vſucapionem, vt per
Bart.& Doct.in l.3.§.ex contrario.j̃.eod.& in l.ſi vt certo.§.nũc
videndum.ſupra commo.Tamen poteſt eſſe vtilis quo ad alia
plura:nam vtile eſt plura iura habere.ſ.naturalem, & ciuilem,
& quia renunciando vni non cenſetur alij renunciare. l.ſi do-
mus.de ſeruitu.vrba.prædio. & ſic concludo contra glo.Bart.
& omnes,ꝙ ſiue naturalis ſit ſola, ſiue ſit iuncta cum ciuili, ꝙ
retineatur animo,nec video aliquid vrgere in oppoſitũ. ¶Vl-
49 timò inquantum † iſta glo.in fin.dicit, ꝙ poſſeſſio ciuilis ſem-
per retinetur animo quocunque vadat,qui eam habet.Iſta cõ-
cluſio eſt vtilis in practica,quia donec dominus abſens retinet
ciuilem poſſeſſionem rei,quæ eſt in abſentia, interim alius na-
turaliter poſſidens non poteſt præſcribere, & ſic donec abſens
retinet ciuilem animo,contra eum nunquam præſcribitur.gl.
eſt ſolen.& valde ſignanda in l.1.in glo. magna ad fin. C.de ſer.
fugiti.& ibi Bart. & alij circa fin. ad hoc multum not. & com-
mendant iſtam glo. idem tenet Bart.in l.Celſus. in 4. colu.j̃.de
vſucap.do. Abb.in c.vigilanti.in 1.col. de præſcrip. & eſt ſimi-
lis glo.in § ſed aliquando.Inſti.de vſucap.& in l.malè agitur.in
glo.mag.cir.med.C.de præſcrip.30.vel 40.annorum. ¶Iſta do-
50 ctrina † eſt valde vtilis in materia præſcriptionum,quando al-
legatur præſcriptio contra aliquem,quæ dicitur completa.Ad
eam excludendam habes replicare, ꝙ dominus ſemper reti-
nuit ciuilem poſſeſſionem animo, licèt abſens. Ergo interim
51 contra eum non potuit aliqua præſcriptio currere. ¶†Et ſi di-
cis, quando ergo iſte poſſidens incipiet præſcribere contra ci-
uiliter poſſidentem? dic quando ille deſinet ciuiliter poſſidere,
& non ante,vt eſt ibi gloſ. valde not. & ſic quando ſaltem erit
elapſum longum tempus,& ſic ſpatium.10.annorum ad hoc,
vt præſumatur obliuio.l.peregrè.in princ. j̃.eod.nam iſto mo-
do amittitur illa ciuilis poſſeſſio.gloſſ.eſt in l. ſi de eo. §.1.& ibi
Bart.vbi dicam.j̃.eod gloſ.not.& magiſtra in l.furtum. §.1.j̃.de
vſucap.& in d.l.licèt.& ibi Bald. & Ang. C.eod. dixi plenius in
52 d.l.1.C.de ſer.fugi.vbi videas. ¶Item circa iſtam † glo. ponen-
tem qualiter perdatur poſſeſſio,aduerte, ꝙ rebellio ſubditorũ
non priuat principem,vel ſuperiorem poſſeſſione, niſi ſubditi
eum actualiter expellerent de terris,vel caperent,& ponerent
in carcerib.l.1.§.pen.j̃.de vi,& vi arma. & l.moueor.C.ſi ſeruus
expor.vene. ita egregiè tenet Bald. in l.2.C. de ſerui. & aqua.in
10.col.in 3.quæſt. ad fin. quem ſequitur do. Alex.in conſ.94.5.
vol.inc.viſis,& ſępius recenſitis.in 1.& 5.colum.ꝙ valde ſigna.
¶Extra iſtam glo. quærit Barto. an habens corporalem poſſeſ.
eam perdat exeundo fundum, an verò eam retineat animo,
dic,vt hic per eum. Item quærit Bart. an detentatio retineatur
53 animo,concludit,quòd ſic durante cuſtodia.Et per.h.d. † An-
gel.fuiſſe determinatum Florentiæ, ꝙ miſſus in poſſeſſionem
ex primo decreto, qui dicitur detentator, & non poſſeſſor.l.3.
§.fin.& l.ſi quis ante.infra eod.retinet eam animo, & ideo licèt
ſteterit per plures annos,ꝙ ad eam non acceſſerit,poteſt pete-
re ſe immitti ex ſecundo decreto,quia primam miſſionem ani
mo retinuit.Idem tenent Ang.& Imo.in l.ſi finita.§. ſi quis me
tu.s̃.de damn.infect. vbi etiam Bart. per illam text. idem not.
ꝙ hic.ita etiam tenet Ang.in l.clàm poſſidere.§.1.in 2.col.& in
l.ſi quis vi.§.differentia.& in l.peregrè.§. fin.s̃.eod. ¶Sed tu ad-
uerte,ꝙ text.in d.§.ſi quis metu. ponderatus per Barto.& Scri-
ben.hic,& ibi,non loquitur in ſimplici detentatione, puta co-
loni,vel inquilini, ſed loquitur in miſſione ex primo decreto,
quæ habet aliquid iuris, cùm cauſet prætorium pignus. l. 1.C.
de preto.pig.& l.non eſt mir.j̃.de pign.act. Et ita reſpondet ip-
ſemet Bart.hic in ſecunda char. dum quærit, an detentatio ſit
factum, vel ius. ¶Capio gloſſam in verbo, ait.quæ examinat,
quotuplex ſit poſſeſſio,an duæ, an vna. diuiditur magiſtraliter
in quatuor partes. In prima declarando text. ponit primã opi.
Pla.& Azo. ꝙ vna tantum ſit poſſeſſio. ſ.naturalis. In ſecunda
ponit ſecundam opin.Ioan.quam approbat, ꝙ duæ ſunt poſ-
ſeſſiones.ſ.naturalis, & ciuilis. In 3.opp.de l.licèt. C.eod.& du-
pliciter reſpondet,vno modo ſecundum opin.Ioann. alio mo
do ſecundum opin.Plac.& Azo. In quarta ponit aliud funda-
mentum contra Azo.per ꝙ ſequitur opin. Ioan.Secunda ibi,
[at Ioan.& alij.]Tertia ibi,[ꝙ ergo dicitur.]Quarta, & vltima
54 eſt ibi,[ſi autem me abſente.] ¶In eadem gl. † ad fin. pro cla-
ra intelligentia glo. reaſſumo in dubium,quotuplex eſt poſſeſ-
ſio.in glo.ponuntur duæ opi. prima eſt opin.Pla.& Azo. quòd
vna tantum ſit poſſeſſio.ſ.naturalis.iſtam opin.approbat glo.in
l.licèt.C.eod.& glo.in l. ſi vt certo.§ ſi duob. vehiculum. s̃.cõ-
mo.In ſumma ergo vna eſt poſſeſſio naturalis inducta à iure
gentium, quæ poteſt dici ciuilis approbatione, & extenſione,
& iſtam habet poſſidens,dum in re naturaliter inſiſtit, & eam
retinet dum ſe abſentat à re myſterio iuris ciuilis. ¶Iſtam opin.
latè defendit inſignis doctr.d.Petr. de Bexu. & ſequitur do.Iac.
Puteus hic per plura, licet leuia fundamenta. vltra eos omiſ-
ſis leuibus pro iſta opin.ſtringit text.in l.3. §.genera.j̃.eod.& in
55 verſ.*& in ſumma vnum eſt genus poſſeſſionis*,& ſic vna ſpecies.†Nã
illud, ꝙ eſt ſpecies apud Logicos, & prædicatur de pluribus
indiuiduis,vt homo, apud Legiſtas dicitur genus, vt declarat
Bart.in l.2.§.mutui datio.ſupra ſi cert.pet.& in l.Meuius.§.duo-
bus.ſupra de leg.2.in l.legato generaliter.ſupra de leg.1.cùm er
go ibi dicatur, ꝙ poſſeſſionis vnum eſt genus, eſt ac ſi dixiſſet
vna eſt ſpecies, quæ prædicatur de multis indiuiduis ſcilicet
pro emptore,pro hærede,pro donato, pro dote, & ſimilibus.
ergo ibi eſt text.apertus pro opin. Plac. & Azo. ꝙ poſſeſſionis
vna eſt ſpecies,& non duæ. ¶Sed reſponde ſecundum Bart.&
Doct.ibi,quòd ille text.vult dicere, ꝙ eſt poſſeſſio in genere ſi-
cut,& reperitur actio in genere, & illa poſſeſſio in genere diui-
ditur per ſpecies. vnde Bart. s̃.diffiniuit primò poſſeſſionem in
genere, poſteà in hac gloſſ. diffiniuit quamlibet eius ſpeciem,
nec eſt verum,ꝙ illa.ſ.pro hærede, pro emptore, pro donato,
vel pro dote,ſint indiuidua ſpeciei, imò ſunt cauſæ, & modi
acquirendi poſſeſſionem, & ſic qualitates ſeu accidentia, quæ
non faciunt res differre ſpecie, vt hic per Bart. & infra dicetur.
¶Secunda eſt opin.Ioannis, ꝙ duplex eſt poſſeſſio, naturalis,
& ciuilis.pro qua Dyn.in regula ſine poſſeſſione. de reg. iur.lib.
6.vbi diſputant iſtum paſſum, alleg.duos bonos text.ſ. in l.2.§.
ꝙ vulgo.infra pro hærede.in verbo,poſſeſſio non ſolùm natu-
ralis,ſed etiam ciuilis.& text.in l.1.§. deijcitur.in verbo, ſiue ci-
uiliter ſiue naturaliter.infra de vi, & vi arma. & eſt ſimilis text.
in l.3.§.fi.in verbo,*non ſolùm eũ,qui ciuiliter,ſed eum,qui naturaliter.*
ſupra ad exhiben. Et dicit Ang.hic, ꝙ alia iura loquuntur per
aduerbia.ſ.ciuiliter. & naturaliter. Sed text.in d.§. ꝙ vulgo.lo-
56 quitur per nomina.ſ.ciuilis, & naturalis, quæ † nomina ſigni-
ficant ſubſtantiam,vt dicunt Grammatici. & not.in rubr.s̃.de
rei vend. Tu dic, ꝙ etiam text.in d.l.1.§.deijcitur. non ſolùm
dicit per aduerbia, qui poſſidet ſiue naturaliter ſiue ciuiliter,
ſed ſubdit, nã & naturalis poſſeſſio, & pro ſuo,illa pro ſuo eſt
ſignificatiua vſucapionis, & ſic ciuilis poſſeſſionis, quia ciui-
lis eſt illa,quæ cauſat vſucapionem, vt hic per Bart. ſed Barto.
reſpondet, ꝙ illa iura nihil faciunt, quia appellant naturalem
poſſeſſionem. i.detentationem, licèt Bart. non probet iſtã ſol.
quæ videtur eſſe violenta ad illum text. tu potes probare per
text.in d.l.2.§ ꝙ vulgò.in illatione, vbi loquitur de colono, &
depoſitario, qui dicuntur detinere.l. licèt.§.rei depoſitæ.s̃. de-
poſiti, & ſic illatio oſtendit illum text. loqui de detentatione,
ita voluit dicere Bart.¶Sed tu aduerte, quia gl.ibi licèt in prin.
ponat iſtam reſponſionem,tamen finaliter intelligit,ꝙ ille tex.
loquatur de detentatione impropriè. Nam text. ibi dat regu-
lam,ꝙ poſſeſſio naturalis, vel ciuilis non poteſt mutari niſi ſu-
perueniente iuſta cauſa,& per hoc infert, ꝙ colonus,& depo-
ſitarius,qui detinent.non poſſunt ſe conſtituere poſſeſſores, ni
ſi noua cauſa ſuperueniat,& ſic Iuriſconſul.ibi arguit à fortio-
ri, quia ſi habens veram poſſeſſionem non poteſt ſibi mutare
cauſam poſſeſſionis, à fortiori ſequitur, ꝙ minus poterit ha-
bens tenutam,vt colonus,& depoſitarius. Et ita arguit text.in
l.non ſolùm.§.1.in fin.infra titu.1.¶Præterea, & fortius,ꝙ iſta
ſol.Bart.ad d.l.1.§.deijcitur.nullatenus poſſit defendi,patet.ſ.ꝙ
ibi dum loquitur de naturali poſſeſſione,intelligatur. i. deten-
tatione,vt dicit Bart.Iſtud nullo modo poteſt ſtare. Nam text.
ibi dicit,ꝙ naturalis poſſeſſio, & pro ſuo, & ſic ciuilis, ad illud
interdictum pertinet, & ſic ſecundum intellectum Barto. ille,
qui habet detẽtationem, ſi deijciatur haberet illud interdictũ.
Sed iſtud eſt expreſsè contra illum text.in fin.dum dicit non ta
men colonus.Ergo ſol.Bart.nullatenus procedere poteſt, ergo
ibi ſunt text.clari,& ineuitabiles, ꝙ duæ ſint poſſeſſiones natu-
ralis,

ralis, & ciuilis. Secundò pro opin. Ioann. bene facit text. in l.
quemad.j.eod.vbi dicit text. *quemadmodum nulla possessio sine cor-
pore, & animo potest acquiri, itaècontra nulla possessio potest perdi ni-
si in qua vtrunque in contrarium sit.* pondera dum text. dicit nulla
possessio. Nam si vna tantum esset possessio, malè deceret nul-
la, quæ plures possessiones præsupponit. Tertiò bene facit, ꝙ
naturalis possessio non sufficit ad præscribendum. l. acquiritur.
in fin. s. titu. 1. ergo oportet præsupponere etiam ciuilem, per
quam præscribatur. l. qui fundum. in prin. & ibi glo. j. pro emp.
¶Tertia fuit opin. Bart. qui dicit, ꝙ Antiqui. & Mod. multum
deuiarunt à tramite iuris in hac materia, vnde ipse ponit tres
species substantificas possessionis. vna est ciuilis, alia naturalis,
quam habet vsufructuarius, & similes. l. naturaliter. in princ. j.
eod. & l. acquiritur. s. titu. 1. alia est corporalis, quam habet in-
gressus possessionem domino absente. l. clàm possidere. §. fin. &
l. si id ꝙ. §. fin. j. eod. Et ista doctrina processit à capite Bar. secun
dum do. Alex. ¶Adde circa primam speciem inquãtum Bart.
diffinit ciuilem possessionem, ꝙ non videtur bona definitio,
quia quando quis dedit rem alteri in feudum, vel in emphy-
teusim, clarum est, ꝙ ipse retinet ciuilem possessionem, cùm
retineat directum dominium. l. sciendum. §. 1. in vers. Item, qui
solam proprietatem. s. qui satisd. cog. & tamen licèt habeat ci-
uilem possessionem, non habet ius insistendi rei durante feu-
do, vel emphyteusi illius. Et sic ista diffinitio Bart. non videtur
bona, quia non conuertitur cum quolibet diffinito, vt dixi in
gl. 1. ¶Nec obst. si diceres, ꝙ ciuilis possessio, quam habet dire-
ctus dominus, non potest producere ciuiles effectus acquisitio
nis veri dominij mediante præscriptione cùm sit dominus. l.
sequitur. §. lana. j. de vsucap. quia respondet Bart. met hic in 2.
opp. ꝙ posset esse, ꝙ priuaretur dominio, & retineret posses-
sionem in casib. in quibus transfertur dominium sine posses-
sione. l. cùm duob. §. idem respondet. supra pro socio, & l. fi. C.
de sacro. san. Eccles. Illa eadem potest producere vsucapionẽ,
& præscriptionem, & sic est apta nata producere ciuiles effe-
57 ctus, & sic diffinitio Bar. non videtur bona. ¶† Nota tamen di-
ligenter illud, ꝙ singulariter vult Bart. nec alibi tactum repe-
rio, ꝙ vtile dominium, ꝙ acquiritur per præscriptionem, quia
contrariatur directo dominio, dicitur esse verum dominium.
secus est in vtili dominio, ꝙ recognoscit, & fatetur directum
dominum, vt est illud, ꝙ habent emphyteuta, vasallus, super-
ficiarius, & similes, quia istud non est verum dominium. bene
facit, quia qui præscribit, occidit directum dominium, ꝙ erat
apud antiquum dominum, ita dicit glo. in l. si ædes meæ. 1. in fi.
s. de serui. vrb. prædio. & in l. 3. §. ex plurib. in verbo possideo, in
fin. j. eod. meritò cùm sit potentius directo, ꝙ occidit, satis di-
citur consequi verum dominium, secus est in dominio vtili
subalterno, ꝙ fatetur, & recognoscit directum dominium. Et
ꝙ habentes vtile dominium sub alio non dicãtur propriè nec
verè domini, est casus in l. si finita. §. si de vectigalib. & ibi Bald.
58 ad hoc not. de damn. infect. ¶† Et secundum ista declara *com-*
* *munem doctr.* glo. & Doct. in Auth nisi tricennale. C. de bon. ma-
ter. vbi glo tenet, ꝙ licèt in reb. mobilib. per vsucapionem triẽ-
nij acquiratur directum dominium, tamen in reb. immobilib.
per præscriptionem. 10. vel 20. annorũm acquiritur vtile do-
minium, certè illud vtile est verum dominium, ita singulariter
59 tenet Bart. hic. ¶Ex isto dicto † Bart. inferuntur ad practicam
duo notanda. Primò ampliatur illud, ꝙ tenet gl. in l. per hanc.
in verbo ad nouum. & ibi Bald. C. de tempo. appel. Bar. in l. mi-
nor. §. fin. ff. de euic Bald. in c. fraternitatis. in 4. col. de testib. ꝙ si
aliquis in libello dicit rem ad se pertinere ratione dominij, &
probet de præscriptione longi temporis, ꝙ dẽt obtinere. Am-
plia singulariter, ꝙ istud procedat etiam si in libello dixisset rẽ
ad se pertinere ratione veri dominij, vel se esse verum domi-
num, & probet de præscriptione prędicta, adhuc obtineret per
60 dictum singulare Barto. hic. ¶† Secundò infertur limitatio ad
aliud, nam si aliquis in bello deducat dominium simpliciter,
& probat de dominio vtili subalternato ad directum, puta de
dominio emphyteutico, vel feudali, debet obtinere, secundũ
Bald. in l. si mater. §. eandem. j. de excep. rei iud. & in l. 1. C. de
vsufr. & in l. 1. in vlt. col. j. de actio. & oblig. & in l. sed & si pos-
sessori. §. item si iurauero, per illum text. vbi dixi. s. de iureiur. d.
Ant. de Butr. in c. examinata. de iudi. Nam secus esset si in libel-
lo diceret se verè dominum, & probaret de dominio emphy-
teutico, vel feudali, ꝙ non est verè dominium, secundũ doct.
Bart. hic. & hoc etiam not. Aret. hic sub dubio fortè in 12. col.
61 in fin. ¶† Adde pro ista theorica, & differentia Bart. bene face-
re illud, ꝙ singulariter tenet Bald. in l. 2. in 1. colu. de cond. instit.
vbi tenet, ꝙ si aliquis in libello dicat se proprietarium, & pro-
bet de dominio vtili præscripto, ꝙ præfertur directo, sufficit, se
cus si probet de vtili dominio, ꝙ subalternatur directo, vt est
dominium emphyteutæ, vel feudatarij, tunc succumbit, quia
non est reperire proprietatem nisi directam. l. si tibi proprieta-
tis. s. de vsufruct. accrescen. quamuis contrarium teneat dom.
Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus, in 2. col. s. de dam. infect.
nullam faciens mentionem de Bald. ꝙ est mirandum, & ipse-
met do. Ale. in l. naturaliter. §. nihil commune. in pen. col. j. eo.
valde dubitat de illa doctrina Bald. in d. l. 2. ¶Circa secundam
62 † speciem possessionis. s. naturalis, quam habent vsufructua-
rius & similes, aduerte inquantum Bart. vult, ꝙ ille, qui habet
naturalem, vt vsufructuarius, emphyteuta, & feudatarius si ve
rè non est vsufructuarius, vel emphyteuta, vel vasallus, ratio-
ne illius naturalis possessionis præscribit illud ius vsusfructus,
vel vtilis dominij, nam Bart. in hoc videtur pessimè dicere, &
contra terminos iuris, & secundum Pau. de Cast. Bart. confun-
ditur viua ratione, quia non considerauit, ꝙ possessio natura-
lis non est habilis nisi ad præscribendum ipsum fundum, qui
possidetur, nos autem quærimus de præscriptione iuris incor-
poralis, ꝙ verè non possidetur. l. 3. in prin. j. eod. ergo virtute il-
lius naturalis possessionis ius incorporale nunquam præscri-
bitur, vnde aduerte, ꝙ vltra naturalem possessionem rei habet
quasi possessionem naturalem, & ciuilem illius iuris vt est tex.
in l. 3. §. pen. in verbo *quasi in possessione.* j. de vi, & vi arma. decla-
rat Bart. j. in seq. quæst. & illa quasi possessio incorporaliũ cau-
satur à scientia, & patientia domini. l. quoties. & ibi Bart. not. s.
de serui. & l. 2. vbi glo. & Barto. C. de serui. & aqua & illa quasi
possessio ciuilis bene facit eum præscribere illud ius incorpo-
rale, non autem possessio naturalis ipsius rei, de hoc est glo. no.
in l. ait prætor. §. item ei. supra ex quib. cau. maio. Bart. in l. si plu
res. j. de vi, & vi arma. & in l. naturaliter. in princ. vbi alleg. alias
concor. glo. j. eod. & idem Bart. in l. 3. §. ex contrario. j. eod. pos-
sessio ergo naturalis vsufructuarij, & similium non differt à
corporali possessione, vt dicit Bart. & malè, quia illa naturalis
immediatè non producit ciuiles effectus, sed est quasi posses-
sio ciuilis, & naturalis ipsius iuris. Istam rationem commendat
Aret. & dicit sibi multum placere, & istam rationem sibi im-
pudenter adscribit do. Alex. hic non faciens mentionẽ de Pau.
de Cast. ¶Tu autem vltra alios attende, ꝙ contra fundamen-
tum Pau. de Cast. & Mod. ꝙ dicit Pau. esse viuum, videtur for-
titer vrgere text. in l. fin. ad fin. C. de præscrip. long. temp. quem
text. Bart. hic alleg. pro se. ibi. n. dicit text. *siue interueniat scientia
domini, siue ignorantia præscribitur.* 10. vel 20. ann. Posteà in fine di-
cit ibi text. *eodem modo obseruando in vsufructu, & in alijs seruitutib.*
sic ille text. æquiparando præscriptionem vsusfructus, & serui-
tutum ad præscriptionem aliarum rerum corporalium vult,
ꝙ sine scientia domini procedat ibi præscriptio vsusfructus,
& seruitutum tam contra ignorantes quàm contra scientes,
& sic pondera ibi videri text. expressum contra fundamentũ
Pau. de Cast. & Mod. ꝙ scientia, & patientia domini non est il-
la, quæ ibi causet præscriptionem vsusfructus & seruitutum,
cùm procedat, dato, ꝙ dominus ignoret. ergo non est verum
assumptum Pau. de Cast. & Mod. ꝙ præscriptio iuris vsusfru-
ctus causetur à quasi possessione, quæ inducitur ex scientia, &
patentia domini, cùm currat etiam contra ignorantem, & pro
63 pterea glo. † in l. 2. C. de serui. & aqua, quæ dicit, ꝙ quasi pos-
sessio ciuilis inducit præscriptionem cum scientia aduersarij,
vt ibi est text. in verbo, eo sciente, licèt in præscriptione rerum
corporalium non exigatur scientia. d. l. fin. ad fi. C. de præscrip.
long. tempo. videtur apertè errare quo ad d. l. fin. ad fin. vbi tex.
æquiparat præscriptionem iuris vsusfructus, & seruitutum ad
præscriptionem rerum corporalium, & vult non esse differen-
tiam, an interueniat scientia, vel ignorantia domini, cõtra quẽ
præscribitur. Nec dicatur, ꝙ clausula posita in fin. illius l. fin. dũ
loquitur de vsufructu, & cæteris seruitutib. referatur ad prece-
dentia solum quo ad tempus. 10. vel 20. ann. non autem respe-
ctu scientiæ, vel ignorantiæ, quia truffa est, vt patet clarè in il-
64 lo tex. ¶Ego respondeo † altero de duob. modis, & primò de-
fendendo fundamentum Pau. de Castr. & Mod. dico, ꝙ d. l. in
fin. prout ibi declarat magistraliter glos. fin. quam omnino vi-
deas, loquitur in vsufructu, & alijs seruitutib. amittendis per
præscriptionem, non autem in acquirendis mediante præscri-
ptione, quia quando acquiruntur per præscriptionem, non ac-
quiruntur prout aliæ res corporales, patet, quia in eis requiri-
tur scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, vnde
causatur quasi possessio. Isto modo intelligẽdo illum tex. pro-
ut ibi intelligit glo. fin. Bart. malè allegaret. d. l. fin. in fin. ꝙ per na
turalem possessionem præscribo ius vsusfructus, cùm illa lex
fin. in fin. non loquatur de præscribendo, & sic acquirendo
65 vsumfruct. sed bene de eo amittendo. ¶Secundo modo, † &
singularius, & fundamentalius respondeo, ꝙ vti vsufructu sciẽ
te, & patiente aduersario, in hoc consistit quasi possessio iuriũ
incorporalium. d. l. quoties, & ibi Bar. not. s. de seruit. & l. 3. §. da-
re. s. de vsufruct. & l. datio. §. si inter. s. de actio. emp. Bartol. post
glo.

glo.in d.l.2.C.de seru.& aqua.idem Barto. in l.2.in princip. ſ.de
aqua plu.arcen.istud limita singulariter esse verum,nisi præscri-
bens habeat titulum à quodam tertio, qui tanquam dominus
illius fundi concessit,vel vendidit tibi vsumfructum, vel aliam
seruitutem,cùm non posset. Tunc mediante isto titulo habito
bona fide à tertio , qui non est dominus,præscribis ius vsusfru
ctus vtendo, etiam ignorante vero domino,sicut præscriberes
dominium ipsius rei.d.l.fin.C.de præscrip.long.temp.quæ hoc
modo planè procedit , & ad hoc bene facit text. quem not.in
l.si ego.§.1.ff. de publicia.in rem acti.in alternatiua,quæ ibi po-
nitur,dum dicit text.per traditionem constitutis,vel per patiẽ-
tiam.Nam per traditionem dicitur constituta , quando habet
titulum à tertio , & tunc non requiritur scientia nec patientia
domini, quæ patientia aliàs bene requiritur , vt ibi in text.& ꝙ
non requiratur scientia nec patientia veri domini ad præscri-
bendum ius vsusfructus, vel aliud ius incorporale, quando qs
habet titulum putatiuum à tertio,tenet Cyn.in d. l.2.in 8.q.C.
de serui.& aqua.quem refert,& sequitur idem Pau. de Cast.in
l.seruitutes.magna.in princ.in pen.col.ſ.de serui.vbi dicit,ꝙ est
singularis limitatio , & perpetuò tenenda menti , & ꝙ pauci
sunt,qui de hoc aduertant.Isto modo omnia saluantur,& pla-
nè procedunt.Et tunc isto modo planè procedit text.in d.l.fin.
§.seq. etiam in vsufructu , & alijs seruitutib. per præscriptionẽ
acquirendis. Hoc modo etiam glo.in d.l.2.C. de serui.& aqua,
bene loquitur , & bene allegauit dictam.l.fin.in istis terminis ẽt
saluãt dictum Bart.ab illa viua impugnatione Pau. de Cast. &
Mod.Nam & Bart.isto modo bene loquitur, & bene allegauit
pro se.d.l.fin.& ista bene nota, quia per neminem hæc tangun
66 tur,nec ita declarantur.¶Item inquantum † dicit Bart. ꝙ pos-
sessio naturalis,quæ est penes vsufructuarium, & possessio na-
turalis,quæ est penes emphyteutam, & alia naturalis , quæ est
apud feudatarium,quæ non differunt specie,sed numero,ad-
de,ꝙ idem tenet Bart.in l.3.§.ex contrario.in pen. colu.ĵ. eod.
sed contrarium de directò tenet ipsemet Bart. sibi contrarius
in l.1.in princ.in 2.col.ĵ.vti possi de. & idem Bart.in l.fi.in 2.col.
eod.titu. ff. vti possid. vbi dicit Bart. ꝙ diuersæ sunt spes natu-
ralis possessionis , quia alia est quam habet vsufructuarius , &
alia quam habet vsuarius, & alia quam emphyteuta , & simi-
les,quia istæ naturales differunt inter se specie eo modo quo
differt ciuilis possessio domini à naturali vsufructuarij , sed ca-
ue,quia si hoc vltimum esset verum , sequeretur, ꝙ essent infi-
nitæ species possessionis differentes specie,contra l.3. §. genera.
ĵ.eod.Ideo tutius est tenere illud, ꝙ tenet Bart.hic , ꝙ non dif-
67 ferant specie,sed numero. ¶Item inquantum † subdit Bart. ꝙ
plus,& minus non faciunt differre specie, sed numero,per l.fi.
ſ.de fun.instructo.Adde,ꝙ in cõtrarium fortiter facit,quia ser
uitutes itineris,actus, & viæ non differunt nisi per plus, & mi-
nus.l.1.ſ.de seru.rust.prædio. & insti.de seruit.in prin. & tamen
differunt specie secundum Barto. in l.qui vsumfructum,circa
fin.ĵ.de verb.oblig.potes dicere, qꝫ plus, & minus consistens in
facto,puta in naui, ꝙ vna sit maior altera , vt scapha, & nauis,
& istud non inducit differentiam in specie. ita loquitur text in
d.l.fi.ſ.de fun.instructo. aliquando differentia per plus , & mi-
nus cõsistit in iure, & tunc si producit effectus diuersos in sub-
stantia,inducit diuersam speciem,vt in dictis iuribus , & in di-
ctis seruitutib. si verò non producit effectus in substantia diffe-
rentes,vt est in naturali existente penes vsufru. & penes emphy
teutam,vel feudatarium,quę est apta producere vnumquem-
que effectum,hoc est quoddam vtile dominium recognoscẽs
directum, & in vno est plus vtilitatis quàm in alio , sed non in
substantia,& istę non dicuntur differre specie,ita loquitur Bar.
68 hic. ¶† Circa tertiam speciem possessionis corporalis cũ Bart.
tenet Lud.Rom.hic,qui pro hoc alleg.text.in l.fi.in verbo cor-
poralis.C.de fun.patrimo.lib.11.Sed vt statim dicam, ille text.
facit in contrarium. Ad hoc etiam alleg. text. in l. ꝙ seruus. in
verbo corporalem. ĵ.eod.ad idem facit text.in c. ꝙ autem. de
iur.patr.& ibi dom.Anto.de Butr. ad hoc not. ꝙ sit dare tertiã
speciem corporalis detentationis. ad idem text. in c.corporali.
in versic.corporales.& ibi dom.Anto. ad hoc not.de re iud. Et
cum Bartol. in hoc etiam tenet Angel. in repet. l. si quis vi. §.
* differentia.ĵ. eod. ¶Sed in hoc *Bart.indifferenter reprehenditur per*
alios hic,ꝙ non sit dare istam tertiam speciem corporalis , dif-
ferentẽ in specie, vel in substantia,& cõtra Bar.etiã tenent Bal.
Ang.& Sal.in l.licèt.C.eod.Bald. in l.1.in 6.col.C. vti poss.& in
rub.de cau.poss.& propriè.in 1.& 2.col.Ang. in l.nemo per il-
lum text.C.eod.& in l.1.C.commu.de vsucap.& sic opin.Bart.
in hoc communiter reprobatur secundum do. Alex. & Aret.
hic,quia corporalis,quam habet ingressus absente domino,di-
citur clamdestina, & iniusta possessio. ita appellat Iurisconsul.
in l.clàm possidere. §. qui ad nundinas. & l. ꝙ seruus. ĵ. eod.
& in l.1.in fin.ĵ.vti possid.sed istæ qualitates iusta,& iniusta nõ

constituunt differentiam substantialem.l. 3.§. ex contrario.in
vers.quem Labeo.ĵ.eod. ¶Item contra Bart.facit text.in d.l.fi.
C.de fun.patri. libr.11.& ibi Barto.sibi contrarius not.& tenet
contrarium eius,ꝙ hic.Ibi.n.text.appellat corporalem posses-
sionem illam,per quam acquiritur præscriptio , & sic naturalẽ
mixtam cum ciuili, ꝙ patet,quia ex ciuili acquiritur præscri-
ptio.l.acquiritur.in fin.ſ.titu.1.vnde per illum text.in d.l.fin.no.
ibi Bart. ꝙ non reperitur corporalis separata à naturali , ꝙ est
dicendum,prout glossę tenent,ꝙ duplex est possessio.s.natura
lis,& ciuilis,& sic ex prædictis apparet, ꝙ Barto.qui dicit Anti-
quos,& Mod.multum deuiasse à mente iuris,est ille,qui mul-
69 tum deuiauit à fundamentis iuris.¶Non omitto , ꝙ † Bald.in
c.cæterum.in 6. col.de iud. dedit in hac materia aliam theori-
cam,& dicit,ꝙ possessio potest cõsiderari dupliciter.vno mo-
do prout homo est in possessione , & ista est possessio natura-
lis.Alio modo prout possessio est in homine, & ista est posses-
sio ciuilis , vnde dum sedeo super equo , naturaliter possideo
equum.Sed quando possessio non est in conspectu, sed in mẽ-
70 te,& voluntate,illa dicitur esse ciuilis.¶†Tu conclusiuè teneas
* opin.Ioann. veram , *& communiter approbatam* , *quod* duplex est
possessio, vna naturalis seu corporalis. Alia ciuilis seu intelle-
ctualis, pro qua opin.sunt text. aperti, quos supra retuli , & sic
possessio naturalis est vna , & eadem cum corporali , vt hoc
text.& l.si id quod.§.fin. ĵ. eod. cum alijs iurib. præsertim iuris
canonici supra alleg.loquentib. de corporali possessione. om-
nis ergo possessio corporalis dicitur naturalis, & ècontra,vt in
princ.præcedentis glos.magnæ,in verbo naturaliter. Ista natu-
ralis aliquando est iuncta cum ciuili , quando dominus possi-
det naturaliter , & ciuiliter per se ipsum , vel quando possidet
naturaliter,& ciuiliter per alios,secundum,quod declarat glo.
magna præcedens circa medium. Aliquando naturalis est de
per se separata à ciuili , & tunc aliquando habetur per illum ,
qui possidet vt dominus directus , vt vsufructuarius , vel em-
phyteuta , vel feudatarius : aliquando habetur per illum , qui
possidet vt dominus per ingressum possessionis alterius absen-
tis.Et sic aliquando producit vnum effectum , aliquando alte-
71 rum.prout etiam dicit Pau.de Cast.hic.Item aduerte , † quòd
possessio naturalis seu corporalis sola , quam habet ingressus
possessionem absentis , aliquando potest operari effectus ciui-
lis vsucapionis,& præscriptionis , quod dominus, qui ciuiliter
possidebat,desinit ciuiliter possidere,secundum, quod declara
ui supra in glo. præcedenti magna ad fin. quia tunc corporalis
trahit ad se illam ciuilem,vt est glo. in l. sed & si nolit.ĵ.eod.se-
cundum Bart.in l.3.§.ex contrario. in pen.colu. ĵ.eod.sed illud
72 tunc procedit virtute ciuilis adiunctæ. ¶Adde etiam,ꝙ † est
dare possessionem,quæ appellatur ciuilissima, qñ ex dispositio
ne legis,vel consuetudinis , vel statuti absque aliquo actu cor-
poris vero, vel ficto transfertur possessio,illa dr̃ ciuilissima , vt
est tex.singularis melior de iure in l. raptores in verbo *plenissima*
possessio.& ibi Bart.not.C.de Epis.& cler. ita etiam tenet Bald.in
l.fi.in 3.col.C. de sacro.san.Eccles.& in rub.de cont.inter me,&
dñm.in vsib. feud. & in l.traditionibus. C.de pact. Ang.in l.1.ſ.
de distractio.pign.& in l.qui vniuersas.§.1. ĵ. eo. tamen non cõ-
stituit nouam speciem possessionis ciuilis, sed solum significat
dr̃iam in modo acquirendi , quia ista possessio acquiritur sine
actu apprehensionis vero,vel ficto,& sic habes præsentem ma
73 teriam bene,& clarè enucleatam.¶Successiuè quærit † Barto.
an quasi possessio iurium realium incorporaliũ diuidatur in
quasi possessionem naturalem,& ciuilem,nam de iuribus cor-
poralib.personalibus , vt vsusfructus,vsus, & similium debitis
à re personæ, vidimus in præcedenti quæstione,ꝙ in vsufructu
est dare quasi possessionem naturalem,& ciuilem,& ciuilis est
illa , quæ causat præscriptionem iuris vsusfructus , vt est glo.
not.in l.ait prætor.§.item ei.infra ex quibus cau.in pos.ea.cum
alijs concordantibus glosis,quas alleg. Barto.in l.naturaliter.in
princip.infra eod.& dixi plenius, & fundamentalius quàm ali-
bi scriptum inuenies in quæst.præcedenti, præsens ergo quæst.
Barto.est in iurib.realibus incorporalibus, & sic in seruitutibus
prædialibus seu realib.vbi Barto. in decisione ponit verba,quæ
sunt valde obscura,& à nemine declarantur.¶ Nam vult Bar.
quòd naturalis , vel quasi quæ habet effectum retentionis per
solum fundum retineatur, ideo aqua per se naturaliter fluens
retinet istam quasi naturalem possessionem iuris realis serui-
tutis.l.qui fundum.in secundo responso.ſ.quemad.ser.amit.in
l.1.§.quæsitum.ĵ.de aqua quoti. & æsti.deinde vult, quòd pos-
sessio quasi ciuilis , quæ causat præscriptionem.l. acquiritur. in
fin.supra tit. 1.requirit animum,& sic de necessitate,quòd pię-
scribens sciat.l.1.§.Arist.ĵ.de aqua quoti. & æsti.& l.1.C.de ser-
uitu.& aqua.Tamen ipse fundus præscribit.l.qui in aliena.§.fin.
de nego.gest. & l. via. §.si fundus. supra de serui. rusti. prædio.
sed quia fundus præscribens non habet animum, & sic dicitur
non

non habere causam continuam, ideo ad præscribendum requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium. ita concludit Bartol. ¶ Sed non aperit Bartol. nec aliquis Scribentium declarat, vbi erit ista quasi ciuilis, quæ causat præscriptionem, & sine qua non potest præscriptio procedere, vt dixi. Nam si dicas, quòd est apud fundum præscribentem, istud est impossibile, quia fundus non habet animum, & quasi ciuilis consistit in animo, & scientia. l. 1. §. Aristo. allegata per Bartol. si autem dicas, quòd ista ciuilis sit apud dominum fundi, cuius scientia de necessitate requiritur, ergo solus fundus non præscribit, vt tenet Bartol. ergo quocunque te vertas, non videtur posse procedere decisio Bart. & credo, quòd sit bene cogitandum, quid sibi velint verba Bartol. quæ sunt valde obscura. Puto de necessitate dicendum, quod fundus præscribit mediante scientia domini à principio interueniente, vnde causatur quasi ciuilis possessio ab illo animo domini fundi, vt probatur in d. l. 1. §. Arist. & in §. quæsitum. ff. de aqua quot. & æsti. & in l. seruitutes. magna. in prin. in vebo, eius possessio. ff. de seru. & posteà iste fundus præscribit. d. l. q in aliena §. fi. & l. via §. fundus. & q̃a fundus nõ habet animum, & sic non habet cãm continuam, ideo ab prescribendum requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium. Istam puto fuisse mentem Bart. hic, & nisi Bart. sic intellexit, non video, quid aliud possit bene dicere, & cum Bar. quamuis eum non declarent, transeunt alij, quamuis
74 solus Aret. subtilizando aliquid tenet in contrarium. ¶† Itẽ adde d. Abb. in c. de quarta. in 4 col. de præscr. vbi tenet, quòd licèt seruitus sit realis, idest rei debitæ, tamen non est res, quæ acquirat, vel possideat, cùm sit inanimata, sed est persona. s. dominus fundi, quòd patet ex eo, quia in præscribenda seruitute req̃rit̃ de necessitate, ꝙ quis credat vti iure suo, vt l. fi. ff. quẽad. ser. amit. ad hoc etiam ponederat text. quem dicit esse clauem materię in l. si sic constituta. ff. quemad. serui. amit. vbi pondera tur factum, & animus hominis, & nõ res cui debetur seruitus, vt latius per eum. Nullam tamen facit mentionem de Bartol.
75 hic. ¶† Item adde, quòd alibi ipsemet Bar. in l. hæc autem iura. circa fin. ff. de ser. vrba. præd. & in l. iusto. §. non mutat. ĵ. de vsucap. tenet, quod nulla seruitus quasi possideatur animo, & sic videtur velle, quòd non reperiatur quasi possessio ciuilis in seruitutibus, & sic in iurib. realib. quia si hoc esset verum, omnis quasi possessio seruitutis haberet causam continuam propter animum hominis, quod credat esse contra l. seruitutes. magna. cum glo. magist. ff. de serui. & istud etiam arguendo pro prima
76 parte tangit Bart. hic. ¶† Et vltra Bart. ratio est, quia seruitutes reales seu prædiales, idest, quæ debentur rei non personæ, non possidentur animo à persona, cui non debentur, nec à re cui debentur, quia non habet animum, tamen si habent causam continuam, tunc quasi possidentur actu continuo, in quo non requiritur factum hominis, vt seruitus aquæductus. Item stillicidij recipiendi, vel tigni iniuncti, vel tigni immittendi, tunc præscribuntur. 10. vel 20. an. l. fin. in fin. C. de præscr. long. temp. si verò habeat causam discontinuam, vt seruitus itineris, vel viæ, tunc requiritur tantum tempus, cuius contrarij memoria non existat, quod tempus, habet vim constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. & d. l. seruitutes. magna. & c. super quibusdam § præterea. de verb. sign. ¶ Vnde considera, si isto secundo modo possit intelligi fuisse mens Bartol. dum dicit, quia fundus prescribit, nisi habeat causam continuam, non procedit præscriptio fundi, quia non esset possessio continuata, nec retinetur animo, quia fundus non habet animum, ideo non præscribit nisi tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium. ita dicit Bartol. & si Bartol. velit, quòd illo tanto tempore bene solus fundus præscribat sine quasi possessione ciuili, sed illa quasi possessio ciuilis, quæ de necessitate causatur à scientia præscribentis. d. l. 1. §. Aristo. ff. de aqua quot. & æsti. bene requiritur in alijs præscriptionib. limitatis tempore, & sic. 10. vel. 20. an. & fortè, quòd ista secunda
77 fuit mens Bart. ¶† Item inquantum Bart. tenet, quòd fundus præscribat, & aqua per seipsam fluens, licèt nemo Scriben. aliquid tangat, tamen, vt veritas melius habeatur, in contrarium fortiter facit regula, quia per rem inanimatam nihil nobis potest quæri gloss est solennis, & sing. in §. pen. in verbo, per hanc. instit. per quas perso. nob. acqui. quã glo. dicit esse multum sing. Bald. qui nihil ignorauit in l. si de proprietate. in pen. col. C. si à non comp. iu. fue. iudi. & licèt secundum eum alibi habeamus, quòd aqua, quæ est res inanimata, possideat seruitutem. l. qui fundum. ff. quemadmo. serui. amit. hic alleg. per Bart. hoc ibi non dicitur secundum Bald. sed quòd per rem inanimatam nostrum ius conseruamus natura nobis coope-
78 rante, & patrocinante, ita dicit ibi Bald. ¶† Tu confirma vltra Bald. quòd d. l. qui fundum. propriè loquitur de conseruando ius seruitutis iam acquisitum, non autem loquitur de quærendo de nouo, & sic de præscribendo, prout loquitur Bart. & facilius conseruatur ius in esse deductum, quàm de nouo inducatur, per regulam. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & c. quemadmodũ. de iureiur. & bene facit text. in l. final. ff.
79 vnde liber. & ita in specie tenet not. ipsemet † Bartol. in d. l. qui fundum. vbi per illum text. dicit, quod si aliquis tyrannus iniustè occuparet aliquam terram, vel ciuitatem, quæ habebat iurisdictionem, iste tirannus vtendo iurisdictione eam conseruat illi ciuitati, ne possit dici præscripta, vt ibi est text. Sed si ciuitas illa non haberet iurisdictio. & tyrannus ea vteretur, non acquireret per præscriptionem iurisdictionẽ illi ciuitati, & sic vult formaliter Bart. quod facilius conseruatur iurisdictio iam quæsita, quàm de nouo acquiratur. ¶ Et si tu subtilis diceres, licèt text. in d. l. qui fundum. non loquatur de iure quærendo per præscriptionem, sed de iure quæsito conseruando, tamen alius text. in l. 1. §. quæsitum. ff. de aqua quot. & æsti allegatus per Bartol. bene loquitur de iure quærendo, & sic de seruitute illa aquæ præscribendæ. Responde, quòd ibi præcessit factum hominis, qui primò cępit aquam ducere, vt ibi expressè dicit
80 text. posteà aqua naturaliter fluens continuauit. ¶† Secundò contra Bart facit, ꝙ in terminis tenet not. Bal. in c. 1. §. si quis de manso. in pen. col. si de inuest. fue. contr. vbi quærit, an aqua ꝑ seipsam defluens possit inducere præscriptionem, & determinat, quòd non, quia non est animata, & per rem inanimatam nihil nob. acq. Nihil ad hoc allegat, non recordatus allegare gl. in §. pen. inst. per quas perso. nob. acq. oportet ergo secundum eum in præscriptione aliquem vsum hominis intercessisse quo principato sufficit aquam per se fluere. d. l. qui fundũ. Referet, & sequitur d. Bart. Veron. in tract. seruitu. vrban. in c. 22. & in tract. seruitutum rustica. in tit. de aquæductu, in 12. col.
81 ad fi. ¶† Tertiò in contrarium facit, quod not. tenet Bart. in c. cùm omnes. in. 11. col. circa fin. de constit. vbi tenet, quòd defluxus aquę ad proclinem locum naturalis est, sed per hoc nõ debet seruitutem prædio inferiori, quia nulla seruitus habet causam naturalem, sed aut imposititiam aut pręscriptam, vt l.
82 2. ff. de aqua plu. arcen. ¶† Not. bene ista magistralia verba Bald. ex quib. in practica sequitur, quod scolatitia, seu aquarũ emissoria nullo tempore præscribuntur, quia vt dixi solus defluxus aquæ cùm sit naturalis nõ inducit seruitutem, quod be-
83 ne not. ¶† Quartò, vt nihil omittatur, inquatum Bart. tenet, ꝙ fundus solus habet ius retentionis, & sic quasi possessionis naturalis absque alicuius animo, & quòd fundus præscribit, aduerte, quia iura allegata per Bart. s. dicta lex fundũ. & d. l. 1. §. quæsitum. loquuntur in aqua naturaliter fluente, & sic se mouente, illa bene retinet ius fundi, non autem loquuntur in fundo, qui non mouetur vt aqua. Et licèt text. in d. l. qui in aliena. §. fin. ff. de neg. gest. & in l. via. §. si fundus. ff. de seruit. rustic. pręd. dicãt, quòd sententia dicatur fundo super iure reali seruitutis, istud est, quia ius reale debetur rei, & sic fundo, non tamen per hoc videtur sequi, quòd fundus de per se sine alterius animo saltem in principio interueniente habeat ius retentionis, & præscriptionis. Ista sunt, quæ reddunt dictum Bartol. ambi-
84 guum. ¶† Adde, quòd pro decisione Bart. bene facit illud, ꝙ tenet ipsemet Bar. in tract. de alueo. in pen. col. vbi tenet, quod si flumen fecerit sibi alueum per 10. annos inter pręsentes, vel 20. inter absentes, quòd ipsum flumen pręscribit agrum priuati simul, & semel abductum, sicut quilibet pręscripsisset, cùm habeat titulum de iure gentium. l. in bello. §. si quis flumen. ĵ. de capti. facit text. in §. præterea, quod per alluuionem. instit. de
85 rer. diuisio. ¶† Quid tenendum? breuiter tene, quod à principio requiratur scientia domini de necessitate, qui sciat se vti. d. l. 1. §. Aristo. sup. de aqua quoti. & ęsti. vt etiam dicit Bart. à qua scientia causatur quasi possessio ciuilis. l. pen. ff. de seruit. & l. 3. §. dare. supra de vsufruct. Solus autem fundus, qui non habet animum, non potest causare ciuilem, nec quasi ciuilem, quę consistit in aĩo, & animo retinetur. l. licèt. C. eo. sed bene posteà fundus solus præscribit absque alio facto hominis, q̃n habet causam continuam, & ita procedunt, quę superius in oppositũ adduxi. ¶ Et si dicatur, si interuenit animus hominis, ergo semper diceretur habere causam continuam propter animum hominis, vt supra dixi. Responde, quòd à principio interuenit scientia, & sic animus hominis, sed posteà si mortuus est, vel aliter desijt, certè tunc fundus continuat, & retinet. Istud est, quòd propriè dicit text. in d. l. qui fundum, & text. in d. l. 1. §. quęsitum. allegati per Bartol. ¶ Intellige tamen prędicta in pręscriptione iurium realium. 10. vel 20. ann. requirente factum continuum, aliàs si haberet causam discontinuam, requireretur tantum tempus cuius initij memoria non sit in contrarium, prout dicit Bart. ita teneo in hac obscura, & intricata materia, quam nemo Scribentium tangit, nec declarat.

¶ Vltimo

¶Vltimò circa iſtam materiam iurium incorporalium adde
glo.magiſtram in l.regulariter.infra de peti. hære.quæ dicit, ꝙ
iurium incorporalium triplex reperitur poſſeſſio, quædam im
propria,quædam magis impropria,& quædã improprijſſima.
declarando,vt ibi per glo.& per illud, quod dicit Bald. in l.2.in
86 8.col.C.de ſerui. & aqua. quod retuli ſupra in gl. 1.¶† Quærit
Bartol.an detentatio ſit iuris,vel facti.concludit,quòd ſit facti,
nec retinetur animo, & ſic non diuiditur in naturalem, & ci-
uilem poſſeſſionem.reprobant Ang.Imo.Paul.de Caſtr.& do.
Alexan.hic, præcipuè per text.in l. 2. in princip.ȷ̃. pro hær. vbi
miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto, & ſic cauſa cuſtodiæ,
qui dicitur detentator l.3.§. fin. ȷ̃. eo.tamen dicitur habere ius.
* Sed licèt *omnes teneant* contra Barto. ego teneo cum deciſione
Bartol.quòd detentatio ſit facti per fundamentum Bart. Item
per text.bonum in l.quòd dicitur,ſecunda,& ibi Aret.in ſecun
do not. ad hoc not. infra de verbor. oblig. Item ſi detentatio
eſſet iuris, etiam ex primæuo iure gentium acquireretur do-
mino, ſicut videmus in obligatione naturali, quæ eſt de primo
iure gentium, ideo acquiritur domino ſecundum glo.Bartol.
& alios in l.frater à fratre,& in d.l.ſi id,quòd.ȷ̃.de cond. indeb.
& tamen non acquirit̃ domino, ſed ſibi ſeruo l. ſtipulatio iſta.
§.hæc quoque.ȷ̃.de verbor.oblig.hic allegata per Bart. iuncto.
§.ſed cum factum.inſtitut. de ſtipul.ſeruo. Item cùm detenta-
tio nuda ſit meri facti, non tranſit per cõſtitutionem precarij
appoſitam in inſtrumento,cùm tamen per conſtitutum tran-
sferatur poſſeſſio,& dominium.l.quòd nemo.in prin.vbi dicã.
ȷ̃.eod.& ita tenet not.Bald.in rub.C.de contrahend.emp.in 16.
q. & ſequitur do.Alexan.in d. l.quod meo.in princip. in penul.
col.ad fin.ȷ̃.eod. ¶Tenendo opin. Bart. non obſt. text.in d.l.2.
in prin ȷ̃.pro hære.allegatus in oppoſitum,quia poteſt reſpon-
deri,quòd iſta detentatio ſimplex.ſ.coloni, vel inquilini, vel ſi-
milium nõ eſt ius,niſi,quòd ex ipſa detentatione,quæ eſt facti,
cauſatur pignus prætorium, & ſic iuris immiſſio ex. 1. decre-
to.l.non eſt mirum.s̃.de pigno.actio.& iſta eſt mens Bart.hic,
dũ iſto modo reſpondet ad l.ſi finita. §.ſi quis metu.s̃.de dam.
infect. vbi etiam eſt text. quòd habens detentationem dicatur
habere ius. ¶Capio glo. in verbo primi. quam diuide in duas
partes princ. In prima remouet vnum contrarium. In 2. quæ
eſt ibi, an & talia glo. effectualiter quærit,qualiter acquiratur
poſſeſſio, & refert tres opin.Secunda ibi, alij dicunt. Tertia
* ibi, vel ibi de alio genere. *communiter tenetur* prima opin.vt hic
87 per Bart.¶† Cuius dictis primò adde, inquantum Bart.ſequẽ-
do Cy.in l.licèt.C.eo.no.decidit,quòd ſi ſtatutum dicat,ſi quis
fuerit inuentus cum armis, puniat̃ tanta pęna,non intelligitur
inuentus ille, qui à familia Poteſtatis fuerit viſus cum armis,
niſi etiam fuerit captus,per text.optimum in l. ſi Barſatoram.
* vbi etiam *Bar.& Doct.idem tenent.*C.de fideiuſſ.idem tenet Ang.
in l.qui ſeruum.& ibi Imo.& d.Alex.ȷ̃.de verbor.oblig.Ang.in
l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.& cum Bart.tenent Imo. Pau.de Caſt.
Raph.Cum.& d.Alex.hic.idem tenẽt Pau.de Caſt. in l.ſi fullo.
per glo.ibi.s̃.de cond.ſine cau. & latius.d.Alex. & Aret.in l.3.§.
Neratius.vbi etiam latè Mod.Senen.ȷ̃.eod. Et per iſtam deciſio
nem Bart. quæ frequenter allegatur in practica, multi inuenti
cum armis euadunt pęnam ſtatuti, ex quo non fuerunt capti.
¶Contrarium tenent Ang. & Imo.in d. l.3.§.Neratius. & Lud.
Rom.hic.Moti, quia ſtatutum non conſiderauit aprehenſio-
nem delinquentis, ſed eius intentionem,per quam delictum
manifeſtatur.vnde portante arma conuicto,quòd fuerit inuen
tus cum armis, pœna ſtatuti locum habet, vt l.raptores. C.de
Epiſc.& cle.dum text.dicit ſi in rapina inuentus, & deprehen-
ſus fuerit propter copulam,&,quę ponitur inter diuerſa.Item
per text.in c.1.ad fi.de dila.vbi dicitur inuentus à iudicè,qui eſt
conuictus.¶Sed iſta iura parum faciunt, bene fatentur, quòd
vbi ſtatutum daret pręmium officiali inuenienti aliquem cũ
armis,tunc debet intelligi de inueniente,& capiẽte. ita propriè
loquitur text.in d. l.ſi Barſatoram. ¶Adde, quòd contra Bart.
etiam tenet Nic.de Neapol. licèt non allegetur in l.1.per gloſſ.
fin.ibi.C.de Theſau.lib.10.vbi dicit,quòd illa gloſſ.præſtat arg.
ad quæſtionem ſi ſtatutum dicat, quod ſi aliquis fuerit inuen-
tus cum armis,ſoluat centum,quod ſi familia Poteſtatis eum
inuenerit cum armis,licèt non ceperit,quòd incidat in pęnam
88 ſtatuti,quia ſufficit,quòd eum viderit, ¶† Tene primam opi.
a Bart.[a] à qua in iudicando[b] non eſt recedendum, cùm ſit cle-
b mentior, & in pœnis mitior pars eſt tenenda.l. præſes. & l. in-
terpretatione.ȷ̃.de pęnis, niſi aliter conſtaret de mente ſtatuen
tium. confirmatur, quia bonum eſt argumentum à conuen-
tione ad ſtatutum.l.fin. ad fin. C.de fideiuſ. gloſſ. in rubr. C.de
decret.decurio.cum ſim. ſed in conuentione, qui promiſit in-
uenire, intelligitur, & apprehendere. dicta. l. ſi Barſatoram.
ergo idem in ſtatuto, tamen ad dict. l. ſi Barſatoram. poſſet
reſponderi, quòd ibi inuenire hoc eſt conuincere per proba-
tiones eſſe Barſatoram latronem, iſtud nihil conferebat rei-
publicæ, quia ſatis conſtabat eum eſſe latronem, neceſſario
ergo intelligitur illa conuentio, quòd inueniret, & caperet,
niſi dixeris,quòd imò ibi etiam intererat reipub.ſolum.inueni-
89 re, vt poſſet à repu. capi. ¶† Secundò adde Bald. in l. item la-
pilli.ad fin.s̃. de rerum diuiſio. vbi idem tenet, quòd Bartol.&
addit fortius, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd mulieres inuentæ
cum perlis ſoluant.10. ſi ſunt viſæ per officialem, ſed non ap-
90 prehenſæ, non tenentur pœna ſtatuti. ¶† Tertiò adde, quod
not.determinat Alb.de Roſ.poſt Iac.de Are.in l. quòd ait lex.
per illum text.ȷ̃. de adult. & idem Albe. in 2. par.ſtatuto. in q.
118. inc.ſi ſtatutum dicit ſi quis fuerit inuentus, &c. vbi deter-
minat, ſtatutum eſt in ciuitate, ꝙ ſi aliquis fuerit inuentus lu-
dere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorum, puniatur in 10.
& medietas ſit accuſatoris, aliquis accuſauit Titium, ꝙ ludit
ad taxillos,vel quòd tenuit ludum taxillorum,& iſtud optimè
probauit per teſtes,nunquid debeat obtinere dimidium accu-
ſationis,videretur, quòd ſic per l. qui ſententiam.C. de pœnis.
vbi dicitur deprehenſus in flagitio,qui eſt conuictus.contrariũ
determinat Alb. poſt Iacob. de Aret. quia ſtatutum requirit,
quòd ſit inuentus,& ſic,quòd perſonaliter deprehenſus fuerit,
ergo nõ ſufficit, quòd ſit conuictus per teſtes.allegat etiam ad
hoc dictam.l. ſi Barſatoram, & ita teneas, & vide etiam per
Ang.aliter diſtinguentem in d.l. nec in ea.§.ius occidendi. & l.
ſeq.ȷ̃.de adul. & in §.reuerendiſſimis.per illum text. in verbo,
91 inuentus fuerit.in Auth.de ſanct.Epiſ.collatio. 9. ¶† Secundò
adde circa diſtinctio. Bart. dum in fi.dicit, quòd ad hoc,vt d.l.
clauib.s̃.de contrahend.empt.habeat locum requiritur,quòd
traditio clauium fiat in re præſenti,ita, quòd recipiens deter-
minatè ſciat, vbi merces ſint,quod eſt diligẽtiſſimè notandũ,ſi
eſt verum ſecundum do. Alex. ſed ſecundum eum multũ re-
ſtringit.d.l.clauibus.& glo.not.s̃.in glo.2.magna in verbo,quia
naturaliter.circa medium, tenet, quòd non ſit neceſſe claues
tradi in præſentia horrei, ſed ſufficit eſſe traditas in loco pro-
ximo domui,adeo,quòd emptor poſſit de facilli ad ipſam do-
mum venire,& bene facit ſecundum d. Alex.tex.in d.l.clauib.
in verſi.apud horreum,& ſic ſufficit propè eſſe,licèt non ſit in
conſpectu.¶Confirmat,& fortius idem do.Alex.nam ſi opor
teret traditionem clauium eſſe factam in conſpectu horrei,
fruſtra fieret talis traditio clauium ad tranſlationem poſſeſſio-
nis, vel dominij, quia ſolus aſpectus cum voluntate volentis
transferre ſufficit,vt §.ſi iuſſerim.ȷ̃.ead.l.& l.quòd meo.§.ſi ven
ditorem.ȷ̃.eod.ergo, vt actus traditionis clauium ponderatus
à Iuriſc. in d. l. clauib. aliquid operetur,debet ſufficere traditio
facta propè horreum, licèt non in conſpectu domus. ¶Sed
æquiuocat do.Alexan.& fallitur, quia licèt,quando claues fue
runt traditę, ipſæ partes eſſent in conſpectu horrei,tamen ipſę
merces non erant in conſpectu,ſed clauſæ in horreo, ideo tra-
ditio clauium facta in conſpectu horrei multum operatur,
ꝗa transfert poſſeſſionem mercium,licèt merces non eſſent in
conſpectu & ad hoc ille text. eſt bene not.¶Aduerte ẽt,ꝙ non
ſolùm recipiens claues videtur acquirere poſſeſſionem,& do-
minium clauium,ſed etiam tradens claues videtur acquirere,
ſi præcedat titulus habilis ad acquirendum,puta in re commu
ni.text.eſt in l.1.C.de crim.expila hære.quem text.ad hoc repu
tat ſing.& dicit ſe ſolùm ponderare Aret. in l.de his. ad fi C.de
fur.ſed tu dic, quòd glo.Bald. & alij in d. l.1.melius notant ex
illo text.paria eſſe,vel quòd claues tradantur mihi,vel alij me
pręſente,& mea voluntate,ad hoc, vt mihi acquiratur poſſeſ-
92 ſio, & dominium per d. l. clauib.¶† An autem per traditio-
nem clauium transfertur quaſi poſſeſſio iurium beneficij,puta
ſi tradantur prælato claues Eccleſiæ, an per hoc dicatur eſſe
in quaſi poſſeſſione prælaturæ. Fuit olim magna queſtio in
Ro.Curia, de qua vide per Alb. de Roſ. in §. ſi iuſſerim.ȷ̃.ea.l.
Doc.maximè.d.Ant.de Bút.in rep.c.fi.in 12.col.de cau.poſſeſ-
ſio.& propriè. ¶Item circa dictam limitationem Bar.ad l.cla-
uib.non obſt. ꝙ dicunt Imo. & d.Alex. quòd multũ reſtringat
illã. l.clauib. Mihi vr̃, quòd multũ congruat verbis illius text.
dum cõditionaliter dicit, ſi claues apud horreum traditę ſunt.
93 ¶† Nec obſt.illlud, ꝙ dicit d.Alex.quòd dictio apud, bene im-
portat ꝓpè,ſed nõ in pręſentia.l.id apud, & l.penes.ff. de verb.
ſign.illa iura nihil faciunt,& dictio apud, aliquando importat
idem, ꝙ coram,& ꝙ in præſentia.l.de iure.in prin. ff.ad munic.
& l.

ADDITIONES.

a ¶Opin.Bar.Adde,quòd opi.Bar.refert,& ſequitur Bar.Cępol.in l.ſi fugitiui.
colu.pe.verſ.q̃ro ſeptimò.C.de ſer.fug.& ibi alleg.quotas.ȷ̃.p Iaſ.allegatas.

b ¶In iudicando.Adde Abbat.in c.prudentiam.de offi. deleg.Abb.in c.quæren
ti. eo.tit. Abb.in c. nouimus. de verb. ſign.Abb. in c. veniens.de cenſi.Item
communis opi.habet vim conſuetudinis,vt l.ſi de interpretatione.ff.de leg.
Barb.in c.ne innitaris.in 4.col.de conſt.

& l.cum pro quo,& ibi gl.ff.de in ius voc.Alb.de Ros.in dictio
nario suo in verbo apud.¶ Item dum Bar.impugnat tertiã sol.
gl. ad d.l.clauib.ꝙ ibi loquatur de possessione hic de dñio. Bart.
reprehēdit,cùm quæratur ex pos. dñium. tu impugna melius,
quia text.in d.l.clauib. de vtroque loquitur, & dicit quo facto
confestim possessionem,& dñium nanciscitur,& sic nō loqui-
pign.act. alij dicunt rationem eſſe, quia licèt creditor poſſideat
rem pig.eam poſſidet pro ſua cautione, tamen ad vtilitatem
debitoris.l.ſerui nomine qui pignori.ꝟ.tit.1.& l.per ſeruum qui
pignori.ſ.tit.1. ſed caue, quia etiam attenta iſta ratione poſ.de-
beret acquiri debitori,vnde dic,ꝙ acquiſitio poſſeſ. dicitur eſſe
in fructu.patet in §.per eum, in quo vſumfruct.ſ.eo. & l.acqui-
ritur.§.fin.ſ.tit.1. & fructus rei pignoratæ non acquiruntur cre-
ditori.d.l.1.& 2.C.de pig.act.& l.1.C.de diſt.pig.& ſi dicis,quare
ergo poſſeſ. per ſeruum pignoratum non acquiritur debitori,
cui acquiruntur fructus rei pignoratæ. Reſponde verum,quan
do ſunt alij fructus, quam poſſeſ. acquirendæ per ſeruum pi-
gnoratum.ratio quia acquiſitio poſſeſ. fit non ratione dominij
ſerui, ſed ratione poſſeſ. ſerui. vt declaraui in §. item acquiri-
mus.ſupra ead. l. Ergo cùm debitor non poſſideat vllo modo
ſeruum pignoratum,vt dixi,per conſequens non poteſt acqui-
3 ri debitori fructus poſſeſ.& ſic ipſa poſſeſſ. ¶ † Secundò not.ex
b tex.ibi, ad vnam tantum cauſam [b] iuncta glo.ſecundum Lud.
Rom. do.Alex.& Are. hic, quòd dictio tantum,taxatiua non
excludit effectus ſimiles,nec extenſionem, quæ fit per alia iura,
vnde licèt dicatur in iſto text. ꝙ debitor tantum ad vnam cau-
ſam,ſcilicet,vſucapionis poſſidet, non tamen excluditur, quin
etiam dicatur poſſidere, quo ad euitandam ſatiſdationem, &
ſic etiam quo ad alium effectum, vt l. ſciendum.§. creditor.ſ.
qui ſatiſda.cog.alleg.in glo. & ita etiam ad hoc ponderat iſtum
tex.cum glo. Are.in l.qui pignoris.ꝟ.eo.Sed aduerte,quia credo,
ꝙ malè ponderent iſtum tex.quia iſte tex.loquitur de re mobi-
li pignorata, ſcilicet de ſeruo, ſed res mobilis non releuat à ſa-
tiſdatione de iudicio ſiſti,ſed eſt poſſeſſ.immobilium.d.l.ſcien-
dum.in princ. cum qua continuatiuè venit d.§.creditor.& hoc
modo taxatiua tantum, ſtat propriè in iſto tex. ſed excluſiuè,
quia non habet niſi iſtum effectum vſucapionis tantum, non
autem poteſt habere effectum releuandi à ſatiſdatione,cùm ſit
res mobilis,& pondera, ꝙ vbicunq; text. taxatiuè dicunt,quòd
debitor poſſidet rem pig.ad vſucapionem tantum, & ſic cum
taxatiua,ſemper loquuntur de ſeruo pigno. & ſic de re mobili,
vt hoc tex.& l.ſerui & filij.§.fi.ꝟ.de fur. & l. ſerui nomine.ꝟ.titu.
1.& propterea, quando text. loquitur de re immobili, puta de
fundo pignori tradito,tunc nõ vtitur taxatiua tantum,eo quia
tunc rem pignori traditam intelligitur debitor poſſidere quo
ad duos effectus, ſcilicet, quo ad vſucapionem, item & quo
ad releuandum ab onere ſatiſdandi, ita loquitur tex.in l.qui pi-
gnoris.& ibi glo.ꝟ.eo. vbi text.non ponit taxatiuam, ſicut facit
hic,quia hic ſeruus cùm ſit res mobilis,etiam ſi non eſſet pigno
ratus,non releuaret dominum ab onere ſatiſdandi.d.l. ſciendũ.
in prin.¶Bene verum eſt,ꝙ no. iſtorum Modernorum eſt in ſe
verum,ꝙ dictio taxatiua tantum,non excludit effectus ſimiles,
put aliàs plenius dixi in l. vnic.in prin. ff.ſi quis ius di. non obtẽ.
ideo nõ pono hic, quia non eſt locus. itẽ intellige iſtum text.ꝙ
debitor intelligitur poſſidere,quo ad vſucapionem,& non cre-
ditor,vt iſte tex.procedat,quo ad vſucapionem dominij ipſius
ſerui pignorati,tamen etiam creditor dicitur poſſidere rem pig.
quo ad vſucapio. iuris ſui hypothecarij.l. de acceſſionib. §.1.de
4 diuer.& tempo.præſcrip. ¶ † Tertiò diligenter pondera iſtum
tex.in verſi.videri.quod verbum fictionem importat.l.1.§.deie-
ciſſe.ꝟ.de vi & vi arm.glo.in l.naturaliter.in prin.ꝟ.eo.quòd ficta
poſſeſ.parit effectum vſucapionis, non ſolùm vera. Facit l.cœ-
ptam.& quod ibi not.ꝟ.titu.1. quod not. ad extenſionem glo.&
eorum,quæ ibi dicam in l.3.§. ex contrario ꝟ.eo. vbi videmus,
quòd poſſeſ. ciuilis cauſat effectum vſucapionis, vt procedat
etiam in ficta.nam hic ſi debitor verè poſſideret ſeruum pigno
ratum, per eum acquireretur ſibi poſſeſ.§. item acquirimus.ſ.
5 ead.l.cuius contrarium dicitur in hoc text.¶ † Vltimò not.ex
iſto text.in fin.quòd creditor dicitur poſſidere pignus. Intellige
naturaliter,& ciuiliter,vt eſt gl.in l.cùm notiſſimi.§.1.C.de præ-
ſcrip.30.vel 40.ann. & in l. per ſeruum qui pignori.in prin.ſ.tit.
1.& in l.ſi de eo.in prin.& ibi Bar.ꝟ.eo.idem Bar.ſ.in prin.huius.
l.in 2.q.princi. in 3. oppo.vnde creditori competit interdictum
poſſeſſorium, ſi turbaretur in poſ. rei pignoratæ, nam quo ad
vſucapionem,& effectum concernentes dominium,vel acqui
ſitionem fructuum, dicitur debitor poſſidere.l.ſi ſeruus depo-
ſitus.§.1. de noxa. quo autem ad alios effectus dicitur creditor
poſſidere.l.ſerui nomine.infra tit.1.& l.debitor.§.fi.& l.cùm ſor
tis.§.fin.de pign.actio. Intellige iſtum tex.procedere in pignore
6 conuentionali.† Secus eſt in pignore prætorio, in quo creditor
habet ſolùm detentionem,ſeu tenutam.l.3.§.fin.ꝟ.eod. dicit ta-
men Bar.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.in 5.colum.ꝟ. de re iud.
quòd ſi pignus capiatur in cauſam iudicati, quòd tunc victor
poſſidet, ſicut & creditor conuentionalis, & facit differentiam
inter pignus prętorium, vbi creditor ſolùm detinet, & pignus
captum in cauſam iudicati, & ſic pignus iudiciale, an ſit ve-
7 rum illud,quòd ibi tenet Bar.dicam in l.3.§.fi.ꝟ.eo. ¶†Secundò
limita iſtum text. procedere niſi aliud actum eſſet inter partes,
puta,quia actum eſſet, quòd creditor haberet tenutam tantũ,
vt eſt gl.no.in l.ſi ſeruus.& ibi Bar.in fin.not.C.quod cum eo.&
illam glo.ad hoc reputat ſing. Are.in l.qui pignoris.ꝟ.eod.¶Vl-
timò inquantum dixi,quòd creditor poſſidet rem pig. natura-
liter & ciuiliter,videtur obſtare, quia cui non competit diffini-
tio nec diffinitum.l.1.§.dolum. & ibi Bart. not.ſ.de dolo.glo.in
l.nihil aliud eſt hęreditas,& in l.fi.ꝟ. de verbo.ſignifi.Sed diffini-
tio ciuilis poſſeſ.tradita per Bar.ſ.in prin. huius.l.in 2.q.princip.
quæ eſt apta producere ciuiles effectus reſpectu veri domini,
ſcilicet vſucapionem, & præſcrip.non conuenit creditori, qui
8 non vſucapit,nec præſcribit rem pig.vt hoc tex.¶ † Reſponde,
quòd creditor dicitur poſſidere naturaliter, & ciuiliter ad vtili-
tatem debitoris,vt hic,& l.qui pignoris.ꝟ.eo. ideo effectus vſu-
capionis, & pręſcrip. explicatur in perſona ipſius debitoris,&
ideo vult iſte tex. quod quo ad effectum vſucapiendi fingatur
debitor poſſidere,& Bar.ꝟ.in prin.huius.l.in 2.q.princ. in 2.opp.
punctualiter reſpondet,ꝙ creditor ſibi non acquirit, ſed illi cui
poſſidet,& vltra Bart.ad hoc bene facit tex.in l.pignoris.in prin.
infra tit.1.vbi dicit text. quòd ideo creditor non vſucapit, quia
pro alieno prorſus poſſidet.

ADDITIONES.

a ¶Dictio omnino.Adde Alex.in conſi.10.col.3.verſi.& eod.modo.& in conſi.
12.col.fi.in prin.& in conſi.72.col.1.in principio.in 2.vol. & latè per Fely.in
c.ex parte.el 1.in prin.de offic. deleg.
b ¶Tantum cauſam.De iſta dictione vide Barto. in l.1.ff. ſi quis ius dicen. non
obtem.Ioan.de Imol.in l.ſi quem. C. de præſcr. Dyn. in reg. mandatum. de
reg. iur.lib.6.Card.Alex.in c.mos eſt. 1. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Per ſeruum hæreditarium nihil, quod ſit hæreditarium, poteſt acquiri nobis.*
2 *Seruus hære. poteſt acquirere tanquam nego. geſtor futuro hæredi aliquid hæreditarium.*
3 *Si plures res ſunt acquiſitæ titulo ſingulari, per apprehenſionem vnius non apprehenditur poß. aliarum, quantuncunque fuerit animus, & intentio apprehendere omnes.*
4 *Propter qualitatem permiſſiuam inhærentem ſeruo, quia legatus, poſſum quærere alias res hæreditarias, non obſtante alia qualitate prohibitiua.ſ.quia hæreditarius.*
5 *Quando cauſa,quæ prodeſt,eſt potentior, ita quòd offuſcat,& perimit illam,quæ nocet,attenditur cauſa,quæ prodeſt.*
6 *Quando ſunt duæ regulæ,vna probibitiua,alia permiſſiua,potius attenditur prohibitiua.*
7 *Si ſtatutum diſponat, quòd contra aduocatum non poſſit inquiri, & aliud,quòd contra militem poſſit inquiri, ſi vnus ſit miles,& aduocatus,an contra eum poterit fieri inquiſitio.*
8 *Si teſtator ſeruum communem ſibi, & alteri inſtituit, non per hoc videtur velle illum eſſe liberum.*
9 *Licèt in legatis acquiratur ipſo iure dominium, tamen non acquiritur poſſeſſ.*
Quæ ſit ratio diuerſitatis,quòd per ſeruum hær.non poſſumus acquirere rem hæred.& per ſeruum legatum ſic.
10 *Acquiſitio poſ.facta per ſeruum hære. non conualidatur ex fictione,licèt hæres poſtea adeundo hæreditatem fingatur vſque retro ſemper fuiſſe hæres.*
11 *Quare acquiſitio per ſtipulationem conualidatur ex fictione.*
12 *Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè.*
13 *A communiter accidentibus qui volunt eſſe hæredes, & hære.adire,apprehendunt poſ. meliorum rerum.*
14 *Adita hære.non dicitur amplius ſeruus hæreditarius, ſed proprius hæredis, & conſequenter in hæreditate.*
15 *In ſuis non eſt dare hære. latenter.*
16 *In ſuis non habet locum vſucapio pro hærede.*
17 *Licèt poſt aditam hæred. deſinat nomen hæreditatis propriè loquendo, tamen*

tamen donec hæres sit adeptus possessionem rerum hære. adhuc dicitur hæreditas, & competit petitio hæreditatis.

18 *Remedia adipiscendæ pos. non competunt post adeptam pos.*

19 *De iure fforum filius in castrensibus ab intestato non poterat habere hæredem.*

20 *Hæreditas postquàm est adita, non dicitur amplius hæreditas, sed proprium patrimonium hæredis.*

21 *Statutum disponens, quòd filia dotata non succedat, intelligitur in bonis & hæredit. dotantis.*

22 *Stante stat. quòd existentib. masculis fœmina excludatur, quòd fœmina non excludetur à successione fratris, sed benè patris.*

23 *Si filia renunciauit successioni paternæ, & maternæ, non obstante tali renunciatione poterit succedere fratri, licet in hæreditate fratris non reperiantur nisi bona paterna.*

24 *Si vnus ex fratrib. renunciauit feudo paterno, deinde feudum mortuo patre deueniat ad alios fratres, postea decedat vnus ex illis, filius qui renunciauit poterit venire ad successionem huius feudi vacãtis per morsem fratris.*

25 *De stricta significatione vocabuli ad latam fit extensio ex identitate rationis.*

26 *Quando maior est ratio excludendi in remotiori gradu, quàm in proximiori, fortius debet excludi à remotiori.*

27 *Statutum, quòd mulier non nubat cum hæreditate extra territorium, an comprehendat mulierem, quæ nupsit hæreditate adita, nume. 28. & 31.*

29 *Statuta debent intelligi secundum communem vsum loquendi.*

30 *De propria significatione vocabuli ad latam licita est extensio, quando militat eadem ratio statuti.*

32 *Vbi qualitas habilitans, vel inhabilitans debet adesse certo tempore, si tunc non adest, licèt postea superueniat, vel desinat, non irritat actum, nec tollit ius quæsitum.*

33 *Dispositio legis, vel statuti vetans aliquid de nouo acquiri, nõ vetat ius quæsitum retinere.*

34 *Vsufructuarius non potest iubere seruum vsuf. adire.*

35 *Mens legum non est disputare verbaliter, sed realiter determinare.*

36 *Bonæ fidei pos. & vsuf. aliquando æquiparantur.*

37 *Iussu bonæ fidei possessoris, & vsufr. cuius contemplatione institutus est seruus vsuf. potest iuberi adire.*

§. Veteres. Iste. §. secundum Bar. est aliqualiter subtilis, dic quòd est admodum inuolutus, & obscurus, nec animus in eo bene quiescit, ideo opus est ingenio & studio. Ad euidentiam literæ præmitte, quòd Iuriscon. intendens in ista. l. plenè tractare, an & quando per seruos acquiratur nobis possessio, à §. itẽ acquirimus, vsque nunc de sex principaliter tractauit. Primò de seruis propriè nostris. Secundò de seruis putatiuis. Tertiò de seruis cõmunib. Quartò de seruis vsuf. Quintò de seruis fugitiuis. Sextò de seruis pignoratis. Nunc septimò, & vltimò tractat de seruis hæreditarijs, nunquid ante aditam hæreditatem, possint acquirere possessionem alicuius rei, quæ sit in eadem hæreditate, hæredi instituto, ideo dixi ante aditam hæreditatem, quia si iam fuisset adita hæreditas per hæredem scriptum, non dicuntur amplius serui hæreditarij, vt etiam dicit gl. mag. hic, sed serui proprij ipsius, qui fuit hæres. & de seruis proprijs, quòd acquiratur possessio domino, dictum fuit in d. §. item acquirimus. vbi est tex. vnde superuacuò hic poneretur. licèt Pau. de Cast. intelligat istum text. loqui post aditam hæreditatem, & acquisitum dominium, & possessionem ipsius serui, sed nihil valet, quia tunc non procederet iste tex. vt j. videbimus. quia post aditam hæreditatem non esset amplius seruus hæreditarius, prout loquitur regula veterum, sed esset seruus proprius ipsius, qui fuit hæres. sed aduerte, quòd iste tex. loquens in seruo hæreditario, & sic ante aditam hæreditatem, ꝙ non acquirat futuro hæredi possessionem alicuius rei hæreditariæ, videtur omnino indubitatus, & istud facit magnam difficultatem in isto tex. ex quo hæres futurus non erat de præsenti dominus, nec possessor serui hæreditarij, & planum est, quòd etiam per seruum, in quo habemus plenum dominium, si eum non possidemus, non possumus acquirere posses. vt in §. præcedenti, & in §. item acquirimus, in versi. sed & per eum. quantominus per seruum hæreditarium, in quo non habemus nec dominium nec posses. & sic tex. videtur penitus de indubitabili ¶Super hoc Scribentes laborant, potest dici dubium esse in isto text. an seruus hæreditarius propter fictionem possit poss. acquirere futuro hæredi, qui posteà adeundo hæreditatem fingitur. vsque ab initio retro hæres à tempore mortis testatoris. l. hæres quoque. sup. de acqui. hære. Ne aliàs contingat testatorem decedere pro parte temporis testatum, & pro parte intestatum contra. l. ius nostrum non patitur. inf. de regul. iur. & isto modo text. hic conguenter tractaret de seruis fictis, hoc est, qui per fictionem posteà finguntur vsque retro nostri, an per eos possit nobis acquiri posses. quia de eis nihil supra fuerat tractatum, isto modo bene, & perfectè compleretur iste tractatus. Sed caue subtiliter, quia tunc nihil fingitur circa pos. quæ est fundamentum acquisitionis in nostro proposito, sed dicam plenius infra in glo. ¶Secundò multum aduerte circa text. *ibi, quòd sit eiusdem hæredit.* super quibus verbis glo. & Doct. nihil penitus dicunt, nam illa verba videntur importare aliud esse in alijs rebus, quæ non sint eiusdem hæreditatis, cùm illud relatiuum, quod, positum sine copula videatur stare restrictiuè. l. ea tamẽ adiectio. de leg. 3. & tamen rationes, quæ assignantur per glo. & Docto. quare per seruum hæreditarium nihil acquiratur, quòd sit eiusdem hæreditaris, militant etiam in alijs rebus. glo. & Docto. vt dixi nihil dicunt super illis verbis, & tamen sunt multum dubia. & eisdem verbis, quib. hic, etiam vtitur tex. in l. hæres per seruum. supra de acqui. hæredi. & sic isti text. faciunt differentiam inter res hæreditarias, quæ non possunt acquiri per seruum hæreditarium, & alias res, & cùm text. neget acquisitionem in rebus hæreditarijs, ergo in alijs non hæreditarijs videtur concedere. Ego inferius in 2. parte prin. glo. magnæ assignabo rationem diuersitatis, post Aret. hic. potes etiam dicere, quòd ideo dubitetur de acquisitione alicuius rei, quæ sit in hæreditate, quia minus videtur dubium de alijs rebus, quia si non potest per seruum hæreditarium acquirere pos. alicuius rei hæreditariæ, in quo habet titulum iuris saltem spe, ergo minus in alijs rebus. item cùm aliæ res hæreditariæ debeantur eo. tit. videbatur, quòd acquisita pos. vel dominio vnius, aliæ intelligerentur acquisitæ, ex quo eodem iure debebantur. item cùm omnes res hæreditariæ contineantur sub vno iure vniuersali, quod est hæreditas, censentur iuris interpretatione vna res, vt no. in l. scire debemus, in prin. de verbo. oblig. videbatur in eis facilior acquisitio, & consequenter maior dubitatio, quàm in alijs rebus non hæreditarijs. Tertiò aduerte, quòd ver. itaque. veniens illatiuè ad præcedentia, loquitur quando possessio serui legati empti, vel donati fuit prius apprehensa, aliàs per eum non potuisset acquiri possessio aliorum, cùm alias non apprehensa possessione non habeat neque dominium neque possessionẽ, ideo male venit inferendo ad primùm casum, vbi non erat adita hæreditas, & sic nec dominium nec possessio quæsita futuro hæredi, ideo ista illatio non videtur bene stare, & positò etiam, ꝙ principium istius text. & sic regula Antiquorum loqueretur, quando iam erat adita hæreditas, prout intelligit solus Pau. de Cast. hic, & s. retuli, tamen nondum erat apprehensa possessio rerum hæreditariarum, iuxta. l. cũ hæredes. in prin. j. e. ideo cùm termini sint diuersi, & separati, illatio non vr̃ fieri ad propositum. Ista erit alta difficultas ad intellectum text. pp quam Mod. Sen. hic tenent, ꝙ etiam in prima parte tex. erit apprehensa possessio bona fide per hæredem futurum istius serui hæreditarij, quia eum possidebat bona fide viuo adhuc testatore, nec per hoc sequitur, ꝙ hæreditatem posteà huius testatoris adiuerit, & sic vides, quàm varietur intellectus huius text. quia gl. & cõiter Doct. intelligunt, ꝙ in prima parte nondum erat adita hæredi. quia adita hæredi. non diceretur propriè seruus hæreditarius. *iste est cõis intellectus.* Pau. de Cast. intelligit, ꝙ imò erat adita hæreditas, & ꝙ dicatur seruus hæreditarius largè, & impropriè, ꝙ nihil est dicere. Mod. verò Senen. tenent, ꝙ non erat adita hæreditas, sed bene erat apprehensa possessio istius serui hr̃ditarij viuo adhuc testatore, sed isti vltimi intellectus & Pau. de Cast. & Mod. Senen. impropriant tex. & diuinãt. ideo non recedas à cõi intellectu gl. & Doct. vt dicetur plenius. j. super glo. ¶Istis sic præmissis condescendo ad tex. qui dicit, Per seruum hæreditarium nihil nobis hæredit. acquiritur, sed per emptum & donatum aliæ res emptæ, & donatæ acquiruntur. h. d. s̃m Bar. & Imo. ¶Istud summarium Bar. vr̃ in multis defectiuum. Primò dum dicit, sed per emptum & donatum, & nihil dicit per legatum, & tunc Iurisċon. primò quæsiuit in vers. itaque, nũquid regula Antiquorum extendatur, si plures serui sint legati, postea in ver. idem tractatũ est, quęsiuit de plurib. seruis emptis, vel donatis. quare Bar. omisit in summario, an ꝑ seruũ legatum aliæ res possint acquiri, & si diceret, ꝙ ex quo primò dixit per seruũ hr̃ditarium, voluit ꝯprehendere seruũ legatariũ, esset pessimè dicere, quia seruus legatarius non dr̃ hæreditarius, nisi improprijssimè. l. id tp̃s. §. j. j. de vsuc. Item & fortius obst. illud ꝙ primò dixit Bar. per seruũ hæreditariũ nõ potuit ꝯprehendi seruus legatarius, quia per seruũ hæreditariũ nihil nobis hæredi. acquirit, & tñ per seruum legatarium põt reliquorum acquiri possessio, & tex. ponit tanq̃ directò ꝯ̃ria, ergo seruus legatus nullatenus cadit in prima parte summarij, quæ est per seruum hæreditarium, ideo bene cogita, quare Bart. in sum. omiserit dicere de seruo legatario, qñ plures erant legati, cũ de eo tex. expresè dicat. ¶Itẽ summariũ Bar. in alio est, eui-

denter defectiuum , quia non ſummat ver. ex parte . nec ver. idem dicendum eſt. Item dum Barto. ſubdit, quòd iſtam materiam habes magis claram in l. hæres per ſeruum. ſup. de acqui. hære. non credo, quòd ſit verum , nec ibi habes plus claritatis, quàm hic. ideo omiſſo ſummario Bar. ſumma ſic. Per ſeruum, in quo habemus titulum vniuerſalem hæreditarium , non acquiritur poſſeſſio rerum hæreditariarum, ſicut in eo in quo habemus titulum ſingularem ex vltima voluntate, vel ex contractu, vel vniuerſalem, & ſingularē ſimul. h.d. vel ſic, & plenius. Per ſeruum hæreditarium nihil, quod ſit hæreditatis, poteſt acquiri alicui ex futuris hæredib. hoc primo, ſed per vnū ex plurib. ſeruis legatis, vel emptis aut donatis, bene acquiritur poſſ. aliorum hoc ſecūdo, & per ſeruum pro parte legatum, & pro parte hæredi. acquiritur poſſeſſio rei hæreditarię, hoc tertiò. Itē per ſeruum communem iuſſu domini acquiritur pars hæreditatis. h.d. quarto & vlt. cōplectendo totū text. & ſic habet quatuor partes, quæ patent in ſummario. Secunda ibi, itaque agitatur. Tertia ibi, ſi ex parte. Quarta & vlt. eſt ibi, idem dicendū
1 eſt. ¶ † Not. 1. ex iſto text. quòd per ſeruum hæreditarium nihil, quod ſit hæreditarium , poteſt nobis acquiri, & dum text. dicit, quòd ſit eiuſdem hæredi. vt declarat glo. 1. includit tria, quòd nec hæreditatem, nec dominium rei hæreditarię, neque poſſeſſionem nobis acquirit, facit. l. per hæreditarium. ſup. titu. 1. & l. hæres per ſeruum. de acqui. hæred. & ſic pondera dum dixit ſecundum glo. 1. quòd non acquirit hæreditatis poſſeſſionem, pondera, quia iſto modo videtur, quòd penes hæreditatem ſit poſſeſſio, contra text. in l. j. §. Scæuola. ſup. ſi quis teſt. li. eſſe iuſſ. fuę. quia cùm hæreditas non habeat animum, non poteſt poſſidere, vt ibi. Poſſes dicere, quòd qualis qualis poſſeſſio ſit penes hæreditatem iacentem, vt eſt tex. no. in l. gerit , & ibi Barto. in 3. no. ad hoc no. ſup. de acqui. hæredi. & illum text. ad hoc repu. ſing. Lud. Rom. in l. eius, qui in prouincia. ſup. ſi cert. pet. ¶ Iſta ſol. non ſatisfacit : ideo melius reſponde, quòd licet glo. dicat de poſ. rei hęreditarię, non per hoc ſequitur, ꝙ hęreditas poſſideat. d. l. 1. §. Scæuola. nec iſtud voluit gl. imò interim hæreditate iacente à nullo poſſidetur. d. §. Scæuola. ſicut etiam
2 in l. ſi me in vacuam. § fi. j. eo. ¶ † Limita iſtum tex. no. ſecundum Lud. Rom. & dom. Alex. hic, quando ſeruus hæreditarius vellet aliquid hæreditarium acquirere futuro hæredi , non vt ſeruus, ſed tanquam nego. geſt. tunc bene poſſet, per text. bonū in l. ſi me in vacuam. §. fi. in verſi. nomine meo. j. eo. de quo tex. opponit gl. 1. & gl. mag. facit. l. nunquam. §. ſeruus. j. tit. 1. quod no. glo. in §. item acquirimus. in ver. ſed & per eum. s. ea. l. facit text. in §. hæc quæ de ſeruis. j. ead. l. iſta eſt pulchra limitatio ad hunc tex. ſi eſt vera, quòd ſeruus hæreditarius poſſit acquirere rem hæreditariam tanquam nego. geſt. Iſta limitatio mihi non placet, quia eſſet facere, ꝙ deciſio huius text. eſſet impoſita verbis non reb. contra. l. ij. in fin. cum ſi. C. communia de leg. & de facili poſſet eludi regula Antiquorum, & huius text. ſi ſeruus hęreditarius acquirit vt neg. geſt. præſertim cū acquiſitio poſſeſſionis pendeat à voluntate ſerui. §. hæc quæ de ſeruis. j. ea. l. item obſt. iſte text. qui indefinitè dicit non poſſe acquiri per ſeruum hæreditarium, ergo nec per eum, vt per nego. geſt. Item ſi tanquam negotiorum geſtor poſſet ſeruus hæreditarius acquirere, nulla eſſet differentia inter res hæreditarias, & non hæreditarias, quia omnes acquireret ſecuta ratificatione. argu. l. ſi ego. cum ibi no. ſup. de neg. geſt. & d. l. ſi me in vacuam. §. fin. j. eo. & tamen iſte text. facit differentiam, vnde dicas, ꝙ d. l. ſi me in vacuam. §. fi. non loquitur in ſeruo hæreditario, prout loqui
3 tur iſte text. ¶ † Secundò principaliter not. ex hoc text. illud ꝙ per hunc tex. tenet And. de Iſer. ſummus feudiſta in c. 1. in prin. in 3. col. quid ſit inueſti. vbi refert audiuiſſe magnos Iuriſperitos tenere, quòd ſi plures res ſint acquiſitæ tit. ſing. puta ex empto, donato, vel legato , tunc per apprehenſionem vnius non apprehenditur poſſeſſio aliorum, quantumcunque fuerit animus, & intentio apprehendere omnes, vt eſt glo. ord. in l. iij. in prin. vbi Bar. & alij. j. eo. Sed in vniuerſalibus vbi plures res ſunt titulo vniuerſali, vt hæreditario quæſitæ , tunc ſi intrem vnam ea mente , vt alias habeam , tunc per acquiſitionem vnius rei intelligitur apprehenſa poſſeſſio aliarum rerum eodem iure acquiſitarum; mouebatur per gl. in l. reſtituta. in prin. s. ad Tre. vbi ſi vna res hæreditaria reſtituatur per hæredem fideicommiſſario, tota hæreditas intelligitur reſtituta, & aſſerebant dicti periti ita fuiſſe iudicatum, ſed And. de Iſer. ibi latè reprehendit, præſertim per iſtum text. qui loquitur in ſeruo hæreditario, & ſic in tit. vniuerſali. Et tamen vno habito, non habetur poſſeſſio aliorum, nec vna habita vel poſſeſſa, aliæ eiuſdem tituli videntur haberi. ad idem alleg. l. qui abſenti. §. fin. & l. prædia. inf. eo. nec obſt. gl. in d. l. reſtituta. in prin. quia non dicit, quòd vna re reſtituta, & ſic poſſeſſa videantur aliæ poſſeſſæ, ſed bene dicit, quod reſtituta vna re intelligitur totum ius vniuerſale hæreditarium reſtitutum, prout etiam reſpondet Barto. in d. l. 3. in prin. j. eo iſtam deciſionem And. de Iſer. refert, & ſimpliciter ſequitur d. Alex. in d. l. 3. in prin. in vlt. char. vbi dicetur. inf. eod. ¶ Sed tu aduerte, quòd iſte text. nihil videtur probare, quia in prima parte , vbi loquitur de titulo vniuerſali , non loquitur,
* quando apprehenſa fuit poſſeſſio vnius ſerui hæreditarij, *ſecundum communem intellectum glo.* & Doct. imò nullius adhuc erat
4 apprehenſa poſſeſſio, & ſic iſte text. nihil facit. ¶ † Tertiò no. in ver. ſi ex parte. ſecundum Moder. Senen. hic, quòd propter qualitatem permiſſiuam inhærentem ſeruo , quia legatus , poteſt quærere alias res hæreditarias, non obſtante alia qualitate prohibitiua, quia ſit hæreditarius. Et ſic not. quòd vbi concurrunt in eodem ſubiecto vtraque qualitas , potius attenditur qualitas permiſſiua, quàm prohibitiua, Tu adde vltra eos, quòd no. Gemi. in cap. ſtatutum. §. cùm vero. per glo. ibi in verbo eiuſdē ciuitatis. de reſcri. in 6. quòd vbi in perſonā vnius concurrunt duæ qualitates, & reſpectu vnius reſultat diſpoſitio affirmatiua, & reſpectu alterius prohibitiua , tunc attendenda eſt affirmatiua, quo ad verificationem diſpoſitionis legalis , vt ibi per eum, Item adde, quòd idem videtur, ſi in diuerſis ſubiectis cōcurrant iſtæ qualitates, per text. no. in l. ſi is, qui duos. ſup. de lib. leg. Ratio poſſet eſſe, quia qualitas permiſſiua tollit obſtaculū
5 prohibitionis, vt in glo. ſicut in ſimili † dicit Barto. in l. ſiquis in graui. §. fin. ſup. ad Senatuſcon. Sylla. quòd quando cauſa, quæ prodeſt, eſt potentior, ita quòd offuſcat, & perimit illam , quæ nocet, tunc attenditur cauſa, quæ prodeſt. l. iij. §. ſi quis palàm.
6 j. de iure fiſ. glo. & Barto. in l. 4. verſi. 1. de vſucap. ¶ † Alibi tamen notāt Bar. in l. iij. in prin. per illum text. ſup. de ſuſp. tuto. quòd quando ſunt duæ regulæ vna permiſſiua alia prohibitiua, potius attenditur regula prohibitiua, & probat Bar. ſic. nam regula eſt , quod quilibet poteſt accuſare tutorē de ſuſpecto. l. j. §. conſequens. eo. tit. alia eſt, quod libertus non poteſt accuſare patronum. l. qui accuſare. in fin. j. de accuſ. & illa præualet, vt ibi per eum . ¶ Sed certè iſta inductio Barto. non eſt bona, & ſemper eam reprehendi. nam ibi ideo eſt, quia iſtud de liberto eſt ſpeciale, alia vero regula eſt generalis , & generi per ſpeciem derogatur. l. vxorem. § fœliciſſimo. ſup. de leg. 3. c. quamuis tibi. & c. dudum. circa medium, de præben. in 6. tamen idē etiam no. Bal. in l. ſi Ruffinus. in primo no. per illum tex. vbi dixi. C. de teſta. milit. & facit tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu.
7 §. liberto. j. ad l. Iul. de adulte. ¶ † Limita ex eo, quod no. decidit Bal. in l. ſi quis decurio, in vlt. colum. C. ad l. Corn. de fal. per illum text. vbi decidit, quod ſi ſtatutum diſponat, quod contra aduocatum nō poſſit inquiri, iſta eſt regula prohibitiua. aliud ſtatutum diſponit , quòd contra militem poſſit inquiri. Pone quòd aliquis ſit aduocatus, & miles, & delinquat, an contra eū poterit inquiri, & ſic an attendetur qualitas prohibitiua , quia ſit aduocatus, an qualitas permiſſiua, quia ſit miles, & determinat, quòd ſi delictum ſit indifferens, debeat attendi cui magis faueat ius commune, quia ius commune non ita de facili tollitur ſicut priuilegium. l. eius militis. §. militia miſſus. ſup. de mil. teſta. & ſi de iure communi ſit tale delictum , pro quo poſſit inquiri, inquiretur tanquam contra militem, aliàs ſecus. Et cū illa deciſione Bar. tenet Pet. de Anch. in commen. c. canonum ſtatuta. de conſtit. in ver. quæro de ſtatuto, quo cauetur, ꝙ contra decretum, tenet etiam d. Alex. in conſi. 100. 3. vol. inci. ex in
8 ſpect. autem dictorum ſtatutorum. ad fi. ¶ † Quartò, & vltimo no. ex ver. fi. ꝙ ſi teſtator ſeruum communem ſibi, & alteri inſtituit hæredem, per hoc non vr̄ illum ſeruum eſſe liberum, & hæredem, ꝙ videtur contra tex. in l. j. C. de com. ſer. manumiſ. ſed dic, ꝙ ille tex. procedit, quando apparet, ꝙ teſtator voluit illum eſſe liberum & hæredem, aliàs in dubio præſumitur, ꝙ teſtator voluit , ꝙ hæreditas per communem ſeruū acquiratur ſocio, vt ibidē dicit gl. & latius Sal. ¶ Expeditis textualib. capio glo. magnam in verbo per vnum reliquorum. quam diuide in tres partes prin. In j. declarando tex. remouet vnum contrariū. In 2. quærit, quę ſit ratio diuerſitatis inter primum, & ſecundū caſum tex. In 3. propè fi. quęrit de alia qōne. Secunda ibi, ſed q̄ eſt ratio. Tertia, & vlt. eſt ibi, ſed quid ſi habeam vſumfructū. expediā iſtam gl. per partes . ¶ Redeo ergo ad primam partē, in qua gl. vt dixi remouet vnū ꝯrium. iſtud ꝯrium poteſt formari dupliciter. Primo ſm̄ Bar. ſic, per ſeruum quem non poſſidemus non acquiritur nobis poſſ. vt in §. præcedenti, & in §. item acquirimus. s. ea. l. ſed ſeruum emptum, vel donatum antequam tradatur non poſſidemus , quia ex ſolo titulo abſque apprehenſione non acquiritur poſſeſſio. l. ſi ex ſtipulatione. j. eo. l. eum qui. in prin. j. de fur. l. ſi ager. vbi gl. no. ſup. de rei ven. glo. fatetur contrarium , quòd iſte tex. intelligatur apprehenſa poſſeſſione talis ſerui legati , empti , vel donati. Secundo modo, & melius poteſt formari iſtud contrarium aliter , ex eo, quod gl. dicit, non vt poſſeſſo vno per eum, videar & cæteros poſſidere,

possidere, nam apprehensio poss. vnius rei non infert apprehensionem possessionis aliarum rerum etiam in pluribus seruis pariter donatis, vt in l. prædia. inf. eod. sed text. hic videtur innuere, quòd apprehenso vno ex pluribus seruis emptis, vel donatis, intelligatur apprehensa poss. aliorum. Glo. fatetur contrarium, & quod intentio Iurisconsulti non est ita dicere, sed ꝙ si apprehendat vnum ex pluribus seruis emptis, vel donatis, potest per eum posteà acquirere possessionem aliorum seruorũ, tu iunge simul vtranque oppositionem, & erit melius. In ista ergo prima parte glo. habes intellectum ad ver. itaque agitur. quòd intelligatur interueniente apprehensione vnius serui, aliàs ex solo titulo non transfertur dominium neque poss. nisi in legato, vbi ex solo titulo transfertur dominium ipso iure in legatarium, vt in glo. fin. ergo in isto text. in seruo empto, vel donato si non esset apprehensa possessio, ibi non esset nec dominium nec posses. & per seruum quem non possidemus, non potest nobis acquiri possessio, vt in §. præcedenti, & in §. item acquirimus, vbi dixi. s. ea. l. necessariò ergo iste ver. itaque. intelligitur apprehensa prius possessione istius serui, tunc bene per eum possumus acquirere possessionem aliorum seruorũ emptorum, vel donatorum, & cum glo. transeunt Barto. & alij.
* ¶Sed aduerte; licet *omnes ita teneant*, tamen ista est diuinatio ad hunc text. qui de apprehensione serui nihil dicit. Et quòd esset apprehensa possessio, istud est facti. Facta autem non præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. de cap. Secundò, & fortius, si iste ver. itaque. intelligeretur prout glo. & omnes intelligunt, scilicet apprehensa poss. certè tunc habet verum dominium, & veram possessionem in eo. l. traditionib. C. de pac. & §. per traditionem. instit. de rer. diui. ergo tunc esset penitus de indubitabili, quòd per eum acquireret possessionem aliorum, quia indubitatum videtur, quòd per seruum meum proprium, in quo habeo dominium & poss. mediante apprehensione possim acquirere poss. aliorum. §. Item acquirimus. sup. ea. l. tamen ad hoc posses respondere, quòd dubium faciebat, quia erant pares, & tunc videbatur, quod vnus non posset apprehendere posses. aliorum. Et istud videtur considerasse text. ibi, *si pariter empti*. Tertiò contra istum intellectum glo. & Doct. fortiter facit, quia si ver. itaque. intelligitur apprehēsa possessione, ergo iste ver. qui venit ad regulam veterum illatiuè non bene staret, si loqueretur apprehensa possessione istius serui hæreditarij, & sic iste ver. loqueretur in terminis diuersis, & separatis à prima parte tex. & sic à regula Antiquorũ; ergo non bene staret illatio. & propterea semper putaui, quòd etiã text. in 1. parte possit loqui etiam apprehensa possessione serui hæreditarij, prout in generalitate sui potest loqui tex. & tunc etiã per eum licèt apprehensum non acquiritur possessio aliarum rerum hæreditariarum, & quamuis sit apprehensa possessio vnius serui hæreditarij, non per hoc sequitur, quòd sit adita hæreditas, vt inf. dicam in secunda parte prin. huius gl. & isto modo bene stabit illatio in ver. itaque. quia tunc erit paritas terminorum, licet sit diuersum ius. Et ratio diuersitatis iuris ponitur inf. in 2. parte glo. ¶Item inquantum glo. in ista prima parte dicit, nisi in legatis, quib. sine possessione quæritur dominium. ista particula glo. intelligitur altero de quatuor modis. Primo modo secundum Bar. & Antiquos, quòd ista glo. se referat ad tex. & sic faciat ad propositum, & velit, quòd in seruis legatis per vnum eorum acquiratur nobis possessio aliorum seruorum absque apprehēsione possessionis, & istius serui legatarij. ¶Ista glo. sic intellecta reprehenditur per Barto. & alios, quia licèt in legatis acquiratur ipso iure dominium, tamen non acquiritur possessio. l. cùm hæredes. in prin. inf. eo. & l. si fratres. §. idem respondet. secundo. sup. pro socio. & acquisitio, quę fit per seruũ, non fit ratione dominij, sed ratione possessionis, vt pluries dixi. ¶Sed aduerte, quia textus allegati per Bar. in d. l. cùm hæredes. in prin. & in d. l. si fratres. §. idem respondet. loquuntur in titulo vniuersali hæreditatis, vel societatis, & nos loquimur in tit. particulari legati, ergo illa iura non bene videntur allegari per Barto. sed Barto. voluit sic inducere, quia si in tit. vniuersali, in quo transfertur dominium sine apprehensione, non tamē transfertur possessio nisi apprehendatur, ergo multo minus in tit. particulari legati, sed aduerte quia glo. debet intelligi secundum legem quam allegat, & lex à Titio allegata per glo. loquitur de dominio, & non de possessione. & tanto magis, quia gl. ita expressè loquitur de dominio. Et propterea Ang. & Imo. secundo modo intelligunt istam particulam glo. prout iacet, nō referendo eam ad præcedentia, & isto modo glo. bene loquitur in se, quia bene verum est, quòd in legatis acquiritur dominiũ sine possessione. ¶Tertio modo, & subtilius, potest intelligi glo. quòd serui legati legatarius nō habet possessionem sine apprehensione, sed bene habet dominium, & ratione dominij seruus acquirit mihi possessionem aliorum, si ipse ab alio non possideatur. l. si me in vacuam. §. fin. inf. eo. ista declaratio non est vera, quia per seruum, quem non possidemus, non acquiritur nobis possessio, vt est text. in §. fin. inf. ea. l. etiam si dominiũ in eo habeamus, vt in §. præcedenti. & l. si seruus depositus. §. j. sup. de noxa. Barto. in l. 3. §. ex contrario. in 2. colum. inf. eodem. ¶Quartò modo subtiliter intellexit. d. Alex. saluando eam. Nã secundum eum vult dicere ista glo. quòd licèt per seruum hæreditarium non acquiratur dominium aliarum rerum hæreditariarum hæredi, tamen per seruum legatum potest acquiri dominium aliorum seruorum legatorum ipsi legatario, cùm acquisitio talis dominij fiat sine possessione. d. l. à Titio. ista declaratio d. Alexan. est deterior cæteris omnibus, quia dominiũ aliorum seruorum legatorum erat ipso iure translatum in legatarium, sicut & istius serui per reg. d. l. à Titio. vnde per istũ seruum frustra acquireretur dominium aliorum, cùm iam illud habeat ipso iure. vnde teneas secundam declarationem superius positam.
9 ¶† Venio ad secundam partem principalem glo. ibi, sed quæ est ratio. vbi glo. quærit, quæ sit ratio diuersitatis inter primum, & secundum casum huius text. quare per seruum in quo habemus titulum vniuersalem hæreditarium non possit acquiri poss. alicuius rei hæreditariæ, & tamen secus sit in seruo, in quo habemus titulum singularem ex empto, legato, vel donato, quia per eum possumus acquirere possessionem aliorum. & gl. videtur assignare quatuor rationes differentiæ, tamen in effectu non sunt nisi duæ. nam tertia est declaratio primæ, vt etiam dicit Bart. & quarta quæ est per l. Pau. aliàs incipit procuratorem. sup. de acqui. hære. prout etiam dicit gl. non est generalis, quia solùm poneret rationem, quare per seruum hæreditarium non possit quæri ipsa hæreditas, sed iste text. dubitat etiam de possessione alicuius rei hæreditariæ, an possit acquiri per seruum hæreditarium, & ad hoc non vadit quarta ratio glo. ¶Istam rationem differentiæ assignatam per glo. inter primum, & secundum casum sequuntur Antiqui, & post eos Bar. Imo. Lud. & d. Alex. hic. Bar. & Imo. in l. hæres per seruum. sup. de acqui. hære. & ibidem glo. eandem rationem tenet. ¶Istam rationem impugnat Ange. Rapha. Cuma. Pau. de Cast. & Are. hic. Ang. Raph. Cuma. Pau. de Cast. Ludo. Rom. & Aret. in d. l. hæres per seruum. Moti per ver. sed si ex parte. in hoc tex. vbi adita erat hæreditas, quod patet, quia aliter legatum non deberetur. l. si nemo. sup. de test. tute. & l. eam quam. C. de fideicom. & tamen ibi per seruum post aditam hæreditatem, quamuis non dicatur amplius hæreditarius, non potuisset acquiri, nisi habuisset aliã qualitatem, quia erat legatarius, sed ad istum tex. clarè respondetur, prout etiam respondet Io. de Imo. quòd ibi erat adita hæreditas pēr cohæredem, & non per illum, cui seruus erat prælegatus, & sic eius respectu erat hæreditarius seruus, licèt ex illo capite non potuisset per eum acquirere, nisi habuisset aliam qualitatē, quod erat legatarius, & super hoc latius insistit Are. hic, sed non expedit, quia respōsio quam dedi est plana. ¶Omissis leuib. contra istam rationē glo. quatuor stringunt. Primò, quia si istud principium loquitur in seruo hæreditario ante aditam hæreditatem, tex. erit penitus sine aliquo dubio, quia hæres futurus, qui non erat dominus nec possessor serui, non poterat per eum aliquid hæreditatis acquirere, imò ꝙ est fortius nec aliquid, ꝙ non esset hæreditatis, quia si per seruum in quo habemus plenum dominium, si ipsum non possideamus, non possumus acquirere possessionem, vt est text. in §. præce. & in §. item acquirimus. in ver. sed & per eum. s. eo. quanto minus erat dubitandum de seruo isto hæreditario, in quo neque dominium neque possessionem habemus, ꝙ per eum non debeat posse acquiri possessio futuro hæredi. ¶Huic difficultati respondent subtiliter, & coloratè Mod. Sen. hic, ꝙ ratio dubitandi in isto tex. an per seruum hereditarium ante aditam hæreditatem posset acquiri, fuit, quia licet de præsenti non haberet dominium neque possessionem, tamen quia adita hæreditate fingitur vsque retro hæres. l. hæres quoque. s. de acq. hære. ne aliàs testator decedat pro parte tem poris testatus, & pro parte intestatus, contra reg. l. ius nostrum non patitur. j. de reg. iur. & sic acquisitio fingitur facta post aditam hæreditatem, ideo videbatur valere. pro hoc facit tex. valde no. in l. si ex re. §. fi. de stipu. seruo. vbi quærit tex. an seruus hereditarius possit stipulari futuro hæredi. Primò dicit videri, ꝙ non, quia illo tempore hæres est extraneus, ex quo nondum adiuit hæreditatem. contrarium determinat Iurisc. ista ratione formali, quia qui posteà hæres extiterit, videtur ex mortis tpe defuncto successisse, & bona est argumentatio de stipulatione ad possessionem, & ècontra. l. quamuis saltus. j. e. ista fuit subtilis ratio dubitandi in hoc text. qua non obstante contrarium
10 determinat Iuriscon. hic, † ex quo not. habes, quòd acquisitio possessionis facta per seruum hæreditarium non conualidatur ex fictione, licèt posteà hæres adeundo hæreditatem fingatur

11 vſque retro ſemper fuiſſe hæres. † Et ſi dicatur quare acquiſi-
tio per ſtipulationem conualidatur ex fictione. d.l. ſi ex re. §.fi.
& non acquiſitio poſſeſſionis,arguēdo de ſtipulatione ad poſ-
ſeſſionem, vt dixi. reſpondent præfati Mod. Senen. hic, quòd
ratio eſt,quia ſtipulatio habet multum iuris, ideo cōualidatur
ex fictione.ſecus in poſſeſſione, quæ habet multum facti. §. 1.
& §.ſi vir.ſup.ea.l.ideo non conualidatur per fictionem.iſta dif
ferentia probatur in l.iuſto.in fin.& melius in §. fin.j. titu. 1.vbi
apprehenſio poſſeſſionis facta ex cauſa peculiari per ſeruum
hęreditarium,conualidatur aditione poſtea ſcuta propter cau
ſam peculij,quia tunc poſſeſſio habet plus iuris,quàm facti, vt
per glo.& Doct.in l.poſſeſsio quoque.§.j.inf.eo. Et ſecundum
glo.& Barto.in d.l.fin.§.fin.j.tit. 1.conualidatur vt ex retro à die
adeptæ poſſeſſionis.l.fin.j.de caſtren. pecu. ¶Tu aduerte licèt
iſta ratio dubitandi ad hunc text. ſubtiliter aſſignata per Mod.
Senen. videatur prima fronte multum applaudere aurib. au-
dientium, tamen non eſt bona, & habet fallaciam expreſſam,
quia adita hæreditate licet tempore mortis teſtatoris fingatur
hæres,dominus rerum hæreditariarum,non tamen fingitur re
tro fuiſſe poſſeſſor ſerui hæreditarij.patet,quia eſto, quòd ſim
hæres, non tamen eſt mihi quæſita poſſeſſio rerum hæredita-
riarum,niſi eas actualiter apprehēdam.l.cùm hæredes. in prin.
infra eod.ſed acquiſitio poſſeſſionis in ſeruo pendet non à do-
minio ipſius ſerui,ſed ab eius poſſeſſione, vt eſt text. in §. præ-
cedenti.Et text.in §.item acquirimus.vbi dixi.ſup.ead.l. Niſi di
ceres ſuſtin●ndo prædictam rationem, quòd ex quo fingitur
vſque retro hæres à tempore aditæ hæreditatis, & ſic fingitur,
quòd acquiſitio fuerit facta poſt aditam hæreditatem, & ſic
eo tēpore, quo iſte ſeruus fingitur eſſe proprius hæredis, iſtud
dominium fictum videbatur ſufficere ad hoc, vt ſeruus acqui
rat hæredi.ex quo tum talis ſeruus à nemine poſsidebatur. d.§.
Item acquirimus.ſupra ead.l.& l. ſi me in vacuam. §. fin. infra
eod.dato ergo,quod non fingatur poſſeſsio ſerui retro, tamen
videbatur ſufficere dominium fictum, ex quo iſte ſeruus hære
ditarius neutro tempore per neminem poſsidebatur, & iſto
modo text. iſte poterat habere probabile, & ſubtile dubium.
¶Secundò contra rationem glo.ſtringit iſte text.in ver.itaque,
qui venit illatiuè ex præcedentibus,& loquitur,quando poſſeſ-
ſio ſerui empti,vel donati prius fuit apprehēſa, aliàs per eū nō
potuiſſet acquiri poſſeſsio aliorum,vt tenet iſta glo. in prin. &
omnes ſequuntur, ergo etiam principium huius text.debet intel-
ligi, quando ſeruus hæreditarius fuit apprehenſus, aliàs illatio
non be●e veniret in ver. itaque. ſi erat apprehenſus, ergo non
erat amplius hæreditarius, quia ſi iſte ſeruus poſsidebatur ab
hærede, erat adita hæreditas.l.1. & 2. C. de repud. hæred. huic
difficultati reſpondet dom. Alexan. quòd illatio poſita in ver.
itaque.fit ad caſum præcedentem, ſed non per omnia, quia in
prin. non erat apprehenſa poſſeſsio ſerui hæreditarij, ſicut in
ver.itaque.ſed nihil eſt dicere.eſt truffa, ego aliter ſtatim infra
reſpondebo. ¶Tertiò iſta ratio glo.ſecundum Rapha. Cuma.
confunditur per text.in l.qui abſenti.§.fin.inf. eod. vbi text. lo-
quitur de tempore poſt aditam hæreditatem, & tamen vide-
tur velle, quod ſi ille ſeruus eueniſſet hæredi in totum ex cau-
ſa hæreditaria, quòd non potuiſſet acquirere poſſeſsionem rei
hæreditariæ, & tamen erat poſt aditam hæreditatem,ergo ra-
tio glo.non eſt bona,ſed ad illum text.reſponde tripliciter. Pri-
mo, quòd ibi non erat adita hæreditas, vt per glo. fin. & alios
ibi,vel quòd ibi neceſſariò intelligitur tex. quando erat inſtitu-
tus hæres ſub conditione, vt per Iacob. de Are. Barto. & alios
ibi, ſi ſub conditione, ergo non poterat adiri hæreditas, vel ter
tiò,dum ibi dicitur,quia non ſeruus iure hæreditario, non de-
bet ibi ſumi argumentum à contrario ſenſu, quòd ſi eueniſ-
ſet iure hæreditario,non potuiſſet per eum acquirere poſſ.quia
reſultaret abſurdus intellectus contra. §. item acquirimus. in
verſi. Item hæres. ſup. ead.l. ¶Quartò, & vltimò contra ratio-
nem glo. fortiter obſtat. nam ſi iſte text.in principio procede-
ret, eo quia ante aditam hæreditatem non eſt ſeruus proprius
hæredis, ideo poteſt ei acquirere, vt dicit glo. certè ſecundum
iſtam rationem, ſicut non poteſt acquirere aliquid, quod ſit
hæreditarium: ita nec aliquid aliud, quod non eſſet hæredita-
rium,cum eadem ratio militet. Et tamen contrarium vult iſte
12 text. dum dicit, quòd eiuſdem ſit hæreditatis. † cùm illud re-
latiuum quod,ſine copula,ſtet reſtrictiuè.l.ea tamen adiectio.
de lega. 3. idem quod hic,vult etiam tex.in l.hæres per ſeruum.
ſupra.de acquiren. hæredita. & in l. per hæreditarium ſeruum.
ſupra titu. 1.& l.qui abſenti.§.fina.infra eod.iſti omnes text. fa-
ciunt differentiam inter res hæreditarias,& alias res non hære-
ditarias. & negando acquiſitionem poſſeſsionis tantum in reb.
hæreditarijs, ergo in alijs non hæreditarijs concedere videntur,
& tamen ratio glo. militat pariter in vtroque caſu, ergo non
eſt vera, & huic nunquam vidi bonum reſponſum. ¶Propter
iſtas difficultates Rapha.Cuma.dom.Pet.de Bexu. d.Iaco. Put.
& d.Hierony.Tor.hic,& Rapha.Cuma.in l.hæres per ſeruum.
ſup.de acquiren.hæredi.dicunt, quòd non poteſt aſsignari bo-
na ratio diuerſitatis, ſed eſt neceſſe dicere, prout dicit text.in l.
non omnium. ſup. de leg. quòd non omnium, quæ à maiori-
bus tradita ſunt, congrua ratio reddi poteſt. & ideo text. vult,
quòd iſta regula veterum non ſit vlterius producenda, quia
non habet rationem,ſed ita veteres putauerunt, ſed iſtud nihil
eſſet dicere. ¶Aliam, & quidem ſubtilem rationem diuerſita-
tis aſsignat Aret. hic, quia ſeruus hæreditarius continetur vnà
cum alijs reb. hæreditarijs ſub vno iure vniuerſali,quod eſt hæ
reditas. vnde omnes res hæreditariæ contentæ ſub iſto iure vni
uerſali cenſentur vna res iuris interpretatione, & non plures,
ſicut quando corporum vniuerſitas ſub ſtipulatione contine-
tur, dicitur vna ſtipulatio. l. ſcire debemus. in prin. & ibi latè
Barto.de verbo.oblig. vnde vna res hæreditaria non poteſt per
aliam acquiri, quia eadem res per ſeipſam acquireretur, quod
eſt abſurdum,quia inter rem acquirentem,& eam, quæ acqui
ritur,debet eſſe diuerſitas.& ſic inter agens,& patiens debet eſſe
diſtinct.l.2.inf.de ſtip.ſeruo.& c.fin.de inſtitu.iſta ratio ceſſat in
alijs reb.non hæreditarijs,& propterea iſte text. reſtrictiuè dicit
per ſeruum hæreditarium non poſſe acquiri,quod ſit eiuſdem
hæreditatis,& quòd iſta ſit vera ratio,patet per text.in l. per hæ
reditarium.ſup.tit.1.dum dicit, *per hæreditarium ſeruum, qui eſt
eiuſdem hæreditatis,hæredi acquiri non poteſt*. & apertius per iſtum
tex.in ver.itaq; vbi Iuriſcōſ.illa tiuè dubitauit,quid in pluribus
ſeruis ſimul legatis,emptis vel donatis,an per vnum poſſet ac-
quiri poſſeſsio aliorum, & nulla alia potuit eſſe ratio dubitan
di, niſi propter vnitatem diſpoſitionis, & cum myſterio dicit
text. ibi, *ſi pariter empti, vel donati ſunt*, tamen contrarium de-
terminat text. eo quia in contractibus, & in legatis plures res
licèt nominatæ ſub vna diſpoſitione, tamen conſiderantur vt
plures,& non vt vna.d.l.ſcire debemus in prin. etiam ſi plures
res vno pretio vendantur. l. ſi & vno.ſup. de actio. empti.licèt
quo ad quid reputetur vna emptio.l. ſi duos quis ſup. de con-
trahen.emp.& l.quòd ſi vno.in prin. ſup. de in diem addict. de-
clarat Barto.in d.l.ſcire debemus. in prin. vbi dixi. ¶Iſtam ſub-
tilem,& peregrinam rationem reprehendunt Mod.Senen.hic
ad fin.quia ſi donati eſſent, vel legati.10.ſerui ſimul,ſine ſpecia
li enumeratione,ex quo eſſet vna donatio,vel vnum legatum,
vt l.ſi ex toto.§. fin.ff. de leg. 1.traditur in d. l.ſcire debemus. in
princip.non procederet iſte tex.contra eius generalitatem, ſed
ad hoc reſpondet Aret.quòd non eſt ſimpliciter vna, ſed quo
ad quid, vt declaratur in d.l.ſcire debemus. in princ. & ibi dixi.
¶Secundò monetur, quia ſi plures res hæreditariæ cenſeren-
tur vna res, vt vult Are. certè apprehenſa poſſeſsione vnius
rei hæreditariæ tanquam partis rei,cenſeretur apprehenſa poſ-
ſeſsio aliarum,vt eſt text.in l.3.in prin.ſup.eod.Sed hoc eſt fal-
* ſum, vt l. cùm hæredes in prin. infra eod. tenent *Barto.& omnes*
in d.l.3.in prin.inf.eod.ſed tu ad hoc not.reſponde, quòd hære-
ditas eſt vnum ius vniuerſale iuris interpretatione, verum eſt
reſpectu rerum hæreditariarum, ſed non reſpectu poſſeſsionis
ipſarum rerum hæreditariarum, eo quia poſſeſsio non reperi-
tur in hæreditate.l.j.§.Scæuola.ſupra ſi quis teſta. liber eſſe iuſ.
fue.& l.denique.ſupra ex quib.cau.ma.ideo vnitas,quæ cauſa-
tur ex iure hæreditario reſpectu rerum hæreditariarum, non
extenditur ad acquiſitionem poſſeſsionis, vt apprehenſa poſ-
ſeſsione vnius, poſſeſsio aliarum rerum hæreditariarum cen-
ſeatur apprehenſa, vt in iuribus præalleg. Et iſta eſt mera veri-
tas. ¶Tertio mouentur per text.in l.qui abſenti. §.fin. infra eo.
Sed ad illum text. reſpondi ſupra proximè tripliciter, nec ille
text. venit de directo contra rationem Aret.hic, ſed bene con
tra rationem glo. noſtræ, prout ponderat Rapha. Cuma. hic,
& ſupra retuli. ego vltra Moder. Senen. arguo contra iſtam
rationem Aret.nam ea attenta ſequitur, quòd ſi alicui legare-
tur dos, vel peculium, aut chorus, in quo eſſent ſolum ſer-
ui, ex quo omnes ſolùm continerentur ſub vno vniuerſali,
quòd tunc per vnum non poſſet acquiri poſ. aliorum contra
generalitatem ver.itaque.qui aliàs multum reſtringeretur, niſi
diceres ex mente glo.noſtræ,quòd iſtud ius vniuerſale hæredi-
tas,vel ius vniuerſale hæreditarium,non ſic eſt in illis vniuerſa-
libus, in dote, in peculio, in choro, vel in grege, quia appre-
henſa poſſeſ. per hoc non deſinunt eſſe iſti tituli vniuerſales.
¶Item aduerte pro intellectu text. quòd iſte text. in prin. po-
teſt intelligi generaliter,etiam apprehenſa poſſeſ.iſtius ſerui hæ
reditarij, quòd per ſeruum hæreditarium dato, quòd eius
fuiſſet apprehenſa poſſeſ. prout in generalitate ſui poteſt iſte
text. loqui, tamen adhuc non poteſt acquiri poſſ.aliarum re-
rum hæreditariarum. Et hoc modo verſi.itaque.qui neceſſariò
loquitur apprehenſa poſ. ſerui, bene venit illatiuè ad princi-
pium tex. Et ſi dicis, ergo apprehēſa poſ.iſtius ſerui hæreditarij

cenſetur

censetur adita hæreditas, vt l.j.& 2.C.de repud. hære.ergo non
esset amplius seruus hæreditarius propriè, prout loquitur text.
Responde, ꝙ ista stant simul, ꝙ quis possideat seruum hære-
ditarium, & tamen per hoc non sit hæres, nec per hoc adiue-
rit hæreditatem, puta si ante mortem testatoris talem seruum
iam possidebat bona fide. Item dato, quòd esset apprehensa
possessio istius serui hæreditarij, non per hoc sequitur, ergo adi
ta fuit hæreditas, quia potuit apprehendi ex alia causa, vel ob-
ligatione, quam vt adiretur hereditas, vt declarat Bar.in l.gerit.
13 in pen.char.de acqui.hæred. † Item à communiter accidenti-
bus, qui volunt esse hæredes, & adire hæreditatem, apprehen-
dunt possessionem meliorum rerum, vt declarat singu.Sal.in l.
non hoc.C.vnde legit. & ibi sequitur, & commendat.d. Alex.
per gl.in l.neque natales.C.de prob. ergo apprehendendo pos-
sessionem vnius serui hæreditarij, cùm non sit de melioribus
rebus hæreditatis, non per hoc videor hæreditatem adiuisse. &
ita habes expeditam istam partem, quatenus respicit intellectũ
14 tex.& eius rationem. ¶ † Ex ista parte gl. diligenter no. ꝙ adi
ta hære ditate non dicitur amplius seruus hæreditarius, sed pro
prius hæredis, & consequẽter, ꝙ hæreditas postquam est adita,
desinit esse hæreditas, & amplius non appellatur hereditas pro
priè, sed largè, & impropriè. & ex hoc correlariè habes ex gl. ꝙ
terminus hæreditas denotat ius vniuersale de futuro acquiren
dum, mediante aditione, sed secuta aditione non est amplius
hæreditas, aliud est in termino particulari emptionis, dona-
tionis, vel legati, qui denotat titulum, vel factum, & talis titulus
durat etiam post acquisitionem, vt dicatur res empta, vel do-
nata, vel legata. Et quia ista glo. quotidie pro not.allegatur ad
hoc, intendo istam materiam vtiliter examinare, & sic duo fa-
ciam. Primò examinabo theoricam, posteà ponam practicã
reducendo ad vtiles, & quotidianas decisiones. ¶ Circa conclu
sionem glo. quòd hæreditas postquam est adita non dicatur
amplius hæreditas, sed proprium patrimonium ipsius heredis,
adde, ꝙ ratio fundamentalis est, quia hæreditas quãdo aditur,
vnitur cum patrimonio hæredis, & totum fit vnum patrimo-
nium hæredis.l.sed si plures.§.filio.s̃.de vul.& pup.& l.j.§.præ-
terea.j̃.de separa.Item hæreditas dicitur hominis mortui.cùm
autem est adita, efficitur viuentis, & tunc non est propriè hære
ditas, ideo non haberet locum in statutis, in quibus verba de-
bent propriè accipi, vt statim dicam veniendo ad practicam.
adde glo.quæ idem tenet in l.hæres per seruum. s̃. de acq. hær.
& glo.in l.per hæreditarium.s̃.tit.1.& in l.eius, qui in prouincia.
in vlt.parte in verbo hæreditati.& ibi Bar. & alij ad hoc no. s̃. si
cer.pet.& est de hoc tex.melior de corpore iuris instit.de hære.
qual.& dif.in prin.ad idem tex.in d.l.si plures.§.filios.s̃.de vulg.
& pupil.& text.no. in l.qui Titij testamentum.in prin. s̃.de his,
quib.vt indig. Adde Bar.in l.fi.in duob.locis. s̃. ad Ter. & in l.in
fideicommissaria.ad fi.prin.& in l.Titius in prin.s̃.ad Treb.& in
l.si quis seruum.§.fi.de leg.2.& in l.tutelas. ad fi. prin. s̃.de capi.
dimi.Ang.in Auth.de non eligendo secundo nub.in prin.colla.
2.¶ Sed aduerte, quia istam gl.alibi reprobat Bal.in c.consulta-
tionib.in vlt.col.de offi.deleg.quia ea attenta sequeretur, quòd
filius, qui sine aditione immediate est hæres patris mortui, nõ
15 haberet hereditatem, ꝙ est falsum: † tu dic hoc verum propriè
loquendo, patet quia in suis non est dare hæreditatem iacentẽ,
vt est gl.no.in l.cùm hæreditas.& ibi no.Bal.C.depo.Bar.in l.fi.
in pe.& vlt.col.supra de condi. instit. vbi allegat concordantes
16 gl.dixi in l.in suis.de lib.& posthu.hinc est, † ꝙ in suis non ha-
bet locum vsucapio pro hærede, quia ibi non est propriè hære
ditas.l.nihil.C.de vsucapi.pro hærede.Bal. vbi singulariter limi
tat in rub.extra de præscr.in 5.col. ¶ Aduerte etiam, quòd licet
alibi hæreditas etiam postquam est adita appelletur hæreditas.
l.fi.§.sinautem æs alienũ.& ibi Bal. ad hoc no. C.de bonis quæ
lib.& §.j.insti.quib.ex cau.manumitte.licet vel non, ideo datur
petitio hæreditatis, & post aditam hæreditatem petuntur res
hæreditariæ, & petitur hæreditas.& l.non tantum. in prin.ff.de
pet.hær.vnde, vt dicit gl. largè, & impropriè dicitur hæreditas,
& dicuntur res hæreditariæ post aditam hæreditatem, & pro-
pterea dicit Bar.in l.3.in prin.in vlt.col.de bon.pos. ꝙ vbicunq;
post aditionem hæreditatis appellatur hereditas, est impropria
locutio.idem & latius dicit Bar.in rub.supra de acq. hære.& in
17 d.l.eius, qui in prouincia. † Item licèt post aditam hære.desinat
nomen hæreditatis propriè loquendo, tamen donec hæres sit
adeptus posses.rerum hæreditariarũ, adhuc dicitur hæreditas,
& competit petitio hæreditatis.l.non tantum.in prin. & l.si hæ
reditatem.& l.licet minimam.s̃.de pet.hære. sed postquam hæ
res semel est adeptus posses.rerum hereditariarum, si posteà ca
deret à possessione, non competeret amplius petitio hæredita-
tis, sed rei vend.ita magistraliter declarat Bart. post glo. ibi in l.
2.sup.de fideicom.hæred.pet.facit glo.solennis in cap. 1. in glo.
18 1.mag.ad fi.de confes.in 6.quæ vult, † quòd remedia adipiscẽ-
dæ pos.non competant, postquam adeptus est posses. & pro
illa glo.est bonus text.in §. sequens. in versi. ideo autem adipi
scendæ. Instit. de interdic. Ego *contra istam communem conclusio-
nem* glossarum & Doct. ꝙ etiam post aditam appelletur pro-
priè hæreditas, allego fortem text.in l.filiusfam.sup.ad l.Falc.in
duob.locis.primo circa medium ibi, *extraneo hærede instituto fie
ri hæreditatem aditione eius*. secundò in fin.ibi, *fiatque hæreditas post
restitutionem*. si ergo per aditionem fit hæreditas, vt ibi dicit tex.
ergo propriè est hæreditas ea adita, ergo non efficitur propriũ
patrimonium hæredis, prout glo.& omnes volunt. D.Alex. ibi
respondet, & intelligit illum text. dum dicit fieri hæreditatem
aditione eius, quòd istud videtur impropriè esse, quia post adi
tionem non propriè dicitur hereditas, quia commiscetur cum
patrimonio adeuntis.d.l.sed si plures. §.filio. & per glo. & Do-
cto.hic. ¶ Ista solu.dom. Alexan. non videtur posse stare ad il-
lum text. triplici consideratione.primò, quia ille est text. Iuris-
consulti, in quo dicere, quòd verba stent impropriè, est contra
dignitatem Iurisconsultorum, qui latinissimè, & proprijssimè
semper loquuntur. Secundò, quia res non debet eodem mo-
do finiri, quo incipit.l.Titio cùm morietur.sup. de vsufru.cùm
ergo aditione extranei efficiatur propriè hæreditas, ergo adi-
tione non debet desinere esse hæreditas. Tertiò, & fortius, quia
in peculio castrensi, quod defertur patri ex filij dispositione, ap
pellatur impropriè hæreditas, in l.2.in fin.in verbo, pro hæredi
tate habetur. & in l. proponebatur.in prin. j̃. de castr. pecu.sed
text.ibi dicit, quòd si pater fuit grauatus in codicillis per filium
restituere extraneo peculium castrense, extraneo instituto fie-
ri hæreditatem aditione eius, ergo quæ primò impropriè fue-
rat hæreditas, scilicet respectu patris grauati, vt ibi dicit text.in
proposito cùm hæres non adijt hæreditatem, per aditionem
extranei mutat conditionem, ergo tunc efficitur propriè hære
ditas. & si dicas, quòd iura præallegata loquuntur, quando fi-
lius habens peculium castrense fecit testamentum, sed in d. l.
filiusfa.decessit ab intestato, prout expressè dicunt Bart.& Pau.
de Cast. ibi, quo casu ab intestato pater occupat iure peculij,
19 quia de iure † Digestorum in castrensibus filius ab intestato
non poterat habere heredem.l.1.& ibi gl.& Bart.infra de castr.
pec.dico, quòd istud est verum, quando talis filius decessit om
nino ab intestato, sed in d. l. filiusfam.fecit codicillos, qui ha-
bent vicem testamenti, prout in terminis declarat glo. in d. l.
filiusfam.in prin.sup.de leg. 1. ¶ Ego respondeo ad illum text.
& not.& dico, quòd adita hæreditate non dicitur amplius hæ-
reditas propriè, sed proprium patrimonium hæredis, vt hac
glo.cum his, quæ superius dixi.istud est verum, quando aliquis
est hæres simpliciter, sed quando aliquis est institutus hæres, &
grauatus restituere hæreditatem, vel in totum vel in parte, si
adit talem hereditatem, adhuc durat hereditas propter graua-
men fideicommissi, & non efficitur proprium patrimonium.
toto titu.ff. & C. ad Trebel. quia non est simpliciter hæres, sed
est grauatus alteri restituere, & hoc propter dispositionem te-
statoris.ita in proposito in d.l.filiusfam. dicit Iuriscon.quòd in
illo casu est per inde ac si esset hereditas patrisfam. & pater es-
set coactus restituere illi extraneo, & tunc si extraneus adit, il-
lud, quod erat peculium respectu patris, aditione extranei effi
citur hereditas, ex qua hæreditate debet detrahi quarta Treb.
& sic quarta ipsius hæreditatis, nimirum si per aditionem ex-
20 tranei efficitur nunc hæreditas, quę prius non erat. ¶ † Expe-
dita theorica nunc condescendo ad practicam. ista conclusio
glos. quòd hæreditas postquam est adita non dicatur amplius
hæreditas, sed proprium patrimonium heredis, inducitur in
practica ad duas not. & quotidianas quæstiones. Prima est
secundum Ludo. Rom.hic, statuto Bononiensi, & per totam
Italiam disponitur, quòd existentibus filijs masculis, filia dota-
ta non succedat in bonis patris; decessit pater relictis pluribus
filijs masculis, & filia fœmina, ex forma statuti defertur succes
sio paterna solis filijs masculis.pone, ꝙ posteà moriatur vnus
frater ex istis masculis ab intestato, an soror poterit succedere
cum alijs fratribus in bonis quondam patris, quæ nunc repe-
riuntur in hæreditate fratris vltimo loco mortui. Ista glo.facit
not.quòd sic, quia talia bona non dicuntur amplius patris, sed
bona patrimonialia fratris, à cuius successione statutum non
excludit sororem. dicit tamen Ludo. Roma. se non firmare,
quia ista quæstio pendebat tunc de facto Bononiæ. ¶ Dom.
Alexan. & Aret. hic istud firmant, quòd filia exclusa ex forma
statuti ab hæreditate patris, non censetur exclusa ab hæredi-
tate fratris, in qua reperitur hæreditas patris. Pro ista parte alle-
gat Aret. Barto. in l. fin. ad Senatusconsul. Tertullia. vbi con-
cludit Barto. quando filius adiuit hæreditatem paternam, &
filia fuit simpliciter exclusa à statuto in bonis paternis, mor-
tuo posteà filio non attenditur amplius illud statutum,
quia non agitur amplius de hæreditate patris, sed fratris

21 vltimò mortui.¶† Pro eadem parte mouetur d.Alex. qa ſta-
tutum diſponens, ꝙ filia dotata non ſuccedat, intelligitur in
a bonis,& hæreditate dotantis.[a] ita not.tenet Bald.in l.1.per glo.
fin.ibi.C.de leg.hær.& in l.neque mater. C.de iur.dot.cum cō-
cor. quas dedi in l. vt liberis. C. de coll. ergo cùm iſta filia non
ſit dotata à fratre,ſed à patre, ergo non debet repelli à ſucceſ-
ſione fratris idem ſimpliciter tenent Mod. Sen.hic.in 1. not.&
dicunt ſe ita illo anno conſuluiſſe in quæſtione de facto. ¶Iſta
* ſunt, quæ *communiter traduutur* à Scrib. in hoc quotidiano paſ-
ſu.adde,ꝙ idem in terminis tenet Bald. in c.1.§ cùm etiam. in
tit.Epiſcopum, vel Abbatem.in vſib.feud. vbi determinat, ꝙ
ſtante prædicto ſtatuto, ꝙ exiſtentib. filijs maſculis filia exclu-
datur à ſucceſſione patris, tñ à ſucceſſione fratris non reppel-
letur vigore iſtius ſtatuti.idem Raph.Fulg.in l.quanq̃.in 1.not.
22 per illum text.C.ad l. Falc. † vbi idem eſt in excluſione teſta-
toris, vt intelligatur excludere à ſua hr̃ditate, ſed non poſteà
ab hr̃ditate filij. idem tenet Aret. in conſ. 161. inc. in præſenti
conſultatione videndum.in 1.& in pen.col.& in conſ.162.inc.
verum eſt,ꝙ inquit Comicus.in 4.& vlt.col. & iſtis locis Aret.
mirabiliter extendit prædictam deciſionem, vt procedat non
ſolùm qñ hr̃ditas patris fuit actualiter adita per fratrem, ſed
etiam ſi ſit adhuc adeunda per hr̃dē fratris, ꝙ valde,& diligen-
ter not.¶Idem ꝙ.ſ.tenet d.Bene. Capra Peruſinus in conſi.73.
inc.punctus, quidam Petrus.in 2.dub. vbi ēt ipſe ad hoc pon-
derat doctr.Bal.in d.l.1.C.de leg.hęr.hic allegatam per.d.Alex.
vt ſtatim retuli.Mouetur etiam,qa cùm dictum ſtatutum de-
roget iuri communi,& ſic ſit odioſum,ergo debet reſtringi ad
terminos,in quibus loquitur.ſ.de hr̃ditate patris, non autē de-
bet extendi ad hæreditatem fratris,vt in regula,odia.de reg.iur.
23 in 6.& in l.ſi vero.§. de viro.ſ. ſol. matr.¶† Item adde pro iſta
parte communi bene facere illud,ꝙ tenet Ang. in conſ.52.inc.
d.Zilius. vbi conſuluit, ꝙ ſi filia renunciauit ſucceſſioni pater-
næ,& maternæ,ꝙ non obſt.tali renunciatione poterit ſuccede
re fratri non obſt. ꝙ in hæreditate fratris non reperiantur niſi
bona paterna.per rationem d.l. ſed ſi plures.§. filio. & ſequitur
b Aret.hic.[b] imò fortius tenet Lud. Rom.in conſ.158. inc. circa
primum quo quæritur, an renunciatio dominæ Catherinæ. in
1. dub. vbi extendit, etiam ſi iuramentum interueniſſet in tali
renunciatione,iuxta.c.quamuis.de pact.in 6.tñ adhuc non ob-
ſtante tali renunciatione iurata poterit filia ſuccedere in hære-
ditate fratris,quamuis in ea reperiantur bona,quæ fuerunt pa-
24 terna. ¶† Secundò pro iſta communi parte adde bene facere
illud,ꝙ ſing.tenet Bald.in l.1.in q.50.ſ de rer.diu.vbi tenet,ꝙ ſi
vnus ex fratrib. renunciauit feudo paterno, deinde feudum
mortuo patre perueniat ad alios fratres, poſteà decedat vnus
ex illis fratrib.certè filius,qui renunciauit,poteſt venire ad ſuc-
ceſſionem huius feudi tunc vacantis per mortem vnius ex fra
trib.per text.in l.Paulo Callimacho. §.1.ſ. de leg.3.& per text.
not.in c. 1.de eo, qui fin.fecit agna. & ſequitur ſimpliciter do.
* Alex. hic. *Iſta eſt communis opin. à qua nemo vnquam diſcrepauit*, &
ſecundum quam ego ſæpè conſului. ¶In contrarium tamen
facit, quia ſi ſtatutum fauore agnationis excludit filiam do-
tatam à ſucceſſione patris, quæ eſt magis debita filiæ. l. cùm
ratio.ꝗ.de bon.damn.quanto magis exiſtentib.maſculis, & ſic
eodem fauore debet excludi à ſucceſſione fratris, & ſic à linea
tranſuerſali,argum.l.ſi viua matre.C. de bon.mater.præſertim
quo ad bona, quæ fuerunt paterna, quæ ſaltem largè adhuc
25 dicuntur paterna,vnde † de ſtricta ſignificatione vocabuli ad
latam fit extenſio ex identitate rationis,vt eſt glo.not.in Auth.
vt hi,qui oblig.in princip.in verſ.ad curationem, & ibi Ang ad
26 hoc not. collat.6. † Item cùm maior ſit ratio exclcludendi in
remotiori gradu,quàm in proximiori,qui excluditur per ſtatu
tum à gradu proximiori,& ſic ab hæreditate patris, fortius de-
bet excludi à gradu remotiori,& ſic ab hæreditate fratris,vt eſt
gloſ.valde not. in l.1.in princ. in verbo, fiſco. ſ. ſi quis aliq.teſt.
prohi.facit regula.l.de acceſſionib.ꝗ. de diuer. & temp.præſcr.
& c.auctoritate Martini.in fin.de conceſ.præb.in 6.Item & ter-
tiò fortiter facit, quia ſi ſtatutum aufert à principio bona pa-
terna fœminis maritatis fauore filiorum maſculorum, quan-
to fortius illa exiſtentia in filijs maſculis debet conſeruari, per
regulam.l.patre furioſo.de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur.& cap.
quemadmodum. de iureiuran. Tamen ſuſtinendo commu-
nem ſententiam, à qua non eſt in iudicando aut conſulendo
recedendum,potes dicere,quòd ideo filiæ exiſtentib. maſculis
excluduntur per ſtatutum à ſucceſſione patris,eo quia debent
dotari à patre, & dos ſuccedit loco legitimę. l. Titio centum.
§.Titio genero.de cond.& demon.ſecus eſt quando poſteà ta-
lia bona peruenerunt ad fratres, quia cùm à fratribus non do-
tentur, ideo à ſucceſſione fratrum non excluduntur, prout
etiam dicebat.do. Alex. hic, quem ſupra retuli, & ſic propter
diuerſitatem rationis filiæ excluſæ à gradu proximiori patris,
27 non excluduntur à ſucceſſione fratris. ¶† Secundò principali-
ter inducitur iſta gloſ.per Raph. hic, ad quæſt. quam dicit ha-
buiſſe de facto, & ſuper ea conſuluiſſe. Statutum eſt in ciui.
Medio. quod nulla mulier nubat cum hæreditate extra terri-
torium,& ſi nubat extra territorium,perdat hæreditatē, quæ-
dam mulier ſucceſſit patri, & adiuit hæreditatem patris, po-
ſteà nupſit extra territorium, dicit conſuluiſſe per iſtam gloſ.
quòd talis mulier non incidat in ſtatutum Mediola. & ſic non
perdat hæreditatem iam aditam,quia non dicitur propriè hæ-
reditas poſtquam eſt adita. item, quia ſtatutum videtur eam
excludere ab hæreditate acquirenda, non autem ab acquiſita.
ad hoc etiam dicit benè facere text. not. in l. ſi ſeruum. §. præ-
tor ait.in verſ.hęc verba.ſupra de acquir.hęred.vbi eſt text.no.
quòd ſi filius amoueat, vel faciat amoueri aliquid de hęredi-
tate,perdit beneficium abſtinendi, tamen ſi prius abſtinuit, &
poſteà amoueat rem hęreditariam, non priuatur abſtenſione
prius facta, & ſi dicatur, quòd ante aditam hęreditatem mu-
lier non habet ius, ſed ſolam facultatem adeundi, vt eſt text.
not.in l.pretia rerum.in princ.ſ.ad leg. falc. quem text. ad hoc
reputat not.& ſing.Bal.in l.2.C.de iur.& fac.ign.ideo tunc non
videtur nubere cum hæreditate. reſpondet Raph.Cum. quòd
dictum ſtatutum debet intelligi cum hæreditate. i.cum facul-
tate hæreditatem adeundi. idem tenet ipſe Raph. Cum. in d.l.
ſi ſeruum. in §. pretor ait.& idem Raph.Cuma. in l. hæres per
ſeruum.per gl.ibi.ſ.de acq.hæred. & ibidem Lud.Rom.refert,
28 & ſequitur. Et addit Bald. † in l.ſi viua matre.in fin. C.de bon.
mater.vbi quærit Bal.ſtatutum Mediol.diſponit, ꝙ mulier nu-
pta extra territorium non ſuccedat in territorio Mediol.quæ-
dam mulier mortuo patre immiſcuit ſe hæreditati paternæ,
deinde nupſit extra territorium cuidam Mutinenſi, quæritur
nunquid perdat hæreditatem paternam? & determinat,ꝙ nō,
quia iſtud ſtatutum debet intelligi in acquirendis non in acqui-
ſitis priuſquam nuberet,per tex.no.in l.fin.C.vnde lib. Et iſtam
vltimam deciſionem Bald.refert, & ſimpliciter ſequitur dom.
Alex.hic, ſed Bal. ibi loquitur in termis valde diuerſis à quæſt.
Raph. Cum.vt ſtatim infra dicam. contra iſtam deciſ. Raph.
Cum.tenent Mod.Senen.hic in 10.col.in 3.quæſt. & dicunt,ꝙ
iſta opin.Raph.nunquam eis placuit, & quòd in iudicando,&
conſulendo contrariam opin.ſequerentur,moti,quia mens,&
ratio iſtius ſtatuti eſt, ne hæreditates, ſeu bona extra territoriū
deferantur per mulieres extra nubentes,ſed vt bona,& hęredi-
tas remaneant in territorio Mediol. quia intereſt reipub. ſub-
ditos habere locupletes, iſta ratio æquè militat in hæreditate
iam adita,ſicut in adeunda,ergo magis attendi debet mens in-
trinſeca ſtatuti quàm eius verba.l. ſcire oportet.§. ſufficit. ſ.de
exc.tut.Secundò, quia ſecundum communem vſum loquen-
di appellatur hæreditas,etiam poſtquam eſt adita, ſed ſtatuta
29 † debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi ſe-
cundum Barto. in l. Labeo. ſ. de ſup. leg. non probant tamen
aſſumptum de communi vſu loquendi. Tertiò, quia ſtatuta
debent ſic intelligi,ne de facili reddantur eluſoria,vel fruſtrato
ria, ſecundum dom. Ant. de Butr.in quæſtio. per eum diſpu-
ta,quæ incip.Bonon.vbi pro hoc alleg.bonum text. in l.1.§.pe-
cuniam.ſupra de calum. & per glo.in cap.quanquam.de vſur.
in 6. ſed ſi mulier poſſet primo adire hæreditatem, & po-
ſteà nubere extra territorium, cum illa hæreditate de facili
excluderetur diſpoſitio ſtatuti Mediol. prohibentis ne mulier
nubat cum hæreditate extra territorium. Quartò ſecundum
eos non videtur, quòd aliter poſſit verificari iſtud ſtatu-
tum Mediolani, niſi in hæreditate iam adita, quia nubendo
cum hæreditate cenſetur per iſtum actum adire. l.pro hærede.
in princ.& §.Pap.ſ.de acq.hæ.¶Quintò, & vltimò mouentur,
quia hæreditas poſtquam eſt adita,ſaltem largè adhuc dr̃ hr̃di-
30 tas,vt dixi.ſ. & dicit Bar.in rub.ſ.de acq.hær. † Sed de propria
ſignificatione vocabuli ad latam licita eſt extenſio, qñ mili-
tat

ADDITIONES.

a ¶Dotantis. Adde Ang.in conſil.126.inc.teſtamenti factio. Anchar. in conſ. 77.inc.retento. & Caſt.conſ.13.incip. ſuper 1.dub.& in coſil.311. alias incip.præſens caſus.& in conſ.350.incip.in puncto, vlt. colum.Rom. in conſ. 485.incip. in caſu propoſitæ conſult.Raph. Cum. conſ.207.incip. quælibet. Alexan.de Imo.in conſil. 29.colum. 3. in 1.vol.& in conſ. 128. incip. conſideratis.eod. vol. & conſil. 152.incip. viſo the.2.volum. & vltra prædicta ad iſtam q.vide, quæ ponunt Mod. Sen.in tract.ſuper ſtatutis excluſiuis fœminarum,in 6.arg.prin.in 4.membro,& q.16.& ibi etiam de ſtatuto Mediol.
* Quib.omnib. adde Gabriel. com.opin.lib.6.tit.de ſtatutis, concl.5. vbi artè plenè examinat.limitando communem opin.vt Iaſ.hic. MASVER.
b ¶Aret.hic.Quem vide etiam conſ.161.colu.2.& eundem Iaſ. in l. vnic.de in ius vocan.Rom.cōſ.485.Caſt. in l. l.Paulus reſpondit. de acqu.hær. Dec.in l. quoties.nu.6.de reg.iur.& in l. hæreditas.in fin. eod.tit. & in l. qui ſe patris. col.4.nu.16.C.vnde lib.Capram conſ.12. BELLOT.

tat eadem ratio statuti.l.filium habeo.ꝟ. de Senatusc͠ōsul. Maced.glo.in c.1.de temp.ord.in 6.Tu aduerte,ꝙ isti Mod.Senen. nullam auctoritatem in specie allegant ꝯ decis. Raph.Cu.ego autem statim adducam Bald.in terminis in trib. locis tenere ꝯrium.Et si isti Mod.Sen.vidissent istas formales decisiones Bal. longè aduentius tenuissent contra Raph. Cum. & in iudicando,& consulendo. Et pro certo dictum statutum Mediol. potius videtur loqui cum hæreditate iam adita, & sic cum effectuali,vnde ꝯ decisionem Raph.in indiuiduo in eodem statuto Mediol.tenet Bald.in c.consultationib.in vlt. col. de offi.deleg.vbi tenet,ꝙ statutum Mediol.disponens, ꝙ mulier n͠o nubat cum hæreditate alicui forensi,habet locum etiam in hæreditate iam adita pp communem vsum loquendi, qui inspicitur in statutis secundum eum. ¶Secundò in statuto Mediola. ꝙ nulla mulier se nubat cum hæreditate extra iurisdictionem communis Mediolani,ꝙ intelligatur etiam de hæreditate iam adita,tenet subtiliter idem Bal.in cons.357. primæ partis,ꝙ inc. nulla mulier se nubat cum hæreditate,&c.motus inter cætera, quia si ista verba intelligeretur tantum in hæreditate iacente, præsupponerent impossibile, quia cùm ius adeundi sit ius directum,& inseparabile,non potest cedi, vt l.si mulier. la.2.§.ex asse.ꝟ.de iur.dot.Item ista dictio, hr͠ditate, ponitur hic pro patrimonio hæreditario,vt toto tit.ff.de her.vel act vend.Item illa verba, nulla mulier se nubat cum hæreditate, significant eā esse hæredem,& dominam, qa prohibitio alienationis significat hæreditatem aditam præcedere, vt l.si ita.ꝟ. de manu.test. nam translatio non potest fieri nisi præcedat habitus, qa qui nihil habet,nihil potest transferre. Auth. ingressi.C.de sacrosan. Eccles.& l.traditio.de acq.rer.do.¶Tertiò idem in dicto statuto Mediol.tenet etiam subtiliter Bald.in cons.393. quintæ partis inc. quæritur vtrum hæreditas de proprio significatu verbi, &c.motus inter cætera,quia quando statutum loquitur de hæreditate disponenda habitu, & actu,tunc intelligitur de adita, quia cùm consistat in administratione, non potest intelligi nisi de hæreditate adita, & ita necessariò debet intelligi dictum statutum Mediol.secus, quando statutum loqueretur de quadā prouidentia disponendi seu deliberandi, quia tunc intelligeretur de adeunda, & ꝙ primo casu hr͠ditas dicatur propriè postquam fuit adita,probatur sic:nam si dico, vendo tibi hæreditatem Titij, ista est propria loquutio tam de iure ꝗ de facto.l. venditor.& per totum tit.ꝟ.de hær.vel act.vend. & l.hæreditatem.ꝟ.de don. aliàs impossibile esset hæreditatem non aditam vendi,vel donari.d. l.si mulier.§.ex asse.ꝟ. de iur.dot. quia vendendo,& alienando, hæreditas informatur dn͠o,cùm includat necessariò aditionem hæreditatis.§.fin.inst.de hær. qua.& diffe. & l.pro hærede. §.Pap.ꝟ de acq.hær. Item secundum eum, sicut dicimus mulierem esse dotatam, quæ habet vnde se dotare possit.l.cùm plures.§.pen.ꝟ.de admi.tut.Item sicut dicimus, ista mulier est peculiata,quæ habet magnam pecuniā.l.si chorus. ꝟ de lega. 3. ita in proposito in statuto Mediolensi mulier cum hæreditate. i. habens bona, non nubat extra territorium. Et sic illud verbum,cū hæreditate est ex parte suppositi,& n͠o ex parte appositi.Et sic loquitur de hæreditate iam adita. Pondera, quia ex his habes notabilem limitationem ad regulam glo.& Doct.hic,quæ habet, quòd non dicitur propriè hæreditas,postquam est adita.ista regula non habet locum in statuto Mediol. disponente, quòd nulla mulier nubat cum hæreditate extra territorium, vbi verbum cum hæreditate, intelligitur
31 de adita, & perquam plures rationes supra adductas. ¶†Et tenendo istam partem contra Raph.Cum.non obst.decisio Bal. in d.l.si viua matre. in fin.C.de bon.mater.quia Bald. ibi loquitur in terminis valde diuersis,quando statutum dicit,ꝙ mulier nupta extra territorium non succedat in territorio. Pondera, ꝙ statutum prohibet actum succedendi, ergo si prius successerit, antequam nubat extra territorium, non tollitur successio prius facta. Et istam vltimam decis. Bald. sequitur Petr.de Anch.in commento.c.canonum statuta de consti. in 28.char. in vers.sed pone statutum.Raph.Cum. in l.si seruum. §.prætor ait.ꝟ.de acquir.hæred.Lud.Rom.in cons. 40 incip. visis ac discussis puncto, & constitutionib. & in cons 442. incip. vt decisionem accipiat præsens consultatio.Lud. Rom.& Aret.in d.l.
32 hæres per seruum. vbi Alex. pro illa † decisione Bald. in d. l. si viua matre.ad fin.addit rationem,quia vbi qualitas habilitans, vel inhabilitans debet adesse certo tempore, si tunc non adest,licèt posteà superueniat, vel desinat,non irritat actum,nec tollit ius quæsitum, vt est text.not. quem ibi ad hoc not.Ang. in l.sciendum. §. fin. ꝟ. qui satis. cog. & l.eum, qui.§.fin.& ibi etiam per Ang.ꝟ. de publ.facit bene text. & quod ibi Bartol. in not.quæst.in l.2.§.non solùm.ꝟ.de excu.tut.Facit, quòd habe-
33 tur in l. plurib.§ & si placeat. ꝟ. de verbor. obliga. † Ego addo aliam rationem,quia dispositio legis, vel statuti vetans aliquid de nouo acquiri,non vetat iam acquisitum retineri. c.Iudæi, & ibi not. dom. Abb. & in capit. consuluit.de Iudæ.& ita habes vtiliter,vt puto,expeditam istam quæstionem.¶Sum in vltima parte principali glos. ibi, [sed quid si habeam.] In fin. istius glos. dic, quòd ista glos. clarè procedit in seruo proprio
34 hærede instituto, † sed in seruo vsufructuario instituto hærede per testatorem proprietarium, non videtur glos. posse procedere,quia vsufructuarius non potest iubere seruum vsufructuarium adire.l.aditio.§.præterea, & l.si quis mihi bona.in princip. supra de acquir. hæred. etiam si seruus vsufructuarius esset institutus contemplatione vsufructuarij,quia vsufructuarius non est dominus ergo non potest iubere,quod adeat.l.seruus dotalis supra sol. matr. Tamen iubendo de facto, ille iussus facta aditione habebit effectum, per l. mulierem §. si quis
* hæreditarium.supra de condi.instit.ita tenent *Dyn. Bartol. & alij communiter,& in* specie latius dom. Alexan.& Aret.hic. ¶Credo, quòd in vtroque sit falsa decisio Dyni, Barto.& aliorum, tam in reprobatione quam in saluatione, & in primis inquantum Bart.& alij dicunt, quòd si seruus vsufructuarius esset institutus hæres contemplatione vsufructuarij, quod tunc iussu vsufructuarij non posset adire hæreditatem per dict. l. aditio.§.præterea, malè dicunt, & contrarium tenet solus Rapha. Cuman.hic,quem etiam recitat,& reprehendit dom. Alexan. & licèt Rapha non alleget, ego allego text. expressum in l. si serui vsusfructus, cum l.sequen. supra de vsufruct. vbi est text. quòd quando seruus in quo habeo vsumfructum, est institutus contemplatione mei vsufructuarij, tunc possum sibi iubere,vt adeat, & mihi vsufructuario acquirat, & vltra illos text. facit ratio, quia cùm seruus sit institutus hæres contemplatione fructuarij, dicitur tunc acquirere ex re vsufructuarij, vt dicunt illi duo text.& text.in dicta.l.aditio.ad fin. & in l. liber homo. supra de acquir.rer.dom. & sic tunc cessat ratio, quam assignat text. in l. vsufructuario. ꝟ.titu.1. vbi text. assignat rationem, quare vsufructuarius non potest iubere seruum institutum adire,dicit text. quia in operis serui hæreditas esse non potest.ista ratio cessat,quando est institutus contemplatione vsufructuarij,vt dixi.secus,quando essemus in dubio, & sic,quando n͠o constat cuius contemplatione sit institutus seruus vsufruct.tunc in dubio per habentem vsumfructum non potest seruus vsufructuarius cogi adire.ita propriè loquit̃ text. in d. l. aditio.§.preterea cum alijs.ꝟ.allieg.qcquid circa text.in d.§.præterea.dicat.d.Alex.hic,q non aduertit, ꝙ ille text. loquit̃ in casu dubio, qn͠ non apparet cuius contemplatione fuerit seruus vsusfructuarius institutus.¶Similiter credo Bart. & Doct.malè dicere in saluatione,dum dicunt, ꝙ iussus de facto habebit effectum sequuta aditione, istud mihi nullatenus placet, qa iura præallegata, quæ negatiuè disponunt, ꝙ vsusfructuarius non p͠ot iubere seruum vsufructuarium adire.d.l.aditio.§.præterea.& d.l.si qs mihi bona.in prin.& d.l. fructuario. & d. l. seruus dotalis.essent oīa imposita verbis,& non reb. illa iura prohibent ne vsufructuarius possit iubere adiri, & dicere,ꝙ iussus de facto posteà conualidabitur aditione secuta, isto modo illa iura essent verbalia, & non effectualia. ꝯ l.1.in fin.C.cōia de
35 leg.& c.commissa.el.1.de elect.in 6.† qa mens legum non est disputare verbaliter, sed realiter determinare s͠m Bal. in rub.ꝟ. de rer. diui. circa fin.ideo tene, ꝙ proximè tenui, ꝙ qn͠ seruus vsufructuarius est institutus contemplatione vsufructuarij, ꝙ tunc eius iussu bene potest adire, vt sunt text.clari in d.l.si serui vsusfructus.& in l.seq. & hoc modo nihil obst.l.mulier. §.si hr͠ditarium.ꝟ.de cond.instit. alleg. per Bart. quia ibi manumissio illius serui hæreditarij non poterat aliter fieri, quàm de facto. Et per ista cum laude Dei remanet expeditus iste. §. veteres. in
36 quo video nimis inueteratus. ¶†Item pro prima conclusione, quam tenui contra Bart.& Doct.bene facit,quia in ista materia æquiparantur vsufructuarius, & bonæ fidei possessor. §. non solùm. & §. seq.instit. per quas person.nob. acq. sed si seruus aut homo liber bona fide possessus instituatur contemplatione bonæ fidei possessoris, potest cogi eius iussu adire hæreditatem, quia tunc dr͠ ex re bonæ fidei possessoris acquirere. text.est in d.l.aditio.§.& quod à quibusdam.ꝟ. de acquir.hære. ergo idem in vsufructuario, ꝙ seruus vsufructuarius institutus contemplatione vsufructua potest eius iussu adire hereditatē,
37 & illi acquiret.¶†Et licèt gl.in d.l.si serui vsusfructus.ꝟ.de vsuf. videatur velle,ꝙ bene adquiratur hæreditas vsufructuario,cuius contemplatione institutus est seruus fructuarius, tamen ipse fructuarius non poterit iubere eum adire,sed proprietarius, & ita etiam tenet glos.in l.si quis mihi bona. in princip. in verbo,nec fructuarius,& ibi Bartol.supra de acquir.hered. tamen
* contrarium est verius, *& magis communis opin.* est in contrarium, qa imò iussu bonæ fidei possessoris, & vsufructuarij cuius contemplatione institutus est seruus vsufructua. potest iu-

beri adire, prout tenent Antiqui, & Bal. Imo. & Rapha. Cu. & d. Alex. in d. l. si quis mihi bona. in prin.

SVMMARIVM.

1 *In acqui. poss. per seruum an requiratur duplex voluntas. s. serui, & domini.*
2 *Voluntas domini an sit de forma substantiali in acq. pos. per seruum.*
3 *Licèt obligatio, & actio acquirantur per seruum domino inuito, tamen possessio non.*
4 *Seruus non acquirit poss. domino, si non habet animum ei acquirendi.*
5 *Animus in mente retentus nil operatur.*
6 *Per seruum nostrum à nobis possessum, acquiritur tertio possessio, si seruus hoc velit, & tertius ratum habeat.*

§. Hæc, quæ de seruis.

Per serrum ẽt præcedente iussu domini non acquiritur possessio domino nisi concurrat
1 voluntas serui. h. d. ¶† Pondera primò text. ibi, *si & ipsi velint.* in illa implicatiua, [si ipsi velint,] qui videtur probare, quòd in acq. pos. per seruum, requiritur duplex voluntas, & serui, & domini: ratio, quia ista acquisitio fit per fictionem translatiuam de persona in personam, vt dicit Bart. in §. item acquirimus. in versi. per eum. sup. ea. l. quia seruus præstat domino ministeriũ corporis, & animi. l. 3. §. saltus, & l. quòd meo. §. si venditorem. ĵ. eod. ideo si deficit voluntas serui, & sic vnum extremum, deficit effectus fictionis, & aduerte, quòd text. loquitur conditionaliter, & sic apparet, quòd† voluntas domini est de forma
2 substantiali, istud importat conditio. vt l. prætor. in prin. supra de coll. bon. Bal. in Auth. vt lic. matri, & auiæ. in 3. col. in fin. C. quando mu. tut. offi. fun. potest, cum concor. quas dedi in l. 2. §. prius. sup. de vulg. & pupil. hic ergo videtur casus, quòd domino ignoranti per seruum non acquiritur possessio, nisi esset ex causa peculiari, & sic hic est text. pro opin. quam tenui cõtra communem in §. item acquirimus. in verbo, peculiariter. supra eo. nisi dicas, quòd text. istud dixit copulatiuè propter casum de iussione, qui sequitur, non quia requiratur voluntas
3 domini. ¶† Secundò infertur ex hoc text. quòd licèt obligatio, & actio acquiratur per seruum domino etiam inuito. l. seruus vetante domino. ĵ. de verbor. oblig. non solùm actiuè, vt ibi, sed etiam passiuè ex causa peculiari. l. si quis seruum. §. etiam. sup. de pec. tamen per seruum non videtur, quòd possit acquiri poss. domino nolenti seu inuituo. facilius ergo acquiritur obligatio quàm possess. sicut facilius acquiritur dominium q̃ posses. vt not. in §. item acquirimus. per illum text. cum gl. s̃.
4 ead. l. ¶† Secundò not. ex hoc text. quòd seruus non acquirit possess. domino, si non habet animum ei sic acquirendi. In cõtrarium videtur tex. in §. per seruũ, qui in fuga. s̃. ea. l. vbi seruus existens in fuga, non habet animum acquirendi domino possessionẽ, & tamen ei acquirit, respondet Raph. Cu. quòd licèt seruus existens in fuga non habeat animum acquirendi domino, habet tamen animum acquirendi sibi, ideo domino acquirit, sed in isto text. habuit animum acquirendi tertio, & sic nec sibi nec dño, sed tertio. vel secundò responde, ꝙ ille text. intelligitur secundum istum, vt ibi dixi, ex quo text. iste declarat
5 omnes. §. præcedentes. ¶Tertiò responde not.† quòd iste text. debet intelligi de animo serui expresso non de tacito in mente retento, qui nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob caus. quia voluntas hominis clausa in mẽte, abortiua est, & in actib. hominum nihil operatur, nisi proferatur in lucem tanq̃ posthumus existens in vtero, q si nõ nascit, vel nascit sed imperfectus, nihil facit. l. pe. C. de post. hær. inst. f͠m Bal. in l. 1. in 2. q C q admit. Itẽ paria sunt non esse, & non apparere. l. duo sunt Titij. ŝ. de test. tut. & l. si in emptione. s̃. de ꝯh. emp. & in dubio præsumitur animus serui erga dominũ qualis esse debet, per regulam. l. placet. s̃. de acq. hære. ¶Capio. gl. in verbo nolit tibi. q̃ diuide in quatuor partes. In prima respondet tacitæ quæstioni, q̃ posset formari ad text. In secunda remouet vnum ꝯrium dupliciter. In tertia remouet aliud ꝯrium. In quarta, & vlt. allegat tres concor. ad text. Secunda ibi, [item hoc nisi.] Tertia ibi, [Item hoc in acquirendis.] Quarta, & vlt. est ibi, [& fac. s̃. de
6 bon. pos.] ¶† In 1. parte habes, ꝙ per seruum nostrum à nobis possessum acquirit tertio possess. si seruus hoc velit, & ille ratũ habeat, quia tũc seruus acquirit illi, vt negotiorũ gestor. Adde vltra gl. bene facere, quia tex. negando de dño, vr̃ firmare de Titio, ꝙ illi Titio acquiratur possessio. l. & si sine. §. sed quòd Pap.
* s̃. de mino. c. nonne. de præsum. & *ita communiter tenent* Docto. cum gl. ¶Sed aduerte, ꝙ in contrarium fortiter stringit text. in l. si me in vacuam. §. fi. ĵ. eo. vbi dicit text. *quòd seruus alienus potest nomine nostro nobis acquirere pos. si à nobis, vel à nemine posideatur,* ergo vult, quòd si ab alio possidetur, vt in casu nostro, quòd non possit illi tertio acquirere poss. & illum text. alleg. Rapha. Cum. hic, & sibi adscribunt Moder. Senen. Con firmatur, quia etiam seruus acquirit domino ex causa peculiari, vbi adest voluntas domini, vt §. item acquirimus. s̃. ea. l. non tamen acquirit domino ex illa causa peculiari, si ab alio possideatur. §. fi. in fi. s̃. eo. l. homo liber. in fi. s̃. tit. 1. ¶Tertiò, sicut voluntas tradentis impedit acquirere illi, cui seruus volebat acquirere, vt in sequen. parte gloss. similiter iussus domini præcedens debet impedire, ne seruus acquirat possess. illi tertio. ¶In tertia parte gloss. habes, quòd malignitas serui non nocet domino in quęrenda sibi poss. quando concurrit animus traden tis, sicut in acquirendo dominio, vt l. qui mihi donatum. supra de dona. & dicam statim in §. seq.

SVMMARIVM.

1 *Quando procurator, tutor, & curator habent animum acquirendi domino possessionem, actus acquisitionis non est fundandus in persona, scilicet tutoris, vel procu. sed in persona domini opera, & ministerio suo.*
2 *Per generalem procu. quæritur domino possessio.*
3 *An qui per alium facit, dicatur ipse verè facere.*
4 *Si procurator, vel alius nomine meo mihi acquirat possessionem, cùm semper præstat nudum ministerium, ego per eum verè, & propriè possideo, & non per fictionem.*
5 *Procurator, qui virtute mandati tenetur acquirere pos. domino, & sic vigore contractus, non tamen ei acquirit, si non vult acquirere, non obstante, quòd acceperit mandatum.*
6 *Qui vult transferre possessionem in alium, eam perdit, licèt alij non quæratur.*
7 *Verbum recesserit, adaptatur etiam traditioni rei corporalis, licèt cessio regulariter sit iurium incorporalium.*
8 *Licèt per procuratorem quæratur dominium, & posses. incontinenti domino, & ignoranti, tamen si tradens non erat dominus, non acquiritur vsucapiendi conditio, nisi à tempore quo sciuit.*
9 *An sicut in tradendo dominio attenditur solus animus tradentis, sit idem in transferenda possessione.*

§. Per procuratorem.

Per procuratorẽ, & legitimũ administratorem acquiritur nobis pos. si procuratorio, vel administratorio nomine recipiũt, secus si proprio. h. d. Diuiditur in tres part. In prima ponitur decisio. In 2. limitatio decisionis. In 3. comprobatio decisionis per deductionem ad inconueniens, vel absurdum. Et sic iunge tertiam partem cum prima, prout etiam dicit gloss. Secunda ibi, cum autem suo nomine. Tertia ibi, alioquin si dicamus. ¶In prima parte cogita, quæ fuerit ratio dubitandi in tutore, & curatore, quòd possint acquirere poss. pupillo, vel adulto, cùm habeant generale mandatũ cũ libera, ꝙ æquiparatur speciali, vt dicam statim in not. Itẽ hic agitur de acquirendo, & sic de mero commodo pupilli, vel adulti, ergo videtur indubitatum, quòd per tutorem, & curatorem possit eis acquiri, nisi dicas, quòd hoc posuit Iurisc. vt perfectè expediret tractatum, quomodo per alias personas tam liberas quàm alieno iuri subiectas quereretur nobis poss. ¶In prima parte ordina sic text. non possumus nobis acquirere, quando suo nomine nacti fuerint posses. sed quando ea mente, vt solum operam suam accomodarent nobis. ¶In tertia parte in versi. alioquin. Iurisconsultus assignat rationem primi dicti, hoc modo arguendo: nam si diceremus per procuratorem, tutorem, & curatorem non aquiri nobis pos. quando nomine nostro apprehendunt, sequeretur absurdum, quòd is. s. procurator, vel tutor, cui tradita est poss. ipse non possideret, quia non habuit animum sibi acquirendi, nec nobis quęreretur, & tamen ille, qui tradidit, perdidit poss. qui habuit animum abdicare à se poss. vnde posses. esset vacans, & nulli acquireretur, contra mentem, & intentionem vtriusque tam tradentis q̃ recipientis, vnde vtilius est, ꝙ acquiratur poss. domino, & tradens liberetur. ¶Ista ratio Iurisc. non vr̃ bona, q̃a non est generalis, nec semper vera, quia istud aliquando toleratur, vt etiam dicit gl. fin. ꝙ nulli acquiratur poss. & tñ tradens eam perdat, vt § per seruum, qui corporaliter, & §. sed & per eũ. s̃. ea. l. Item q̃n hereditas est vacans. l. 1. §. Scęuola. s̃. si qs testa. liberi esse iuss. fue. & l. ꝙ meo. §. si furioso. ĵ. eod. ¶Pau. de Castr. hic ingenuè dicit, ꝙ rõ, quę ponitur in hoc tex. nõ est sufficiẽs, & ꝙ alia est melior ratio, q̃a hic est verus procurator, & procuratorio nomine recipit. vnde per actum naturalem põt acquirere poss. & dñiũ. l. per procuratorẽ. C. eo. l. si procurator. la 1. s̃. tit. 1. & l. 1. C. per quas perso. nob. acq. tu dic, ꝙ in ꝓcuratore, & vltimo administratore ꝓcedit rõ tex. nostri. q̃a tunc lex habet ꝓ ꝯueniẽti, ꝙ si nõ q̃ratur dño, ꝙ tradẽs amittat pos. & nulli acquirat, ideo vtilius est, ꝙ ꝑ eos acquirat pos. dño rõne administrationis

strationis eorum, quæ ratio cessat in alijs iurib.s. in cõtrarium
alleg.& istud est, ꝙ propriè dicit iste text.ibi, [per eos, qui no-
stro nomine accipiunt.] & ita habes bene excussum, & benè
1 exuisceratum istum text.¶†Not.1. ꝙ quando procurator, tu-
tor, & curator habent animum acqirendi domino poss. non
est actus acquisitionis fundandus in persona sua. s.tutoris, vel
procuratoris, sed est fundandus in persona domini, opera ta-
men,& ministerio suo.l.ꝙ meo.§.procurator.j.eo. & hoc pro-
cedit in his, quæ possunt quæri alteri per alterum. vt in domi-
nio, & poss. vt l.1.& l. per procuratorem. C. eod. sed in actib.
ciuilib. licèt contrahat nomine domini, tamen debet fundare
actum in persona sua.l.quæcunque gerimus.ff.de act.& oblig.
per Bart.in l qui autem. §.fin. s. de const.pec.no. in l. multum
2 interest.C. si quis alteri, vel sibi. ¶† Secundò diligenter not.ex
hoc text.secundum Raph.Cum. & dom.Alex. probari in hoc
a text. ꝙ per procuratorem generalem quæritur domino poss.[a]
& sic ad acquirendam poss.non requiritur speciale mandatũ,
contra opin.Rog. hic relatam in glo.& contra glo. in c.si tibi
absenti.de præb.in 6. & ita tenet Bart. in l. qui mihi donatum.
s.de don.Doct.in l.1.C.eod.de acq.poss.facit.l.si rem, & ibi gl.
j.titu.1.Et aduerte, ꝙ iste text.inducitur sic. nam per tutorem,
& curatorem,qui habent generale mandatum, acquiritur no-
bis poss.& à pari ponuntur procurator, & tutor, ergo probat
iste text. ꝙ per generalem procuratorẽ acquiritur nobis poss.
sed tu retorque istum textum in contrarium: nam licèt tutor,
& curator habeant generale mandatum, tamen habent cum
libera administratione, vt est glo. in l. mandato generali. s. de
procu.not.Bart.in l.inter bonorum.s.de admin.tut. Sed man-
datum generale cum libera æquiparatur speciali, & potest
omnia, quæ requirunt speciale mandatum.l.iusiurandum, ꝙ
ex conuentione.§. procurator.cum.l.seq. s.de iureiur.c.qui ad
ad agendum.in fin.de procu.in 6. ergo, vt æquiparatio sit bo-
na,debet intelligi text.de tali procuratore, qui habeat manda-
tum speciale, vel generale cum libera, prout habent tutores,
& curatores,& sic vides, quomodo iste tex. retorquetur cõtra
Raph.& do.Alex. & si diceres illud cùm libera debet conside-
rari,quando agitur de præiudicando, quia qui habet manda-
tum generale,non potest præiudicare domino,nisi habeat libe
ram,secundum glo.in l.nam & nocere.s.de pact. sed cùm hic
tractetur de acq.poss.& consequenter de commodo, & vtili-
tate principalis, illud, ꝙ habeat liberam,non debet considera-
ri,sed solùm,ꝙ habeat generale mandatum,& ita forte volue-
runt inducere Raph.& do.Alex.hic istum text:tamen non po-
test negari,quin æquiparatio procuratoris ad tutorem, vel cu-
ratorem non sit simpliciter vera, vt dixi, ista tamen conclu-
sio,ꝙ ad acq. poss.sufficiat generale mandatum, est verissima,
& pro ea allego text.melius facientem quàm iste in §. Item ac-
quirimus.s. ead.l.ibi, *quia nostra voluntate*, qui text loquitur in
voluntate generali, quæ interuenit à principio in concessione
peculij,& sufficit ad acq.pos.ergo ibi est bonus text. ꝙ ad acq.
pos.sufficit generalis voluntas, & generale mandatum domi-
ni,& ita ibi Raph.Cum.ad hoc not.illum text.& ibi dixi.¶Ter
tiò not.ex secunda parte,ibi,*vt cùm operam suam accommodauerit*,
ꝙ procurator,tutor,& curator in acqu. poss. præstant nudam
operam,& sic nudum ministerium,hoc est, ꝙ immediatè ac-
quiritur nobis,non autem radicatur in persona eorum, facit.l.
ꝙ meo.§ procurator. j.eod. Bart. in §. item acquirimus.ad fin.
3 s.ead.l. † facit ad id,ꝙ tractat Bart.in l.si is, qui pro emptore.in
pen.char.j.de vsucap. & in l. sed si vnius.§. 1.j. de iniur. an qui
per alium facit, dicatur ipse verè facere:nam si illud factum
non radicatur in persona alterius,tunc dicor propriè facere,&
verè,vt ibi per eum,& propterea tenet Bart.in d.l.si is, qui pro
4 emptore.† ꝙ si procurator, vel alius nomine meo mihi ac-
quirat pos.cùm semper præstet nudum ministerium, ego per
eum verè,& propriè possideo, & non per fictionem, per text.
5 apertum in l. certè. §. 1.j.de preca.¶† Quartò not.ꝙ procura-
tor,qui virtute mandati acceptati tenetur acquirere posses. do
mi no,& sic vigore contractus,non tamẽ ei acquirit,si nõ vult
acquirere,non obstante, ꝙ acceptauerit mandatum. facit bo-
nus text.in l.res mandato.s.tit.1. ꝙ videtur contra illud, ꝙ te-
net Sal.in l.1. C.de contrah. empt. & in l. actione. §.diximus.s.
pro soc.quem tamen refert,& sequitur do.Alex.in l.3. §.incer-
6 tam.vbi dicetur.j.eo.¶†Quintò no.ꝙ qui vult transferre pos-
sessionem in alium,eam perdit,licèt illi alij non queratur pos-
sessio.facit.§.si vir.s. ead.l.& l.ꝙ meo. §.si furioso.j. eod.ratio,
quia statim cùm habuit animum non possidendi, perdit poss.
l.3.§.in amittenda.& l.quemadmodum. j.eod. Ex qua ratione
infertur,ꝙ si dominus possideret & corpore,& animo alieno,
puta per colonum,ꝙ tunc solo animo non perderet poss. l.pe-
regrè.§.quib. j. eod. & tunc ita demum perditur possessio,si illi
tradatur cui iussit.text.est in l. qui fundum.s. de vi, & vi arma.

7 Bart.in d.l. ꝙ meo.§.si furioso. ¶† Vltimò pondera text.in fi.in
verbo, [cesserit,] ꝙ verbum cesserit adaptatur etiam traditio-
ni rei corporalis, licèt regulariter cessio fit iurium incorpora-
lium.l.1.cum simil.C.de act.& oblig. Similem text. vidimus in
§.si vir.vbi dixi.s.ead l. ¶Expeditis textualib. capio gl.primam
in verbo acquiritur.quam diuide in quatuor partes. In prima
respondet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri ad text. quia text.
simpliciter dicit, ꝙ per procuratorem, tutorem, vel curatorẽ
acquiritur nobis poss. nunquid acquiratur nobis etiam igno-
rantibus.text.non aperit.Et propterea glo. declarat,& bene.In
secunda refert distinctionem Roger.quadrimembrem. In ter-
tia ponitur reprobatio Ioannis. In quarta, & vltima opponit,
& soluit. Secunda ibi, [sed Rog.dicit.]Tertia ibi,[sed Ioann.
non distinguit.]Quarta,& vltima est ibi,[sed videtur dominiũ
8 non quæri.] ¶† In prima parte glos. ibi, [ex quo sciuit domi-
nus.]habes hanc conclusionem, ꝙ licèt per procuratorẽ quæ-
ratur dominium, & poss.incontinenti domino etiam ignoran
ti,tamen si tradens non erat dominus,ꝙ non acquiritur vsuca-
piendi conditio, nisi à tempore quo sciuit,per text.expressum.
in l.1. C. eod.ratio diuersitatis est secundum Raph. Cum. hic,
quia possessio, & dominium acquiruntur naturaliter, vsuca-
pio verò acquiritur artificio iuris ciuilis, vnde succedit regula,
ꝙ facilius acquiritur nobis per actus naturales,quàm per ciui-
les.l.ea,quæ ciuiliter.s.de acq. rer.domi. istam rationem etiam
tenet Bald.in l.1.C.eo.ista ratio nõ videtur tuta, quia licèt pos-
sessio, quæ acquiritur per nosmetipsos,acquiratur naturaliter,
tamen possessio, quæ acquiritur per alterum, vt in proposito,
acquiritur artificio iuris ciuilis,ideo habet plurimum iuris, vt
est glo.in §.1.in verbo,eam.n.rem.s.ead.l.ergo non deberet ac-
quiri ignoranti; sicut nec vsucapiendi conditio. melior ergo
est ratio,quam assignat glo.in l.1.& ibi Bald. C.eod. glos.in l.2.
j.pro solu.& sequitur etiam Bald.in l.1.in 3.colum. C.per quas
person. nob.acquir. ꝙ ideo per procuratorem non acquiritur
vsucapiendi conditio domino ignoranti, eò quia requiritur,ꝙ
qui vsucapit,sciat se habere titulum, & credat rem esse suam,
& sic sit in bona fide,vt habetur Instit.de vsucap. in princip. &
in l. Celsus. j. titu. 1. quæ non cadunt in ignorante, & licèt in
in poss.etiam requiratur animus. l.3. in princ.j.eod. tamen suf-
ficit animus proprius,vel alienus.l.3.§.saltus.j.eod. ¶In ead.gl.
9 ad fin.dic,vt per Bart.in l.qui mihi donatum. j.de don. ¶† Pro
clara tamen intelligentia text. & glos. videndum est,an sicut in
transferendo dominio attenditur solus animus tradentis. d. l.
qui mihi donatum.idem sit in transferenda possessione,iste est
* pulcher,& subtilis passus.glo. *& communiter Doct.* hic tenent, ꝙ
sic,& glo.& Doct.in d.l.qui mihi donatum,& supra proximo.
* §. *& ista est communis opin.* [b] secundum d. Alex.& sic nõ est dif-
b ferentia inter dominium, & possessionem, quando concurrit
voluntas tradentis,vt malignitas procuratoris neutro casu no
ceat.¶Contrarium,& melius tenent Alb.de Ros.Raph.Cum.
& Lud.Rom.hic.Saly.in l.1. C.eod.Raph. Cum.in d.l. qui mi-
hi donatum.in vlt.colu. Mouentur per istum text. & in §.præ-
ceden.vbi tradens volebat acquiri possessionem domino,& ta
men non acquiritur,quia seruus accipiens,vel procurator no-
luit,& ad ista iura non posset responderi,licèt Alb.de Rosa.du-
pliciter respondeat.Primò,ꝙ iste text.intelligatur, quando tra-
dens nõ agebat in animo, ꝙ domino quæreretur,sed tãtum ac
cipiens.Secundo,ꝙ iste text.intelligatur,quando res erat tradi-
ta procuratori,vt ipse acquireret cui vellet,sed vtrunque diui-
nat ad istum text. ¶Ego strictius induco istum text.& contra
communem hoc modo: nam procurator,tutor,& curator in
acquirenda posses. præstant operam suam, vt hoc text. & nu-
dum ministerium,vt dicit text.in l. ꝙ meo.§. procurator.j.eo.
istud ministerium est animus, & corpus eorum.l.3.in princ.
j.eod.cessante ergo animo eorum cessat ministerium, & con-
sequenter cessat acquisitio possessionis.¶Ad l. qui mihi dona-
tum.in qua gl.& Doct.se fundant,respondetur clarè, ꝙ loqui-
tur in dominio transferendo, in quo voluntas domini dicitur
esse potentior,& sic magis attenditur. l.id ꝙ nostrum.j.de reg.
iur.& in l.si tibi dederim. vbi gl.not.s.de don. Item facilius ac-
quiritur dominium quàm possessio,vt notaui in §.item acqui
rimus.per illum text.cum glos. s.ead.l. secus est in acq. poss. in
qua requiritur, ꝙ procurator præstet ministerium suum,vt sta
tim dixi, ꝙ cessat, si non habet animum acquirendi possessio-
nem

ADDITIONES.

a ¶Posses.Adde Inno.in c.accedens.de præben.
b ¶Communis opin.Adde, quòd hanc refert,& sequitur Villal. inter com.opi.
lib.14.vers.possessio.vbi ponit Reg.cum amplia. limit. & declarationib. sed
vide,quæ scribit Natt. cons. 398.colu.16.num.42. & sequen. Rom.sing.137.
& cons.337. MASVER.

nem domino, vt clarè dicitur in hoc text. Secundò, & subtilius respondet Rapha. Cum. in d. l. qui mihi donatum. in vlt. col. ꝙ dominium idem numero, ꝙ est penes dominum, transfertur in alium, nec separatur nisi transferatur. l. si quis vi. §. differẽtia. infra eod. l. nec vtilem. supra ex quib. cau. maio. vnde si non acquiratur illi, cui dominus voluit, non separatur ab eo, sed possessio, quæ erat penes tradentem, non est illa, quæ acquiratur nouo domino, sed est vna alia noua possessio, quæ per corpus, & animum creatur, & per apprehensionem, & illa, quæ erat penes tradentem, statim euanuit. l. 3. §. in ammittenda. j. eo. vnde cùm sit vacans, potest per procuratorem apprehendi, & acquiri cui vult, merito in acq. pos. consideramus animum procuratoris accipientis, non autem tradentis. ¶ Istam rationem, ꝙ creetur noua possessio alia quàm sit antiqua, reprobat do. Alex. hic, quia ad prescriptionẽ requiritur cõtinata possessio. l. naturaliter. in prin. j. tit. 1. l. 1. C. de vsuc. transfor. ergo si alia est possessio, ergo ex possessione auctoris non perficeretur vsucapio, vel præscriptio successoris, contra l. Pompo. §. 1. & per totam l. infra eo. ¶ Sunt, qui prò hoc ponderant text. in l. ꝙ meo. §. si furioso. in verbo, *transfertur*, & in verbo, *transferre*. j. eo. nam transfertur, quando idem numero de vno in alium transmittitur. l. in traditionib. C. de pact. & l. traditio. in prin. s. tit. j. si. n. esset alia possessio, nõ diceretur transferri. ¶ Ista inductio licèt videatur colorata, non est bona, per text. quem ipsimet allegant in d. l. traditionib. vbi dicit text. *traditionibus, & vsucapionibus dominia transferuntur*, & tamen per vsucapionem nõ transfertur idem dominium, imò nouum dominium vtile causatur, ꝙ contrariatur priori dominio directo. ¶ Tene opin. Rapha. ꝙ imò creetur noua possessio. ita tenet Bart. in l. rem alienam. in 3. col. s. de pigno. act. allegat bonum text. in l. si is, qui pro emptore. §. pen. in versi. *initium secundæ possessionis*. j. tit. 1. Idem tenet Iac. de Aret. in disputa. sua, prout refert, & sequitur Io. And. in addi. Spec. in tit. de obli. & sol. §. 1. in versi. item ponè Titius. allegat text. in l. Pompo. §. fin. in verbo, *propriam possessionem*. j. eo. idem tenent Mod. Senen. in §. præcedenti. Et hoc bene nota, quia est bonum, & necessarium fundamentum ad intellectum istius tituli. ¶ Ad rationem domini Alex. respondetur dupliciter. Primò, ꝙ possessio accipientis, licèt noua, vnitur cum possessione tradentis, & ex vtraque procedit vsucapio. ita loquitur. d. l. Põponius. Secundò, & subtilius respondetur, ꝙ ratio. quare ad præscriptionem realem requiritur continuata possessio, est, quia nisi continuò possideret, non posset continuò conueniri, & non valenti agere non currit prescriptio. l. 1. in fi. C. de anna. excep. Istam rationem assignat Bar. si bene inspexeris in l. naturaliter. in vlt. col. s. tit. 1. dixi plenè super glo. rub. huius tituli. Ista ratio cessat, quia dato, ꝙ in successore noua possessio causetur, quia semper ille, contra quem præscribitur, habuit facultatem agendi, ego vltra Rapha. & sequaces assigno aliã rationem diuersitatis inter dominium, & possessionem. Nam dominium sine causa transferri non potest. l. nunquam nuda. de acqui. rer. dom. habetur in l. cùm quid. ff. si cert. pet. Ideo non potest transferri dominium per seruum in alium sine voluntate domini, ex quo dominus tradens vult vni acquiri, & seruus vult acquiri alteri, certè per seruum non potest acquiri illi tertiò, quia esset nudum, & sine causa. ita propriè loquitur d. l. qui mihi donatum. & lex, per seruum. §. fi. s. tit. 1. Secus est in possessione, quia illa potest acq̃ri sine causa. §. si vir. s. ead. l. & l. clam possidere. §. fin. j. eo. Bar. in l. ꝙ meo. in prin. in 1. col. j. eo. nimirum si potest transferri per procuratorem, dato, q' dominus gereret alteri acquirere, & sic teneo clarè contra communem, ꝙ in hoc sit differentia inter dominiũ, & possessionem in considerãdo animo tradentis, qui bene attenditur in dominio. Sed in transferenda poss. solus animus tradentis non sufficit, nisi etiã concurrat animus serui recipientis, aut procur. vel legitimi administratoris, vt hoc text. & in §. præcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Quando res iussu meo traditur procuratori meo me præsente, dicitur mihi tradita, & per consequens videor acquirere possessionem per meipsum. & nu. 2.*

3 *Si iudex ore proprio aliquem præsentem citat, talis cittatio habet vim trinæ citationis.*

4 *Si pecunia fuerit numerata alteri in mea præsentia, notarius poterit dicere in instrumento, quòd habui, & recepi. & nu. 11.*

5 *Si duo testes deponant de numeratione, & vnus dicat, quòd ego numeraui Titio, centum, alius, quòd numeraui Caio centum, præsente, & volente Titio, probant isti contestes, quia non refert, an numeratio fiat Titio, an alij eo præsente, & volente.*

6 *Si pecunia numerata sit administratori reipub. præsente toto collegio, dicitur pecunia versa in vtilitatem collegij.*

7 *Stante statuto, quòd contra gesta per iudicem sententiando, determinando, vel alio modo, nihil possit opponi, si contractus fuit factus in præsentia iudicis, cui contractui ipse auctorauerit, non poterit opponi, perinde ac si contractus esset factus à iudice.*

8 *Traditio, quæ fit per aspectum, vel præsentiam, dicitur ficta, & non vera, & num. 10.*

9 *Dictio quodamodo, denotat improprietatem.*

12 *Per aspectum oculorum acquiritur nobis posses. nisi res à tertio possideretur. nu. 13. & quando voluntas domini interuenit, secus si nuncius, vel executor. & num. 14.*

15 *Illud dicitur non posse fieri, quòd cum difficultate fit.*

16 *Per traditionem clauium acquiritur possessio eorum, quæ in domo sunt, quando præcessit titulus, aliàs sola custodia rerum.*

§. Si iusserim.

Oculis, & aspectu quęritur nobis possessio concurrente intentione volentis tradere. h. d. vsque ad §. fi. & habet quinque partes. Secunda ibi, idemque esse. Tertia ibi, non. n. corpore. Quarta ibi, argumento esse. Quinta, & vltima est ibi, & vina tradita
1 videri. ¶ † Not. 1. ꝙ quando res iussu meo traditur procuratori
meo me præsente, dicitur mihi tradita, & per consequens videor acquirere possessionem per meipsum, nec tunc opus est cessione, prout in l. possessio quoque. §. & si possessio. j. eod. &
2 sic not. † ꝙ quando actus geritur per procuratorem me præsente, videtur geri per meipsum, & per meipsum acquiro sine cessione, & non per procuratorem. facit. l. si procuratori præsentis. ff. de verbor. oblig. Adde, ꝙ vult not. Bald. in l. 2. in 1.
3 col. C. quomodo, & quando iud. † Nam ibi est glo. sing. de iure ciuili, ꝙ si iudex ore proprio aliquem præsentem citat, talis citatio habet vim trinæ citationis requisitæ ad audiendum sententiam, & sic habet vim peremptorij. Similis gl. est de iure ca. in c. consuluit, in verbo peremptoria. de offi. deleg. in antiquis. Modo dicit Bald. in d. l. 2. ꝙ si citatio fiat à nuncio præsente iudice, & eius mandato, idem esse, ꝙ Bal. credit esse verissimum,
4 & notandum. ¶ Secundò adde illud, † ꝙ tenet Bart. in l. singularia. pen. col. ad fin. ff. si cert. pet. ꝙ si pecunia fuerit numerata alteri in mea præsentia, notarius rectè poterit dicere in instrumento, ꝙ ego habui, & recepi, per text. in l. falsus. § si is, qui in-
5 debitum. ff. de fur. ¶ † Tertiò adde illud, q' tenet Bart. in consil. suo, ꝙ incipit, in q. propsita solum examinare intendo. ꝙ si duo testes deponant numerationem, & vnus dicat, ꝙ ego numeraui Titio centum, & alius dicat, q' ego numeraui Caio, præsente, & volente Titio, ꝙ isti sunt contestes, & plenè probant, quia non refert, an numeratio fiat Titio, an alij eo præsente, & volente. d. l. falsus. §. si quis qui indebitum. refert & sequitur Lud.
6 Rom. in d. l. singularia. in vlt. col. ¶ † Quartò adde, ꝙ vult Bart. in l. ciuitas. ante fin. ff. si cert. pet. ꝙ si pecunia sit mutuata administratori reipub. præsente toto collegio, dicitur pecunia versa in vtilitatem collegij, quia dicitur ipsi collegio numerata, ex quo collegium erat præsens. ¶ Quintò, & vltimo adde illud, ꝙ
7 vult d. Ant. de But. in c. quoties. de pac. ꝙ † stante statuto, ꝙ contra gesta per iudicem sentẽtiando, determinando, vel alio modo nihil possit opponi, ꝙ si contractus fuit factus in præsentiã iudicis, cui contractui ipse auctorauerit, ꝙ perinde opponi nõ poterit, acsi contractus esset factus à iudice. caue tamen circa istud vltimum, quia cùm hoc sit per fictionem, vt statim dicã in seq. no. per consequens non habet locum in statutis, in quib. verba non debent fictè intelligi. l. 3. § hæc verba. ff. de neg. gest.
8 ¶ † Secundò pondera tex. ibi, *videri mihi traditam*, &. j. in pen. & vlt. parte, ibi, [nam pro traditis eas haberi,] & ibi, [vina tradita videri,] ꝙ traditio, quæ fit per aspectum, vel præsentiam rei, dicitur ficta, & non vera. Istud importat verbum videri, interpositum in tex. ꝙ importat fictionem. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. Bart. in l. si is, qui pro emptore. in 2. char. infra. tit. 1. & sic secundum Aret. hic est text. contra Bart. in l. singularia. in pen. col. ff. si cert. pet. vbi dicit Bart. ꝙ si res est in pręsentia, verè traditur, & per aspectum eius possessio verè acquiritur, ad hoc allegat istum text. qui probat contrarium, vt statim dixi, & dicit Aret. ꝙ illud, ꝙ ibi dicit Bart. est erroneum. tu adde, ꝙ idẽ etiam vult Bar. in illa. l. singularia in antep. col. vbi tenet expressè, ꝙ per aspectum, vel præsentiam rei fit traditio vera, & non ficta, per text. in l. pecuniam. aliàs incipit, si pecuniam. ff. de sol.
9 † qui text. etiam probat contrarium in verbo, *quodammodo*, quę dictio denotat improprietatem. l. si me in vacuam. & ibi glo. & Bar. infra eo. & idem, ꝙ Bar. tenent Imo. & Lud. in §. per procuratorem. s. ea. l. & malè, & contra Bar. & sequaces allego alium text. expręssum in l. ꝙ statulib. in versi. fin. ff. de don. causa. mor. vbi dicitur, *quòd ab alio nomine ipsius eo præsente, datur, propè est, vt ab ipso datum intelligatur*, ergo nõ verè, sed per fictionem. ¶ Sunt qui saluant Bart. ibi, ꝙ loquatur in pos. & traditione, quæ fit ex præsentia rei ipsi principali, iuxta l. ꝙ meo. §. si venditorem. j. eod.

ĩ.eod.& illa dicatur vera,vt ibi,sed iste tex.& alia iura supra in
contrarium allegata loquuntur, ꝙ interuenit procurator,cui
procuratori præsente domino traditur, tunc bene traditio di-
citur ficta.ista solutio nihil valet:primò,quia Bart.pro se alleg.
istum text. qui tamen vult traditionem esse fictam. Secundò
confunditur per istum text.in pen.& vlt.parte,qui loquitur de
traditione per præsentiam,& aspectum facta ipsi principali,&
non procuratori, & tamen dicit text.pro traditis haberi, & sic
fictè si in re præsenti consenserint.in vltima parte dicit,vina tra
dita videri,& per fictionem,cùm claues emptori,& sic princi-
pali traditæ fuerint. Tertiò in contrarium est text. in d.l.pecu-
niam.aliàs si pec.vt per glo.1.ibi.ff.de sol. quæ loquitur, quan-
do nō interuenit procurator,sed præsentia principalis,& tamē
traditio dicitur ficta,vt ibi est text.in verbo,quodammodo tra
10 dita. ¶† Quid tenendum?breuiter veritas est, ꝙ licèt traditio,
quæ fit per præsentiam,sit ficta,tamen possessio,quæ ex ea ac-
quiritur,est vera,& propria,eo quia per actum fictum,puta,ꝑ
præsentiam rei, vel per constitutum tranfertur vera possessio.
text. est solen. in l. certè. §.1.ibi,*propriè possidere videor*.ff.de proc.
per quem text.ita no.tenet Bart.in l.ab emptione.circa fin.ff.de
pactis, & in l.si is,q pro emptore.in pen.col.ĩ.ti.1.Bal.in c.item
inuestitura.de notis feu. facit text.in l.ꝙ meo.in prin.ĩ.eo.dum
dicit,*is possidet cuius nomine possidetur*, & sic verè possidet, vt ibi
not.Bar.in fi.& sic inquantū Bar. in d. l.singularia.in 1.col.ad fi.
dicit,ꝙ ꝑ aspectum rei possessio verè acquirit̃, in hoc bene di-
cit,ꝙ vera possessio acquiratur,sed dū dicit,ꝙ verè traditur, in
hoc malè loquitur,quia traditio non est vera,sed ficta, vt hoc
text. cum alijs superius allegatis, & ad vtrunque membrum
pondero bene facere text. in d. l. si pecuniam.aliàs pecuniam.
ff.de solu.vbi text.circa acquisitionem possessionis vtitur versi.
importante proprietatem,ibi,*acquisita possessio mihi est*,pondera
verbum est,& sic verè.Sed in modo acquirendi vtitur ibi text.
11 improprietate, ibi, *quòd imò longa manu mihi tradita*. ¶† Tertiò
not.in versi.*idemque esse si nummos*,iuncta ratione, quæ sequitur
ibi,*non.n.corpore & actu,sed etiam oculis,& affectu*, quæ ratio ada-
ptatur ad vtrunque dictum præcedens,quòd ad hoc,vt pecu-
nia alteri tradita de voluntate mea videatur breui manu mihi
tradita,& per me illi tertio, requiritur,ꝙ pecunia tempore ius-
sionis esset in præsentia,quia si in verb.itaque Iuriscon.non in-
telligeret,ꝙ pecunia esset præsens, tunc ratio sequens non fa-
ceret ad propositum. Et si diceres, quòd versi. non.n.referatur
ad primum dictum,& non ad secundum, esset destruere text.
& sic pondera secundum Aret.hic esse text.contra Bart.in ter-
minis in d.l.singularia.ff.si cert. pet.in 2. char.in versic.sumus
expediti de primo.vbi tenet Bar.ꝙ si quis iubeat debitori suo,
ꝙ enumeret pecuniam tertio,ꝙ ad hoc,vt breui manu videa-
tur facta traditio iubenti,non est necesse,ꝙ pecunia sit in præ-
sentia:allegat ad hoc plura iura præsertim textum in l. nuptu-
ra.ff.de iur.dot.sed hic videtur text.in oppositum,salua Bart.&
bene,quòd ibi loquitur quantum ad hoc,vt pecunia debita ex
vna causa puta mutui,conuertatur in aliā causam,puta dotis,
& quantum ad hoc nō requiratur præsentia pecuniæ. Sed iste
tex. loquitur quantum ad hoc, vt acquiratur possessio ipsius
pecuniæ per iussum de dando alteri, tunc bene requiritur præ
12 sentia pecuniæ,ad hoc, vt dicat̃ quæsita possessio.l.¶†Quartò
not. ex hoc text.ꝙ per aspectum oculorum acquiritur nobis
possessio.ad idem lex, quòd meo.§.si venditorem.ĩ.eo.Adde,
quòd per ista iura dicit Albe. de Ros. hic bonus practicus se-
aliàs consuluisse cuidam amico suo, qui propter guerram nō
audebat accedere ad adipiscendum possessionem beneficij
sui ecclesiastici, ꝙ iret suꝑ quodā monte,vnde videre poterat
Ecclesiam,& terras beneficij,& sic,quòd acciperet possessionē
ꝑ aspectum oculorum, sed certè ista iura nihil faciunt, quia
procedūt, qn̄ cōcurrit animus volentis tradere,tunc per aspe-
ctum oculorum bene acquiritur possessio. secus si non
concurrat animus volentis tradere, vel quia à nemine possi-
deatur,tunc esset opus corporali apprehensione, ita ista iura li
mitat.& bene gl.no.in prin. huius.l.ni.verbo *primi*. vbi dixi per
text. in l.3.§. Neratius. in verbo *loco motus*,& ibi Lud. Rom.ad
hoc not.infra eo.pro isto suo consi. alleg.etiam Alb.text.in ca.
contingit. de dolo, & contum.sed ille text. etiam nihil facit,
quià ibi, iussus mitti in possessionem per iudicem si metu, vel
potentia aduersarij non potest ingredi, efficitur possessor sine
aliquo ingressu corporeo,ēt si res non sit præsens, sed hic non
præcessit iusus iudicis.facit, quòd not.Bart.supra in prin.huius
l.in pen. col. vbi dixi. Et ius singulare dicti. c. contigit. non est
extendum extra casum suum. l. ius singulare. & l. quòd vero
contra. ff. de leg. & sic habes primam limitationem ad istum
text.& ad istud not.vt procedat, quando simul concurit ani-
mus volentis tradere, tunc per aspectum oculorum acquiri-
13 tur nobis possessio. ¶† Secundò limita istum text.non proce-
dere,quando talis res ab alio tertio possideretur,tunc per ostē-
sionem rei factam ab alio nō teransfertur possessio, vt probat
tex.in d.l.quòd meo.§.si venditorem.in verbo,vacuamq; pos-
sessionem, & in simili d. Ant.& d. Abb.in c. 2.de consue. post
14 Ioan. And.in c.transmissam.de elect.¶† Tertiò limita,si inter-
uenit voluntas veri domini posidentis, secus si interuenit nun
cius, vel executor, qui debet mittere in possessionem, quia
tunc possessio non acquiritur per aspectum rei, ita in pro-
curatore, vel alio legitimo administratore tenet Bart. supra in
15 princ. huius.l.in pen.col.vbi not. dixi. ¶† Quintò not. ex text.
ibi, [moueri non possunt,] quòd illud dicitur nō posse fieri,
quòd cum difficultate fit, idem probatur in §. fin. cum gloss.
16 vbi dicam,infra eod.¶† Vltimò not.in versi.fi.quòd per tradi
tionem clauium acquiritur possessio eorum, quæ sunt in do-
mo.Facit.l.clauibus.s̃.de contrahend.emp.intelligendo,vt per
gl.hic,& latius.s̃.in prin.huius.l.¶Item limita,quando traditio-
nem clauium precessit titulus,puta venditio,aliàs per traditio-
nem clauium transfertur sola custodia rerum clausarum. Ita
limitat Bartol.in l. cùm pater. §. pater pluribus. per illum text.
ff.de legat.2. sequitur Petr.de Anchar.in clemen.prima.§.sanè.
de hæret.

SVMMARIVM.

1 *Per subauditos intellectus non debet induci correctio legum.*
2 *Vniuersitas est nomen iuris non habens animum, nec intellectum, nec corpus.*
3 *De natura aduersatiuæ est aduersari præcedentibus, & in iure, & in facto.*
4 *Dictio,&,est implicatiua.*
5 *Basilica capitur multis modis.*
6 *Licèt vniuersitas,& municipes non possint per seipsos possidere,tamen per alios, puta seruos, & syndicos possunt possidere, & præscribere.*
7 *Qui non possunt per se possidere,possunt per alios.*
8 *Ea,quæ sunt deputata ad vsum publ.municipij, non possidentur ab vniuersitate,sed vnusquisque iure facultatis vtitur.*
9 *Persona ficta, & repræsentata potest possidere, eo quia repræsentat personas viuentium,secus si mortuorum.*
10 *Si omnes de collegio moriantur,an possessio vacet.*

§. Municipes. Ad intellectum text. premitte,
ꝙ glo.Bart.*& communiter Docto.*
volunt, ꝙ municipes per seipsos possunt possidere. Et ꝙ prin-
cipium istius.§ corrigatur per l.2.immediatè sequentem,& se-
cundum istum communem intellectum.h.d. Vniuersitas pōt
per se,& per alium possidere, vsucapere, & possessionem ac-
quirere.h.d. Iste communis intellectus mihi non placet,cùm
vitanda sit iurium correctio,presertim in continenti.l.precipi-
1 mus.in fin.cum vulg.C. de appel. † Item per subauditos intel-
lectus non debet induci legum correctio sm glo. in c.cupien-
tes.§.ꝙ si per viginti.de elect.in 6.vnde teneo,quod municipes
per seipsos non possunt possidere, ita loquitur principium hu-
ius. §. sed bene possunt possidere per seruos aut liberos, puta
per syndicos, vel eorum administratores, ita procedit lex 2.
¶Et pondera pro primo rationē quam assignat text. *quia vni-
uersi consentire non possunt,cùm deberent consentire* vt vniuersi,& nō
vt singuli.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rer.diuis.l.sed si hac.
§. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & in acquirenda pos.
requiritur animus, & corpus. l. 3.in princip. & l. quemadmo-
dum. infra eodem. Sed vniuersitas non habet animum, & sic
nec consensum, nec habet corpus, & sic non habet instru-
menta habilia ad posidendum, ideo posidere non potest,
ratio rationis, quare vniuersi consentire non posint, est, quia
inter municipes multi sunt infantes, ac infantiæ proximi, ac
multi furiosi, & dementes, qui consentire non possunt. Facit,
quòd dicit text.in c.Roma.§.in vniuersitatem.de senten.excō.
in 6. ꝙ vniuersitas non potest excommunicari, ne innoxij hu-
iusmodi sententia irritentur,puta infantes, & furiosi.Hinc est,
ꝙ si omnes de vniuersitate essent capaces doli, & culpæ, vt in
collegio Doctorum, in capitulo fratrum,in conuentu mona-
chorum, & in consilio populi, possent tunc sub nomine col-
lectiuo excommunicari, quia tunc cessaret ratio illius text.se-
cundum Ioan.de Ana.in c.dilectus. secundo.in 9. col.de simo.
Et licèt factum à minori parte,vel à deputatis regentib.videa-
tur factū ꝑ municipes.l.ꝙ maior.ff.ad muni. & l.municipes.ff.
de condi.& dem.alleg.in glo. & l.municipes. ff.ad muni. Istud
est per fictionem, & non secundum veritatem, sed fictio non
videtur sufficere in acquisitione pos. §. veteres. vbi dixi. s̃.ea.l.
Municipes ergo, & ciuitates per seipsas nō possunt posidere,
sed bene per seruos, vel syndicos, vel per ministros eorum, &
pro-

propterea text.in l.ſeq.dicit, [idque eis.] vbi text.non ſimpli-
citer permittit eis poſsidere, ſed limitatè per ſeruum, vel liberã
2 perſonam. † Confirmatur, nam vniuerſitas eſt nomen iuris nõ
habens animum, nec intellectum, nec etiam corpus, prout cõ-
ſideratur à Iuriſtis, & ſic aliud eſt vniuerſitas, aliud homi-
nes de vniuerſitate. l. mortuo. infra de fideiuſſor. ita tenent
Innoc.in c.grauem.de ſent.excommu. quem refert, & latè ſe-
quitur Bart.in l.aut facta.§.fi.in 1.col ĩ.de pęn.cum ergo ad ac-
quiſitionem poſſeſſionis, vt dixi, requiratur animus, & corpus
volentis acquirere, ergo vniuerſitas, & ſic municipes cùm ca-
reant animo, & corpore, non poſſunt per ſe poſſeſſionem ac-
quirere, cùm vniuerſitas de per ſe cõſiderata tanquam vniuer-
ſitas, ſit quid inanimatũ, ſed bene poſſunt poſſidere per ſeruos,
& liberos, vt l.2. & hoc modo debet etiam intelligi text.in l.ti-
gni.§ item municipes. ff. ad exhib.allegatus.in glo.dum dicit,
[nam municipes poſſidere, & vſucapere poſſe cõſtat,] debet
intelligi per ſeruos aut liberos, vt hic in l.2.& l.nõ dubito. ff.de
ſeruit.& l.ſiue autem.§ fi.ff.de publicia. Sic etiam intellige text.
in l.metum.§.animaduertendum.ff. ꝙ met.cauſa. hic allegatũ
in gl.iuncta.l.ſed ſi ex dolo.§.1. ff.de don.quæ dicit, ꝙ munici-
pes ex ſuo dolo teneri non poſſunt, quia ipſi dolum commit-
tere non poſſunt. Sed bene tenentur ex dolo decurionum, vel
adminiſtratorum, quicquid ibi dicat glo.& ſic cùm iſte. §.in 1.
parte expreſsè decidat, ꝙ municipes per ſe nihil poſſunt poſ-
ſidere, & huius rationem aſſignat, nullatenus credo, ꝙ corriga
tur per l.quæ ſequitur, in qua nõ dicitur, an municipes poſſint
per ſeipſos poſſidere, ſed bene dicitur, ꝙ iſtud eis permittitur
per ſeipſos aut liberos, & per ſubauditos intellectus non debet
induci legum correctio, vt dixi, & in iſtum intellectũ inclinant
Rapha.Cum D.Pet.de Bexu.& clarius D.Iaco.de Put.hic, licèt
nihil de s̃. dictis ponant. Ad hoc etiam inclinat Roge.relatus
in glo.2.& ſi dicas obſtare aduerſatiuam, ſed, quæ ponitur in l.
3 ſecunda ibi, [ſed hoc iure vtimur.] cùm † de natura aduer-
ſatiuæ ſit aduerſari præcedentibus & in iure, & in facto.glo.in
l.ſed ſi lege.in prin.cum vulg.ff.de peti.hæred.reſponde, quòd
aduerſatur ei, quod proximè dixerat Nerua, an municipes
poſſent per ſeruos poſſidere, vbi facta erat diſputatio, & argu-
mentatio ad vtranque partem, ſed ad principium huius.§. ad-
uerſari non poteſt, cùm in principio pręcisè decidatur, quòd
municipes per ſeipſos nihil poſſunt poſſidere, & in l.2.nihil di-
citur, ꝙ huic aduerſetur, & ſi aliquis ſubtiliter diceret, qđ for-
tè glo. Bart. & Docto. voluerunt ponderare copulam, &, po-
ſitam in l.ſeq dum dicit text. *& per ſeruum, & per liberam perſo-
nam eis permittitur*, quaſi illa copula, &, implicet, quòd etiam
4 per ipſos poſſunt poſſidere. Nam dictio, † &, eſt implicatiua,
glo.in l.ſed ſi plures.§ fi.in verbo, in eius, & ibi Imo.ad hoc nõ.
ff.de vulg.& pup.Bart.in l.non ſolùm.in princip.ff.de ope.nou.
nun.¶ Reſpondetur not. ꝙ dictio, &, debet implicare caſum
minus dubitabilem, ſecundum Rapha. Fulg.& Lud. Rom.in
l.qui ſe patris.C. vnde liberi, expreſsè D.Alex. conſil. 23. 5.vol.
inc. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter magnificum. in 3. col.
Sed hic implicaret caſum longè magis dubitabilẽ, & corrige-
ret principium huius.§. municipes, quod nullatenus eſt dicen
dum. Item ad prædicta pro intellectu quem teneo, facit text.in
ſimili in l.vnica.ff. de liber.vniuer. iuncta.l.3.§. à municipibus.
ff.de bon.poſſeſ.nam municipes poſſunt agnoſcere bono. poſ.
vel hæreditatem eis, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato delatã
per alium puta per ſyndicum, vel actorem, vel eorum liber-
tum, & ſubdit text.in d.§.à municipib. quòd ſi nemo munici-
pum nomine agnoſcat, tunc municipium habet ſolum edi-
ctalem ipſo iure ab edicto prætoris, ſed non decretalem. Et
iſta opinio eſt vera ad naturalẽ ſenſum, & eſt verus intellectus
ad hunc text. Et ſi opponeretur iterum de eo, in quo Bart. re-
prehendit Roge hic relatum in glo.nam ſi verum eſſet, quòd
municipes poſſiderent per officiales ſuos, ſequeretur, ꝙ mor-
tuo officiali, vel remoto, alius de nouo deberet apprehendere
poſſeſſionem, & ſic mortuo officiali poſſeſſio eſſet vacans. l.
cùm hæredes.in prin.ĩ.eo. quod eſt abſurdum ſecundum Bar.
tu ſtringe fortius, ſi municipes poſſiderent per officialem, eo
mortuo, vel remoto poſſeſſio eſſet vacans, ergo raro, vel nun-
quam vniuerſitas poſſet præſcribere, cùm requiratur poſſeſſio
continuata, vt declaraui.s̃.in rub.Sed reſpondere, quòd funda-
mentum Bar.procederet, quando officialis poſſideret ſuo no-
mine, & ad ſuam vtilitatem, tunc eo mortuo poſſeſſio eſſet
vacans.d.l. cùm hæredes, in princ. ſed in caſu noſtro officialis
poſſidet nomine, & ad vtilitatem municipum, qui nunquam
moriuntur, quia ſemper durat idem populus.l.proponebatur.
ff.de iud.& ſemper poſſunt municipes conueniri, & ſic pręſcri-
bere, vt declaraui.s̃.in rub. ex iſtis apparet non eſſe bonam di-
uiſionem Bart. & Docto. ad iſtum text. dum dicunt, quòd in
prima ponit duo dicta. Secundò diſputat circa vnum dictum,

Tertiò determinat, nam non eſt verum, quòd in prima ponan
tur duo dicta, imò ponitur tantum vnum dictum, ꝙ munici-
pes per ſeipſos poſſunt poſſidere cum ratione, & vnius cõtra-
rij remotione. Item non eſt verum, quòd in ſecunda diſpute-
tur circa vnum ex iſtis duob.dictis, imò ibi ponitur aliud diuer
ſum, an municipes per ſeruum poſſidere, & vſucapere poſ-
ſint, ibi arguit pro, & contra, poſteà in l.2.iſtud vltimum deter
minatur. Ideo diuide iſtum.§. cùm l. ſeq. in quinque partes. In
prima ponitur dictũ cum eius ratione, quòd municipes per
ſeipſos nihil poſſunt poſſidere, quia vniuerſi conſentire non
poſſunt. In ſecunda, quæ eſt ibi, [forum autem,] remouetur
vna obiectio. In tertia, quæ eſt ibi, [ſed Nerua filius.] ponitur,
an per alium puta per ſeruum poſſint municipes poſſidere, &
ponitur opin. Neruæ tenentis, quòd ſic. In quarta ibi, [ſed
quidam contra] ponitur opin. quorundam contraria cum
eorum fundamento. In quinta, & vlt. in l.ſequen. [ſed hoc
iure.] ponĩt vera determinatio, & aduerte, ꝙ Nerua in tertia
parte loquitur de his, quæ ſeruus peculiariter acquiſierit, & ſic
loquitur in ſeruo peculiari, & poterat moueri bona ratione,
quia ſeruus ex cauſa peculiari acquirit poſſeſſionem, & vſuca-
pionem domino ignoranti, & ſic etiã furioſo & infanti, licèt
nullum conſenſum habeant. eſt text.in § item acquirimus.ſu-
pra. ead.l. ergo etiam ſeruus ex cauſa peculiari debet acquire-
re poſſeſſionem, & vſucapionem vniuerſitati, licèt vniuerſi cõ-
ſentire non poſsint. ¶ Secundò aduerte in quarta parte, in qua
ponitur op. quorundam contraria per rationem, quoniam
ipſos ſeruos non poſſident. iſta ratio debet formari ſic. ſerui
acquirunt poſſeſſionem dominis ea ratione qua ab ipſis poſſi-
dentur, non autem ratione dominij, vt dixi in §. item acquiri-
mus.s̃.ea. l. cùm ergo municipes non poſsideant ſeruos, quia
nihil de per ſe poſſunt poſsidere, vt dicitur in prin.huius. § er-
go ſerui non poſſeſsi à municipibus non poſſunt eis acquirere
poſſeſsionem nec vſucapionem, & eſt coloratum fundamen-
tum. Sed quęcunque intellectum teneas, oportet præſuppone-
re, ꝙ municipes poſsideant ſeruos, vt tenet glo. parua fin. hic,
aliàs per eos non poſſet acquiri poſſeſsio, nec vſucapio, prout
dicitur hic in l.2. & in d.l. tigni.§. item municipes. ¶ Tertiò ad-
uerte, ꝙ in quinta parte.& ſic in l.2. Vlpianus ſimpliciter deter
minat, quòd per ſeruum, & liberam perſonam acquiratur
poſſeſsio, & vſucapio municipib. & non dicit per ſeruum ex
cauſa peculiari, prout ſupra dicebat Nerua, ſed ſimpliciter, &
indiſtinctè, & iſto modo habes enucleatum text. ¶ Iſtis ſic præ-
miſsis.h.d. Municipes per ſeipſos poſsidere non poſſunt, & quę
ſunt in vſu omnium promiſcuo, non poſsidentur: per ſeruos
autem, & liberos, puta ſyndicos, vel adminiſtratores poſſunt
municipes poſsidere, & vſucapere.h.d.ſecundum verum intel-
lectum, quem teneo contra gl. Bart. & communiter Doctor.
Secundum quem intellectum principium iſtius. §.corrigitur
per l.2.ſed loquuntur in terminis diuerſis. ¶ In text.ibi [muni-
cipes,] qui ſint, & quare ſic dicantur, declarat tex.in l.1.in prin.
5 ff.ad muni. ¶ † In tex.ibi, [Baſilicam.] Iſta dictio multis mo-
dis capitur, prout videas Arch.declarantem in c.non oportet.
2.62.diſt.dixi plenè in l.inter ſtipulantem. §.ſacram.de verbor.
oblig.ſed in iſto text. capitur Baſilica pro domo regia, ſeu pro
palatio regio, non autem capitur Baſilica pro Eccleſia nondũ
conſecrata, prout ibi capitur de iure Cano. prout declarat do.
Abb.in rub.de conſe.Eccl. vel alta.& in c. fin.eod. tit.quia ſi in
iſto text.caperetur Baſilica pro Eccleſia, inepta fuiſſet dubita-
tio, cùm Baſilica, & res ſacra poſſideri non poſsint.l.qui vniuer
ſas. §.1. ĩ. eod. Et poſſeſsio ſit ius inſiſtendi in re non prohibita
poſsideri, vt dixi in prin.huius. l. Baſilica ergo hic capitur pro
domo regia, non autem pro Eccleſia, dato, ꝙ nondum ſit cõ-
6 ſecrata. ¶ † Not.primò, quòd licèt vniuerſitas, & municipes nõ
poſsint per ſeipſos poſsidere, tamen per alios puta ſeruos, & li-
beros.ſ. ſyndicos, & adminiſtratores poſſunt & poſsidere, &
7 vſucapere. ¶ † Et ſic habes, ꝙ qui non poſſunt per ſe poſside-
re, & vſucapere, poſſunt per alios, vt per ſeruos, & ſimiles, in §.
item acquirimus. s̃. ead. l. vbi furioſi, & infantes non poſſunt
per ſeipſos poſsidere, quia non habent ſenſum nec intellectũ,
& tamen poſſunt per alios. Secus quando quis non poteſt poſ-
ſidere, nec vſucapere rem propter vitium rei, puta, quia ſit fur-
tiua, quia tunc, qui non poteſt per ſe vſucapere, non poteſt et
per ſeruum nec per alium.l.Labeo.§.1.& ibi glo.declarat.ĩ.tit.
1.de quo tex.glo.opponit, & ſe remittit. ¶ Secundò no.in verſi.
8 [forum autem,] † quòd ea, quæ ſunt deputata ad vſum pub-
licum municipij, non poſsidentur ab vniuerſitate, ſed vnuſ-
quiſque iure facultatis vtitur. facit l. 2. §. loca. n. publica. & §.
9 viam publicam. ff.ne quid in loco publico. ¶ † Tertio not. ſe-
cundum intellectum gloſſ.& Bart. & magis communiter ap-
probatum, ꝙ perſona ficta & repræſentata.i.vniuerſitas poteſt
poſsidere, eo quia repræſentat perſonas viuentium, ſecus ſi re-
præſentat

præsentat mortuum, vt est hæreditas iacens, quæ repræsentat
defunctũ.l.mortuo.ĵ.de fideiuss & l.hæreditas.la 2.s̃.tit.1. quia
illa non possidet.l.1.§. Scęuola. ff.si quis test.lib.esse ius. fue.cõ-
firmat Bart. quia hęreditas iacens cùm repræsentet personam
defuncti, non põt habere vsumfructum.l. vsusfructus.in prin.
ff.de stip.seruo.& l. hæreditas.la 2.in fi.s̃.tit.1.& tamen vniuer-
sitas, vel ciuitas, quia repræsentat personas viuentium, bene
potest habere vsumfructum. l. an vsusfructus.ff. de vsufru. &
in l.si vsusfructus municipib.ff.de vsufru. leg.sed caue inquan-
tum Bart.facit differentiam inter hæreditatem,& vniuersitatẽ,
quia tex.quem alleg.Bart. in l.mortuo. ĵ.de fideius. æquiparat,
nam dicit ibi formaliter tex. *quod sicut hæreditas repræsentat perso nam defuncti, ita municipes,curia, & societas*, sed dic, ꝙ ibi dictio
sicut,non facit omnimodam similitudinem,sicut dicit gl.in l.
Iulianus. s̃.de hære.insti. sed sicut hæreditas repræsentat perso-
nam defuncti,ita vniuersitas repræsentat personas viuentium.
amplia istum text. tenendo communem intellectum, vt iste
text.procedat siue sit collegium de iure ordinatum,siue etiam
de facto,quia habet ea,quæ sunt facti,& per factum deuenitur
ad ius,vnde possidet,& possidendo præscribit, ita sing.ampliat
Bald.in l.1.§.quib.ff. quòd cuiusq.vni. & circa vltimũ insistunt
10 Mod.Senen.hic. ¶Extra glo. quærit † Bart.ad fin. si moriantur
omnes de collegio,an possessio vacet, & distinguit inter colle-
gium seculare,& ecclesiasticum, per glo.not.in l.sicut.§.fin.vbi
etiam Bart.ff. ꝙ cuiusq; vniuer. adde vltra Bart. & alios glo.&
d.Abb.in c.2. de postul.præla. & latè d. Abb. in d.c. cùm super
electione.in pen.& vlt.col.de elect.

SVMMARIVM.

1 *Res corporales,quæ tangi,& pedibus calcari possunt,propriè possidentur.*
2 *Duo instrumenta copulatiuè requiruntur ad acquirendam possessionem, scilicet animus,& corpus.*
3 *Per ingressum partis fundi acquiritur possessio totius.*
4 *Publiciana non datur nisi adepta possessione, & tamen datur respectu eius,quòd accrescit per alluuionem post adeptam possessionem.*
5 *Incorporalia non possidentur,sed quasi possidentur.*
6 *Est dare possessionem incorporalissimam.*
7 *An statutum faciens mentionem de possessione habeat locum in quasi posses.incorporalium,quæ impropriè possidentur.*
8 *Vtilis actio est ex interpretatione extensiua, quam statuta non recipiunt.*
9 *Stipulatio, quæ est stricti iuris non trahitur ad eum, qui tenetur directò,sed vtiliter.*
10 *Statutum concedens executionem paratam instrumẽto guarentigiato, ita competit habenti vtilem actionem sicut habenti directam, & num.16.*
11 *Ius vtile subrogatur loco directi.*
12 *Lex,si quis in tantam.C. vnde vi. habet locum in quasi possessione iurium incorporalium.& nu.18.*
13 *Dispositio hominis non ita faciliter extenditur, sicut dispositio iuris.*
14 *Bonum est argu.de pos.ad contractum,&ècontra.*
15 *Appella.quasi contractus non venit contractus.*
17 *Statu. concedens creditori capturam personalem debitoris contra regulas iuris, verificatur in cessionario, licet non sit propriè debitor.*
19 *Quando duo casus à lege antiqua per modum regulæ æquiparantur, dispositum in vno in eadem materia præsumitur dispositum in alio.*
20 *Statutum loquens in possessore an habeat locum in eo, qui dolo desijt possidere.*
21 *In acquirenda pos.exigitur animus acquirendi de nouo, nec sufficit animus continuandi in possessione quæsita.*
22 *Qui fecit positionem,quòd possedit talem fundum per totum istum annum vsque ad Calendas Fabruarij, deinde solum probat per testes de vltimis sex mensibus,debet succumbere,& nu.23.*
24 *Contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso.*
25 *Ex positione negata licèt negans non possit se fundare, poterit tamen ex dictis testium super positione negata examinatorum se fundare.& nu.26.*
27 *Animus ratificandi actum iam gestum inducit mandatum de nouo ad adeundum.*
28 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*
29 *Sufficit quamlibet partem corporis esse baptizatam, licèt non sit baptizatum caput.*
30 *Per apprehensionem possessionis vnius prædij non acquiritur possessio aliorum prædiorum, etiam concurrente voluntate volentis acquirere possessionem.*
31 *Per apprehensionem possessionis vnius rei hæreditariæ non intelligitur apprehensa possessio aliarum.*
32 *Apprehensa pos. partis castri dicor cœpisse poss. de omnibus ædificijs in eo existentibus.*
33 *Apprehensa pos. domus dicor apprehendisse posses. omnium rerum in ea existentium.*
34 *Exercendo vnum actum iurisdictionis volente eo,qui mihi vendidit castrum,acquiro quasi poss.totius iurisdictionis.& num.37.*
35 *Quantum possessum tantum præscriptum,& non plus.*
36 *Exercens aliqua iura Episcopalia illa sola præscribit, nec extenditur præscriptio ad alia similia.*
38 *Præscripta iurisdictione non intelligitur præscripta potestas coercendi, sine qua non videtur posse exerceri.*
39 *Iurisdictio extenditur de persona ad personam, licèt non de specie ad speciem.*
40 *Quando quis habet fundatam intentionem suam de iure communi, tunc per exercitium certi articuli probatur possessio vniuersalis iurisdictionis.*

LEX III.

POssideri. Corporalia propriè possiden-
tur,& animo, & corpore pos-
sessio quæritur, & per ingressum partis acquiritur
possessio totius.h.d.Diuiditur in tres partes. In pri-
ma ponit, quæ res propriè possideantur. Secundò per quos
actus. Tertio qualiter. Secunda ibi, [& adipiscimur.]Tertia
ibi,[ꝙ autem dixi,]& caue, quia Bart. *& communiter Doct.*ine-
ptè faciunt.§. in §.incertã.cùm text.continuatè dicat, etenim
1 incertam,& melius esset simul legere. ¶† Not. 1.ex hoc text.ꝙ
a res corporales,quæ tangi, & pedib. calcari possunt, propriè [a]
possidentur.Ex quo sequitur, ꝙ incorporalia, vt sunt iura, &
seruitutes impropriè possidentur, vt hic in glo.2. vbi dicetur.
2 ¶† Secundò not. ꝙ duo instrumenta copulatiuè requiruntur
ad acquirendam poss.s.corpus, & animus, vt hic, & l.quem-
3 admo.cùm sim. ĵ.eod. ¶†.Tertiò not. ꝙ per ingressum partis
fundi acquiritur possessio totius. amplia istum text. vt proce-
dat non solùm respectu partium fundi, quæ erant tẽpore ap-
prehensionis, sed etiam partium, quæ posteà per alluuionem
accreuerunt.ita per istum tex.no.tenet Bart.in tract. Tiberiad.
in verbo,acquiritur nobis.circa princ.quia ꝙ adiectum est per
alluuionem,sicut prior ager possidetur, & quis præsumitur in
ea opin.esse, vt velit totum fundum possidere. l. si ex toto. in
princ.& l.ꝙ in rerum.§.pen.ff. de leg.1. & sequitur Bald.in rub.
4 ff.de rer.diui.in 12.col. † Adde bene facere text.in l.si ego.§.idẽ
ait vers. ꝙ tamen per alluuionem.iuncta. l.cùm sponsus.§.fin.
ff. de publi. vbi publiciana non datur nisi adepta possessione,
& tamen datur respectu eius, ꝙ accessit per alluuionem post
adeptam possessionem.facit, quia alluuio sequitur naturam
fundi.l.ergo.§.alluuio.s̃.ti. 1.¶Expeditis textua. capio glo.2.in
verbo,corporalia. quam diuide in duas partes,prout in effectu
remouet duo principalia cõtraria. Secunda ibi [itẽ nec corpo-
5 ralia oĩa.] ¶†In ea.gl.ibi [l.sicuti.§.Aristo.] habes ex ista prima
parte glos.ꝙ incorporalia non possidentur, propriè,sed quasi
possidentur. idem dicit glo. in l.seruus.§.incorporales.s̃.titu.1.
Bald.in l.1.in 2.colu.C. per quas person. nob.acquir.Et adde gl.
not.in l.regulariter.ff.de pet. hæred.quę addit,ꝙ etiam est pos-
sessio magis impropria vltra incorporalia.Item & improprijs-
sima.alibi dicit magistraliter Bald.in l.2.in 8.colum.C. de ser.&
aqua. ꝙ quasi possessio incorporalium inhæret reb. corpora-
lib.sicut accidens,seu qualitas inhæret subiecto, vt sunt seruitu
6 tes. † quædam est possessio incorporalissima, quæ non cohæ-
ret reb.corporalib.sed quibusdam dationib.vel factis, vt si Ec-
clesiæ debetur census, vel aliquid annuum in signũ subiectio-
nis, & ista possessio incorporalissima stat potius in abstracto
quàm concreto. Et habet plurimum iuris magis quàm aliqua
alia possessio, quia non est in reb.corporeis fundata, sed extra
7 corpora.¶† Iuxta gl.nostram oportunè quęritur,an statutum
faciens mentionem de pos. habeat locum in quasi pos. incor-
poralium, quæ impropriè possidentur. Est pulcher, & subtilis
passus, & valde necessarius, in quo d.Ant.de But.in repe.c.fi.in
2.col.de caus.pos.& propri. tenuit, ꝙ si statutum facit mentio
nem de pos. intelligatur de propria, & sic corporalium: non
autem incorporalium,quæ impropriè dicunt,possideri,vt hac
gl.& iurib.in ea allegatis, & sequitur simpliciter d. Alex.hic in
8 1.not.qui plus nõ dicit. † Adde,quòd pro ista opi.d.Ang.Aret.
in rub.s̃.eo. in pen.col. adducit doctr. Bald.in l.qua actione.§.
proinde.ff.ad l.Aquil.per illum text. ꝙ vbi cõpetit vtilis actio,
non vendicat sibi locum statutum, quia est ex interpretatione
exten-

ADDITIO.

a ¶Propriè.Adde.l.sequitur.§.si viam.ĵ.tit.proxi.

extenſiua, quam ſtatuta non recipiunt. l. curatoris. cum gl. not. C. de neg. geſt. Sed pro quaſi poſſeſſione, & ſic pro iure incorporali competit ius vtile, & non directum. l. quoties. ſecunda. ff. de ſerui. vbi text. dicit, ꝙ competit quaſi interdictum. & Bar. in l. 1. in prin. ff. vti poſſide. & ſic videtur, ꝙ ſtatutum loquens de poſſeſſione, vel de poſſeſſore intelligatur de eo, qui habet ius directum pro poſſ. & non vtile: tamen, quia Bal. ibi loquitur expreſſè in ſtatuto pœnali, prout etiam loquitur ille text. per quem Bald. not. ideo regula ſecundum Aret. generaliter
9 probatur in l. 3. §. illud. & ibi not. Bar. ff. rem pup. ſal. fore. † vbi ſtipulatio, quæ eſt ſtricti iuris, non trahitur ad eum, qui non tenetur directò, ſed vtiliter, contrariam opi. ꝙ imò ſtatutum loquens de poſſeſſione habeat locum etiam in quaſi poſſeſ. incorporalium, tenet Aret. in d. rub. ſ. eo. Motus in effectu triplici
10 fundamento. primo, † quia ſtatutum concedens executionē paratam inſtrumento guarentigionato, ita competit habenti vtilem actionem, ſicut habenti directam ſecundum Bart. in l. 1. in pen. col. ff. de act. & obli. per tex. optimū in l. ſi procurator. in prin. ff. de proc. vbi ſi ſit lata ſententia in fauorem procuratoris, tñ dominus habet executionem illius ſententiæ, quamuis
11 dominus ſolùm habeat iura vtilia. Secundò, † quia ius vtile ſubrogatur loco directi. vnde ſicut creditor ex forma ſtatuti poteſt facere capi perſonaliter debitorem, ita etiam poteſt facere ceſſionarius, vt declarat Bald. in l. per diuerſas. in 10. q. C. mand. vnde nedum in materia ſtricta, ſed etiā in correctoria idem ius ſortitur ſubrogatum ſicut habens ius directum, & ad hoc alleg. Aret. tex. de quo facit magnum feſtū. in § reliquū. in verſi. *vnde conſequens*. in Auth. de hære. ab inteſt. col. 9. vbi in materia correctoria filius fratris, qui ſubrogatur loco fratris ita
12 excludit fratrem conſanguineum ſicut excludit frater. ¶† Tertiò adducit, ꝙ in ſpecie vult glo. *ordi. & approbata in l.* ſi quis in tantā. C. vnde vi. quæ tenet, ꝙ illa lex pœnalis, & odioſa loquēs in poſſeſſione hēt locū in quaſi poſſeſſione iurium incorporaliū. Et ad tex. in d. l. 3. §. illud, & ꝙ ibi no. Bar. ff. rem pupil. ſal. fo.
13 † rñdet Aret. ꝙ loquit in diſpoſitione hoīs, quę nō ita faciliter attenditur, ſicut diſpoſitio iuris. c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. c. cùm in illis. de præben. in 6. per quæ iura ita declarat Ioan. de Imo. in l. ſi vero. §. de viro in 2. art. prin. ff. ſol. matr. Adde, ꝙ ita etiam conſulendo tenuit Aret. in conſi. 30. quod incipit, viſo themate, & conſultatione ad me tranſmiſſa. in antepen. col. Itē adde Bald. in terminis idem tenentē, & miror, ꝙ eum non viderit nec ipſe Aret. nec. D. Alex. hic, ita Bald. in c. licèt cauſam. in fi. de proba. vbi tenet. ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ ſi quis ingrediatur in poſſeſſionem, vel ſi quis occupauerit poſſeſſionem, vel duxerit exercitum in poſſeſſionem, tale ſtatutum trahatur etiam ad quaſi poſſeſſionem, per text. in l. ſed, & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ff. de iureiuran. vbi dicit eſſe text. nota. & vtilē de hoc. Mod. Senen. diſtinguunt, & fortè non malè, ꝙ aut in quaſi poſ. militat eadem ratio, quæ in poſſeſſione, & tunc ſtatutum loquens de poſſeſſione habet locum in quaſi poſ. propter identitatem rationis, aliàs ſecus, vt hic per eos. quid tenendum in hoc vtili, & quotidiano paſſu? teneo D. Ant. de But. & Do. Alex. cùm in ſtatutis verba debeant propriè intelligi, nec ſtatuta ſint trahenda ad caſum impropriū. l. 1. §. ſi is qui nauem. cū vulgaribus. ff. de exer. l. quicquid adſtringendę. in prin. de verb. oblig. confirmatur per text. in l. fi. in principio cum gloſſ. ff. de dona. vbi diſpoſitum in traditione non verificatur in ceſſione
14 iurium, quę eſt quaſi traditio. ¶† Tertiò ad idem bene facit, quia bonum eſt argumentum de poſſeſſione ad contractus, & ècontra. l. quamuis ſaltus. ǰ. eo. ſed ſtatutum loquens de contractu non habet locum in quaſi contractu, puta in additione hæreditatis, quæ eſt impropriè contractus. l. apud Iulianum. §. fi. & ibi in terminis Bart. ff. ex quib. cauſ. in poſ. ea. quia ſtatuta debent intelligi in proprio ſignificatu, vt dixi, ſed adire non eſt propriè ꝯhere, ſed quaſi ꝯhere, vt eſt tex. in §. hæres. inſtitu. de obl. quæ ex quaſi ꝯ. Idem tenent Bal. Ang. Imo. Raph. Cu. & D. Alex. in l. mutum. §. 1. ff. de acquir. hære. D. Abb. in c. qua fronte. in primo not. de app. latè Ang. de Aret. in d. §. hæres quoque. *& iſta videtur magis communis opinio*, quicquid tenuerit idem Bart. in d. l. mutum. in prin. ergo idem dicemus in propoſito in poſſeſſione, ꝙ ſtatutum loquens de poſſeſſ. non habeat locū in quaſi poſſeſſione, & quòd apppellatione contractus non veniat quaſi contractus niſi largiſſimè, eſt gloſſ. in capitul. fin.
15 in gloſſ. 2. & ibi. Dom. Abb. de for. compe. † Sicut nec ècontra appellatione quaſi contractus non venit contractus, vt eſt gloſſ. ſolenn. in capitul. decet domum. in verbo. proceſſu. de immu. Eccle. in 6. tenendo iſtam partem, non obſtant dicta prima fundamenta Aret. quia loquuntur in diuerſis terminis. ibi enim ceſſionarius eſt loco directi, & nepos loco fratris. Sed habens quaſi poſſeſſionem incorporalium non eſt propriè loco habentis poſſeſſionem propriè. ¶Item reſponden-
16 do † in ſpecie non obſt. optimum fundamentum Aret. quòd quando ex forma ſtatuti inſtrumenta guarentigionata habent executionem paratam, verificantur in habente vtilem ſicut directam, ſecundum Bart. in d. l. 1. in pen. col. ff. de act. & obl. Bal. in l. ex legato. in fin. C. de leg. Reſpondetur clarè, ꝙ ex quo ſtatutum diſponit, ꝙ inſtrumenta guarentigionata habeant executionem paratam, certè ita dicitur inſtrumentum guarentigionatum illud, cuius reſpectu competit vtilis, ſicut illud cuius reſpectu competit directa, nimirum ſi in vtroque verificatur tale ſtatutum, quia vtrunque dicitur propriè inſtrumentū. l. 1. ff. de fid. inſt. & l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbor. ſig. ſecus eſt in q. noſtra, quia alia eſt poſſeſſio vera corporaliū, alia quaſi poſſeſſio, quæ cadit in incoporalibus. Non obſt. ſe-
17 cundum, † quòd ſtatutum cōcedens creditori capturam perſonalem debitoris contra regulas iuris verificatur in ceſſionario, licèt non ſit propriè creditor, ſecundum Bal. in d. l. per diuerſas. in 10. q. C. manda. Reſpondetur, ꝙ ratio eſt, vt ipſe dicit, quia loco eius ſubrogatur. ſecus eſt in q. iſta, vbi quaſi poſſeſſio incorporalium non ſubrogatur, & ſubrogatum ſapit naturā eius, cuius loco ſubrogatur, ſecus eſt in quęſtione iſta, vbi quaſi poſſeſſio incorporalium non ſubrogatur in locum verę poſ-
18 ſeſſionis, ſed de per ſe ſtat, & principaliter. † Non obſt. gl. in d. l. ſi quis in tantā. quæ videtur magis ad propoſitum, quia Bar. ibi in 4. col. dicit, quòd illa gl. procedit in iuribus, propter quæ poſſidetur res, in qua habetur illud ius, vt in vſufructuario, emphyteuta, & ſimilib. qui poſſident fundum, in quo habentur iſta iura, tunc qui inuadit bene incidit in pœnam. d. l. ſi quis in tantam. ſecus eſt in iurib. incorporalib. propter quæ nō poſſidetur res, in qua habetur illud ius. Sed dicitur habere quaſi poſſeſſionem illius iuris, & tunc quia verè non poſſidetur, nō habet locum condictio ex illa cōſtitutione d. l. ſi quis in tantā. Vel ſecundo reſponde intelligendo illam glo. ꝙ etiam generaliter procedat, ꝙ cùm tex. in l. pen. ff. de ſer. dicat pro quaſi poſſeſſione incorporalium eſſe prodita interdicta quaſi poſſeſſoria, & ſic in remedijs poſſeſſoris æquiparat poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem, nimirum ſi remedium. d. l. ſi quis in tantā. loquens in poſſeſſione habet tunc locum in quaſi poſſeſſione
19 vigore dictæ æquiparationis, † quia quando duo caſus à lege antiqua per modum regulæ æquiparantur, diſpoſitum in vno in eadem materia præſumitur diſpoſitum in alio. gl. in l. quod vero contra. ff. de legi. & glo. in l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in fi. C. de fur. & ita declarat Io. And. in c. fin. de conſue. D. Alex. in l. poſtulante. in prin. ff. ad Treb. ſecus ſi ſtatutum in alia materia faceret mentionem de poſſeſſione, tunc nō haberet locum
20 in quaſi poſſeſſione. ¶† An autem ſtatutum loquens in poſſeſſore habeat locum in eo, qui dolo deſijt poſſidere, & ſic qui fingitur poſſeſſor, ponit Io. And. in reg. poſſeſſor in mercu. de reg. iur. in 6. & ita habes plenè, vt arbitror, expeditum iſtum articulum. ¶Capio gl. in verbo animo, quam diuide in tres partes. In prima remouet vnum contrarium. In 2. ponit ſex fallentias ad tex. & ſic remouet illa ſex ꝯria vno modo, & poſtea rñdet alio modo. In 3. & vlt. format no. q. Secūda ibi, ſed in caſib.
21 Tertia, & vlt. eſt ibi, ſed quid ſi intraui. ¶† In ea glo. ad fi. Iſtam vlt. partem gl. Bar. & Doct. reputant valde ſing. & notādam ſi eſt vera. vnde nota ſingu. ex iſta gl. ad intellectum totius tituli, ꝙ in acq. poſ. exigitur animus acquirendi de nouo, nec ſufficit animus continuandi in poſſeſſione iam quæſita, quæ nō erat.
22 ¶† Ex iſta gl. infert Bar. ad practicam, ꝙ ſi facio poſitionem, ꝙ poſſedi talem fundum per totum iſtum annum vſque ad Calendas Februarij, deinde per teſtes probo ſolùm de vltimis ſex menſib. debeo ſuccumbere, quia probo ſolùm animum continuandi, & non acquiſitionem poſſeſſionis. Sed aduerte, ꝙ iſta illatio Bar. non videtur de iure poſſe procedere ſm Are. hic, & ante eum Raph. Cu. hic. quia aut aduerſarius confeſſus eſt talē poſitionem, & tunc cùm ex confeſſione partis plena reſultet probatio, ſuperfluum eſt probare poſſeſſionem per teſtes. c. 2.
23 de proba. in anti. † aut negauit, & tunc ex poſitione negata nō poteſt ſe iuuare per regulam, ex eo non debet quis. de reg. iu. in 6. & ita tenet Bar. in l. poſt legatum. in prin. in pen. col. ſ. de his, quib. vt indig. & in l. non vtique. ǰ. de excep. & in l. naturaliter. §. nihil commune. in 3. oppo. ǰ. eo. & ſic non poteſt dicere, ꝙ in dictis ſex menſibus vltimis, de quib. deponunt teſtes, continuauit poſſeſſionem, & animus ad continuandum non inducit acquiſitionem de nouo, & ſic principium acquiſitionis non probatur per teſtes, & ſic non videtur illatio Bar. aliquo caſu procedere. Huic difficultati rñdet Are. alij, nihil tangunt, ꝙ doct. Bar. poſſet habere locum, qñ non fuiſſet reſponſum poſitionibus per partem, & ſic non diceretur affirmaſſe nec negaſſe, ſed
24 certè iſta rñſio nihil valet, quia contumax † in reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo, ſic non rñdendo intelligetur confiteri poſitionem. c. 2. de confeſ. in 6. Bal. in l. vnica. in 21. col.

col.C.de confeſ.facit.l.de ætate.§.qui tacuit.de interrog.actio,
vbi interpretatio fit contra non reſpondentem. Eſt bene verū,
ꝙ ille,qui facit poſitiones,debet iurare, ꝙ credit eas eſſe veras,
aliàs non debet eis reſpondere,nec tunc non rn̄dens haberetur
pro confeſſo. gloſ. eſt ſolennis in l. vni.in glo.mag.ad fin.C.de
confeſ.quam glo.ad hoc reputat ſingularem Bald. in c.pertra-
ctandis.de iura.calum.do. Alex.in conſ.151. quinti vol.inc.re-
25 petitus in cauſa matrimoniali.in 1.col. ¶† Sed ego non ſic in-
tendo ſaluare Bart.quia eſſet nimia diuinatio,& reſtrictio ad il
lationem Bart.vnde ego reſpondeo formaliter,& verè,ꝙ licèt
ex poſitione negata non poſſit negans ſe fundare, tamen non
poteſt principaliter ſe fundare ex dictis teſtium receptorū ſu-
per poſitione negata.ita egregiè limitat Ang. in conſ. 153.inc.
in q.vertente inter dominum Micheletum. quē refert, & ſim-
pliciter ſequitur d.Alex.in conſ.83.5.vol. inc.viſo puncto quæ-
imò difficilius.l.1.§.item acquirimus.cum glo.vbi dixi.ſ.eo.ergo nõ ſequitur facilius amittitur, ergo facilius acquiritur, quia datur inſtantia in propria materia.¶Capio gl.in verſi.alienum. * Bar.*communiter & alij tenent ſecundam ſolu.glo.* & ſic, ꝙ iſte tex.loquatur de theſauro propriè.Sed aduerte,iſta ſol.videt eſſe impoſſibilis ſecundum Raph.Cuma.& Are.hic, quia ſi theſaurus erat in nullius bonis, prout eſt propriè theſaurus.l. nunquam. §.theſaurus.ſ.tit.1.fruſtra tractaretur de vſucapione ex temporis curſu,cùm ſtatim quæreretur occupanti ſine alio tractu tẽporis.d.§.theſaurus.etiam ſi diceres, ꝙ requiritur apprehenſio actualis,vt hoc tex.in fi.nam dico,ꝙ etiam ſine apprehenſione poſſeſſionis non poſſet quæri vſucapione,vt dicit text.hic. & l. ſine poſſeſ.ȷ.tit.1. & ſic,aut ſumus ante actualem apprehenſionem theſauri,& fruſtra quæritur de vſucapione.l. ſine poſſeſ.ȷ. tit.1.aut ſumus poſt apprehenſionem theſauri,& tunc cùm ſtatim ſit acquiſitũ dominium theſauri, fruſtra quęrimus de præſcriptione,de qua tractat tex. vnde neceſſariò videtur tenenda prima ſolu.gl.ꝙ tex.loquatur de theſauro impropriè,ſicut etiã in l.theſaurus.ſ. ad exhib. allega.in glo. nam theſaurus propriè ſumptus non poteſt vſucapi nec præſcribi, vt prędixi, ideo tene primam ſol.quicquid dicant Aret.& Mod. Senen.hic.¶Capio gl.in verſi. motus.quam diuide in duas partes prin.In 1.opponit & tripliciter ſoluit. In ſecunda alleg. duas concordantes ad tex.Secunda eſt ibi,& facit inſti.de rer.diui. ¶In prima parte gl.Are.& ante eum Pau.de Caſt. & d.Alex.dicunt, quòd d.l. 1.in prin.ſ.eo.non meruit allegari per glo. pro contrario,quia potius concordat, dum dicit, qui primi poſſ.apprehenderint. requiritur ergo apprehenſio,ſicut etiam dicitur in iſto tex.in fi. tu dic,ꝙ gl. voluit ibi opponere. nam ibi dicitur de apprehenſione poſ.ſed apprehendere poſ. quis videtur, ſi res eſt in conſpectu etiam ſine tactu corporeo.l.1.§.ſi iuſſerim.ſ.e. & l.quod meo.§.ſi venditorem.ȷ.eo.hic autem requiritur,ꝙ loco ſit motus quantuncunque res ſit in conſpectu. & ita inducunt iſtam oppo.gl.Dyn.& Alb.de Roſ.hic, ſed reſponde, vt dixi in text. in 5.no.¶In ſecunda parte gl.alleg pro concordanti.§. theſauros.inſtit.de rer.diuiſi.ille text. potius facit in contrarium,cùm ibi dicatur ex inuentione acquiri dominium theſauri, prout etiam dicit tex.in l.nunquam.§.theſaurus.ſ.titu.1.ſed dic,ꝙ nõ dicitur inuentus theſaurus, niſi ſit apprehenſus, & loco amotus,vt hic,& dixi in l.1.in princip.poſt Bart.ſ. eod. ponunt latè * Ang.Imo.& *omnes Moder.hic.*

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro quo ſumatur.*
2 *Titulus generalis pro ſuo concurrit cum quolibet alio titulo.*
3 *Poſſeſſio poteſt quæri ex plurib.cauſis ſeu titulis.*
4 *Ciuilis poſ. poteſt haberi ex plurib. cauſis.*
5 *Ius canonicum in foro ciuili, quando tractatur de materia peccati, eſt ſeruandum.*
6 *De iure ciuili mala fides ſuperueniẽs non interrumpit præſcriptionem, & nu.7.*
8 *Dubitans de iure ſuo etiam de iure cano.præſcribit.*
9 *Qui effectus eſt poſſeſſor, & dominus ex vna cauſa, non poteſt ex alia poſſidere.*
10 *Poſſeſſio non acquiritur ex diuerſis cauſis ſpecialib. diuerſo tempore concurrentib.*
11 *Non eſt danda multiplicatio cauſarum ſine effectu.*
12 *Hæres dicitur poſſidere rem hæred.etiam titulo defuncti, & nu.13.*
14 *Dominium non poteſt quæri ex plurib. cauſis.*
15 *Quaſi dominium poteſt quæri ex plurib. cauſis.*
16 *Dominium vtile non eſt verum, & proprium dominium.*
17 *Quando dubium eſt de prima cauſa, dominium poteſt quæri ex alia.*
18 *Verbum vſuceperit, poteſt reſpicere præteritum, & futurum tempus, & nu.20. 21.*
19 *Subiunctiui accipiuntur pro futuro tempore in ſtatutis.*
22 *Si noua cauſa ſuperueniat ante quæſitum dominium, acquiſito dominio illa cauſa non irritatur, ſecus tamen quando ſuperuenit poſt quæſitum,quia tunc eſt inutilis, & inefficax.*
23 *Quando in ſtatutis vel vltimis voluntatib. apponerentur verba, quæ reperiuntur in præterito, & futuro, quomodo capiantur.*
24 *Stante ſtatuto,quòd maritus habens filios ex prima vxore non poſſit conſtituere dotem ſecundæ vxori, niſi de his, quæ euidenter receperit, & ſi poſteà recipiat ex interuallo, valet inſtrumentum.*
25 *Conſtitutio conſilij concedens certas prærogatiuas his,qui per annum laborauerint in concilio,verificatur tam in his,qui laborauerunt ante conſtitutionem, quàm in his, qui poſt.*
26 *Si teſtator legauerit cuilibet filię ſuę,quę vidua fuerit centũ,an ad tale legatum admittantur illæ, quæ iam viduæ erant tempore teſtamenti.*
27 *Perfecta vſucapione ex prima cauſa extinguitur vſucapio ſecundæ cauſæ.*
28 *Vſucapio poteſt procedere ex duabus cauſis.*
29 *In re mobili poteſt quis vti præſcriptione, & non vſucapione.*
30 *Non dicitur opponere contraria opponens vſucapionem, & longi tẽporis præſcriptionem.*
31 *Vſucapio vel præſcriptio extinguit dominium primi.*
32 *In contractib.idem dominium, quod erat penes dominum, transfertur in acquirentem, ſecus tamen in præſcriptione.*
33 *Qui præſcribit, occidit directum dominium, & acquirit nouum dominium,& illud eſt proprium dominium.*
34 *Vſucapio poteſt perfici ex duabus cauſis eodem tempore ſimul concurrentibus.*
35 *Sequentia declarant præcedentia.*
36 *De iure ciuili mala fides à principio impedit præſcriptionem.*
37 *Dominium poteſt haberi ex pluribus cauſis in eodem tẽpore concurrentibus.*
38 *Poſſeſſio poteſt haberi ex plurib.cauſis ſiue eodem, ſiue diuerſo tempore concurrentib.*
39 *Eueniente conditione legati reſoluitur omnis alienatio, & acquiſitio medio tempore facta.*
40 *Verbum intelligitur, importat fictionem.*
41 *Species debita ex contractu ſi legatur,an & quando valeat, & nu.42.*
43 *Pretium quandoque ſuccedit loco rei.*
44 *An quaſi dominium poſſit haberi ex plurib. cauſis.*
45 *Duo quaſi dominia poſſunt eſſe apud duos inſolidum in eadem re.*

§.Ex pluribus.

Poſſeſſio poteſt haberi ex pluribus cauſis vtilib.non contrarijs, ſed diuerſis, & ſe inuicem compatientib.dominium verò non poteſt haberi ex plurib. cauſis in diuerſum tempus acquiſitionis ꝯcurrentib.vtraq; cauſa manẽte.h.d.tex.cum gl. ¶Diuiditur in tres partes prin.In prima ponitur regula generalis affirmatiua in poſſeſſione. In ſecunda ponuntur duo exempla, & primum exemplum eſt de duab.cauſis acquiſitionis eo.tempore inchoantib. Secundum exemplum eſt de duab.cauſis diuerſo tempore inchoantib. In tertia ponitur regula negatiua in dominio.Secunda ibi,& eum qui vſuceperit. Tertia ibi,nec enim ſicut dñium. ¶In tex.ibi, ex plurib.cauſis intellige.i.titulis,vt ſequitur in tex.qui tituli ſunt multi,vt in §.genera.ȷ.ead.l.
1 & patet in tit.ȷ.pro emp. & in titulis ſeq. & ſumit † titulus pro omni cauſa habili ad tranſlationem dominij,ſi tradens eſt dominus,vel vſucapiendi conditionem, ſi non eſt dñs. l.clauib.ſ. de ꝯhen.emp.¶In tex.ibi,vſuceperit. Bar.poſt Antiquos exponit.i.vſucapere inchoauerit. Iſta eſt violatio literę,vnde intellige illud verbum vſuceperit realiter, & pro eo qui in præteritũ perfectè iam vſuceperit, cùm rem perfectam cum effectu ſignificet,quia perfecta vſucapione poteſt ex vtraq; cauſa poſſidere,vt dicit tex.Item pro eo, qui poſteà in futurum vſuceperit,quia iſtud verbum vſuceperit,poteſt reſpicere præteritum, & futurum tempus, vt hic dicit gl. parua in verbo vſuceperit,
2 vbi plenius dicetur.¶In tex.ibi, ꝓ ſuo,Bar.† apoſtillat tex. poſt Antiquos.ſ.generali,ſed caue,quia tunc nõ eſſet propria cauſa nec diuerſa,quia titulus generalis pro ſuo concurrit cum quolibet alio tit.nec tex.bene diceret,dum dicit, *& poſſumus poſſidere ex duab.cauſis.*& ſic loquitur aptitudine,& in iſto modo intelligendo ſemper actualiter poſſideremus ex duab. cauſis, quia data vna cauſa ſemper concurrit cauſa pro ſuo generali,ſi autem intelligis de titulo pro ſuo ſpeciali, vr̃ impoſſibile, ꝙ concurrat cum titulo pro emptore, q̃a ſi vult vſucapere pro ſuo ſpeciali,oportet,ꝙ credat rem eſſe à nemine occupatam,& ſic in nullius bonis,ſed ſi vult vſucapere pro emptore,oportet, ꝙ credat rem eſſe venditoris: ergo videt impoſſibilis concurſus vtriuſque, & ſic, ꝙ ſimul credat rem eſſe nullius, & ꝙ credat eſſe venditoris,iſta ſunt contraria,& repugnant, tãgam de iſta
3 difficultate ſuper gl.mag.in prin.licèt nemo tangat.¶† No.primò ex iſto tex.regulam affirmatiuam,ꝙ poſ. poteſt acquiri ex plurib.cauſis ſeu titulis,& ſi intelligas eo. tempore concurrentib.vt in primo exemplo text.tunc poſ.non differt à dominio, quia etiam dominium poteſt acquiri ex plurib. cauſis ſeu titulis eod.tempore concurrentib.l.in numerationib.ȷ. de ſol.& dicetur.ȷ.in gl.mag. Si verò intelligis de plurib. cauſis diuerſo tẽpore concurrentib.tunc poſ.differt à dominio,vt in text.& ſic poſ.poteſt acquiri ex plurib. cauſis etiam diuerſo tempore cõ-
4 currentib.¶† Amplia iſtam regulam, vt procedat in ciuili poſ. quæ poteſt haberi ex plurib.cauſis,patet, quia iſte tex.facit mẽtionem de vſucapione, ſed vſucapio ex ſola ciuili procedit.l.1. §.per ſeruum qui in fuga.vbi dixi.ſ.eo.gl.in §.ex contrario.vbi dicam.ȷ.ea.l.Idem eſt in naturali,cùm nihil repugnet.Item poteſt quis ex vna cauſa poſſidere,& ex alia detinere.l.ſi quis ante. ȷ.eo.& iſta ponit Bart.ȷ.in 2.col.in tribus quæſtionib.quib.quia
5 nihil eſt addendũ,ideo hic poſui.¶ † Sed aduerte, quia ꝯ iſtam regulam tex.fortiter opponitur,ꝙ non poſſit procedere hodie attenta

attenta dispositione iuris canonici, quæ seruari debet in proposito nostro etiam in foro ciuili, cùm tractetur de materia peccati, vt per Bar.in l.priuilegia C.de sacrosan.eccle.Cano.in c.1.
6 & 2.de ope.no.nun. † nam licèt de iure ciuili mala fides posteà superueniens non interrumpat præscriptionem. l. vnic. C. de vsucap.transfor.dixi in rub.ff.eo. tamen secus est de iure cano. c.fin.de præscrip.quia de iure cano.mala fides quandocunque superueniat interrumpit,& tollit præscriptionem, vt ibi:aut ergo secunda causa superueniens erat cum mala fide, & nihil operatur quo ad præscribendum, aut erat cum bona fide, & tūc necesse est dicere malam fidem subintrare in primam causam, quia ille qui credit vnum esse dominum, credit alium nō esse dominum,& sic necesse est, ꝙ animus possidentis applicetur ad vnam ex istis duabus causis,adeo, ꝙ si ex vna habeat bonam fidem,& credat se dominum, necesse est, quod credat se non esse dominum ex alia, & sic, quòd ex alia sit in mala fide, & sic impossibile videtur ex vtraque causa posse præscribere
7 attenta dispositione iuris canonici.¶ † Istam difficultatem tangunt Mod.Senen. hic in pen.col. Sed ad aliud propositum,& respondet saluando istum tex.vt procedat etiam de iure cano. vt in hoc exemplo,emi à Titio domum credēs ipsum esse dominum,posteà superuenit fama, vel rumor publicus, ꝙ prius vēdiderat eam Sempronio, ego ad tollendum dubitationem, & fortificandum ius meum, emi etiam secundò à Sempronio, cum ista opin. ꝙ apud istos duos consisteret plenum ius istius domus.& sic ex vtraque causa simul iuncta ego possideo bona fide, & ex vtraque causa præscribo, & dicunt illud esse notandum, vt scias articulare in præscriptione, si talis casus accideret, ita etiam respon.do Iac. Pu.hic.& est difficultas, quam mouet Raph.Cuma.hic ad aliud tamen propositum.¶Sed caue, quia isto modo multum hodie angustaretur, & restringe-
8 retur regula generalis huius.§.ideo † tu responde generaliùs, ꝙ etiam de iure cano.qui dubitat, an res sit sua vel sui auctoris,& sic qui habet conscientiam dubiam, dicitur esse bonæ fidei, & potest præscribere etiam de iure canon.vt est gl.in c.si diligenti.in verb bona fides.in fi.de præscrip.& gl.plenior.in c.fi.eo.tit. & ibi latè d.Abb.in antepe.col.in 3 q.gl.ergo in terminis nostris qui dubitauit, an res esset sua vel sui auctoris,& propterea prouidet de alio titu.potest præscribere etiam de iure cano. Alibi tenet Bal.in l.naturaliter.in 3.col.& ibi Imo.ff.tit.1.ꝙ qui ab initio fuit bonæ fidei, licèt posteà cœperit dubitare, vtrum res ad eum pertineat, vel ne,& sic non habet bonam fidem, nec malam, talis defectus superueniens nō extinguit præscriptionem etiam de iure canon. imò requiritur, ꝙ firmiter credat se esse malæ fidei possessorem.& ita dicit sentire Inn.in d.c.fin.de præscrip.& ibi do.Abb.in 11.col.expressè tenet cum Bart.idem tenet Imo.in §.genera.ff.ea.l.& ibi latè Aret.vbi dicitur, licèt glo. ibi in verbo, non bona, teneat, ꝙ dubitans dicatur medius, quia non habet nec bonam nec malam fidem,& tenendo cum Bar. etiam procedit regula istius §.¶Secundo respondeo huic difficultati, ꝙ in vtroque exemplo tex.in vtraque causa durat bona fides. In primo est planum, quia ambæ causæ eodem tempore concurrunt pro emptore, & pro suo generali: similiter etiam in secundo exemplo, ego hæres credo rem esse hæreditariam, quam testator emit, certè in vtroque titu. habeo bonam fidem,& nihil repugnat. & ita habes ampliatam regulā huius text.vt procedat non solùm de iure ciuili, sed etiam hodie attenta dispositione iuris canonici.¶ † Limita nunc regulam hu-
9 ius text.duobus modis.primò quando ex aliqua causa quis est effectus possessor,& dominus, tunc non potest amplius ex alia causa effici possessor.l.cùm res. C. de cōh.empt.de qua opponit gl.mag.in fi.& l.2.ff.de vsucap.pro emp.ratio, quia cùm ex prima causa sit effectus, & possessor & dominus, certè secūda est inutilis,& istud est, ꝙ propriè dicit tex.in d.l.cùm res.secus si ex prima pos.sit simplex possessor, ita loquitur regula huius text. vbi quæritur de vsucapione, ergo non erat ex prima poss. dominus, quia si fuisset dominus, nō potuisset vsucapere.l.sequi-
10 tur.§.lana.ff.tit.1.& l.proprias.C.de lega.¶†Secundò ista regula limitatur nouiter per do.Ange. de Perillis de Perusio, quem referunt Mod.Sen hic,& dicunt, ꝙ est noua, & subtilis limitatio, vt regula huius text.procedat, quando altera causa est specialis, altera generalis, secus quando sunt plures causæ speciales, tunc ex plurib.causis specialib.in diuersum tempus concurrentib, non acquiritur pos.mouetur triplici fundamento, primo, quia aut mutatur causa possidendi ex causa superueniente,& tunc possidetur solùm ex secunda,& non ex prima.l.2.in fi.prin.ff. pro emp.aut non mutatur, & tunc possidetur ex prima.§.illud.ff.ead.l.Secundò, quia non debet dari multiplicatio causarum sine effectu, vt esset in proposito, prout dicit text.in ratione decidendi in d.l.cùm res. C. de contrah. empt. Tertiò mouetur, quia aut causa superueniens est iniusta, & tunc solo animo non immutatur pos.d.§.illud. aut est iusta, & tunc solo animo mutatur.l.qui bona.§.1.ff eo. ergo ex altera dicitur possidere,& non ex vtraque.¶Pro ista limitatione facit iste text.in 1.exemplo, vbi alter titulus est specialis.s.ex empto, alter gene-
a ralis.s.pro suo.& licèt exempla non restringant regulam.a l.1.§. quod vulgo.ff.de vi & vi arm.l.dam. infecti stipulatio.in fi.ff.de damn.infect.tamen eam declarant.l.fin.§. cui dulcia.ff.de vino oleo tri.leg.¶Nec obst.ſm exemplum tex.vbi vtraq; causa videtur esse specialis.respondet dupliciter. Primò, ꝙ titulus pro hærede est generalis,& impinguatur ab alio titulo defuncti, qui reperitur in hæreditate.l. Pomponius.§.quæsitum.ff.eo Secundò respōdet, ꝙ ſm exemplum tex.loquitur in diuersis personis, in quib.diuersæ causæ possidendi habuerunt initium, nimirum si tunc vtraq; causa coniungi potest per illud, ꝙ habetur in d.l.Pomponius.per totam legem. ¶ Sunt qui impugnāt hanc limitationem per tex.in l.non solùm.§. qđ vulgo.ff.titu.1. qui magis stringit in contrarium ſm Mod. Senen.text.in d.l.cū res.vbi ideo non multiplicantur causæ, quia alia causa erat inutilis, vt in princ.text.dicitur,& secundo responso, quia empta erat res propria, ergo si vtraq; causa fuisset valida, quāuis specialis, fieret multiplicatio: ego etiam non teneo hanc limitationem, quia si bene consideres, fundamenta sua militant etiā,
11 quando vna est generalis,& alia specialis. ¶ † Nec obst.ꝙ non debet dari multiplicatio causarum sine effectu, quia respōdeo planè, ꝙ hic sunt cū effectu, quia interest nostra habere plures vias.l.1.§.sed videndum.ff.de success.edict.sicut ēt interest nostra hr̄e plura remedia.l.cùm filius.§. varijs. cū vulgarib.ff. de leg.2. qa si interrūperetur præscriptio ex vna causa, ꝓcederet ex alia per not.in l.naturaliter.ff.titu.1. Item si superueniret mala fides in vna causa, procederet in alia, per ea quæ proximè dixi, etiā de iure cano.Item posset esse, ꝙ vna causa posset probari, alia non.l.duo sunt Titij.ff.de testa. tut. ergo istæ plures causæ non sunt sine effectu.Non obstant alia fundamenta, quia non procedunt, quando quis vellet possidere ex duab. causis iustis ad maiorem corroborationem iuris sui, tunc procedit regula.§. nostri, non autem vult mutare causam, prout loquuntur in cō
12 trarium adducta.¶ † Secundò principaliter not.ex hoc text.ꝙ hæres dicitur possidere rem hæreditariam nō solùm titulo pro hærede, qui est immediatus titulus, sed etiam titulo, quo defunctus possidebat,& sic pro emptore, cùm censeatur eadem persona cum defuncto, vt in Authen.de iureiu.à morien.præsti.in
13 prin.† Vnde facit ſm Imo.& Moder.ꝙ si quis sit hæres ab intestato alicui, qui fuit hæres alterius ex testamento, potest in libello dicere se hæredem ex testamento primi, eo quia titulus auctoris sui in eum trāsfertur, vt hoc tex.de quo habes gl.in l.3. ff.de pet.hære.per Bart.in l.& an eandem.§.actiones.ad fin.ff.de execu.rei iud.& in l.qui in aliena. §. interdum.per illum text.ff.
14 de acquir.hære.& in l.paterfam.in fi.ff.de vulg.& pup.¶ † Tertiò not. aliam regulam negatiuam, ꝙ dominium non potest quæri ex plurib.causis.facit l.non vt ex plurib.ff.de reg.iur.alleg. in gl.ratio, quia dominiū est quid perfectum: vnde qui semel est effectus dominus, impossibile est, ꝙ ex alia causa vel titulo amplius efficiatur dominus.§.sic itaque.insti.de actio.& l.sequitur.§.lana.ff.tit.1.ita est de mente Bar.ff.ad fi.in vlt.q.& Ang.ratio, quia qđ est perfectum, non recipit nouam formam,& consequenter causam, vt inquit Bal.in l.precib.in prin.in ver.secundo quæro.C.de impube.& alijs substi. Item illud dicitur esse perfectum, cui nihil addi potest, vt est in l.nihil.& ibi Bald.ad
15 hoc not.C.de vindi.libe. ¶ † Hinc ex ista ratione infertur secus esse in quasi dominio, & sic in publiciana. nam quasi dominiū potest quæri ex plurib.causis, ex quo non est plenum,& causat vsucapionem, quæ potest ex plurib. causis procedere secundū Bar.ff.ad fin.vbi dicitur.imò fortius, qa habet dominium vti-
16 le,† ex quo non est verum,& proprium dominium, vt sing.tenet Bar.in l.1.in prin.2.char.vbi dixi.ff.eod.potest quærere directum, vt est tex.sing.in l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauerit.ff.de acquir.hæred. vbi si pater ratificauit bono. pos.agnitam à filio, per quā esset acquisitum dominium vtile. §. quos autem.insti.de bon.pos. adhuc potest filius adire hæreditatem de iure ciuili,& sic acquirere iure directo.& sic ibi est tex.quòd qui habet dominium vtile, potest etiam acquirere directum, & ita per illum tex.no.Dy.Bald.Ang.& Mod.ibi ponit Are.hic
17 in vlt.col.dixi in l.puberem.C.de iur.delib.¶†Limita istam regulam vltra dicta per glo.qñ dubium est de prima causa, tunc potest acquiri dominium ex secunda causa.c.post electionē.de ꝯcess.præben.Io.And.in c.cum personæ.ad fi.de priui.in 6.& d. Abb.in consi.110.incip.nitar in præsenti causa.in 1.col.vbi etiā subdit,

ADDITIO.

a ¶Exempla non restringant regulam. Adde insti.de gradi. in §.hactenus.Car. Zaba.in c.Ecclesia.in fi.2. opp.de elec.

ſubdit,licèt eiuſdem rei non poſſit quis dominium ex diuerſis
cauſis acquirere , vt hoc text.poteſt tamen plurib. titulis ſe de-
fendere,vt ibi per eum,& multas quæſtiones ad hanc regulam
vide per Ioan.Fab.in §.ſic itaque.inſtit.de actio. reliqua dicam
18 in glo. ¶ † In glo.in verbo vſuceperit.iſta glo. vult, quod ver-
bum vſuceperit poteſt reſpicere , & præteritum , & futurum
a tempus,[a] & in iſto tex.debet intelligi, ꝙ reſpiciat futurum tem
pus,quando vſucapio procedit ex diuerſis cauſis,ſeu titulis di-
uerſo tempore concurrentibus,& tunc ſecundum Bar.& An-
tiquos exponitur vſuceperit,ideſt vſucapere inchoauerit, quia
ſi iam eſſet perfecta vſucapio vno titulo,puta pro ſuo, nō poſ
ſet amplius vſucapere ex alio titulo poſteà ſuperueniente, vt
eſt tex.in l.1.§.fin.ꝭ.pro ſuo. quia res effecta mea per vſucapio-
nem non poteſt amplius fieri mea.l. ſequitur. §. lana. ꝭ. titul. 1.
ideo impoſſibile eſt,quòd verbum vſuceperit, reſpiciat præte-
ritum tempus,quando vſucapio eſt in præteritum perfecta ex
vna cauſa,quia non poteſt amplius ex alia perfici.Secus quan-
do vſucapio eſt in fieri, & ſic nondum perfecta, tunc vtraque
cauſa poteſt concurrere, ex quo tendit ad eundem effectum,
ſcilicet ad acquiſitionem dominij. ¶Pro iſto ſecundo, quòd
verbum acquiſierit,intelligatur pro futuro tempore,facere vi-
detur,quia de natura legis, vel ſtatuti eſt prouidere futuris ne-
19 gotijs.l.legis.C.de legi.& propterea † dicit glo.in l.cùm tale.§.
pen.in verſi.dixerit.in fin.ſ.de condi. & demon. ꝙ ſubiunctiui
accipiuntur pro futuro tempore in ſtatutis. & illam glo. mul-
tum commendat Bald.in d. l. legis. in 3.colum.C. de leg. eam
20 etiam not.do.Abb.& Imo.in c.fi.de conſtit.¶ † Sed tu aduer-
te, quia verbum vſuceperit, ꝙ eſt futurum ſubiunctiui, quia
formatur à præterito indicatiui, rem cum effectu perfectam
ſignificat.l.1.§.hæc autem verba.& ibi Bart.ſupra quod quiſq;
iur.glo.in c.ad hæc.in verbo,elegerint.de reſcrip.& glo.in c.2.in
verbo commiſerint.& ibi Gemi.de conſti.in ſexto. Ideo potes
intelligere verbum vſuceperit realiter, quòd loquatur de vſu-
capione iam perfecta, quia rem perfectam cum effectu ſigni-
21 ficat, vt dixi, & erit ſenſus text.quòd completa † vſucapione
quis dicatur ex vtraque cauſa poſſidere, prout etiam text. in l.
1.§.fi.ꝭ. pro ſuo.vbi dubitat tex.an poſt vſucapionem deſinam
ex cauſa emptionis poſſidere,& determinat nō deſinere, & ita
☛ etiam tenent Imol.Pau de Caſt. *& magis communiter Moder.hic,*
& ſic perfecta vſucapione,vel præſcriptione ex vna cauſa, de-
ſino poſſe vſucapere ex alia. & hoc eſt indubitatum.d.l.ſequi-
tur.§.lana.ſed nō deſino poſſidere ex alia cauſa, imò ex vtraq;
poſſideo. text. eſt hic non violando literam,licèt Bart.hic in 1.
colum.dicat, ꝙ iſtud, quod innuit text.ꝙ poſt vſucapionem
completam poſſideo ex duab.cauſis, non poſſit procedere, &
plus non dicit Barto.nec aliquid adducit in contrarium.etiam
tenet latè Are.hic,qui ſuper hoc multū inſiſtit, eo quia adem-
pto dominio ex prima cauſa ceſſat ſecunda.l.non ſolùm.§.qđ
vulgò.ꝭ.titu.1.item quia adempto dominio ex prima cauſa ſi
etiam remaneret ſecundus titu. cum poſ. per conſequens re-
maneret aptitudo ad acquirendum dominium. l. Celſus.ꝭ.tit.
1.& tamen eſt falſum,& incompatibile, ꝙ acquiſito dominio
22 duret aptitudo acquirendi.d.l.ſequitur.§.lana. ¶ † Sed ad iſta
reſpōdent Mod.Senen.& bene,ꝙ ſi poſt dominium iam quę-
ſitum ſuperueniat poſteà cauſa noua, illa eſt inutilis, & ineffi-
cax.l.cùm res.C.de contrah.emp.ſed ſi antè acquiſitum domi-
nium ſuperueniat noua cauſa,tunc acquiſito dominio illa no-
ua cauſa non irritatur,vt eſt bonus caſus in §. quod ſi in diem.
inſti.de leg.in l.debitor.in princi.ſ.de leg.2. quæ iura alleg. glo.
mag.hic in 2.oppo. quia cùm ambæ cauſæ tenderent ad fi. ac-
quiſitionis dominij, adempto dominio ex prima cauſa non
irritatur tunc ſecunda ex defectu cauſæ finalis, prout declarat
Bar.in l.plurib.§.& ſi placeat.ꝭ.de verb.obli.licèt poſt dominiū
23 iam quæſitū noua cauſa fuiſſet inutilis,& nulla,vt dixi.¶ † Iſtā
gl.multum no.Bar.hic,quando in ſtatutis,vel in vltimis volun.
b apponerentur verba,quæ reperiuntur in præterito, [b] & futu-
ro,& dicit ſe dicturum in l.vt gradatim.§. ſed ſi lege.ꝭ. de mu-
nerib.& honor.vbi nihil dicit, ſed in l.omnes populi.ſ.de iuſti.
iur.in pen.char.in 3.q 6.q.prin.& in l.ſolemus.per illū text. cum
glo.ſ.de condi. & demon. & in l.1.in 8.q.ſ.de iur. codicil.& in
conſi.ſuo,qđ incipit ſtatuto Aſſiſij cauetur,ꝙ ſi qua mulier.gl.
in l.cùm in ſecundo.& ibi Bal.Imo.& Paul.de Caſt.ſ.de iniuſt.
rup.irritoque teſta.& gl.in c.ad hęc.vbi d.Abb. & alij.de reſcri.
& gl.in c.2.in fi.& ibi Gemi. de conſti.in 6.& gl. in c.1.§.qui vę-
rò in verbo receperint,& ibi no.Gemin.de cler non reſi.in 6.&
habes duos not. text. vnum in l.Plotiana.ſ. de iure codi.vbi eſt
no.tex.ꝙ per iſta verba, *ſi quid ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, valere volo*,etiam ea quæ ante teſtamentum ſcripta ſunt,cō-
prehenduntur.ad idem tex.in l.verbum erit.ꝭ.de verb.ſig.vbi ſi
dicatur confirmo,ꝙ in codicil.ſcriptum erit, comprehēditur
24 & pręteritum,& futurum tempus. ¶†Item adde,ꝙ ſtante ſta-
tuto, ꝙ maritus habens filios ex prima vxore non poſſit con-
ſtituere dotem ſecundæ vxori,niſi de his, quæ euidenter rece-
perit, vnus conſtituit dotem ſecundæ vxori, poſteà receperit
ex interuallo,valet inſtrumentum,quia verbum receperit, po-
ſitum in ſtatuto eſt futurum ſubiunctiui, quod poteſt extendi
ad tempus futurum ſecundum do.Cardi.Floren.in c.ſignifica-
uerunt.in vlt.col.de teſti.poſt Innoc.ibi.Item adde ſi ſtatutum
dicat,ꝙ qui habuerit concordiam intra octo dies à die citatio-
nis abſoluatur,an ſi habeo ante iſtam concordiam valeat. Bal.
in l.qui Romæ in prin.ꝭ.de verb.obl.dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ ſic.
25 † Item adde,qđ tenet Lud Rom.in conſi. 133.ꝙ incip. quo ad
primum articulum in quo quæritur.vbi conſuluit,ꝙ conſtitu-
tio conſilij concedens certas prærogatiuas his,qui per annum
laborauerunt in conſilio, verificatur tam in his, qui laboraue-
runt ante conſtitutionem, quam in his qui laborauerunt poſt.
26 ¶†No.prædicta,per quæ reprehēditur illud,ꝙ ſin. decidit Bar.
in l.hoc artic.in 1.col.ſ.de hære.inſti. ꝙ ſi teſtator legauit cuili-
c bet ſuæ filiæ, [c] quæ vidua fuerit, centum, an ad tale legatum
admittantur illę,quæ iam viduæ erant tempore teſtamenti,an
ſolùm illæ quas poſteà contigerit viduari? determinat Barto.
ꝙ in dubijs verbum fuerit debet intelligi futurum ſubiunctiui.
l.ſi ita ſcriptum fuerit, & l.ſolemus.ſ.de hęre.inſti.& ſic intelli-
gitur ſolùm de illis, quæ poſteà efficientur viduæ,& malè de-
cidit,quia etiam veniunt illæ filiæ, quæ iam erant viduæ tem-
pore teſtamenti per iſtam gl.& Bar.hic.& eum in ſpecie repre-
hendunt Io de Imo.& Pau.de Caſt.in d.l. hoc articulo.& dicit
Pau.de Caſt.ibi ſe pluries in contingentia facti contra Bar.con-
ſuluiſſe,idem tenet Pau.de Caſt.in l.fi.C.de indi. vid.tol.& in l.
cùm ſtipulamur.& ibid.Alex.ꝭ.de verb.oblig. Io.de Imo.in l.ſi
ita legatum eſſet.ſ.de condi.& demonſt.¶Capio glo. in verbo
poſſideo. quam diuide in duas partes princip. In prima allegat
concordantem, quæ ponit vtilitatem, an quis poſſideat pro
emptore,an pro hærede.In ſecunda quærit,& tripliciter reſpō-
27 det.Secunda eſt ibi,ſed ſi vna vſucapio. ¶ † In ea.glo.ad fi.ha-
bes ex hac gl.tres concluſiones. Prima,ꝙ perfecta vſucapione
ex prima cauſa extinguitur vſucapio ſecundę cauſæ.ratio,quia
cùm per primam vſucapionē ſit effectus perfectus dominus.l.
vſucapio.ꝭ.tit.1.& l.traditionib.C.de pac.ergo amplius non po-
teſt fieri dominus.l.ſequitur.§.lana.ꝭ.tit.j.& l.proprias.C.de leg.
benè facit.l.2.§.fi.ꝭ.pro emp.& tex in l.1.in fi.ꝭ.pro ſuo. Secun-
dò facit,quia duabus cauſis concurrentibus celerior conſumit
effectum l.ſi quis ita ſcripſerit Titius.in verſic. *cùm non proſit.* ſu-
28 pra de hęred.inſti.Bal.in l.1.in pen.col.C.de ſer.fugi.¶ † Secun-
da conclu.eſt, quòd vna vſucapio poteſt procedere ex duab.
cauſis,ſed ſecunda cauſa non producit nouam vſucapionem,
ſed addit nouam formam. Contra iſtam concluſionem argu.
Aret. quia ſuperfluum videtur hanc ſecundam cauſam con-
currere ad præſcriptionem priorem, ex quo ex ea nulla fit ac-
quiſitio finita prima præſcriptione, ſed ars & natura nihil fru-
ſtra operātur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ſ.vt le.nom.caue.& l.qui
bis idem.cum ſimi.ꝭ.de verb.oblig.dic, ꝙ imò multiplex po-
teſt eſſe vtilitas, vt dixi in text.in 1.not. Primò propter interru-
ptionem,quæ poſſet in vna contingere,& non in alia,vt habe-
tur in l.naturaliter. infra titul. 1. Secundò ſi poſſet probari ſe-
cundus titulus, & non primus.l. duo ſunt Titij. ſupra de teſta-
men.tutel.Tertiò propter malam fidem in vno titul. & non in
alio,quando habuiſſent originem à diuerſis perſonis. Quartò
poteſt eſſe vtilitas in terminis huius text. quia ſi filius in pote-
ſtate eſſet hæres patri, non poſſet quicquam præſcribere pro
hærede.l. nihil. C. de vſucapio. pro hærede. dixi in l. in ſuis.ſu-
pra de liber. & poſthum. vnde præſcribit titulo pro emptore
ſecundum Paul. de Caſtr hic, & Barto.in l. Celſus.infra titu.1.
29 ¶ † Quintò poteſt eſſe vtilitas, quia in re mobili ſi quis non
vult vti vſucapione triennali, ſed præſcriptione longi tempo-
ris, hoc poteſt.l. in ſeruorum. in verbo ſuperfluo. C.in quibus
cauſ.ceſ.long.tempo.præſcrip.& ibi Barto.Bald.& Ange.in l.1.
per illum text.vbi dixi. C.de ſeru. fugit. in verbo nec vſucapio-
nem,nec longi temporis præſcriptionem. quem text. ſic intel-
30 ligunt poſt Richard. Malumbr. ibi. † Et per illum text. infert
pulchrè Bald. in cap. ſi quis per 30.circa princip. ſi de feu. fue.
contro.

ADDITONES.

a ¶Tempus. Adde glo.in verſi.receperit.in c.1.de cle.non reſid.lib.6. Anto.But.
in c.fi.de conſti.

b ¶In præterito. Verba appoſita in ſtatuto, quæ reperiuntur poſita in præte-
rito quomodo capiantur, Adde Ant.de But.in c.fi.de conſti.& Alex. de Imo.
in conſi.160.in 2.vol.& in locis hic alleg.concluditur, quod accipiuntur &
in præteritum & in futurum,dummodo abſurdus intellectus non reſultet,&
materia ſubiecta non repugnet.

c ¶Cuilibet ſuæ filiæ. Adde, quod Iaſ.in lectu.antiqua dicit, quod communis
opin.eſt contra Bar. in d.l. hoc articulo.

contro.inter dom. & agna. ꝙ si quis in iudicio opponit vsucapionem, & prescriptionem longi temporis,non dicitur intentare remedia contraria.facit,ꝙ tenent Bald.& Raph.Fulg.in d. l.1. C. de seruis fugit. ꝙ si quis opposuit prescriptionem longi temporis,& probet de vsucapione triennij, debet obtinere, qđ no.& ista adde ad ea quæ dixi in §.Neratius.s̄.ea.l.vbi tetigi,an in rebus mobilibus possit cadere præscriptio longi temporis.
31 ¶ † Tertia no.conclusio gl. est, dum in fi.dicit,nam & hic occiditur,seu extinguitur dominium primi,ꝙ vsucapio,seu præscriptio occidit,& extinguit dominium primi,& ad hoc soleo allegare istam glo.pro not.idem dicit glo. in l.si ædes meæ.1.§. libertas.in fin.s̄.de seru.vrb.prædio.¶Hinc sequitur secundum Pau.de Castr.hic, ꝙ dominium primi domini non transfertur in vsucapientem,vel prescribentem,sed incipit nouum dominium,& nouum dominium causatur.
32 ¶ † Ego vltra Pau.de Cast.hic infero, ꝙ licèt in contractib. idem dominium numero, quod erat penes dominum transferatur in acquirentem, ideo tamen non separatur ab eo nisi transferatur.l. nec vtilem. cum ibi no.s̄.ex quib.cau.maio. secundum Raph. Cuma.& d. Alex.in l.1.§.per procuratorem.s̄. eo. Secus est in vsucapione, vel præscriptione, vbi idem dominium,ꝙ erat penes dominū, non transfertur in vsucapientem, vel præscribentem, sed nouum dominium acquiritur.
33 ¶ † Hinc & secundò ex ista glo. etiam sequitur,ꝙ cùm ille, qui præscribit, extinguat directum dominium,& acquirat nouum dominium,ꝙ illud dicatur verum,& proprium dominium;& ita sing.tenet Bar.in l.1.in prin. in 2.char.vbi dixi.s̄.eo. ¶Sed aduerte licèt glo. promiscuè velit hoc procedere tam in vsucapione, quàm in præscriptione, tamen videretur,ꝙ ista gl.solùm procedat in præscriptione longi tempo,non autem in vsucapione triennij, per quam acquiritur directum dominium secundum glo.& Doct.in Authen. nisi tricennalis.C.de bon.mater. dixi in l.traditionib. C.de pac. nam dominium directum non est nisi vnum. l. si vt certo. §.si duob.s̄.commo. quia dominium directum per vsucapionem non deficit, sed de vno ad alium transfertur.l. vsucapio.j̄.tit.1. Sed in præscriptione longi temporis,per quam non acquiritur directum dominium,sed vtile secundum gloss. & Docto.in d. Auth.nisi tricennalis.prescriptio occidit,& extinguit effectum illius directi dominij.ita no.limitat Bar.in d.l.si ædes.§. libertas. & ibi Pau.de Cast. ¶Sed tu defende glo. in hoc vltimò contra Bart.prout etiam tenet insignis Doctor.D.Pet. de Bexu.ꝙ imò ista glo. possit etiam habere locum in vsucapione rei mobilis hoc modo,nam occidere nihil aliud est, quàm vnum ab alio separare,vt probat tex.in §.si tamen.insti. de rer.diui.modo sic habito respectu ad personam tuam,à qua est sublatum dominium,dicitur occisum in personam tuam,ex quo à te est separatum,& abdicatum,nā extinctum dicitur in re mobili quando dominium perdit dominus.ita est tex.in d.§.si tamen.¶Capio glo.magnam in verbo.nec enim sicut.quam diuide in tres partes princi. In prima not.duas regulas ex tex.In secunda opponit septem modis contra secundam regulam tex. de dominio. In tertia opponit duob. modis contra primam regulam de possessi. Secunda ibi, primæ obijcitur. Tertia & vltima est
34 propè fi.gl.ibi,ad secundam regulam.¶†In prima oppo.gl.ibi, * si concurrit vsucapio pro emptore,& pro suo.gl.*Bart.& omnes volunt*, ꝙ duæ causæ possunt inchoari eodem tempore, puta pro suo,& pro emptore,& sic vsucapio potest perfici ex duab. causis eodem tempore simul concurrentibus, & ita procedit primum exemplum tex. punctus est inuestigare pro intellectu text.de quo titu.pro suo loquatur.Barto.in apostillatione text. * *& communiter alij tenent*, ꝙ intelligatur de titulo pro suo generali.Aduerte,licèt nemo examinet, quòd tunc non est propriè causa specialis,quia semper cum omni alia cōcurrit. Item tex. non bene diceret, ꝙ possumus possidere ex duabus causis, & sic aptitudine, imò semper actualiter possideremus, quia data vna causa semper concurrit ista generalis pro suo, vnde melius videtur, ꝙ iste text.loquatur de titu. pro suo speciali,quia tunc est propriè titulus,& propriè causa, & sic tunc, quia possidet ex duab.causis specialib.eodem tempore. facit text. in l.si ancillam.in fi.princ.j̄. pro suo in verbo neque idem pro suo,& clam possidere, vbi pro suo.est titulus legitimus, & specialis, licèt glo.ibi super hoc multum laboret. Item facit,quia text.in secundo exemplo loquitur de duabus causis specialibus, ergo similiter debet intelligi in primo exemplo. nam sequentia de-
35 clarant precedentia,† vt est tex.in c.clericum nullus.secundo. 11.q.1.ibi,quod ex seq.datur intelligi. facit l. qui filiab.in princ. & in l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1.Item vna pars legis declaratur per aliam.l.vtrum.in princ. & ibi Bart.& alij not.s̄.de pet. hęre.& l.quemadmodū.§.hęc verba.& ibi Bal.no.s̄.ad l.Aquil. ¶Conclude,quòd sit impossibile text.loqui de tit.pro suo speciali,quia si quis vult vsucapere titu. pro suo speciali, oportet, quòd credat à nemine occupatam,& sic esse nullius. nam pro suo possidet, qui possidet ex causis,ex quibus de iure gentium dominium quæritur.l.1.in prin. & ibi glo.& Bart.infra pro suo, puta si inueniat seruum alienum in nemore credens esse liberum,vel si inueniat gemmam alienā in litore maris, vel aliud credens esse thesaurum,vt declarat Bald. in l.si ego.§. partus s̄. de publi.sed si vult vsucapere pro emptore,oportet,quòd credat rem esse venditoris. Ista non possunt eodem tempore concurrere, quòd credam rem esse nullius, & quòd credam rem esse venditoris, cùm sint contraria, ergo videtur impossibilis concursus, præsertim ad causandum præscriptionem, cùm
36 etiam † de iure ciuili mala fides à princip. impediat vsucapionem.l.sequitur.§.de illo.infra titu.1.Bart.in l.Celsus.eod.titu.licèt non ex post facto superueniens.l.vnic.§.vt in omnibus.isto titu.C.de vsucap.transfor.Secus de iure canon. vt dixi supra in primo not.vnde non recedas à communi opin. quòd iste text. loquatur de titu.pro suo generali,sed non generalissimo,prout declarat glo.magistra.in rub.infra pro suo. Bart.in l.1.circa fin. eod.titu. Bald.in d.l.si ego.§.partus, & sic text.dicit, quòd qui vsucapit pro emptore, possidet pro suo, quia suum existimat ex causa emptionis, & sic titu. pro suo generali. ¶In secunda oppo. glo. Bart.dicit, quòd ista opin.non est ad propositum, quia non vadit ad titulos, dic clarius, quòd iste text.loquitur de titulis,& sic de causis efficientibus,sed opp.loquitur de effectu,qui sequitur ex illis causis.nam vsucapio non est causa,nec titulus,sed est effectus,ideo hæc oppositio est inepta.¶In quarta oppo. super qua gloss.laborat, dic, quòd non meruit signari pro opposi.quia leges alleg. per glo. bene dicunt vna solutione tolli vtranque obligationem, imò loquuntur de vna sola obligatione soluentis, qua perempta bene tollitur accessoriè alia, quæ ex illa pendebat, vt principalis, & fideiussoria, præterea in d.l.in numerationibus.& in l.cùm quis.§. de pecul.infra de sol. plures causæ concurrebant in idem tempore solutionis,& tūc dominium potest acquiri ex pluribus causis eod.tempore concurrentibus secundum glo. Bald.& alios hic, & ita etiam dicit Bar.in l.fundo.supra ad l.Falcid.vnde in l.si creditori.§. Marcellus.supra de lega.1.alleg. in glo. non dicitur, quòd quis consequatur dominium ex pluribus causis, imò solùm ex vna causa,scilicet legati propter commodum representationis, vt ibi
* dicitur in text. *& glo. & omnes declarant.* † Et dum glo. in ista
37 quarta oppo.dicit,tu ergo dic secundum Azo.habes,quòd dominium potest haberi ex pluribus causis in idem tempus con-
38 currentibus. Possessio † autem potest haberi ex pluribus cau-
* sis siue eodem siue diuerso tempore concurrentibus.& ita *tenent communiter Docto.* solus Rapha. Cuma. reprobat per istum tex.dupliciter inducendo.Primò dicitur in hoc tex.quòd quis potest possidere ex pluribus causis in idem tempus concurrentibus.Et postea text.in fin.vult,quòd secus sit in dominio, ergo vult, quòd dominium non possit quæri ex pluribus causis in idem tempus concurrentibus.Præterea tex.vult in princ.quòd possess.potest haberi ex pluribus causis, & intelligitur siue eodem tempore siue diuerso concurrentibus, posteà dicit text. generaliter secus esse in dominio. Ergo vult,quòd dominium non potest haberi ex pluribus causis etiam concurrentibus in idem tempus,& in hoc tenet ꝯtrarium ꝯ communem. ad iura allega.per glo.respondet, ꝙ in illis acquiritur dominium ex vna causa,quia est vnus titulus.l.pro soluto. Vel dic, ꝙ in illis iurib.quamuis plures obligationes dissoluantur,tamen ex vna causa transfertur dominium, vt statim dixi.do.Alex.sequendo communem opi.respondet ad istum text. secundum primam inductionem,ꝙ Iurisc.in fi.dum dicit,*secus esse in dominio*, refert se ad proximum casum,in quo pos.acquiritur ex plurib.causis diuerso tempore concurrentib.facit, quia vbi finis non potest commodè referri ad omnia , refertur ad proxima.l. si idem cū eo.versi.fi.s̄.de iurisd.om.iud Secundę autem inductioni respōdent Moder. Senen. ꝙ si tu capis totum dictum de pos.in vno sensu composito,hoc modo, Possessio potest haberi ex plurib. causis siue eod.tempore siue diuerso concurrentib. bene,secus est in dominio,ꝙ non potest haberi ita ex plurib. causis siue in idem siue in diuersum tempus concurrentib. capiendo non in sensu diuiso,sed in composito, & ita habes expeditas quatuor
39 oppo.gl.¶ † In quinta oppo.gl.cum ea transeunt *Bart. & com-*
* *muniter omnes*, & ratio est, quia eueniente conditione legati resoluitur omnis alienatio, & acquisitio medio tempore facta.l. fi.§.sinautem sub cōditione.C.cōmu.de leg. vt dicit Bar.j̄.in 7. opp.ad fi.vbi dicetur.Istam conclu.gl.& Doct.impugnat subtiliter Raph.Cu.hic,& in d.l.fundo.& sequitur.d.Iaco.de Pu.hic dicens, ꝙ ista opin.contra cōem semper sibi placuit,quia non vī possibilis intellectus gl.& Doc.ꝙ in d.l.fundo.legatarius possideat fundum titulo legati. nam cū legatarius successerit hæredi,necessariò debitum legati fuit ꝯfusum per aditionem hęreditatis,

ditatis, quia legatum à ſeipſo ſibi deberi non poteſt.l.legatum. vltima.in §.1.ſ.de leg.1.quia vnus, & idem non poteſt eſſe debitor,& creditor.l.Vranius.in princ.ſ. de fideiuſ.& l.1.§.ſi debitor.ſ.ad l.Falc.glo.& Doct.in l.frater à fratre.ſ. de condi.indeb. ergo impoſſibile eſt dicere in d.l. fundo. transferri dominium fundi ex legato, cùm dominium ſit extinctum. nec obſt.ſi diceretur, ꝙ eueniente conditione legati, cõditio trahatur retro. l.potior. & l.qui balneum.ſ. qui po.in pig.hab. eo quia vbi extrema non ſunt habilia, hic non poteſt habere locum fictio translatiua retro de tempore ad tempus, vt declarat Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ſ.tit.1.Sed fortius in legatis,prout loquitur. d.l.fundo.conditio exiſtens non trahitur retro.l.1.§. ſerui.ſ. ad Syllan.licèt ſecus in hæreditatib. ne teſtator decedat pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. hæres quandoque, aliàs incipit hæres quoque,aliàs quicunque, vt ibi vult glo.1.ſ. de acquiren.hæred.& vtrunque declarat Bar.in d.l. ſi is qui pro empto.Item non poteſt dici, ꝙ ex retro fingatur ſolutio legati conditionalis,& ſic ante aditionem hæreditatis.Item,quia pendente conditione non poteſt fingi ficta ſolutio.l.ſub conditione.ſ.de ſol. ¶Propter has difficultates videretur neceſſariò tenendum contra glo.Bar.& Docto.Et iſta opin.aliàs mihi multum placebat,& tenendo iſtam partem non obſt.tex.in d.l.fundo.in quo glo.& Docto. ſunt decepti.nam text.ibi dicit,quòd *in computatione falcidiæ fundus non iure hæreditario, ſed iure legati ha-*
40 *beri intelligitur.*† Pondera illud verbum intelligitur, [a] quod im-
a portat fictionem.l.2.§.fi.& l.ſi quis cùm teſtamentum.ſ.de iur. codi.c.ex ſtudijs.& ibi glo.de præſump.Barto.in d.l.ſi is qui pro emp.in 4.char.Bald.in l.furti.& in l.quoniam.ſ. de his qui not. infa.Et ſic ibi tex.in illo verbo intelligitur, vult,quòd non verè habeatur iure legati, prout gl. *& omnes tenent*, ſed per fictionẽ. Nam ibi dubitabatur an talis fundus veniat in computationẽ Falcidiæ,nam tanto minus defalcabitur de alijs legatis, quantum valet ipſe fundus,ſi eſſet in hæreditate heredis,& Iuriſcõ. decidit, ꝙ intelligitur, & ſic per fictionem iuris legatum haberi,ſicut in optimo ſimili, quando creditor ex teſtamento ſuccedit debitori,vel ècontra, debitor creditori : nam licèt confuſione extinguatur obligatio,& actio, quia non poteſt ſibiipſi eſſe obligatus.l.debitori.C.de pac.l.ſi adulta. C.de hære.act.& l. ſi vxor.C.de bonis aucto.iudi. poſ.tamen quando tractatur de Falcidia deducẽda,poteſt creditor deducere, ꝙ ſibi debebatur tanquam æs alienum,vt poſteà videatur,an hæreditas ſufficiat ad legata, & ſic creditum quamuis extinctum per aditionem, tamen conſideratur in computatione Falcidiæ.l.1.§.ſi debitor. ſ.ad leg.Falc.& l.in imponenda.C.eo.ita in d.l.fundo. quamuis legatum fundi fuerit extinctum adeundo hæreditatem hæredis,tamen conſideratur in computatione legis Falcidiæ, vt intelligatur haberi iure legati, & non iure hæreditario, & ſic detrahatur perinde, ac ſi fundus verè haberetur iure legati. iſta fuit noua,& pro certo peregrina,& ſubtilis opi. Raph. Cuma. hic contra gl.& omnes.Iſtam opin. Raph.recitat latè do. Alex. non hic,ſed in §.ſeq.ſcilicet in §. ex contrario. in 1.col.& duab. ſeq.& licèt adhæreat communi opin.glo.& Docto.per tex.in l. cui res.ſ.de actio.empt.de qua.l.glo. & Doct. in d.l.fundo.opponunt, & ſoluunt, tamen do.Alex. non reſpondet ſubtiliſſimis difficultatibus motis per Rapha. Saluando communem opin.potes dicere, ꝙ in d.fundo.illud ſit propter diuerſitatem teſtatorum.nam legatum fuit factum ſub conditione à primo hærede in primo teſtamento, & hoc reſpectu valet & tenet, quia non eſt factum à ſeipſo, poſteà in ſecundo teſtamento legatarius inſtituitur hæres per primum hæredem, per hoc nõ vitiatur legatum,quamuis deuenerit ad caſum,à quo incipere non poteſt,vt declarat Bar.in l.pluribus.§.& ſi placet.ſ.de verb. oblig.verùm, quia non percipitur iure hæreditario ex ſecundo teſtamento, ſed iure legati relicti in primo teſtamento, ideo non computatur in ratione Falcidiæ detrahendæ ex ſecundo teſtamento. iſte eſt proprius intellectus. d.l. fundo. ſecundum quem prædicta ceſſant.¶Sed aduerte,quęcunque intellectum teneas ad d.l.fundo, ſiue communem glo. & Docto.ꝙ fundus ibi debeatur iure legati, ſiue teneas intellectum Rapha. quòd non debeatur iure legati, ille text. non obſtat ad regulam text. noſtri, cùm non debeatur niſi vno iure quocunque iure illud teneas,& ita eſt perfectè expedita iſta quinta oppo.glo.¶In ſeptima oppo.glo.inquantum Bar. vltimò opponit, quòd l.fundo.ſ.ad l.Falcid. allegata per glo non videtur facere ad propoſitum, cùm ibi eueniente conditione legati omnis alienatio retro facta tollatur.l.fin.§. ſinautem ſub conditione. C. cõmu. de lega. Sed eueniente conditione alterius debiti,non reuocatur alienatio antea facta.pro iſto vltimò Bar. nihil alle.tu allega tex.in l.& ſi dotis.& ibi Bar.& Bald.ad hoc no. C. de iur.do.vbi eſt text.quòd res quæ ſubiacent reſtitutioni ex contractu, poſſunt irreuocabiliter alienari inter viuos, & vltima voluntate.

Sed caue,quia d.l.fi.§.ſinautem ſub cõditione. loquitur in alienatione facta in alium extraneum. ſed d.l.fundo. non loquitur in alienatione, ſed loquitur in acquiſitione facta ipſimet legatario conditionali, & ſic ibi eueniente conditione legati non cadit reſolutio, cùm iam res eſſet effecta ſua, & ſic reſolutio eſſet inanis,ita etiam dicit Rapha.Cuma.hic, ſed do.Alex.in §. ex contrario.in 2.colum.ſ.ead.l. ſaluat Barto. & bene, quia eſt eadem ratio in alienatione facta in legatarium, ſicut ſi eſſet facta in extraneum,quia eius intereſt,ꝙ eueniente conditione legati, illa vetuſtior cauſa legati valeat, aliàs fieret ſibi præiudicium in traditione Falcidiæ, vt ibi dicit text.quod reputat do.
41 Alexan.valde notan.¶ † Succeſſiuè Barto.latè,& perfectè examinat,quando ſpecies debita ex contractu legatur, an & quando valeat legatum,& diſtinguit faciendo quatuor caſus princ. vt hic plenius per eum. Adde in primo membro, quando id, quod debetur purè,legatur purè, valet legatum propter commodum acquiſitionis dominij,quia dominium ipſo iure trãſfertur ex legato ſine traditione.l. 3. §. ſi rem. ſ. de lega. 3. Adde duas alias vtilita. Prima,quia qui legat tanquam debitor,inducit recognitionem debiti, & ſic interrumpit præſcriptionem. Secunda, quia inducit ſemiplenam probationem de debito, ſicut quælibet alia cõfeſſio facta abſente parte. Ideo cum vno alio teſte ſufficeret ad probandum debitum. iſtas duas vtilita. ponit egregiè Bald.in d.l.1.in 7.colum.C.de furt.quas referunt, & ſequuntur Pau.de Caſtr.& latius Are. in l. ſi creditori. ſupra de lega.1. ¶In ſecundo membro inquantum tenet Bar. quòd quando ſpecies eſt purè debita, & legatur ſub conditione,legatum non valet,niſi conditio legati ſit impleta viuo teſtatore, per §.quod ſi in diem.inſti.de leg.& l.verbis. ſ.ad leg.Falc.& ſic vult Bar.quòd ſi conditio legati eſſet impleta poſt mortem teſtatoris, legatum indiſtinctè eſſet inutile. Adde, quòd iſtud reprobat Are. hic in fin. & ante eum Rapha. Cuma. hic circa fin.quia ratio reconualeſcentiæ legati eſt commoditas tranſlationis dominij ipſo iure,iuxta.l.3.§.ſi rem. ſupra de lega.3. ita limitat,ſiue conditio purificetur viuo teſtatore,ſiue eo mortuo, ſi ſpecies nondum erat tradita ex cauſa debiti,ſed tu ſaluando Bar.dic,quando mortuo iam teſtatore conditio eſt purificata, ideo legatum non valet,quia tunc dies legati inutiliter ceſſit.l. debitor.in princip.ſupra de lega.2.& §. quod ſi in diem. inſtitu. de leg. ¶In quarto membro inquãtum tenet Bar.quòd quando res debita ex contractu non erat tradita, & fuit legata ſub eadem conditione, ſub qua erat debita, tunc valet legatum propter commodum tranſlationis dominij ipſo iure. Adde, quòd in contrarium videtur eſſe fortis tex.in l. Meuius.in prin. in verſic.debitor autem. ſupra de lega.2. vbi quando debitum ſub conditione legatur ſub eadem conditione,nullum eſt futurum emolumentum legati, ideo non valet, niſi reſpondeas ſecundum glo.& Bar.ibi,& Bar.in l.ſi creditori.ſupra de lega.1. quòd verum eſt, quòd nullum futurum eſt emolumentum, ſcilicet de illis quatuor,quæ ponuntur in §. plus. inſti. de actio. ſed bene eſt aliud quintum emolumentum tranſlationis dominij ipſo iure abſque traditione, vt dicit text.in d.l.3.§.ſi rem. ſupra de leg.3.¶Item inquantum Bar. in iſto quarto membro, quando ſub diuerſis conditionibus tenet,quando ſi legatur mihi ſpecies ſub diuerſa conditione,quæ mihi debebatur ſub alia conditione, & ex cauſa legati eam ſum conſequutus, poſteà habere deſinam, quia eam alienaui in alium, quòd exiſtente poſteà conditione debiti potero eam petere ex cauſa debiti, per l.exiſtimo.in princ.ſ.de verbo.obliga. Adde, quòd contrarium videtur facere, quia tale legatum ſpeciei certè videtur factum animo compenſandi cum debito.l. ſi cùm dotem.§.ſi pater. ſupra ſolut. matrimo. vnde ſi legauit pro debito, ergo animo compenſandi, ergo acceptando legatum, certè legatum extinguitur, ergo non debet amplius poſſe ex cauſa debiti agere.¶Et ſi intelligis Barto.prout ipſemet expreſsè declarat,quando effectus eſt dominus ex cauſa legati, & poſteà deſijt,quia vendidit, quòd ſuperueniente cõditione debiti ex cauſa legati,nullus habebitur reſpectus.d.l.exiſtimo.in princip.aduerte ſubtiliter, quia in cõtrarium videtur facere, quia ex quo vendidit illam ſpeciem, & ſic habuit pretium, certè illud precium loco rei ſuccedit.l.Imperatori.§.fin.ſ. de lega.2.ergo non eſt verum,ꝙ deſijt eam habere,vt dicit Bar. ex quo habet effectum.ſ.pretium. Item & fortius, & ſubtilius facit contra Bart. quia ſequeretur, ꝙ in §. qđ ſi in diem.inſti. de leg. in l.verbis.ſ. ad leg. Falc. & in l.debitor.in prin.ſ.de leg.2.legatũ valeret alio reſpectu,

ADDITIO.

a ¶Intelligitur. Adde, quòd hoc verbum interdum fictionem,aliquando veritatem denotat,teſte eodem Iaſ.in rub.colum 2.ff.ſolut.matrim.pro quo vide tex.in l.ſi ante.eo. tit. MASVER.

respectu, quàm representationis debiti, quia si verum esset illud, ꝙ vult Bart. esset longè maius commodum, si vendendo rem legatam posset habere pretium, & posteà etiam posset rem ex causa debiti recuperare, & istud valdè stringit contra Bart.& hoc modo apparet nihil obstare. d. l. existimo. in prin.
42 ꝟ.de verbor. oblig. ¶† Defendendo Bar.dic, quòd quando est debitum ex contractu, & nõ ex dispositione legis,& sic à prin. est debitor voluntarius,tunc legando nõ videtur legare animo compensandi cum debito,nisi expressè sit dictum.l. debitor.ꝟ. de leg.2.l.creditor.C.de leg.Bart. & Doct. in l.si cùm dotem.§. si pater.ꝟ.solu.matrimo.& in Authen. præterea, vbi plenè dixi. C. vnde vir, & vxor. & istud legatum fuit simpliciter factum non expresso, ꝙ animo compensandi, & propterea Barto.ꝟ.in vlt.opposi.quam ipse facit in fin.tenet, quòd si solutio esset facta occasione debiti, tunc bene causa debiti tolleretur. l. sub
43 conditione. ꝟ. de solut. Ad aliud dum dicebatur, † quòd pre-
a tium [a] succedit loco rei,respõde, ꝙ hoc est verum in vniuersalibus.ita loquitur.d.l.Imperator. §.fin.secus est in particularibus.l. si rem, & pretium. vbi Bart.ꝟ.de peti.hæredi.& ita habes bene expeditam hanc doctri. Bartol. ad quam Scriben. communiter nihil addunt, & ita remanet expedita tota secunda pars glo.magnæ.¶In vlt.parte principa,glo. circa contrarium. l.cùm res.C.de contrahend.empt.dic melius,vt hic per Barto. & dixi in not.& dum posteà Bart.oppo.de l. 1.§.si vir.ꝟ.eod.vltra eum responde, quòd illud, ꝙ ex inutili contractu transfertur posses. d. §.si vir. est verum,nisi etiam concurrat vtilis contractus.d.l.cùm res.ratio, quia quòd acquisitum est per vtilem titulum, frustra induceretur acquiri per inutilem, arg.l.2.§.dixerit aliqs.ff.de publi.& vectig.¶Circa vltimum cõtrarium.gl. de l.1. & 2. §.final. ꝟ.pro empto.dic, ꝙ ibi sunt duæ causæ contrariæ se non compatientes,quia prima tendebat ad vsucapionem, secunda scilicet æstimatio litis ad extinguendam vsucapionem, ideo cùm sint contrariæ,non admittitur earum con-
44 cursus.¶† Extra gl.quærit Bar. ad fin.an quasi dominium possit haberi ex pluribus caus. & determinat, quòd sic, quia non est ius per se stans sed acquisitiuum alterius iuris mediãte vsu-
* capione. cum Bart. *tenent omnes indifferenter hic*.alibi tamen contrarium tenet Angel.in l.cùm sponsus.§.is cui.ꝟ.de pub.in rem. vbi dicit,quòd impossibile est, ꝙ quasi dominus possit iterum fieri quasi dominus,& sic, quòd duplex publiciana possit com petere eidem, & pro eadem re, sicut dicimus in dominio, vt hoc text.& ea,quæ dicuntur in dominio,habẽt locum in quasi dominio.l.eum qui.§.in Publicia.ꝟ.de pub.dic,quòd ratio diuersit. est duplex, vna secundum Barto. hic,alia quam statim adducam. ¶Item adde, quòd idem, quòd Bartol. tenet etiam Ioan.Fabr.in §.sic itaque.4.colum.insti.de action.& ibi assignat aliam rationem diuersitatis, quare quasi dominium possit haberi ex pluribus causis,& ex diuersis titulis, sed dominium,nõ, nam dominium est quid plenum, & non potest compati sibi plenum,sed minus plenum compatitur aliud minus plenum, sicut in simili habenti tutorem non potest dari tutor, & tamen habenti curatorem potest dari curator. l. licèt, & ibi not. C.in quibus causis hab. tut. ¶Adde pro ista ratione Ioan. Fabr. bene facere illud, quod dixi in text.in not. quòd dominium,quia est perfectum, aliquid aliud non admittit. Item facit,quia qui habet dominium directum, non potest acquirere vtile, quod est inferius.text. est singular.in l. si hæres institutus.in principio. supra ad Trebellian.vbi si fideicommis. restituat fideicommis. primo hæredi, non acquiritur ex restitutione vtilis actio,quia directa remanserat penes eum, & sic cùm habeat dominium directum, non potest inferius acquirere, secus èdcontra, quia qui habeat dominium vtile, & sic inferius bene potest acquirere directum, vt est text. singular. in l.si quis mihi bona. §.sed quid si mandauit. vbi Cyn.Bartol. Angel.& alij ad hoc not.supra de acquirend. hæredita. & dixi in textualib. & plenius in l.
45 puberem.C.de iure deliberand.¶† Item pro conclusione Bartol. & Doctor. adde, quòd duo quasi dominia possunt esse apud duos insolidum in eadem re. nam si duo emerent eandem rem eodem tempore à duobus non dominis bona fide, vtrique eorum acquireretur quasi dominium, & sic publiciana.l.siue autem.§.si duobus.supra de public.secundum Are. in §.ex contrario.in penult.& vltim.colum. infra ead. l. & tamen duo dominia eiusdem rei non possunt esse apud duos insolidum.l.si vt certo.§.si duobus vehiculum. ꝟ. commod. & l.hæreditate.§.pater.ꝟ.de cast.pec.& ita remanet bene, & vtiliter,vt puto,expeditus iste.§.

ADDITIO.

a ¶Pretium. Adde, quòd pretium succedit loco rei etiam quando petitur res particularis tanquam de corpore vniuersali.teste Alex.consi.124.num.10. lib.4.Quid in personalibus,quid in realibus,& vide Roman.sing.615. Quid in hypothecaria. Alexand. consil.108. col.fin. libr.5. eundem Ias.in §. item Seruiana.num. 39.institu.de action. de qua principali regu. plura not. idem Ias.in l. si fundum per fideicommissum.columna final. in fin. de legat. 1. vbi dixi. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Plures possessiones eiusdem rei, specie, vel numero differentes possunt esse apud plures insolidum,& num.11.*
2 *In vna re non cadit numerus,cùm vnus non sit numerus.*
3 *In duobus vsuarijs in eadem re insolidum constitutis sunt plures possessiones numero differentes.*
4 *Dictio tamen, est aduersatiua.*
5 *Aduersatiua debet aduersari his, quæ sunt eiusdem speciei.*
6 *Dictio autem, est aduersatiua, & coniunctiua.*
7 *Plures non possunt eandem rem insolidum possidere.*
8 *Duo non possunt esse domini insolidum eiusdem rei.*
9 *Posses. naturalis dicitur esse quædam insistentia rei.*
10 *Concedens precario dicitur ciuiliter possidere, & accipiens naturaliter.*
12 *Quæ sit ratio, quare in accipientem precario transit naturalis possessio.*
13 *In precario vsus potest esse limitatus, & certus.*
14 *Precarium fit ad incertum vsum, & incertum tempus,commodatum èdcontra.*
15 *Incertum propter dubium reputatur perpetuum donec reuocetur.*
16 *Quod non potest fieri naturaliter, non potest fieri ciuiliter.*
17 *Leuans baptizatum de fonte, debet excedere eum in ætate per 18.ann.*
18 *Statutum faciens mentionem de possessione non habet locum in eo, qui desiit dolo possidere.*
19 *Quando aliquid est impossibile in specie,& genere non potest per legem fingi.*
20 *Iustitia, vel iniustitia possessionis significat qualitatem, & non substantiam,vel speciem possessio.qualitas enim non alterat speciem, aliquando tamen iusta, vel iniusta capitur pro substantia, vel specie separata.num.21.*
22 *Sola ciuilis posses.est illa,quæ causat vsucapionem. & num.32.*
23 *A principio non potest dari ciuilis posses.sine naturali.*
24 *Non solum vera ciuilis, sed etiam ficta causat vsucapionem.*
25 *Sola naturalis posses. non causat præscriptionem, sed bene illa, quam habent emphyteuta, & feudatarius.num. 26.& 30.*
27 *L.fin.C.de præscrip.long.temp.de qua præscriptione loquitur.*
28 *Dictio cæteræ,est repetitiua similium.*
29 *L.si ego.§.1.de publiciana. de qua seruitute loquitur.*
31 *Seruitus acquiritur ex traditione facta à nõ domino cum titulo, vel per patientiam veri domini.*
32 *Ad præscriptionem requiritur simul ciuilis, & naturalis posses. sed sola ciuilis sufficit.*
33 *An corporalis posses. sit sufficiens ad præscriptionem.*
34 *Quæ posses.est illa, quæ est causa acquisitionis fructuum.*
35 *Bonæ fidei possessor possidet ciuiliter.*
36 *Vsucapio,& acquisitio fructuum æquiparantur.*
37 *Error iuris impedit vsucapionem, licèt non fructuum acquisitionem.*
38 *De iure ciuili ad vsucapionem sufficit à principio bona fides.*
39 *Vsucapio, & acquisitio fructuum se habent vt excedentia, & excessa.*
40 *Quæ sit ratio,quare bonæ fidei possessor faciat fructus suos.*
41 *Creditor an possideat rem pignoratam ciuiliter,& naturaliter.*
42 *Bonæ fidei possessor existens extra fundum possidet ciuiliter ratione quasi dominij.*
43 *Maritus, & vxor quomodo possideant fundum dotalem.*
44 *Emphyteuta, & feudatarius quomodo possideant.*
45 *Emphyteuta, & feudatarius habent ciuilem possession. ratione iuris, quod habent in re,quia habent quasi posses.nanuralem, & ciuilem in iure feudi.*
46 *Emphyteuta, vassallus, & similes non possident ciuiliter, sed dicuntur naturaliter possidere.num.47.*
48 *Conductor ad longum tempus dicitur naturaliter possidere.*
49 *Duo an possint ciuiliter possidere insolidum.*
50 *Sicut duo non possunt naturaliter eandem rem insolidum verè possidere, ita nec fictè.*
51 *Si plnres emerint ab vno fundum, quomodo possident.*
52 *Per decennium causatur obliuio ciuilis.*
53 *Duo quasi dominia eiusdem rei possunt esse apud duos insolidum.*
54 *Ad hoc, vt quis præscribat, est necessè posses.esse vacuam, & quòd per alium non possideatur ciuiliter.*
55 *Vt publicia.competat, requiritur, quòd vacua posses.sit tradita.*
56 *Textus noster loquitur de vtraque posses.ciuili, & naturali.*
57 *Si pluribus creditoribus eadem res sit pignorata, an omnes possideant ciuiliter.*

Fructus

58 *Fructus rei pignoratæ quando extenuant ſortem.*
59 *Si plures creditores venderent diuerſis perſonis, quilibet transferret vſucapiendi conditionem.*
60 *Duo poſſunt naturaliter eandem rem inſolidum poſſidere.*
61 *Vſuarius, & vſufruct. dicuntur æqualiter poſſidere non autem inſolidum.*
62 *Quaſi poſſeſ. iuris incorporalis bene poteſt eſſe apud plures inſolidum.*
63 *An corporalis poſſeſ. poſſit eſſe apud plures inſolidum.*
64 *Quomodo poſſunt plures poſſidere inſolidum diuerſis reſpectibus.*
65 *Emphyteuta poteſt facere vſufructuarium, & vſuarium in fundo emphyteutico ſine conſenſu directi domini.*
66 *Vaſſallus iure feudali non poteſt conſtituere vſumfruct. vel ſeruitutem ſine conſenſu domini.*
67 *Duo vſuarij eiuſdem fundi quomodo poſſident.*
68 *Bonæ fidei poſſeſ. qui habet quaſi dominium, an ciuiliter poſſideat.*
69 *Dominium vtile an ſit vnum, vel multiplex.*
70 *Feudatarius poteſt infeudare alij æquè idoneo ſine licentia domini.*
71 *Quæ ſit ratio, quòd vaſſallus poteſt infeudare, & non alienare irrequiſito domino.*
72 *Feudum conceſſum à vaſſallo durat tantum per vitam concedentis.*
73 *Emphyteu. an poſſit dare feudum alij in emphyteu. domino irrequiſito.*
74 *Alienationis appellatione etiam emphyteuſis continetur.*
75 *Vaſſallus ſi facit alium vaſſallum vel emphyteutam, transfert in eum naturalem poſſeſſionem.*
76 *Secundus vaſſallus debet recognoſcere in dominum primum vaſſallum.*
77 *Si ſecundus vaſſallus alienat domino irrequiſito, feudum reuertitur ad primum dominum, & non ad primum vaſſallum.*
78 *Si ſecundus vaſſallus vult alienare, tenetur requirere conſenſum directi domini, & non primi vaſſalli.*
79 *Feuda regni Apuliæ ſunt de directo dominio. Regis, licèt totum regnum ſit feudale Eccleſiæ.*
80 *An poſſint eſſe duo domini eiuſdem rei inſolidum, vnus in vniuerſo, alius in particulari.*
81 *Imperator in vniuerſo eſt dominus totius orbis.*
82 *An quaſi poſſeſ. quæ habetur in iuribus poſſit eſſe apud duos inſolidum.*
83 *Seruitutes ſunt indiuiduæ.*
84 *Ius patronatus, quia eſt indiuiduum, poteſt eſſe inſolidum apud plures.*
85 *Iuriſdictio poteſt diuidi.*
86 *An plures poſſint eandem rem detinere.*
87 *Si ex pluribus teſtibus vnus deponit, quòd Titius poſſedit, alius quòd Seia, an iſti poſſint ſaluari.*
88 *Miſſus in poſſeſ. ex primo decreto non poſſidet naturaliter.*

§. Ex contrario. Eadem poſſeſſio numero non poteſt eſſe inſolidum apud plures, ſed plures poſſeſſiones eiuſdem rei ſpecie, vel numero differentes poſſunt eſſe inſolidum apud plures. hoc dicit ſecundum Bartol. & iſte §. eſt not. multum ſecundum eũ, & diuide in ſex partes, vt hic per Bartol. ¶Summarium, & diuiſionem Dyn. & Bartol. formaliter etiam ponunt, & ſequuntur Angel. Imol. Raph. Cum. dom. Alexan. & Arc. hic. Aduerte circa iſtud ſummarium Bart. & Doctor. ne videatur defectiuum, dum in prima parte dicitur, quòd eadem poſſeſ. numero non poteſt eſſe inſolidum apud plures, adde etiam ratione diuerſarum qualitatum. ¶Item dum in ſecunda parte dicitur quòd plures poſſeſſion. eiuſdem rei ſpecie, vel numero differẽtes poſſunt eſſe inſolidum apud plures, adde, vt totum tex. cõplectaris, ſecus eſſe ſi ſolùm differant qualitate, vt iuſta, & iniuſta poſ. quæ licèt ſint qualitates diuerſæ, tamen vna, & eadem eſt ſubſtantia poſſeſ. nam differentiæ in qualitate, & ſic in accidenti non faciunt rem differre ſpecie. glo. in l. final. §. quoties. ſ. de public. & vectigal. & glo. inſtitu. de iur. perſon. §. fin. Bart. in l. 1. in princip. in 4. colum. ſ. eod. vnde duo non poſſunt eandem rem inſolidum poſſidere, alter iuſtè, & alter iniuſtè, quia cùm ſit eadem poſſeſ. licèt differat qualitate, non poteſt eſſe
1 apud duos inſolidum per rationem aſſignatam in text. ¶† Secundò, & diligenter multum aduerte, inquantum Bart. & Doctor. in alia ſecunda parte ſummarij dicunt, quòd plures poſſeſ. eiuſdem rei, ſpecie, vel numero differentes, & ſic alternatiuæ poſſunt eſſe apud plures inſolidum. Illud, quod dicunt duę poſſeſ. ſpecie differentes, clarè ponitur in verſi. Sabinus. vbi ciuilis poſſeſ. eſt penes concedentem precario, & naturalis penes recipientes, & ambæ ſunt iuſtæ, & in eadem re, & apud duos. l. & habet. §. eum qui. & ibi gloſſ. not. infra de precar. ſed quod duæ poſſeſ. eiuſdem rei numero differentes, ſed non ſpecie, poſſint eſſe apud duos inſolidum, nullibi videtur probari hoc text. nam Socrates, & Plato differunt numero, ſed ſpecie conueniunt, quia ambo homines, ſed alter eſt Plato, & alter Socrates, & ſic diuerſi numero, ſed ſi eſſent poſſeſ. differentes nu-
2 mero, non poſſent eſſe eiuſdem rei, quia † in vna re non cadit numerus, cùm vnus non ſit numerus, ſed principium numeri ſecundum Bartol. in l. ſi quis ante. ſ. eod. ſicut ſi diceres ſolus Plato differt numero, hoc eſt impoſſibile. vnde eſſent tunc duæ res, ſicut duæ poſſeſſio. numero differentes, vnde videtur impoſſibile, quòd vnius, & eiuſdem rei poſſint eſſe plures poſſeſ. numero differentes, quia ſi eas numero, ſunt plures res, quia numerus non cadit in vno, vt dixi, vnde aliàs legendo iſtum. §. dicebam, quòd Bartol. melius copulatiuè dixiſſet ſpecie, & numero differentes, vt patet in dict. verſic. Sabinus. vbi illæ duæ poſſeſ. ſcilicet ciuilis, quæ eſt apud concedentem præcario, & naturalis, quæ eſt apud recipientem, differũt & ſpecie, & numero, quia ſunt duæ, ſed quia Bartol. & omnes Doctor. quos ſupra retuli, loquuntur alternatiuè, ideo ſubtiles Modern. Senen. ſuſtinent ſummarium Barto. & Doctor. etiam alternatiuè, & exemplificant in vſufructuario, & vſuario vnius, & eiuſdem rei, nã vtriq; cõpetit interdictum vti poſſidetis pro eadem re. l. final. in fin. ſ. vti poſſide. iſtæ duæ poſſeſ. apud eos inſolidum exiſtentes ſunt differentes numero, quia naturalis mea eſt reſpectu vſusfructus, tua eſt reſpectu vſus, vt declarat Bartol. ſ. in penult. columna. ¶Sed caue, quia iſtę poſſeſ. videntur eſſe differentes non ſolùm numero, vt dicit Bartol. in penu. colum. ſed etiam ſpecie, ſicut vſusfruct. & vſus ſunt ſeruitutes perſona. ſpecie differentes ſecundum Bart. in l. qui vſumfructum. circa fi. ſ. de verb. oblig. niſi dicas, [nec aliud poteſt dici,] quòd non differant ſpecie, ex quo ambæ ſunt poſ. naturales tam vſufructuarij, quàm vſuarij, vt dicit Barto. ſ. in penult. colum. ergo cùm ambæ illę poſſeſ. ſint naturales, ergo
3 non poſſunt dici differre ſpecie, ſed tantum numero. ¶† Ego vltra Modern. Senen. defendendo ſummarium Barto. & Doctor. & exẽplifico clarius duob. alijs modis, qui ſunt plani. Primo exemplifico in duob. vſuarijs in eadem re inſolidum conſtitutis, nam ibi ſunt plures poſſeſ. numero differentes ſecundum Bartol. ſ. in vlt. colum. nam vna eſt poſſeſ. iſtius vſuarij, & altera illius, & ſic differunt numero, ſed non differunt ſpecie, quia ambo ſunt vſuarij, & ambæ poſſeſ. ſunt naturales, vt ibi per Bartol. ergo in eadem reperiuntur plures poſſeſ. numero tantum differentes. Secundò exemplifico, quando eſſet vnus fundus, & gratia commodioris culturæ, vel gratia commodioris locationis eſſet diuiſus in partes, & vna pars exempli gratia vocaretur Seianus ſuperior, & alia Seianus inferior, vt eſt text. in l. Caius. §. 1. ſ. de legat. 2. & in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de legat. 1. hæ ſunt plures poſſeſ. eiuſdem fundi, & ſic eiuſdem rei ſolùm numero differentes, & iſtæ poſſunt eſſe apud plures inſolidum, vt patet ad ſenſum, nec potes dicere, quòd ſint duæ res, vel duo fundi, vt patet in d. l. Caius. §. primo. Et ſic in forma reſponde ad oppoſitionem ſuperius factã, dum dicebatur, quòd in vna re, & ſic in vno fundo non cadit differentia in numero, quia in vno non cadit numerus, ſicut in Socrate ſolo non poteſt cadere differentia numeri, dic hoc eſſe verum. Sed hæc differentia numeri non eſt in vna re, nec in vno fundo, ſed in poſſeſ. vnius fundi, quæ poſſunt eſſe plures, & differre ſpecie, & numero, vt hic in verſicul. Sabinus, & etiam poſſunt differre numero tantum, vt in exemplis ſupra relatis. Nec credas, quòd ſit dare poſſeſ. differentes ſpecie tantum, & non numero, quia quæ differunt ſpecie, etiam differũt numero, ſed nonècontra, vt patet ad ſenſum, licèt Bartol. & Doctor. in ſummario loquantur alternatiuè, & etiam Bartol. in l. ſecunda not. Sed debet ſanè intelligi, vt dixi. ¶Tertiò aduerte ad diuiſionem Bartol. & Doctor. quam faciunt de hoc text. dum dicunt, quod in tertia parte in verſicul. Sabinus. ponitur dictum Sabini, quòd videtur aduerſari præcedentibus, & non aduerſatur, quia loquitur in diuerſis terminis, nam regula loquitur de eadem poſſeſ. numero, quæ non poteſt eſſe penes plures inſolidum. Sed Sabinus loquitur, quando ſunt diuerſæ poſſeſ. ſpecie, & numero differentes, vt naturalis, & ciuilis, quia ciuilis poteſt eſſe penes vnum, & naturalis penes alium, nam Bartol. & Doctor. videntur in duobus malè loqui.
4 nam text. † dicit, *Sabinus tamen*, dictio tamen, [a] eſt aduerſatiua.
a l. quid tamen, cum ſimilib. ſ. de arbitr. l. ita tamen, in principio. infra ad Trebellian. & in ſpecie Bartol. in l. vnica. in princip. in vlt. colum. ad fin. ſ. ſi quis ius dicen. non obtemper. Ergo cum dictio tñ, ſit aduerſatiua, debet aduerſari præcedentibus, & tñ Bar.

ADDITIO.

a ¶Dictio tamen. Adde, quòd hæc dictio ſine copula ponitur aduerſatiuè ad præcedentia. l. cùm hic ſtatus. §. diuortium. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. & in l. hoc amplius. §. ins autem. ff. de dam. infect. MASVER.

Barto. & Doctor. dicunt, quòd non aduersatur, ergo malè stat.
5 ¶† Secundò Bar. & Doct. dicunt, quòd versic. Sabinus tamen. non aduersatur præcedentib. eo quia loquitur in diuersis terminis. istud videtur malè dictum, cùm habeamus regulã, quòd aduersatiua debet aduersari his, quæ sunt eiusdem speciei, & qualitatis, non autem his, quæ sunt diuersi generis. Istam regulam tradunt gl. & clarius Bar. in l. mariti. §. fin. ff. de adult. nam si duo scholares legunt, Petrus autem currit, intelligitur Petr. scilicet scholaris, vt aduersetur his, quæ sunt eiusdem speciei, & qualitatis, & licèt Bart. ibi dicat, quæ sunt eiusdem generis, capiendo genus, prout capiunt Legistæ pro specie, vt patet in exemplo proximè dato, istam regulam etiam ponit Cyn. in Auth. sacramenta puberum. in princip. C. si aduers. vend. d. Alexand. in l. filius à patre. in princip. in 14. col. ff. de lib. & posthum. ergo videtur malè dictum, quòd versi. Sabinus tamen. in illa aduersatiua tamen, debeat loqui in diuersis terminis, & in diuersa pos. ¶Istis oppositionibus potest responderi altero de duob. modis. Primò, quòd doctr. glo. Bart. & aliorum, quos retuli, quòd aduersatiua debet aduersari his, quæ sunt eiusdem speciei, &
6 qualitatis, procedit in dictione † autem, & simili, quæ non solùm est aduersatiua, sed etiam coniunctiua, vt in not. decisio. declarat Bald. in l. omnes populi. in 14. colum. ff. de iustit. & iur. Sed text. noster loquitur in dictione tamen, quæ potius est limitatiua, quàm aduersatiua. Vel secundò responde, quod Iuriscon. in prin. ponit regulam generalem, quòd plures nõ possunt eandem rem insolidum possidere, non restringens se magis ad vnam speciem possess. quàm ad diuersas, posteà in versi. Sabinus tamen. in eadem materia limitat, & hoc modo bene aduersatur præcedẽtib. ¶Quartò aduerte ad intellectum versic. idem Trebatius. iuncto vers. seq. ibi, quem Labeo reprehendit, & iuncto versi. fi. quòd si verbis audacia daretur, non esset ponere os in cęlum tenere, quòd Labeo, & Paulus auctor huius legis malè reprehendant Trebatium, quia eum non intellexerunt, quia mens Trebatij non fuit dicere, quòd duo possunt possidere insolidum eandem rem, eadem specie possess. alter iustè, & alter iniustè, sed mens Trebatij fuit dicere, quòd duo possunt possidere eandẽ rẽ vnus iustè, & sic ciuiliter, alter iniustè, & sic naturaliter, nam isti termini iustè, & iniustè aliquando important diuersam speciem, & sic capiuntur pro specie, seu substantia separata, & differẽti, & sic pro naturali, & ciuili, vt l. si duo. in princip. versi. si quis proponeret. ff. vti possidet. & l. quòd si seruus. ff. eod. aliquando ista verba iustè, vel iniustè capiuntur solũ pro diuersa qualitate, prout hic capiunt Labeo, & auctor huius legis reprehendentes Trebatium, sed æquiuocat, non enim aliter comprobaret Trebatius opin. Sabin. nisi intelligeret, prout & Sabinus, vnde cùm Sabinus dixerit concedentem præcario possidere, scilicet ciuiliter, & accipientem possidere, scilicet naturaliter, Trebatius idem approbat existimans non esse inconueniens, quòd vnus iustè, idest ciuiliter, alter iniustè, idest naturaliter possideat eandem rem. facit bene text. in l. si duo. in princip. ff. vti possidet. vbi dicitur, quòd vnus iustè, & sic ciuiliter, alter iniustè hoc est naturaliter possidere potest, sed duo iustè hoc est ciuiliter, & duo iniustè hoc est naturaliter possidere non possunt. ad idem facit text. in l. duo. in princ. ff. de præcar. vbi dicitur duos non posse possidere vi aut clam, quia neque iustè neq; iniustè in pos. concurrere possunt, ergo à contrario sensu vnus potest vi possidere, & alter clam. ¶Et si diceretur hoc modo intelligendo Trebatium, esset superfluus, quia repeteret idem, quod dixerat Sabinus. responde no. quòd non est superfluus, imò multum addit Sabino, quòd nõ solum ciuilis potest esse penes vnum, & naturalis penes alium, quando vtraque, & naturalis, & ciuilis est iusta, vt in precario, prout loquitur Sabinus, sed etiam quando ciuilis, idest iusta est penes vnum, & naturalis, & sic iniusta est penes alium, prout etiam in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. infra eod. Istud addit Trebatius dicto Sabini, nec obstat fundamentum Labeonis, & Pauli auctoris huius legis, quia procedit, quando est eadem possess. in substantia, sed habet diuersas qualitates iustè, & iniustè. sed opin. Trebatij loquitur, quando est diuersa possess. & specie, & qualitate, vt naturalis iusta, & ciuilis iniusta. Istum intellectum tradidit originaliter. d. Maria. Soc. Senen. in c. 1. de causa pos. & proprieta. quem intellectũ refert, & sequitur. d. Barth. Soci. eius filius hic, sic etiã alibi Bart. in l. Domitius Labeo. ff. de testa. reprehendit Celsum Iuriscon. quòd malè intellexit Labeonem ibi relatum, sed quia esset peccare in Spiritum Sanctum, reprehendit Iurisconsult. hic, deo non videtur recedendum ab eo, quòd dicit text. ¶ Quintò, & vlt. aduerte ad rationem text. positam in princip. & etiam positam in fin. nam in princip. dicit text. *contra naturam quippe est vt cùm aliquid ego teneam, tu quoque tenere videaris. postea in fin. dicit text. non enim magis eadem possess. apud duos esse potest, quàm vt tu stare videaris, vt quo ego sto, vel vbi ego sedeo, tu sedere videaris.* vtranque rationem sic declara, nam sicuti eadem tenuta, vel insistentia eiusdem rei, vel eiusdem loci occupatio, iuxta. l. 1. in princip. supra eodem, non potest per naturam esse penes plures insolidum, quia naturaliter vbi ego sedeo, tu sedere non potes, nisi me amoto, ita censetur impossibile per ius, quod naturam imitatur, vt infra statim dicam, quòd vna, & eadem possess. eiusdem loci possit esse penes duos, vel plures insolidum, siue sit naturalis possess. quæ dicitur corporalis insistentia rei, siue ciuilis, quæ animo per absentem retinetur, cùm actus ciuiles imitentur naturales, & naturalem repræsentent, vt statim dicam, & per ista habes
7 clarè enucleatum intellectum istius famosi. §. ¶† Not. primò, quòd plures non possunt eandem rem insolidum possidere. concordat. l. duo. ff. de precar. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. capit. licèt causam. in versi. cùm duo simul.
8 de proba. † Adde, quòd idem est in dominio, quia duo nõ possunt esse domini insolidum eiusddm rei. dict. §. si duob. vehiculum. Bald. Imol. & Modern. in l. 3. ff. solut. matrimon. & sic habes, quòd dominium, & possess. æquiparantur quo ad concursum pluralitatis personarum insolidum, vt hic, sed differũt quo ad concursum pluralitatis causarum, vt in §. præcedenti.
9 ¶† Secundò not. in versi. *contra naturam quippe est.* rationem regulæ præcedentis, quæ potest quadrupliciter induci duobus modis, vt conueniat naturali possess. & duobus modis, vt conueniat ciuili. Primò potest induci sic, possess. naturalis dicitur esse quædam insistentia rei. l. 1. in princip. ff. eodem. Sed impossibile est, quòd vna, & eadem insistentia naturalis eiusdem rei possit esse penes plures insolidum, vt dicit text. in fi. & isto modo ista ratio veniret ad possess. naturalem. Secundò potest induci, vt arguatur à causa productiua effectus ad ipsum effectum, nam apprehensio corporalis cum animo possidendi est causa productiua possess. vt hoc text. in princip. Sicut ego ipsa causa pos. non potest esse penes plures personas insolidum, ita nec eius effectus, & sic ipsa pos. & hoc modo etiam conuenit naturali. Tertiò potest induci, nam actus ciuiles imitantur naturales, vt infra dicam, sicut ergo insistentia naturalis respectu eiusdem rei non potest esse penes plures insolidum, ita nec insistentia ciuilis, & isto modo loquitur etiam de ciuili. Quartò potest sic induci, nam ciuilis possess. nihil aliud est nisi quædam repræsentatio naturalis tenutæ, sicut ergo ipsa tenuta non po-
10 test esse insolidum apud plures, ita nec ciuilis. ¶† Tertiò no. in versic. *Sabinus tamen,* quòd qui precario concedit, dicitur ciuiliter possidere, qui accipit naturaliter possidet. l. & habet. §. eum qui. ff. de precar. Ideo possunt insolidum possidere, quia naturalis, & ciuilis sunt pos. specie, & numero differentes, vt dictũ
11 est in l. 1. in princip. supra eod. ¶† Et sic not. quòd plures possess. specie, & numero differentes possunt esse penes plures insoli-
12 dum, & ad hoc frequenter alleg. iste text. ¶† Sed operepretium est videre quare in accipientem precario transit naturalis possess. d. l. & habet. §. eum qui. & tamen non transit in commodatarium. l. rei commodatę. ff. commoda. & l. licèt. §. rei depositæ. ff. deposi. nam in commodatarium non transit aliqua possess. sed habet nudam tenutam, & nudam detentationem, facit text. in l. officium. ad fin. infra de rei vendi. & tamen videretur dicendum totum oppositum, cùm fortior censeatur contractus commodati, qui non potest reuocari ad libitum concedentis, sicut precarium. l. in commodato. §. sicut, & ibi Bar. ff. commoda. Item in commodato est vsus certus, & limitatus, vt gl. magistra. in l. cõctus. ff. de reg. iur. Facilius ergo deberet transire possess. naturalis in commodato, quam in precario. Punctus est videre, quæ sit ratio diuersitatis. Subtiles Mod. Senen. hic in 2. no. assignant rationẽ diuersitatis satis coloratam, nam licèt commodatum sit fortius ratione reuocationis, quia commodatum, quòd fit ad certum vsum, & ad certem tempus non potest reuocari nisi finito vsu, & tempore. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. precarium autem põt pro libito concedentis qñcunque reuocari. l. cùm precario. ff. de prec. & sic quo ad reuocationẽ commodatum est fortius, quàm precarium. Tñ ratione vsus cuius respectu dr quis possidere. l. Titia. ff. de sol. fortius ius in vtendo dr esse in precario, quàm in commodato, quia in commodato vsus est limitatus, & restrictus. Sed in precario est incertus, & sic magis latus, & magis diffusus, ergo hoc respectu ius in precario dr fortius. Ideo nimirum si in precario transit naturalis possess. in recipiẽtem tanquam in hãbentem fortius ius, quamuis non transeat in cõmodato. ¶Sed tu aduerte, quòd ista ratio diuersitatis non videtur generalis, nec concludens, quia etiam in precario vsus potest esse limita-
13 tus, & certus: nam pone † concedo tibi habitationem huius domus gratis, vsus est certus, sed tempus est incertum vsque ad quantum tempus concedam, & istud est precariũ. l. Lucius ff. de don. Bar. in l. Aquilius regulus. in 1. oppo. ff. de dona. idem

Bar.

Bart.in l.1.j.de precar. & in l.in commodato. §. sicut autem.s.
commodati. Item in precario tempus potest esse certum, sed
vsus incertus, vt est text.in l.in rebus.§.fi.& l.sequen.j.de preca.
Tamen, quia hoc est contra naturam precarij non obstante
tempore certo potest concedens etiam ante illud tempus re-
uocare.l.cùm precario.j.de preca.d.Abb.in c.fi.in 2.col.de pre-
car. ego assigno aliam rationem diuersitatis, quare in precario
transit naturalis posses.in recipente, & non in commodato, eo
quia in precario est fortius ius in recipiēte, quàm in ꝯmodato,
nimirum si in precario transit naturalis posses.sed non in com-
14 modato.† Assumptum probo, nam precarium regulariter fit
ad incertum vsum, & incertum tempus, commodatum autē
ècontra fit ad certum, & limitatū vsum, & ad certum tempus
expressum, vel tacitum, ſm gloss. magistram in d.l.1. in princ.
j.de precar.& in d.l.ꝯctus.j.de reg.iur.Bar.in l.in commodato.
15 §.sicut.s.ꝯmo.Can.pręsertim.d.Abb.in c.fi.de prec.¶† Sed in-
certum ꝑꝑ dubium reputatur esse perpetuum donec reuoce-
tur.l.iurisperitos.in prin. s.de excus.tut.l.sufficit.& ibi not.Bar.
s.de condi.indebit.c.si gratiosè.de rescrip.in 6.Bar.in l.de pupil.
§.si quis ipsi prætori.in 3.q.s.de oper. nou.nun. sed illud, ꝙ est
perpetuum, censetur esse fortius ius quam illud, ꝙ est tꝑale.l.1.
§.ꝙ autem ait prætor. j. de superfi. Istam puto esse rõnem di-
16 uersitatis, licèt ab aliquo tactam nõ reperiam.¶† Quartò not,
a ex isto tex.in fi.ꝙ illud, ꝙ non potest fieri naturaliter, * non po-
test ēt fieri ciuiliter, quia ars imitatur naturam.§.minorem. in-
sti.de adop.& l.adoptio.la.1.ff.eo. & sic illud, quod est impos-
sibile naturaliter verè fieri, est impossibile per fictionem à l.in-
duci. facit. l.2. supra de vsufruct. ea.rerum, quæ vsu consu.l.si
pupilli.§.quid ergo.s.de nego. gest.vnde fictio non cadit super
impossibile de natura.glo.in l.Gallus.§.eius.vbi Bart.& alij not.
& ibi dixi.s.de libe. & posthu. & gl.in l.3.in prin.& ibi not.Bal.
17 s.pro soc. ¶† Et ad hoc, ꝙ ars imitetur naturam, adde, ꝙ per
illum. §. minorem. tenet not.d.Abb.in c.debitum. de bapti.ꝙ
inter baptizatum, & leuantem de sacro fonte, & sic patrem
spiritualem requiritur, ꝙ excedat 18.ann. & sic plena puberta-
te baptizatum, vt ibi iuncto. d.c. debitum. & reputat. d.Abb.
quasi nouum, & multi in hoc decipiuntur.¶Sed aduerte, quia
eandem rem quam ego verè possideo, alius fingitur possidere,
qn̄ dolo desijt possidere, vt in regula pro possessore.de reg. iur.
in 6.& l.parem.& l.is, qui dolo.j.de reg.iur. & l.sinantem. §.sed
& is.s.de rei vendi.ergo fingitur impossibile, ꝙ ego possideam
illud, ꝙ verè alius possidet, ergo ꝯ regulā huius tex.Sed rn̄d.ꝙ
non figitur impossibile. s. ꝙ ille, qui dolo desijt possidere, pos-
sideat. Istud non fingitur, sed bene fingitur, ꝙ possit conueniri,
acsi possideret, & sic in eius odium, vt declarat Bar.in l.natura-
18 liter.in 4. colu. j.tit.1. † vnde statutum faciens mentionem de
possessore, non habet locum in eo, qui dolo desijt possidere, li-
cèt possit conueniri, acsi possideret ſm Io.And.in d.regula pro
19 possessore.in mercuria. † Item intellige istud no. qn̄ aliqud est
impossibile & in specie, & in gn̄e non põt per l.fingi, secus si in
specie esset impossibile, tn̄ in genere est possibile, vt declarat
Bar.in l.eandem.ff.de duob.reis.& in l.sub conditione. ff.de sol.
20 & latius in l.si is, qui pro emptore.j.tit.1.¶† Quintò no. quòd
iustitia, vel iniustitia possessionis significat qualitatem non au-
tem substantiam, vel speciem possessionis, qualitas enim non
alterat speciem, vt est glo. pen.in §. fin.insti. de iure persona. &
in l.fin.§.quoties.supra de public.Bart.in l.1.in princip. in 4.col.
s.eod.& sic facit iste text.ꝯ opin.Bart.in d.l.1.in prin.s.eo.dum
vult corporalem possessionem esse tertiam speciem posses-
sionis de per se. Nam ex quo corporalis dicitur iniusta. l. clam
possidere.§.qui ad nundinas.j.eod.qualitas iniustitiæ non facit
21 diuersam speciem possessionis, vt hoc text.† Adde tn̄, ꝙ aliqn̄
iusta, vel iniusta capitur pro substantia seu pro specie separata.
l.si duo. in prin. j.vti possid.& l.quòd seruus. j.eod. Et ita capi-
tur hic in opinione Trebatij declarata, vt supra contra com-
munem opin. Expeditis textualib. antequam veniam ad gloss.
quærit Bartol.quæ possessio sit illa, quæ causet vsucapionem,
seu præsciptionem, & responde, vt hic latè per eum. Ex dictis
Barto.facias tres conclusiones.Prima est, quòd sola ciuilis pos-
sessio est, quæ causat vsucapionem, vel præscriptionem veri
dominij, sed sola naturalis non sufficit.Secunda, quòd sola na-
turalis possessio quam habent vsufructuarius, emphyteuta,
feudatarius, & similes, est potens ad vsucapionem vsusfru-
ctus, emphyteusis, & feudi, & sic ad vsucapionem iuris, quod
est contra verum dominum. Tertia conclusio, quòd ad vsu-
capionem, vel præscriptionem non requiritur vtraque pos-
22 sessio naturalis, & ciuilis simul. ¶† Circa primam con-
clusionem Bartol. post Dyn. quòd sola ciuilis est, quæ causat
vsucapionem, pro ea Dyn. allegat tres text. hic allegatos per
Bart. qui omnes loquuntur de seruo existente in fuga, qui in-
terim potest à domino vsucapi. Et tamen ciuiliter tātum pos-
sidetur, omissa solu. Iac. But. j.relata, & reprobata per Bartol.
quòd seruus existens in fuga possideatur naturaliter, & ciuili-
ter, quam Bartol. reprobat, & bene per l.si cui. §.licèt. supra de
libera.cau. ego in d.l.1.§.per seruum, qui in fuga.supra eod.di-
xi, quòd ista iura nihil probant duplici consideratione. Prima,
quia illi text. non loquuntur de vsucapione incohanda, sed de
iam cœpta perficienda, prout ibi dixit text. in verbo *impleatur vsucapio.* Sed facilius perficitur vsucapio iam cœpta, quàm de
nouo incohetur.l.cœpta.j.tit.1.& l. qui fundum. supra quem-
admod.serui.amit.& l.1.§.quæsitum.infra de aqua quotidia.&
æstiu.& text.not.in l.si fundum.supra de fund.dot. & aduerte,
quòd isto modo etiam loquitur text. in l.qui fundum. in prin.
j.pro emptore, quem Bartol. infra allegat in 3.conclusione, &
ibi dicit esse expressum, quòd sola ciuilis sufficit ad vsucapio-
nem. Sed certè etiam ille text. loquitur de vsucapione com-
plenda non autem de incohanda, vt clarè dicit text.ibi, ante-
23 quam diutinam possessionem impleret. † Confirmatur, quia
non videtur, quòd à principio possit dari ciuilis possessio sine
naturali, & sic sine nostro, vel alieno corpore. §. Neratius. in
princip.vbi not.text.supra ead.l.Bart. in l.clam possidere. §.qui
ad nundinas.in prima colum. ad fin.infra eod. licèt gloss. & alij
* *ibi commmuniter* contrarium teneant, vbi dicetur. Secundò dico,
quòd text. in d.§.per seruum, qui in fuga. dicit vtilitatis gratia
receptum esse, vt impleatur vsucapio. Et sic istud procedit iu-
re singulari in seruis fugitiuis duplici causa. Prima, ne dominia
seruorum essent in incerto.l.1. j.de vsucapion. Secunda, ne fu-
ga seuorum noceat dominis, vt dicit text.in l.Pompon.in prin.
& in l.rem, quæ nobis.infra eod. ergo in contrarium videtur
esse ius commune in alijs. l. ius singulare. & l. quod vero con-
tra.s.de legib. & in illis tribus iuribus alleg. per Dyn. non vide-
tur posse fieri bonum fundamentum. ¶Secundò dum Barto.
allegat duas glo. pro conclusione Dyn. adde tu aliam tertiam
gl.not.in cap.causam, & ibi Cano.de præscri. ¶Tertiò inquan-
tum dicit Bartol.facere illud, quòd vult gl.in l.1. C.de ser.fugi.
& in l.malè agitur.C.de præscrip.long. temp. & est similis glo.
in §.sed aliquando.institu.de vsucapion. Aliàs dicebam, quòd
iste gl. nõ bene probant solam ciuilem causare vsucapionem.
Dicunt enim ille glo. quòd habens naturalem non præscribit,
donec ciuilis est penes alium, sed posteà præscribit illo desi-
nente ciuiliter possidere. Ratio, quia tunc ciuilis accrescit na-
turali.l.sed & si noluit.cum gloss.j.eod.Ergo non probat, quòd
sola ciuilis causet vsucapionem. Præterea, & secundò facilius
est quid impedire ne fiat, quàm inducere. l. patre furioso. s.de
his, qui sunt sui, vel alien.iur.& c.quemadm. de iureiuran. Nūc
autem dico, quòd gl.in d.l.1.in fin.C.de seru. fugi. bene probat
ex ratione, qua mouetur ad ita dicendum, quia si diceremus,
quòd ille, qui habet naturalem præscriberet durāte ciuili apud
alium, sequeretur, quòd etiam ille, qui ciuiliter possidet, præ-
scriberet, & consequenter, quod duo præscriberent, & sic duo
efficerentur domini insolidum, contra l.si vt certo.§.si duobus
vehiculum.ff.commoda.ergo bene probat gloss.quòd solà ci-
uili causetur vsucapio, & ita posteà reperi, quòd illam gloss.
inducit Bartol.in sequenti quæstione, dum tractat de corpora-
li possessione. Quartò inquantum Bartol. infra pro conclusio-
ne Dyn.allegat duos text.Primò. l.si id, quod. §.final. in verbo
vtilius.j.eod. secundò. l.qui fundo.in princip. vbi dicit esse ex-
pressum.j.pro empto.An isti text. probent, reseruo dicendum.
j.in 3. conclusione, vt sequar ordinem Bartol. ¶Vltra Bartol.
Adde pro ista conclusione glo.& Docto. duos bonos text.in l.
si quis fundum.in versi.sed & Pompon.infra eod. & in l.locū.
§.ꝑprietarius.s.de vsufruct.vbi nudus proprietarius, qui tantū
ciuiliter possidet, vt l.sciendum. in princip. supra qui satisdare
cogan.etiam si sciat alium esse vsufructuarium, & sic naturali-
24 ter possidere, tamen ex sola ciuili præscribit. ¶† Tenendo
istam sententiam, eam amplia, quòd non solum possessio ci-
uilis vera causat vsucapionem, & præsciptionem, sed etiam
ciuilis ficta, vt probat text.in l.prima.§. per seruum corporali-
ter.supra eod.in verbo videri, quod fictionem importat. l.pri-
ma.§.deiecisse.cum similib. infra de vi, & vi arma. vbi debitor
non habet nisi ciuilem fictam in seruo pignorato, & tamen
præscribit, & vsucapit, vt ibi est text.& ibi dixi. ad idem text. in
25 l. captam. infra titul. primo. Item dum Bartol. & *alij tenent,*
* quòd naturalis sola non sufficit ad præscriptionem veri domi-
nij per text.in l. acquiritur. in fi. supra tit.primo. & ibi tex. assi-
gnat duas rationes. Adde text. in l. neque. & ibi Bald. ad hoc
not.C.de vsufruct.idem tenet Bartol. in l. Celsus.in 3.column.
infra

A D D I T I O.

a ¶Naturaliter. Adde cap.debitum.de bapti.c.quoniam in plerisque.de offi.or-
din.c.vlt.18.& c.sing. 89.distin.

infra titul. 1. & ita habes expeditam primam concluſionem
26 Bartol. ¶† Circa ſecundam concluſionem Bartol. quòd poſ-
ſeſſio naturalis ſola, quam habent vſufructuarius, emphyteu-
ta, feudatarius, & ſimiles cauſat præſcriptionem talium iu-
rium. Adde primò inquantum Bart.ad probãdum,quòd vſu-
fructuarius, qui naturaliter poſſidet,poteſt vſumfructum præ-
ſcribere,allegat text.in l.final. in fin. C.de præſcrip. long.temp.
27 ¶† Punctus eſt videre, an illa lex loquatur de præſcriptione
extinctiua vſusfructus,an de præſcriptione acquiſitiua vſusfru
ctus.Bart. ſimpliciter ſequendo Vltramon.tenet, quòd loqua-
tur de præſcriptione acquiſitiua. Idem tenet Bartol. in l. iuſto.
§.non mutat.infra titu.primo.Aduerte, quia eſt ſubtilis paſſus,
contra hoc arguit Aret.quia tex.in d.l.fin.in fin.æquiparat præ-
ſcriptionem vſusfructus,& aliarum ſeruitutum realium. Mo-
do in ſeruitutibus realibus non habentibus cauſam continuã
procedit præſcriptio extinctiua ſeruitutis, ſed non acquiſitiua.
l.ſeruitutes magna.ſupra de ſeruitut.ergo idem in præſcriptio-
ne vſusfructus, quòd loquatur de extinctiua. Poſteà reſpon.
Aret.quòd ille text. debet intelligi, quòd propter identitatem
rõnis potius æquiparet vſumfructum ſeruitutib.hñtib.cauſam
continuam, quàm diſcontinuam, quia in vtraque poteſt con-
tinuari poſſeſſio, & ſic cauſari præſcriptio, licèt diuerſa ratio-
ne,nam in ſeruitutibus realibus continuatur poſſeſſio propter
continuum vſum, ſed in vſufructu per continuationem ani-
mi,ex quo poteſt continuari poſſeſſio ciuilis. l.licèt. C.eodem.
ſed non placet propter text. ibi,qui in fin.dicit, & cæteræ ſer-
28 uitutes, cùm dictio † cæteræ, ſit repetitiua ſimilium,per gloſſ.
in l.ſi fugitiui.cum ſimilib. C.de ſer.fugit.vnde dic, quòd con-
gruentior eſt æquiparatio ſi fiat ad præſcriptionem extincti-
uam, quia tunc non reſtringitur generalitas illius text. ſed ſi in-
telligimus de præſcriptione acquiſitiua,oportet, quod reſtrin-
gamus illum text. ad ſeruitutes habentes cauſam continuam,
ſed in dubio capienda eſt interpretatio, quæ legem generali-
ter loquentem non reſtringat.l.prima.§.generaliter. cum ſimi-
lib.ſupra de legat.præſtand.ſed tu potes illam l.final. in fin. for-
titer inducere pro opinion.Bartol.& Vltramont.quòd loqua-
tur de præſcriptione acquiſitiua,quia ille verſi.ſe refert ad præ-
cedentia, & dicit eſſe idem ius, dum dicit *eadem obſeruanda in
præſcriptione vſusfructus, quæ in pærſcriptione ſoli*, ſed text.ſupra in
præſcriptione ſoli,& ſic rerum immobilium loquitur de præ-
ſcriptione acquiſitiua, ergo ſimiliter & finis debet de eadem
loqui. Iſtud videtur facere pro Bartol. & Vltramonta. ¶Sed
in contrarium fortiter ſtringit ille tex.dùm dicit nulla ſcientia,
vel ignorantia eſt ſpectanda. Poſteà in fin.dicit eodem.obſer-
uando in vſufructu, & cæteris ſeruitutibus realibus, ergo im-
poſſibile eſt, quod loquatur de præſcriptione vſusfructus ac-
quiſitiua, nam quaſi poſſeſſio iuris, qua præſcribit ius vſuſ-
fructus, & ſeruitutis realis, nihil aliud eſt, quàm aduerſarij
ſcientia,& patientia.l.penul.ſupra de ſerui.& l.3.§.dare.de vſu-
fruct.& ſic requiritur,quòd aduerſarius ſciat,& text.in d.l.fina.
dicit, quòd ibi præſcriptio currit ignoranti, ſicut ſcienti,ergo
non poteſt loqui de præſcriptione vſusfructus acquiſitiua, ſed
extinctiua, & ita tenet ipſemet Bartol. in dicta l. penult. & ibi
Ange.& Floria. ſupra de ſeruituti. & licèt gloſſ.in l. ſecunda.in
gloſſ.prima.C.de ſerui.& aqua.intelligat illam l.final. in verſic.
fin.referri ad præcedentia quantum ad tempus, ſed non quan-
tum ad ſcientiam,nihil eſt,ſed eſt truffa. Salua tamen Bart.vt
29 ſtatim inferius dicam. ¶† Secundò inquantum Bar.circa.l. ſi
ego. §. primo. ſupra de publicia. dicit aduertendum,quòd dũ
ille text. loquitur de ſeruitute reali, vel perſonali, debet intel-
ligi de ſeruitutibus habentibus cauſam continuam,Barto.non
videtur bene dicere, ſi ita ſimpliciter intelligatur, quia iſta di-
ſtinctio,an habeat cauſam continuam,vel diſcontinuam bene
procedit in ſeruitutibus realibus, quæ debentur à re rei, nam
cùm res animum non habeant, non poteſt dici, quòd conti-
nuo animo poſſideant, ſecus in ſeruitutibus perſonalibus, vt
vſusfructus, quæ debentur à re perſonæ. Bartol. malè dixit, ſi
ita intellexit, quia per animum poſſidentis bene poteſt conti-
nuari poſſeſſio.ita tenet,& melius Bartol. in l.iuſto. §.non mu-
tat.infra titul.primo.& in dict.l.ſi ego. §. primo. & ſequitur do.
Ant.in dict.capitul.de quarta. de præſcriptio. & ita oportet te
30 intelligere Bartol.hic, aliàs malè loqueretur. ¶† Tertiò prin-
cipaliter inquantum Bartol. tenet, quòd poſſeſſio naturalis,
quam habet vſufructuarius,emphyteuta,feudatarius,& ſimi-
les, cauſat præſciptionem talis iuris. In hoc malè videtur lo-
* qui,*& communiter reprehenditur* per Imol. & Modern. hic, quia
imò talis præſcriptio cauſatur à quaſi poſſeſſione naturali, &
ciuili, quam habet in iure vſufructuarius, licèt etiam rem na-
turaliter poſſideat.idem in emphyteuta, feudatario, & ſimili-
bus,vt eſt gloſſ.in l.ait prætor. §.item ei.ſupra ex quib.cau.ma-
ior.& in l.ſi plures.§.deiectum.j.de vi,& vi arma. Bart. met in
l.naturaliter.in princip.j.titu.1.& eſt bonus text.in l.qui vſum-
fructum.ſupra ſi vſusfruct.peta.& probatur in l.fin.j.vti poſſi-
det.& ita tenet Bald.in l.certum. C. de rei vendi. & in c. ſi quis
per 30. ſi de feud. fuer.controuer. inter do.& agna. Angel.in l.
nemo.& in l. pen.C de præſcrip. long.tempo. & quòd iſtud ſit
verum,patet, quia ſi naturalis poſſeſſio fundi cauſaret prȩſcri-
ptionem vſufructuario, deberet præſcribere fundum, quem
poſſidet, & non vſumfr.l. ſine poſſeſſione. j. titul. 1.confirma-
tur per illud,quod Bartol. met tenet infra in ſequen. colum. in
3.quæſtio. dum vult, quòd acquiſitio fructuum, quam habet
vſufruct. non cauſetur à naturali poſſeſsione rei, ſed à quaſi
poſſeſsione iuris, ergo idem in præſcrip. arguendo de acquiſi-
tione fructuum ad præſcriptionem,cùm hæc duo æquiparen-
tur.l.ſi ego.§.partus.ſ.de publicia & ita iſtam ratione Bar.etiam
reprobant Pau.de Caſtr.& Modern.in l.1.in princip.vbi etiam
dixi.ſupra eod.& Paul.de Caſt.in l.1.in vlt.colum. C.de ſer. fu-
gi. ¶Sed aduerte vltra alios inquantum impugnatur Bartol.in
primo, & in tertio fundamento,nam poteſt optimè ſaluari in
vtroque,quando quis habuit titulum vſusfructus, vel alterius
ſeruitutis realis à non domino, quo caſu propriè tractatur de
præſcriptione,nam ſi aliquis, qui non erat dominus,conceſsit,
aut vendidit mihi ſeruitutem, ego poſſum vtendo eam præ-
ſcribere, nec tunc requiritur ſcientia veri domini, ſicut quan-
do præſcribitur verum dominium contra eum, & ita propriè
loquitur.d.l.fin.ad fin.C.de præſcrip.long.tempo.Nec tunc re-
31 quiritur † ſcientia,aut patientia veri domini, ita eſt bonus tex.
in d.l.ſi ego.§.1.ſ.de publi.in verbo traditis, vel per patientiam
conſtitutis,vbi eſt text. quòd iſte ſeruitutes poſſunt acquiri per
traditionem factam à non domino ipſius fundi, quando titul.
habetur à non domino,vel per patientiam veri domini,& ita
tenet Cyn.in l.ſecunda.in 7.quæſtio.C.de ſerui.& aqua.& mul-
tum not. Paul.de Caſtr. quem omnino videas in l. ſeruit. ma-
gna.in penul.col. de ſer. vbi dicit, quòd iſta eſt ſingularis limi-
tatio, & perpetuò tenenda menti, & quòd pauci ad eam ad-
uertunt,& ita etiam dixi in l. 1. in princip. ſupra eod. & ita ha-
32 bes expeditam ſecundam concluſionem Bartol.¶† Circa ter-
tiam principal. concluſionem Bartol. quòd ad vſucapionem
vel præſcriptionem non requiritur vtraque poſſeſsio natura-
lis,& ciuilis ſimul, ſed ſola ciuilis ſufficit. Licèt ita ſit tenendũ,
* & ita teneant glo.Bar.& *communiter Doctor.*tamen credo, quòd
diſputatiuè poſſet teneri opin. Iacob. Butr. quam reprehendit
Bartol.quòd imò requiratur vtraque poſſeſsio ſimul naturalis,
& ciuilis ad cauſãdum vſucapionem, vel præſcriptionem per
duo iura allegata per Iacob.Butr.ad quem Bartol. non realiter
reſpon.¶Secundò,qa vt dixi.ſupra à prin.non poteſt eſſe ciui-
uilis ſine naturali,vt dixi ſupra, & dicam plenius in l.clã poſsi-
dere.§.qui ad nundinas.vbi Bartol.& omnes ponunt.infrà eod.
tamen Bartol. ad hoc reſpond. quòd per hoc non ſequitur, ꝙ
vtraque requiratur,prout reſpond.Bartol.ad l.nemo.C.eod.al-
legatam per Iacob. Butr. Et ad tria iura ſuperius allegata per
Dyn.quòd ſeruum fugitiuum dominus poſsdet ciuiliter tan-
tum,& eum præſcribit,ergo ex ſola ciuili cauſatur præſciptio.
omiſſa ſolu. Iac. But.quam Bar. hic bene reprehendit, ego ſu-
perius reſpondi alijs duob.modis.¶Similiter nõ obſt.duo text.
quos allegat hic Bartol.contra Iacob.Butr.primò tex. in l.ſi id,
quòd.§.1.j.eod.Are.dicit,& benè,ꝙ ille text.nihil probat, quia
licèt dicat, ꝙ vtilius eſt eum, qui egreditur fundum,retinere
poſſeſsionem ciuilem animo, per hoc non ſequitur,ergo ciui-
lis eſt potens ad præſcribendum, & ſi dicas, prout voluit dice-
re Bart.ꝙ text. ibi conſiderat vtilitatem, & vtilitas principaliter
eſt in præſcriptione,dicit Are.dato,ꝙ non ſequatur vtilitas prȩ
ſcriptionis,tñ ſequuntur aliæ vtilitates. ſ.pp acquiſitionem fru-
ctuum,vt ſtatim.j.dicam.in 3.q.Bar.item vt poſsit propria au-
ctoritate repellere occupantem.l.3. §.cùm igitur. & l. qui poſ-
ſeſsionem,& vtrobique gl.j. de vi, & vi arma. & l.clam poſsi-
dere.§.final.j.eod.item ratione interdicti,vel alterius commo-
di poſſeſsionis.l.1.in fin.j.vti poſsid.niſi dicas defendendo Bart.
ꝙ text.ibi dicit vtilius in cõparatiuo,vnde cùm maior ſit vtili-
tas præſcriptionis,quàm aliæ,illud ibi conſiderat text.¶Secun-
dò,& fortius vrget text. in l.qui fundum.in princip. cum glo.j.
pro empto. vbi poſt deſertionem fundi factam à ſeruis con-
iungitur poſſeſsio defuncti cum poſſeſsione hæredis ad præ-
ſcribendum,ſed hæres habebat ſolùm ciuilem,ergo ibi eſt tex.
quòd ſola ciuilis cauſat præſcriptionem. Et illum text. etiam
allegat ad hoc Bart.in l.1. §. per ſeruum, qui in fuga.ſ. eod. &
ſemper Bartol.facit de illo text. magnum capitale. ¶Sed de-
fendendo diſputatiuè,vt dixi,opinio. Iaco. Butr. ad illum text.
reſpondetur dupliciter, primò, ꝙ loquitur de præſcriptione iã
cȩpta perficienda. Et illa facilius perficitur quàm de nouo in-
cohetur,vt dixi etiam ſupra.Secundò, & notabilius reſponde-
tur,quòd ibi eſt hæreditas iacens, quæ perficit illã præſcriptio-
nem

nem incohatam à defuncto, vt l.cœptam. ʒ.titu.1. Non autem eſt ipſe hæres, qui nondum apprehenderat poſſeſſionem tempore, quo ſerui deſeruerunt illum fundum, quicquid ibi dicat glo. iſtud ſatis colligitur ex l.præcedenti. in fin. vbi fuit dictum, ꝙ præſcriptio à teſtatore cœpta eo modo perficitur, dato, q̄d hæres nondum actualem poſſeſſionem apprehenderit, eo q̄a hæreditas vſucapionem, vel præſcriptionem inchoatam bene perficit. d.l.cœptam. modo in l.ſequen. ſ. in d.l. qui fundum. in princip. ponitur alius caſus magis dubitabilis, quando cœpta erat præſcriptio fundi per dominum, qui habebat ſeruos in hæreditate, per quos retinebat illum fundum, & illi ſerui mortuo teſtatore receſſerant de poſſeſſione illius fundi, an hæreditas perficiet talem præſcriptionem, decidit ibi text. quòd ſic, nō autem decidit, quia ciuiliter ipſe hæres illum fundum poſſideret, vt ibi vult glo. Et iſta diſputatiuè ſint dicta, non recedas tamen à communi ſententia. Et ita eſt expedita tertia, & vlti.
33 concluſio Bart. & ſic prima eius quæſtio. ¶† Secundò quærit Bartol. an corporalis poſſeſſio ſit ſufficiens ad vſucapionem, vel præſcriptionem, & tenet, quòd non per rationem de qua
* hic per eum, & cum Bartol. tranſeunt *indifferenter omnes, nemo aliquid addit*. ¶ Tu aduerte circa fundamentum Bart. quia ille, qui iuit ad nundinas, erat dominus. Ergo ipſe non poteſt vſucapere. l.ſequitur. §.lana. infra de vſucapio. prout arguit Bart. & glo. Barto. & omnes in d.l.1. in gl. magna ad fi. C. de ſer. fugi. loquuntur expreſsè in domino abſente, qui retinet ciuilem animo, & ſi tu diceres, dato, ꝙ ille abſens, qui iuit ad nundinas, eſſet dominus, certè militat ratio Bart. quia ex quo ille erat dominus, ingreſſus poſſeſſionem ex corporali, non poteſt vſucapere, quia ſic duo eſſent domini, quia dico, quòd præſcribens occidit dominium, cui aduerſatur ſecundum glo. in §. præcedenti. in verſi. poſſideo. in fin. vbi dixi, & expreſsè Bart. ſupra in præcedenti quæſtione. Ergo non eſſent duo domini effectualiter, ex quo ſecundus præſcribens perimit dominium primi. vnde ſecundò videretur poſſe dici Bart. præſupponere, quòd in l.ſi id, quòd. infra eod. allegata per eum, abſens, qui poſſidebat ciuiliter, non erat dominus, ſed vſucapiebat, vt probatur ex illo text. in verſi. vtilius. cùm vtilitas principaliter ſit in vſucapione, & ita expreſsè Bart. inducit illum text. in præcedenti quæſtione circa fi. Iſto modo intelligendo militaret ratio Bart. quòd duo vſucaperent. Sed caue, quia contra hoc videtur dari bona inſtantia, & ſic, quòd poſſint dari duæ ciuiles in eadem re, vna vt dixi in profecto ad nundinas, qui non erat dominus, ſed vſucapiebat, & ſic habebat ciuilem. alia in bonæ fidei poſſeſſore, qui illum fundū bona fide emit, nam poſſidet naturaliter, & ciuiliter ſecundum Barto. in ſequenti quæſtio. in fin. vbi dicam. Et ſic non loquor in occupante, nec in corporali poſſeſſore, quem conſtat iniuſtè poſſidere, ſed loquor in bonæ fi-
34 dei poſſeſſore. ¶† Tertiò quærit Barto. quæ poſſeſſio ſit illa,
a quæ eſt cauſa acquiſitionis fructuum,[a] & concludit cum gl. hic, quòd eſt ſola ciuilis, & de hoc dicit ſe dare text. in l.ſi fur. aliàs eſt. §.ſub. l.arboribus. ſupra de vſufruct. ſed caue, quia ille text. loquitur in ciuiliter poſſidente, qui etiam eſt dominus, & ſic loquitur in proprietario, non autem probatur, quòd ciuiliter poſſidens, qui non eſt dominus, faciat fructus ſuos, vnde cùm ille text. loquatur in ciuiliter poſſidente, qui eſt dominus, certè videtur potius acquirere fructus ratione dominij. l. fructus, ſupra de rei vendic. Bald. in capit. 1. qui feud. dar. poſſunt. vnde iſta concluſio melius videtur probari in l. qui ſcit. §. in alieno. ſupra de vſur. allegata in gloſſ. nam ibi vnus tertius coluit fundū, & ſeminauit, & fructus collegit, ergo habet naturalem poſſeſſionem, vt eſt gloſſ. not. in l.3. C. fini. regun. Alius bonæ fidei poſſeſſor exiſtens extra fundum dicitur habere ciuilem. l.clam poſſidere. §.qui ad nundinas. ʒ. eod. & facit fructus ſuos. Ergo ibi probatur, quòd ſola ciuilis eſt cauſa acquiſitionis fructuū. ¶ Sed tu diligenter attende, an dict. §. in alieno. pro-
* bet *iſtam communem concluſionem*. Et primò conſidera, quòd text. ibi non aperit, quis fuerit ille, qui coluit fundum, ſeminauit, & fructus recollegit, an fuerit vnus tertius, an verò ipſe bonæ fidei poſſeſſor. & text. ibi impersonaliter loquitur in alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus eſt, frumentum ſeuit. Pondera illud verbum imperſonale *frumentum ſeuit*, & ſic non aperit, an tertius, an ipſe bonę fidei poſſeſſor, & ſi intelligamus, quòd bonæ fidei poſſeſſor eſt ille, qui ſeminauit frumentum alienum, prout ibi videntur probare aliqua ſequentia verba text. ille tex. nihil faceret pro communi, licèt in verſi. bonæ fidei dicat à quolibet ſati. ¶ Secundò dato, quòd ibi tertius coluit, ſeminauit, & fructus collegit, quòd per hoc ille tertius haberet naturalem poſſeſſionem, non videtur bona illatio, quia ſtat, quòd aliquis ſeminauerit fundum, & fructus collegerit, & tamen ego non amiſerim poſſeſſionem naturalem, puta, ſi hoc fecit me exiſtente in fundo, vel etiam extra, ſed fundus erat in conſpectu, vel de proximo poteram ingredi, quo caſu poſſeſſio naturalis non amittitur, vt eſt gl. in l.1. ſupra eodē. ergo nō bene apparet in illo tex. ꝙ ſola ciuili acquirãtur fructus, cùm non concludatur neceſſariò in illo text. quòd bonæ fidei poſſerſſor non haberet etiam naturalem, vnde tu potes inducere illum text. alio modo pro concluſione gloſſ. Bart. & Doctor. dum ibi æquiparat acquiſitionem fructuum his, quæ ſerui ex operis ſuis acquirunt, ſed ex operis ſerui, quem dominus ciuiliter tantum poſſidet, dominus acquirit. l.ſi cui. §. licèt. ſupra de liberal. cau. & l.1. §. per ſeruum, qui in fuga. ſ̃. eod. Ergo
35 eo. modo poterūt acquiri fructus ratione ſolius ciuilis. ¶† Se-
* cundò aduerte, inquantum *omnes circa dictum*. §. in alieno. volunt, quòd bonæ fidei poſſeor ciuiliter poſſideat, & Bartol. in fi. huius q̄ſtionis dicit, ꝙ bonæ fidei poſſeſſor exiſtēs extra fundū ciuiliter poſſideat, & quòd iſta ciuilis cauſet acquiſitionem fructuum, dato hoc pro vero, videtur reſultare inconueniens, de quo in text. quod ponit Bartol. in præcedenti quæſtione, quòd duo ciuiliter poſsdeant eadem rem inſolidum eodem tempore, nam primns non dico dominus, ſed bonæ fidei poſſeſſor, qui ſe abſentauit, & iuit ad nūdinas, retinet ciuilem poſſeſsionem animo, prout loquitur Bartol. ſupra in præcedenti quæſtione. Pone, quòd eo abſente, & ſic ciuiliter poſsidente aliquis emat bona fide à non domino eandem rem, & iſte ſecundus bonę fidei poſſeſſor ſe abſentet, ipſe etiam ciuiliter poſſidet ſecundum Bar. & omnes hic, ergo erunt duo ciuiliter inſolidum eadem rem poſsidentes. Nec obſtat ſi ſubtiliter diceres, quòd donec primus abſens retinet ciuilem animo, & ſic ſaltem vſque ad decem annos, quibus cauſatur obliuio, non poteſt ſecundus ciuiliter poſsidere, per glo. not. in l.1. in gl. magna. in fin. vbi dixi. C. de ſer. fugit. cum ſuis concord. quia dico, quòd illa glo. procedit in vero domino, qui iuit ad nundinas, & alius eſt ingreſſus poſſeſsionem domini abſentis, tūc iſte ingreſſus poſsidet naturaliter tantum, & iniuſtè. l.clam poſsidere. §.qui ad nundinas. ʒ. eod. & tunc bene verum eſt, quòd lapſo decennio illa corporalis trahit ad ſe ciuilem, vt dicit gloſſ. not. in l.ſed & ſi nolit. ʒ. eod. expreſsè Bartol. hic in penult. colum. in fin. Sed nos non ſumus in iſtis terminis, non enim loquitur in primo domino, qui iuit ad nundinas, prout loquitur gloſſ. in dict. l.1. C. de ſer. fugit. ſed loquimur in eo, qui vſucapiebat, ergo non dominus, prout loquitur Bartol. in ſecunda quæſtio. præcedenti, deinde nos non loquimur in eo, qui apprehendit poſſeſsionem abſentis iniuſtè, & ſic habet ſolùm corporalem, ſed loquimur in bonæ fidei poſſeſſore, qui bona fide, & titulo acquiſiuit illum fundum, quo caſu ſtatim acquirit dominiū, & publicianam, & ſic vſucapiendi conditionem, toto titulo. ff. de publicia. & §. ſed iſte. inſtit. de actio. & iſte bonæ fidei poſſeſſor ſi exeat fundum, & vadat in partes remotas, poſsidet tamē ciuiliter, ſecundum Bartol. & omnes hic, ergo duo inſolidū eandem rem ciuiliter poſsident, quamuis gloſſ. magna hic circa fin. velit, quòd ſi ſunt duo bonæ fidei poſſeſsores, qui eodē tempore, vel diuerſis eandem rem bona fide poſsideant, quòd non poſſunt ambo ciuiliter poſsidere. ibidem ſuper illa gl. di-
36 cetur. ¶† Vltra Bartol. & duos text. ſuperius allegatos iſta cōcluſio gloſſ. & Doctor. poteſt bene comprobari. nam vſucapio, & acquiſitio fructuum æquiparantur. l.ſi ego. §. partus. ſupra de publicia. ſed ciuilis ſola cauſat vſucapionem, prout vidimus. ſ̃. in 1. q. ergo ciuilis ſola debet cauſare acquiſitionem fructuum, imò fortius, & ſtrictius inducit Are. hic, nam diffici-
37 lius ꝓcedit vſucapio, quàm acquiſitio fructuum. † Iſtud aſſumptum, ꝓbat, q̄a error iuris impedit vſucapionem, & tñ nō impedit acquiſitionem fructuum. gl. in l.ſi fur. §.1. ʒ. tit.1. & in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ſ̃. de peti. hæred. & ibi Bart aſsignat rationē differentiæ, ſed ex ſola ciuili procedit vſucap. vt dixi, ergo fortius acquiſitio fructuum. pro iſto aſſumpto Aret. adde bonum textum, qui ita arguit in l. bonæ fidei. in princip. ſupra tit.1. & in glo. not. in l.2. & ibi Bald. C. ſi quis igno. rem mino. emer. ſed caue, quia iſta ratio Aret. poteſt retorqueri ad oppoſitum, ꝙ imò difficilius procedat acquſitio fructuum, quàm vſucapio.
38 Nam ad vſucapionem ſufficit de iure ciuili ab initio bona fi-
b des, & mala fides poſtea ſuperueniens non interrumpit[b] vſucapionem. l.vnica. C. de vſucapionib. transfor. Et tamen in fructibus

ADDITIONES.

a ¶Fructuum. Habes hic, quæ poſſeſſio cauſet fructuum acquiſitionem, regulam affirmatiuam limitat dupliciter Alexand. conſil. 73. libr. 2. viſo themate colu. 2. * Et dic, quòd hanc ſequitur, & communem dicit Villa. inter commu. opin. lib. 14. verſi. poſſeſſio. ex glo. in §. ſi quis à non domino. inſtit. de rer. diuiſ. Quomodo autem probanda ſit ciuilis poſſeſſio, ſcribit Aymo conſil. 5. num. 11. MAVER.

b Non interrumpit. Adde Doctor. in c. cùm non liceat, & in c. ſi diligenti. de præſcription.

ctibus mala fides siue ab initio, siue ex post facto superueniat, semper impedit acquisitionem fructuum. l. sed si lege. §. de eo antem. s̃. de petit. hæred. & ibi Bart. relinquit cogitandum de ratione diuersitatis. Tu potes dicere, quod ratio diuersitatis sit, quia in acquisitione fructuũ non requiritur titulus, sed sufficit, quòd absit mala fides secundum Bartol. in d. l. si lege. §. scire autem. Bal. in l. 1. in 2. colum. C. de vsufruct. leg. & sic sufficit locũ habere bonam fidem, quæ causat acquisitionem fructuum. ergo apparet, quòd habet debilius ius quàm præscribens, qui habet & titulum, & bonam fidem, vnde nimirum si mala fides superueniens impediat acquisitionem fructuum, sed non
39 vsucapionem, vnde dic, † quod se habent vt excedentia, & excessa, prout habes de hoc text. not. qui hoc ostendit in l. bonæ fidei. in princip. iuncto versic. in contrario quæritur. supra
40 tit. 1. ¶† Vltimò inquantum Bart. circa. §. si quis à non domino. inst. de rer. diuis. vbi tex. assignat rationem, quare bonæ fidei possessor faciat fructus suos, & dicit *propter culturam, & curam.* Ista ratio per se non videtur sufficiens per text. in l. qui scit. §. in alieno. s̃. de vsur. dum ibi dicit text. quia in percipiendis fructibus magis inspicitur ius loci, ex quo percipiuntur quàm ius seminis ex quo oriuntur. ideo Bartol. assignat aliam rationem, quia bonę fidei possessor naturaliter, & ciuiliter possidet. d. §. in alieno. ¶Adde, quòd aliam rationem, quare bonæ fidei pos-
a sessor [a] faciat fructus suos, assignat tex. in l. bonæ fidei. in princ. supra titul. 1. non quidem propter solam curam, & culturam, quia non solùm eos qui diligentia, & opera eius prouenerunt, sed omnes fructus acquirit. Sed eo, quia quo ad fructus bonæ fidei possessor loco domini penè est, & sic ratione dominij. l. fructus. & ibi Bar. supra de rei vendi. ergo non ratione ciuili. Et rationem dominij etiam assignat text. in d. l. qui scit. §. in alieno. in fin. s̃. de vsur. & sic etiam vtraque ratio Bart. simul iuncta non videtur de per se posse stare, nisi etiam illa alia iungatur. Nec est inconueniens, quòd multæ rationes finales militẽt ad causandum vnam dispositionem. §. affinitatis. cum gl. institu. de nup. l. si ventri. §. in bonis. cum simılib. ĩ. de priuileg. credi. Et ita habes expeditas omnes 3 quæstio. Bartol. ¶Capio gl. primam magnam, quam diuide in tres partes principales. In prima continuat istum. §. ad præcedentem. Et ista est clara. In secunda latè disputat de qua possessione loquatur iste. §. & refert quatuor opin. In tertia, & vltima propè fin. format vnam quæstionem. Secunda ibi, & not. quod Roger. Quarta, & vltima prope fin. ibi, sed quid si ille. Rursus secunda pars principalis subdiuiditur in septem. In prima timore contrarij, quod statim formabo, ponitur prima opinio. Roge. & Placent. In secũda reprobatio Ioan. In tertia opinio aliorum. In quarta eorum reprobatio effectualiter per tria fundamenta. In quinta ponitur opinio Mart. & alia quarta ratio contra præcedentem opi. In sexta ponitur vera opin. sol. In septima, & vltima contra illam glo. opponit, & soluit. Secunda ibi, sed Ioan. dixit. Tertia ibi, dicunt indistinctè. Quarta ibi, sed secundum Ioan. non sequitur. Quinta ibi, quod Mart. dicitur admisisse. Sexta ibi, dic ergo secundum Ioan. Septima, & vltima est ibi, sed contra. ĩ. vti possidе. In prima parte huius secundæ partis principalis oppone plenius, quàm Barto. quod iste. §. non possit procedere in ciuili possessione, nec etiam in naturali, & sic nullo modo quòd in ciuili non procedat, assume oppositionem Barto. cessante ratione legis cessat eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. s̃. de iure patro. capitul. cùm cessante. de appellationib. sed ratio huius. §. procedit in naturali, ergo non habet locum in ciuili, quia ego possum ita habere animum possidendi insolidum, sicut & tu, quod autem iste. §. non possit procedere etiam in naturali possessione, opponitur sic, nam possessio naturalis acquiritur per aspectum oculorum. l. 1. §. si iusserim. supra eo. l. quod meo. §. si venditorem. ĩ. eod. ergo duo aspicientes eandem rem possidẽt naturaliter insolidum. & istud est, quod adducit Bar.
41 infra circa. 2. opin. Marti. relatam in gloss. ¶† In secunda parte secundæ partis principalis inquantum gloss. secundum Ioan. tenet creditorem omnino possidere rem pignoratam, & sic naturaliter, & ciuiliter, debitorem autem nullo modo. Dic melius, quòd debitor possidet rem pignoratam ciuiliter quo ad duos effectus, scilicet quo ad effectum vsucapionis, & acquisitionis fructuum. dict. l. prima. §. per seruum corporaliter. supra eod. Sed creditor possidet ciuiliter quo ad alios effectus. l. si de eo. in princip. & ibi Bartol. not. infra eod. & sic ambo possident eandem rem ciuiliter, sed diuersis respectibus, & ad diuersos effectus, nec dicas, quod Bar. teneat istam gl. in hoc, nam bene eam recitat, sed posteà de veritate se remittit ad gloss. melius examinantem istum passum in l. cùm notissimi. C. de præscri.
42 30. annor. † Simile in bonæ fidei possessore, qui existens extra fundum possidet ciuiliter ratione quasi dominij. l. qui scit. §. in alieno. supra de vsur. Barto. supra in tertia quęstio. & verus dominus eiusdem fundi se absentans, qui similiter possidet ciuiliter eundem fundum, sed ratione veri dominij. l. clam possidere. §. final. & l. si id, quod. §. final. infra eodem. & sic duo possidẽt ciuiliter eandẽ rẽ diuersis respectibus, & ad diuersos effectus, & circa hoc vide, quod fortius dixi supra in tertia quæstione
43 Bartol. & etiã in secunda. ¶† Secundò dum glo. de marito & muliere dicit, quòd mulier nullo modo possidet, sed maritus per l. Pompon. §. in dotem. & ibi gloss. infa eod. caue, quia in oppositum videtur refragari text. allegatus in glo. in l. sciendum. §. si fundus. supra qui satisda. cogant. vbi text. dicit, *tam vxor, quàm maritus eiusdem fundi in dotem dati poßessores intelliguntur*, siue intelligas text. de naturali, siue de ciuili, text. ille vult, quòd ambo possideant eundem fundum insolidum, sed respond. quòd ambo intelligũtur possidere quo ad euadendum satisdationem de iudicio sisti, de qua loquitur illa. l. & ille titulus, & ita etiam respond. glo. hic, ratio, quia cessat præsumptio fugæ, ex quo ambo habent fundum dotalem in loco, sed quo
44 ad alia solus maritus possidet. † Tertiò diligenter aduerte inquantum glo. formaliter subdit secundum Ioan. Item feudatarium, & emphyteutam quos dixit Roger. habere ciuilem rationem iuris, quod habent in re, Io. dixit nullam ciuilem habere, sed naturalem tantum. Ista sunt formalia verba gloss. Bart.
* & omnes *transeunt cum gloss.* ¶Ego valde admiror, quia gloss. & omnes malè, & inaduertenter loquuntur, & multum æquiuocauerunt in verbis Roge. Nam Roger. dixit meram veritatem,
45 quòd † emphyteuta, & feudatarius habẽt ciuilẽ ratione iuris, quod habent in re, quia habẽt quasi possessionem naturalem, & ciuilem in iure feudali, vel emphyteutico, vt est glo. in l. ait prætor. §. item ei. supra ex quibus causis maio. & glo. in l. si plures. §. deiectum. infra de vi, & vi arma. Bartol. met in l. naturaliter. in princip. infra eod. & dixi supra in prima quæstio. Bartol. bene verum est, quòd ipsum fundum possident naturaliter tantum. ita loquitur dicta lex naturaliter, & hoc respectu habent interdictum vnde vi, & vti possidet. vt sequitur in glo. respectu ergo ipsius rei, seu fundi emphyteutici, vel feudalis solus dominus habet ciuilem possessionem, & ipsi naturalem, sed ratione iuris, quod habent in rẽ, prout formaliter refert Ioan. Roge. habent quasi possessionem ciuilem, & naturalem, vt dixi, nec propter hoc duo dicuntur eandem rem ciuiliter insolidum possidere, prout gloss. dicit secundum Ioan. & pro certo malè, & vt dixi, miror, quod Scribentes non aduertant, quia bene verum est, quod in ipso fundo emphyteutico, vel feudali dominus habet ciuilem, & ipsi naturalem, vt dixi, sed respectu quasi possessionis iuris ipsi possident ciuiliter, & sic in diuersis rebus, & speciebus, & sic omnino cessat reprobatio gl. secundum Ioan. quæ gloss. pro certo æquiuocauit super opin. Roge. quia Roge. loquitur de iure, & gloss. loquitur de fundo. bene verum est, quod habent quasi possessionem istorum iurium propter ipsam rem, quam naturaliter possidẽt, vt declarat Bartol. in l. si quis in tantam. in penult. colum. C. vnde vi, &
46 ista est pura, & mera veritas conclusionem. † tamen glo. & Io. quòd emphyt. vassallus, & similes non possident ciuiliter ipsam rem, confirmat Bar. quia sequeretur, quòd quilibet eorum faceret fructus suos, quod esse non debet. Sed profectò ista ratio est fragilis, quia emphyte. dato, quod haberet ciuilem, ideo solus facit fructus suos, quia illos percipit de voluntate directi domini. patet, quia simplex colonus, qui nullam habet possessionem, sed simplicem detentationem, tamen, quia voluntate domini percipit, facit fructus suos. l. si seruus. la secunda. § lo-
47 caui. infra de fur. & l. si merces. §. vis maior. supra loca. ¶† Item inquantum vult gloss. quod emphyteuta, vassallus, & similes dicantur naturaliter possidere ipsum fundum, glo. bene dicit per l. naturaliter. in prin. ĩ. eod. idem tenet gl. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. supra commodat. cum concordant. allegatis per Bartol. hic. idem tenet Bartol. hic. idem tenet Bartol. in l. secunda. C. de iure emphyteutic. & ibidem Bald. in secunda
48 columna. imo fortius etiam † conductor ad longum tempus dicitur naturaliter possidere, secundum glo. in dict. § si duob. facit text. cum gloss. l. si quis ante. infra eodem. facit ratio, quia talis cõductor ad longum tẽps dicitur habere vtile dominium in re cõducta ad longum tempus, sicut emphyteuta. l. 1. §. ꝙ autem. ĩ. de superfic. l. 1. in fin. cum l. seq. s̃. si ager vectigal. vel emphyt. peta. ergo similiter debet habere naturalem pos-
49 sessionem. ¶† In tertia parte secundæ partis principalis, dũ glo. ponit aliam opin. mirabilem aliorum, ꝙ duo possint indistinctè

ADDITIO.

a ¶Possessor. Adde, quæ scribit Pract. Pap. for. libel. actio. real. versi. simul cum fructibus. numer. 3. & sequen. vbi dixi, & not. Gabriel. commun. opin. lib. 5. tit. de acquir. rer. dom. conclus. 2. MASVER.

ſtinctâ in quolibet caſu ciuiliter inſolidum poſsidere, licèt non
naturaliter. Glo.& Ioan.reprobant per l.cùm hæredes.§.fina. ĵ.
eo. vbi liber homó nõ poteſt ſcienter poſsideri pp impedimẽ-
tum rei.ita quando res non vacat, ſed ab alio ciuiliter poſsde-
tur. Confirmat Barto.quia impedimentum rei, & cauſæ æqui-
parantur.allegat.§.1.ſ.ead.l.& l.cùm vnus.§.fin cum l.ſeq. ĵ.de
bon.autho.iudic.poſ.credo, quòd voluit inducere hoc modo,
quia ſicut incertitudo, & ſic cauſa impedit acquiſitionem poſ-
ſeſsionis, ſic impedimentum rei, quia non poſsit pedibus cal-
50 cari, eo qa ſit innũdata à mare. ¶† In quinta parte huius ſecũ-
dæ partis dum glo.refert tertiam opin.Mart.caue, quia ſi opin.
Mart. eſſet, prout etiam ſimpliciter refert glo. ſ. duos poſſe na-
turaliter inſolidum poſſidere, eſſet fatua, quia eſſet de directo
contra iſtum text. ſed Martinus intellexit de ficta naturali, qđ
patet, continuando cum verbis proximè præcedentibus in gl.
dum dicit ſi ambo exeamus de fundo, & ſimus in conſpectu;
& ſic loquitur in naturali ficta per aſpectum oculorum. Et ꝙ
iſta ſit mens Mart. patet, quia glo.dicit, quòd Mart.dicitur ad-
miſiſſe, illud relatiuum, quod, eſt relatiuum proximè pręcedẽ-
tium, & tunc Barto. bene non probat, quia naturalis poſſeſſio
acquiritur per aſpectum oculorum. Et ſic duo aſpicientes
poſſiderent naturaliter, ſed Bartol.reprobat & bene, pręſertim
quia ſi verè non poſſunt duo naturaliter inſolidum poſſidere,
51 ergo nec fictè, vt hoc text. ¶† Item inquantum glo. in iſta 5.
parte vult, ꝙ ſi plures bona fide ab aliquo tertio emerint vno
tẽpore, vel diuerſis fundum eius, qui iuit ad nũdinas, quòd nõ
poſsident ciuiliter ſi exeant fundum, quia ſequeretur inconue-
niens, quòd ex ciuili plures vſucaperent. Et ſic efficerentur do-
mini eiuſdem rei inſolidum. contra. l. ſi vt certo. §. ſi duobus
vehiculum.§.commoda.& l.hæreditate. §. pater. ĵ.de caſtrenſ.
pecu. Item plures facerent fructus ſuos inſolidum, quòd eſt
* impoſsibile: *Cum gloſſ.Bart. & omnes tenent.* ſi ita teneamus, vide-
tur ceſſare difficultas, quam moui ſupra in tertia quæſtio.Bart.
vbi Bartol. vult, quòd bonæ fidei poſſeſſor exiſtens extra fun-
dum poſsidet ciuiliter, & idem Bald. in 2.quæſtio. præcedenti
tenet, quòd ille, qui iuit ad nundinas, poſsidebat fundum ciuili-
ter, & ſic vſucapiebat per l.id, quod. §.fin. ad fin. in verbo vti-
lius. infra eodem. Ergo duo poſsidebant eundem fundum ci-
uiliter. Item vltra iſtos duos dominus verus fundi, qui erat
abſens, etiam ciuiliter poſsidebat animo eundem fundum.
Ergo ſunt tres ciuilter eundem fundum inſolidum poſsiden-
tes. Si teneamus iſtam concluſionem gloſ. & Doctor. videtur
difficultas ceſſare, quia ceſſaret dictus concurſus ciuilium poſ-
ſeſsionum. ¶Sed aduerte, ꝙ donec verus dñs perdiderit ſuam
ciuilem, vel ex eo, ꝙ ſuſpicetur ſe poſſe repelli, iuxta.l. clã poſ-
ſidere.§.fi.& l.ſequen.& l.ſi id, quod.§.fi.ĵ.eo.& §. ſi qs nunciet.
52 ĵ.ea. l. vel ex eo, † quòd ſit lapſum decennium, per quod cau-
ſatur obliuio ciuilis, ſecundum glo.notab.in d.l.1. in gloſſ.ma-
gna.ad fin. cum concordan. C.de ſeru.fugi. Interim non pote-
rit alius ciuiliter poſsidere, & ſic nec vſucapere, nec fructus
ſuos facere. Poſteà autem ſic, & tunc quando vſuceperit, pri-
mum dominium perimit, & occidit, ſecundum gl. in § præce-
denti in verbo poſsideo. ad fin. vbi dixi, & Barto. ſupra 1. q. Et
ſic non erunt duo effectualiter domini, ſed tantum ille, qui
vſuceperit. ¶Quantum verò ad ipſos bonæ fidei poſſeſſores
glo.hic dicit, quod ſiue diuerſis temporibus, ſiue eodem eme-
rint, non poſsidebunt ciuiliter, nec vſucapient. Licèt cum gl.
* *omnes tranſeant*, tamen videtur, quòd ille cui prius fuit res tradi-
ta, & ſic, qui prius poſſedit, habeat ciuilem, & vſucapiat, per
textum clarum in l.ſiue autem.§.ſi duobus. ſupra de publicia.
& ſi eodem tempore à diuerſis non dominis emerint, melior
eſt conditio poſsidentis, vt ibi eſt text. Cum impoſsibile ſit
ambos naturaliter ſimul poſsidere, vt hoc text.imò fortius te-
net Aret.hic in penultima columna. ad fin. & vlt. quòd ſi duo
emerent eandem rem eodem tempore à diuerſis non domi-
nis bona fide, quòd eſſent duo quaſi domini inſolidum, & cõ-
peteret duplex publiciana, quia aliàs non eſſet par cauſa, ſi
quaſi dominium non eſſet penes ambo, & vtrique non com-
peteret publiciana, per dict. l. ſiue autem. §. in duobus. Profe-
cto ſi hoc eſſet verum, eſſet valde notabil. Et daretur magna
limitatio ad regulam, quæ habet, quòd duo domini non poſ-
ſunt concurrere in eãdem rem inſolidum.dict.l.ſi vt certo.§.ſi
53 duobus vehiculum. † Limitatur in quaſi dominio, quia duo
quaſi dominia eiuſdem rei poſſunt eſſe penes duos inſolidum.
ita ſingulariter tenet Aret.hic. Alij non tangunt. vltra cum tu
potes confirmare, quia licèt dominium non poſsit haberi ex
pluribus cauſis diuerſo tempore concurrentibus, vt in §. præ-
cedenti, tamen quaſi dominium, & ſic publiciana poteſt ha-
beri ex pluribus cauſis, prout tenet Bartol.in dict.§.præceden-
ti.ad fin. vbi dixi. ¶Ego nullatenus puto verum eſſe illud,
quod tenet Are.quòd in exemplo ſupra poſito ſit duplex qua-
ſi dominium inſolidum penes duos, & vtrique competat pu-
bliciana, quia ſi vtrique competeret publiciana, ergo vterque
vſucaperet, quia iſta ſunt conuertibilia, publicianam compe-
tere, & vſucapere.l.eum qui.in prin.ſ. de publicia.Bar.ſupra in
1.quæſt.in duob. locis, ergo vterque efficeretur dominus inſo-
lidum, quod eſt impoſſibile, vt dixi. Item vterque faceret fru-
ctus ſuos inſolidum, quod eſt etiam impoſſibile, vt hac gloſſ.
* cum qua *omnes tenent*. ¶Item aduerte, quòd quando plures ha-
bent titulum in vna re à diuerſis non dominis bona fide, non
omnes habent publicianam, & ſic vſucapionem, & acquiſitio
nem fructuum, quia ad hoc, vt alicui competat publiciana,
oportet; quòd ſibi tradatur poſſeſſio vacua; quæ non ſit per
alium ciuiliter poſſeſſa, quia ſi induceretur in poſſeſſionem
non vacuam non poſſet vſucapere, ergo nec publicianam ha-
bere. dict. l. eum qui.in principio. nam oportet poſſeſſionem
54 eſſe vacuam, & † quod per alium non poſſideatur ciuiliter,
ad hoc, vt quis vſucapiat, vel præſcribat, vt eſt glo. not.in dict.
a l.prima.in glo.magna ad fin.C.de ſeru. fugit. [a] & in l.malè agi-
tur cum concordant.C.de præſcript.triginta anno. & ita in pu-
55 bliciana, † quòd poſſeſſio debeat eſſe tradita vacua à ciuili
* alterius, eſt *communis concluſio* Bartol. & omnium, vbi videas in
l.cùm res.C.de probatio.Barto.in l.Celſus.infra titul.1.Io.And.
in addi. Specul. in tit.de cauſa poſſeſ. & proprieta. §. nunc vi-
dendum.in additio.magna, quæ incipit, In hoc eſt.Bald.in di-
cta l.eum qui.§.prætor.domin.Alexand. hic in vltima colum.
& in conſil.130.5.volum.incip. viſa facti narratione. Et quan-
do ambo aſſererẽt ſe ciuiliter inſolidum poſſidere nulli appa-
reret quæſita poſſeſſio vacua à ciuili poſſeſſione alterius, ergo
nulli eorum competeret præſcrip.nec acquiſitio fructuum ſe-
cundum Bartol.in dicta l.Celſus. & in alijs locis. ſupra allegan
licèt Aret.hic quem retuli ſupra velit contrarium, & male. Et
ita habes bene enucleatam iſtam materiam, aliàs inuolutam,
56 nec per alios ſic fundamentaliter explicatam. ¶† In ſexta
parte *communiter approbatur* iſta vltima opinio.Ioan.quam Bar-
tol.dicit eſſe veram, & veriſſimam, quòd iſte text. loquatur de
vtraque poſſeſſione tam ciuili, quàm naturali, eam tene. ¶Ex-
tra iſtam partem gloſſ. Bartol. per viam quæſtionum format
duas oppoſitio.vnam contra ciuilem poſſeſſionem, quod duo
poſsint ciuiliter poſsidere, aliam contra naturalem, quòd ſimi-
57 liter duo poſsint naturaliter poſsidere. † Prima opin. eſt de l.
aliena.§.ſi pluribus.ſupra de pignorat. action. & l. ſi fundus.§.ſi
duo. ſupra de pignor. vbi ſi pluribus creditoribus eadem res
fuerit pignorata, omnium æqualis eſt conditio, ergo omnes ci-
uiliter poſsident. reſpond. Bartol. iſtos plures creditores non
poſsidere ciuiliter propter duo abſurda, quæ reſultarent. pri-
mò propter fructus, quos creditor facit ſuos, licèt compenſen
tur in debitum principale.l.prima, & ſecunda. C.de pignorati.
actione.Ergo duo, vel plures facerent fructus ſuos inſolidum,
quod eſt impoſsibile, vt hac gloſ. Secundò, quia creditor ha-
bet poteſtatem vendendi, & ſic ſi omnes venderent diuerſis
perſonis, quilibet transferret ciuilem, & vſucapiendi conditio-
nem, vnde deueniretur ad inconueniens, quod plures poſsint
fieri domini inſolidum eiuſdem rei. prætereà vltra Bartol.cre-
ditor poteſt dominium rei pignoratæ transferre in alium ſer-
uata ſolennitate. l. final. C. de iure do.impe. & ſic plures poſ-
* ſent fieri domini inſolidum. cum Bartol. *tranſeunt alij omnes in-
differenter.* ¶Tu aduerte, quòd contra primam rationem Bart.
fortiter facit, nam fructus pignoris ſunt hypothecati credito-
ri, tex.eſt in l.3.C.in quib.cau. pig. taci. ꝯha. ergo non ſunt ſui.l.
58 neque pignus.ĵ.de reg.iur. & l.1. C.de pact.pig. † Nec obſtat.l.
prima & ſecunda.C.de pig.actio.alleg.per Barto.& l.1.C.de re-
miſ.pig. vbi fructus rei pignoratę ipſo iure extenuãt debitum,
quia intelligitur de fructibus conſumptis.nam tunc æſtimatio
in ſortem compenſata illam ipſo iure extenuat, quia tunc fit
compenſatio de quantitate ad quantitatem, ſecus ſi extarent.
d.l.tertia.C.in quibus cau.pign.taci. contraha.ita tenent Bar.&
Doct.in d.l.1.C.de pigno.actio.& in l. diuortio. §. ob donatio-
nem.ſ.ſolut.matri.Bald.in c.cùm ſuper.in vlti. col. de re iudic.
niſi ſalues Bart. quando fructus rei pignoratæ conſiſterent in
pecunia, vt penſiones domorum, nam tunc creditor faceret
59 pecuniam ſuam, licèt compenſaret in ſortem. ¶† Circa ſecũ-
dam rationem Bartol. dum dicit, ſi plures creditores vende-
rent diuerſis perſonis, quilibet transferret vſucapiendi condi-
tionẽ. Iſtud non videtur bene dictum, quia imò creditor alie-
nando ex ptãte debitoris transferret dñium, vt eſt tex.inſti. qb.
alie.licèt, vel nõ, in prin. Nec dicas, ꝙ Bar.loquatur, qñ res alie-
na

ADDTIO.

a ¶Ser. fugit. Pro qua vide, quæ ſcribit Emanuel Suarez.lib.recep.ſenten.ver-
ſic.poſſeſſio ciuilis.

na fuit pignorata, quo casu creditor alienando non pōt transferre dñium, sed transfert vsucapiendi conditionem. Hoc non videtur posse stare, quia res aliena non potest pignorari. l. aliena res. s̃. de pig. actio. & l. rem alienam. cum gl. ff. de contrahen. emp. salua Bart. qñ debitor habet quasi dñium, & sic publicianam in re quam pignorauit, vt est text. in l. si ab eo. s̃. de pig. dixi plenius in l. 1. §. per seruum corporaliter. s̃. eod. & sic debitor tunc non habet dominium, nec etiam res est in totum alie
60 na. ¶ † Secundò per viam quæstionis opponit Bart. ꝙ duo possunt naturaliter insolidum eandem rem possidere, per l. fi. in fi. ff. vti possid. Et fatetur Bart. verum, qñ naturales possessiones sunt diuersæ numero, & tendunt ad diuersum effectum, vt patet in possessione naturali, quam habet vsuarius in fundo, & in alia naturali q̃ habet vsufructuarius in eodem fundo. nam cū sint diuersæ numero, & diuersi effectus, insolidum concurrūt, vt ibi, & ita habes not. limitationem ad hunc text. cum Bart. tenent Io. de Imo. Raph. Cu. & d. Alex. hic. ꝯrium tenent Pau. de Cast. & Aret. hic, quia aliàs esset absurdum. de quo dixi in gl. & esset ꝯ rationem istius text. quia etiā ex diuersis iuribus, & causis duo naturaliter, & verè non possunt stare in eodem loco, vt patet ad sensum, vnde ꝙ est impossibile per naturam, etiā est
61 impossibile de iure, vt hoc text. † Item vsuarius, & vsufructuarius dicuntur æqualiter possidere non autem insolidum, & sic sequuntur glo. in d. l. fin. ȷ̃. vti possid. & in l. vni. C. eod. mouetur Pau. de Cast. q̃a licèt vsufructuarius separatim habeat plus iuris quàm vsuarius, tñ si concurrunt, illud non impedit, quin æqualiter possideant. l. si finita. §. cùm autem. s̃. de dam. infect. vbi si ex pluribus creditoribus missis in possessionem, vnus est creditor in parua summa, alius in magna, tñ ambo mittuntur æqualiter in possessionem, & faciunt partes per concursum. vnde licèt vsus sit incertus, & variabilis, pars tamen possessionis erit certa. Sed caue, quia text. in d. §. cùm autem. loquitur in missione ex primo, & secundo decreto, quæ est apta ad acquisitionem dñij. d. l. si finita. §. Iul. & potest resultare absurditas, ꝙ duo possint esse dñi insolidum contra l. si vt certo. § si duob. vehiculum. s̃. commo. quæ ratio cessat hic in vsuario, & vsufructuario, vt hic per Bart. Et ita respondet. d. Alex. & ante eū Bar. hic circa fin. Sed tu aduerte, quia ista sol. bene est, quare ibi nō possideat quilibet insolidum, sed non tollit difficultatem, quare ibi incertitudo ratione loci, & quotæ respectu iuris creditorum non impediat, quin possideant pro parte pro indiuiso, ꝙ est directò contra fundamentum Bart. hic. Item vltra Pau. de Cast. adde, ꝙ ipsemet Bart. alibi sequitur gl. in d. l. fi. ꝙ ibi ęqualiter possideant. Ita tenet Bart. sibi contrarius in l. si duo. in prin. in vlt. colu. ȷ̃. vti possid. Nec obstat. d. l. fin in fin. quia licèt dicat vsuario, & vsufructuario dari interdictum vti possid. non sequitur, ergo insolidum possident, patet, quia etiam ei, qui possidet partem tm̃ in fundo, datur interdictum vti possidetis. l. 1. §. hoc interdictum locum habet. ȷ̃. vti possid. Item contra Bar. adducit Aret. rationem, q̃ dicit esse fortem. nam text. hic, & in l. duo. ȷ̃. de preca. dicunt, ꝙ duo non possunt naturaliter possidere duabus possessionib. iustis, sed ſm doctrinam Bart. hoc esset falsum, q̃a si duo habeant titulum, & bonam fidem à diuersis in eadem re, vnusquisque istorum diceretur habere diuersum ius, idest quasi dominium, & sic diuersam possessionem numero, licèt non specie, & sic iste concursus admittitur, ꝙ tñ videtur falsum. ¶ Sed tu defendendo Bart. responde, ꝙ Bart. loquitur, qñ sunt duo tituli, & duæ possessiones solùm differentes numero, tñ producūt varios, & diuersos effectus, vt in vsuario, & vsufructuario, sed in eo, ꝙ dicit Aret. parerent eundem
62 effectū, idest quasi dñium. ¶ † Vltra Pau. de Cast. & Aret. aliud, est, ꝙ ineuitabiliter stringit contra Bart. nam Bart. fundat se in d. l. fin. in fin. ȷ̃. vti possid. quæ lex nihil vr̃ facere, eo q̃a non loquitur de possessione naturali fundi, prout loquitur Bart. sed loquitur de quasi poss. iuris incorporalis, quæ cùm non circūscribatur loco, bene potest esse apud plures insolidum, prout tenet Bart. ȷ̃. in pen. q. alleg. l. via constitui. §. fin. s̃. de serui. rusti. prædi. & l. 2. §. ex his. ȷ̃. de verb. oblig. & in hoc deceptus est Bar. circa d. l. fin. in fin. & ita perpendit subtilis Raph. Cu. hic, & ad hoc ponderat Aret. gl. in d. l. fin. in verbo defendat, dum exponit possessionem, idest quasi possessionem, ergo non loquitur de possessione naturali fundi. d. Alex. hic refert, ꝙ istam vlt. opi. reprehendit ipsemet Bart. in d. l. fin. & in l. naturaliter. in prin. ȷ̃. eod. quia non est verum, ꝙ d l. fin. loquatur de quasi poss. iuris incorporalis, ꝙ ostenditur euidenter, quia ibi cōceditur interdictum vti possidetis etiam contra alium, q̃ contra dominum non patientem possidere, ergo non potest loqui de quasi possessione iuris incorporalis, eo quia nō dicitur esse in quasi possessione illius iuris nisi quo ad dominum, qui pręstat talem patientiam, non respectu aliorum, qui talem patientiā non præstant. Confirmat d. Alex. quia text. in d. l. fin. non dicit quasi pos-

sessionem nec interdictum vtile dari, & tamen iura incorporalia non possidentur, sed quasi, vt hac. l. nostra in princip. & l. seruus. §. incorporales. supra titu. 1. & pro incorporalibus non competit interdictum directum, sed vtile. l. pen. supra de serui. & l. 1. in princip. infra vti possid. ¶ Sed tu aduerte, licèt ista videantur colorata ad defensionem Barto. hic, tamen non sunt vera, nec est vera prædicta ratio Barto. quia imò vsufructuarius, & vsuarius dicuntur esse in quasi possessione etiam respectu aliorum vltra dominum, patet, quia per traditionem rei corporalis factam à domino quis efficitur possessor nō solùm quo ad dominum, sed etiam quo ad vnumquemq; alium, & istud nō habet dubium: eadem ratione in quasi possessione iuris incorporalis patientia mihi præstita à domino, quæ habet vim traditionis. l. 3. §. dare. s̃. de vsufruct. & l. quoties. 2. s̃. de serui. debet me constituere in quasi possessione non solùm quo ad dominum, sed etiam quo ad quemcunque alium, & ita expressè tenent Imo. Raph. Cu. & Lud. Rom. in l. naturaliter. in prin. ȷ̃. eod. & ibidem. dom. Alexan. sibi contrarius, vbi in hoc
* *omnes reprehendunt* Bar. vltra eos tu confirma, quia tex. in d. l. fi. ȷ̃. vti possi. superius alleg. formaliter dicit, si alter vsumfructum, alter possessionem sibi defendat, & sic, qui agit pro vsufructu, non dicitur agere ratione possessionis fundi, sed ratione quasi possessionis iuris, ergo cùm posteà tex. ibi in fi. dicat, *alter vsum, alter vsumfructum tueatur*, non loquitur de naturali possessione fundi, sed de quasi possessione iuris incorporalis, & sic concludo, quòd Barto. & sequaces fuerunt decepti in text. dictę. l. fin. in fin. quæ non probat conclusionem Barto. quòd vsuarius, & vsufructuarius possideant naturaliter insolidum fundum, cū non loquatur de possessione naturali fundi, sed de quasi possessione iuris incorporalis, quæ bene potest esse apud plures
63 insolidum, vt prædixi, & ista est veritas. ¶ † Successiuè quærit Bar. an corporalis possessio possit esse apud plures insolidum, & determinat, quòd non, eo quia corporalis possessio est istius naturæ, quòd si desinat ciuiliter possidere, qui eam habebat, corporalis trahit ad se illam ciuilem. allegat glo. in l. clam possidere. §. fin. sed debuit allegare in l. seq. quæ incip. & si noluit. nota diligenter istam decisionem Barto. nam Barto. hic videtur melius loqui quàm sit locutus in l. 1. in princip. in 2. chart. supra eod. vbi Barto. tenet, quòd licèt ciuilis possessio sit apta ad acquisitionem dominij, tamen corporalis possessio solùm habet effectū retentionis, & recuperationis imò videtur, quòd potentia etiam possit habere effectum vsucap. & acquisitionis dominij, si contingat corporalem possessionem trahere ad se ciuilem, vt hic declarat Barto. secundum quem suppleas Bart.
64 in l. 1. in princip. in 2. char. supra eod. ¶ † Quærit etiam Bartol. quomodo plures possint possidere diuersis possessionibus nume. & specie insolidum, & tenet, quod quinque, in exemplo hic per eum posito, & multiplicatis personis si fundus esset
65 magnus, posset fieri multiplicatio possessionum. ¶ † Nota di-
a ligenter ex verbis Barto. quod emphyteuta potest facere vsufructuarium, & vsuarium in fundo emphyteutico sine consensu directi domini, per text. in l. 1. §. fin. ȷ̃. de superfic. quamuis Bart. istud non clarè aperiat. Sed hoc expressè firmat Bart. in l. 1. §. item in fundo. s̃. quib. mod. vsufr. amit. per illum text. qui dicit, ꝙ emphyteuta potest facere alium vsufructuarium, dicit ibi Bald. ꝙ non credit, ꝙ requiratur consensus dñi. Et istud ponit. d. Ale. hic in duobus locis in 31. col. & cōmendat, & simpliciter sequitur istam decisionē, & dicit se habuisse de facto. Adde, ꝙ ita consuluit ipse d. Alex. in cons. 120. inc. super eo, ꝙ quęritur. in fin. Idem confirmat ipsemet d. Alex. hic in pen. col. Motus bona rōne, q̃a emphyteuta faciendo vsufructuarium, vel vsuarium non transfert in eos vtile dominium, ꝙ habet, nec sua melioramenta, non ergo prohibetur, quia non sumus in prohibitione. l. fin. C. de iure emphy. & c. potuit. de loc. ¶ Iste est punctus not. adde in ꝯrium facere, quia emphy. est prohibitus alienare sine consensu domini. d. cap. potuit. & d. l. fin. sed prohibitus alienare prohibetur vsumfructum constituere. l. fin. C. de reb. alie. non alie. nec obst. text. in d. l. 1. §. item in fundo. s̃.

ADDITIO.

a ¶ Emphyteuta. Adde, quòd cons. Alex. est 120. in 1. vol. & vide Alex. de Neuo Vicentium in rep. cap. potuit. de loca. & adde Lud. sing. 626.

* Et dic, quod emphyteuta non potest absente, vel inuito domino rem alteri concedere. c. potuit. de loc. l. fi. C. de iure emphy. Rom. sing. 626. vbi quærit, an sine consensu domini possit rem illam in vsumfructum dare, & ibi refert Bald. dicentem, quòd sic per text. in l. 1. §. item in fundo. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. cuius contrarium tenet Rom. vbi s̃. per l. fin. C. de reb. alien. non alie. Qua in q. opi. Bald. sequitur Alex. cons. 120. in fi. lib. 1. vbi Doc. in apost. sustinent contrariū. opi. verò Rom. seq̃tur Crem. sing. 85. Tiraq. de retra. cōsangu. §. 1. gl. vlt. nu. 41. Catel. vers. Emphyteuta non potest alienare. de quo etiam per Bero. famil. q. 95. Clar. §. emphy. q. 20. Curt. tract. feu. 4. part. vers. decimoquinto quæro. nu. 106. Rol. cons. 59. nu. 7. & 12. & 20. lib. 2. MASVER.

do.§.quib. mod.vſusfr. qa text. ibi nihil dicit de conſenſu dñi, vnde ſuppletur per iura præalleg. ꝙ poteſt vſumfr. conſtituere.ſ. interueniente conſenſu dñi, & ita reprobat Lud. Rom.in ſing.ſuis in ſing.626.inc. Scis, ꝙ emphyteuta non poteſt abſen-
66 te, vel inuito dño. † Tu confirma vltra eum, qa etiam vaſallus in re feudali non poteſt conſtituere vſumfructum, vel ſeruitutem in fundo ſine conſenſu domini, vt eſt gl.no.& approbata in c.1.§. preterea.in verbo alienationes feudi factas.de ca-
* pi.Corra. in vſib.feud. Et illa *gl.eſt communiter approbata* ſecundũ d.Alex.conſi.18.5.vol.inci. Attẽtis narratis in themate. in 1.col. ſed vaſallus,& emphy in hoc æquiparantur, vt in vtroque requiratur conſenſus domini. Nec obſt. text. in d.l.1.§. item in fundo, quia text.ibi expreſſè dicit iure conſtitutus. Ergo cum conſenſu domini,licèt gl.ibi exponat iure.ſ. prætorio propter illud,quòd ibi dixit tex.in prin.qui nihil facit,melius facit.l.1.§. fi.ȷ.de ſuperficie.qui dicit, *ſeritutes prætorio iure conſtituuntur*, & gl.ibi declarat,quãdo conſtituuntur ab eo, qui non eſt directo dominus. Et ſi diceres,ſi ille text.intelligatur,ꝙ vbi vſusfructus fuit iure conſtitutus,hoc eſt cum conſenſu domini,iſto modo eſſet de indubitabili, & omnino ſuperfluus,quia emphy. cum conſenſu domini poteſt totum alienare, ergo multò magis vſumfructuum conſtituere,dic,quòd ille text. non dubitat de hoc,an emphy.poſſit facere vſufructuarium,ſed ponit pro cõſtanti,ꝙ de iure faciat, ſed dubitat,an talis vſusfr. pereat capitis diminutione,& qua capitis diminutione,iſta eſt principalis dubitatio illius text. & ideo non videtur bene induci ad propoſitum. Ita poſſet diſputando teneri contra Bart. & clarius Bal.& d.Alex.¶Tñ pro eorũ opinione bene facit, ꝙ latius tenet Bald. in l.3.C.de ſeruitu.vbi finaliter cõcludit, ꝙ emphyteuta põt in re emphyt. ſeruitutem imponere ſine conſenſu domini, & vltra Bald.allego de hoc gl.ord.in l.3.ſupra de ſeruitu.tit. generali.& text. in c. 1.§. quid ergo.de inueſti.de re.alie. fact. quem Bal. ibi ad hoc reputat multum ſingularem, quòd ẽt vaſallus põt conſtituere ſeruitutem in re feudali ſine conſenſu domi-
a ni.Intellige a quo ad præiudicium ipſius vaſſalli, non aũt quo ad præiudicium ipſius domini,per gl.quam proximè allegaui
67 d.c.1.§.1.de capi.Corra.¶†Vltimò quærit Bartol. Duo vſuarij eiuſdem fundi quomodo poſſideant, quando ſunt inſolidum conſtituti in eadem re,iuxta.l. vſus pars.de vſu, & habi.dic, vt hic per eum, & aduerte inquantum ſub compendio concludit, quòd ciuilis poſſeſſio non põt eſſe niſi vna,quia vnum eſt dominium,Bart. bene loquitur reſpectu dominij. Quid ergo reſpectu quaſi dominij, & ſic reſpectu bonæ fidei poſſeſſoris,
68 nunquid † bonæ fidei poſſeſſor, qui habet quaſi dominium, ciuiliter poſſideat? Bar.ſ.in 3.q.tenuit, ꝙ ſic.Sed iſtud quomodo procedat, fundamentaliter & planè declaraui in quinta par
69 ticula huius gl. magnæ. ¶†Secundò dum dicit Bart.quòd naturalis poſſeſſio reſpectu dominij vna eſt, quia vnum eſt vtile dominium, Bart.videtur in hoc malè dicere, quia imò dominium vtile eſt multiplex, prout declarat magiſtraliter Bart. in l.ſi quis vi.§.differentia.in antepe. q.ȷ.eo. vbi quærit,an vtile dominium ſit vnum, vel plura,& tenet, ꝙ plura:vnum, quod contradicit directo domino,quod acquiritur per præſcriptionem:aliud, quod recognoſcit directum dominum in ſuperiorem,ita eſt illud,quòd habent emphyteuta, feudatarius, & ſimiles,& ita etiam tenet Bart.met ſ.in 2.col.Sed aduerte,quòd Bart. hic loquitur de dominio vtili recognocente directum, cuius reſpectu poſſidemus naturaliter tantum. In alio aũt dominio,quod acquirimus per præſcriptionem, ibi poſſidemus ciuiliter, quia ciuilis poſſeſſio eſt, quæ ſola cauſat præſcriptionem,vt dixi.ſ.in text.in 1.q.& ſic mens Bart.hic fuit loqui de eo vtili dominio,cuius cauſa poſſidemus naturaliter tantum, & non ciuiliter, & niſi ita intelligatur Bart. malè diceret. ¶Sum in tertia, & vlt.part.prin. huius glo. quæ eſt propè fin.ibi, ſed quid ſi ille, qui habet naturalem. Pro cuius intelligentia ad-
b uerte,ꝙ iſta gl.præſupponit,ꝙ vaſſallus b poteſt alij dare in feudum abſque conſenſu directi domini, & ſimiliter emphyteuta põt facere alium emphyteutam in re emphyteutica,nec requiritur cõſenſus directi domini.Idem preſupponit gl.in l.vni. ad fi.C. vti poſſi.& gl.in l.ſi vt certo. §.ſi duobus vehiculum.ſ. commod. Videamus ante omnia, an vtrunque ſit verum, & in feudo Bald. in c.certum.in pen.col.de iudi.formaliter dicit, *quòd quando vaſſallus alienat de voluntate domini, deſinit omnino eſſe feudatarius tam quo ad poſſeſſionem quam quo ad vtile dominium*, vt no.gl.hic,& in d.l.ſi vt certo. §.ſi duob.vehiculum,& ſic pondera, ꝙ Bal.vr̃ intelligere iſtas gl.vt procedãt interueniẽte conſenſu directi dñi.facit vltea eũ, quia non conſentiente directo dño dicitur potius conceſſio facta, vt commoditatẽ rei feuda
70 lis percipiat,ꝗ vt ius aliquod ſit tranſl atũ. † Tu aũt dic, ꝙ feudatarius põt infeudare alij æque idoneo ad ſeruiendũ pro feudo,& ſic pari, vel meliori ſine licentia, aut conſenſu dñi,vt eſt tex.in c.1.in prin.in verſi.ſi verò,vel totũ.qualiter olim feu.pote.alie.& text.in c.1.§.ſimiliter,& ibi Bal.de lege Corradi.& tex. in c.1.§.1.& ibi Bal.not.per quos fiat inueſti.& tex.in c.1.§.calidis.& in §.illud quoq;.de prohi. feu.alie.ꝑ Frid.& in.c.1.§.itẽ in eadem.de no.feu. Bal.in c.1. circa fi. prin. in pen. col. qui feud. dare poſſ. vbi Bald. alleg.multas concord. ad hoc. Bald.in cap. ſanè. in penul. colum. ad fin. & ſequen. de renun. & habes de hoc gl.quæ plenè diſputat,& ꝗ omnino videas in c.1.§.præterea.in verbo, alienationis,& ibi Bal. de capi. Corra.vbi ẽt gl.& Bal. ponunt,an iſtud procedat in feudo eccleſiaſtico. & gl.in c. quæ in eccleſiarum.in verbo, feudũ.de cõſtit.Idem no.d.Abb. in c.ex tranſmiſſa.in 4.no.per illũ text.de for.cõp.Spec.in tit.de feu.§. quoniam.verſi.38.Bal. in Auth. niſi rogati.in 3. col.C. ad Treb. & dicit in propoſito Bal. in d.c.quę in eccleſiarũ.in 7.col. ad fi. ꝙ infeudatio debet fieri æque idoneo ad ſeruiendum in feudo,nec requiritur ęqualitas in alio,quàm in ſeruitijs,& pręſumitur ſecundus æqualis ſi eſt eiuſdem dignitatis, prout primus,vt ſi miles infeudet alij militi,de quo ẽt vide not.Bal.in c.
71 ſanè.in vlt.col.de renun. ¶†Quare autem permittitur vaſallo, ꝙ alienet per feudum, & non per venditionem,reſpon.Bald.in d.c. quæ in eccleſiarum.in 8. col. quia homines ſunt faciliores ad vendendum propter dulcedinem pecunię quàm ad donãdum,vel concedendum in feudum.l.fi.C. de præd.curia.lib.10. Item feuda conſiſtunt in beneficijs amore,& honore.c.j.§.pe. quib.mod.feud.amit.ꝙ non eſt ſic vendendo.Item feudũ ideo in feudum tranſit,quia in habentib.ſymbolum facilis eſt tranſitus.l.an inutilis.§.2.ȷ.de accep.& l.in rem.§.item quæcunque. ſ.de rei vend. & iſtam etiam rationem tenet Bal. in Auth. niſi
72 rogati.in 3.col.C.ad Treb.¶†Tamen aduerte, ꝙ iſtud fm feudum ſolum durat, donec vaſallus primus concedens vixerit, ſed eo mortuo veniet proximior agnatus, puta filius, vel eis deficientibus directus dominus, ſecundum And. de Iſer.in c. 1.in prin. per quos fiat inneſt. & ibi Iac. Alua.in 1.col. Spec.in
* tit.de feu.§.quoniam.in verſi.38.*Et iſta eſt communis opi.* ſecundum d.Alex. in conſi. 15.5.vol.inci. viſis narratis in themate.in pe.col.& vltra eum adde Bal. idem plenè tenentem in ca. 1.§. rurſus.in 2.col.per totum.ſi de inueſt.feu contr.fue.poſt Iac.de Bel.ibi Bal.in c.1.in 1.no.de alie.feud. & in c.cæterum. ad fi.de
73 iud.& in ſimili Bart. in l.1.§.fin.ȷ.de ſuperficie. ¶†Circa ſecun-
c dum de emphteuta, c ꝙ emphyteuta poſſit alij dare emphyteuſim ſine conſenſu domini, tenet gloſſ. ordin. in §. adeò. in verbo, propriã. inſti. loca. & dicit ibi Ioan. Fab. in 1. colum. magnum verbum, quòd de conſuetudine ſeruatur, quòd emphyteuta abſque conſenſu, & requiſitione domini poſſit alij dare in emphyteũſim, tamen putat, quòd de iure debeat requiri conſenſus directi domini, per. l. fin. C. de iure emphy.breuiter tene, quòd de iure, & conſuetudine emphyteuta non poteſt alij dare in emphyteuſim ſine conſenſu domini. Quia cùm ſit prohibitus alienare ſine conſenſu domi-
74 ni. d. l.final. C. de iure emphyteu. † appellatione alienationis etiam emphyteuſis continetur.capitul. nulli.de reb. eccle.non alienan. §. nos igitur. in verſicul. alienationis. in Authen. de non alienan. collat. 2. & l.final. C.de reb. alien. non alienan. & ita tenẽt Spec. & Ioan. And. in titul. de loca. §.nunc aliqua.in verſicul.125.& ibi dicit Spec. quòd ita etiam de conſuetudine obſeruatur. Idem tenet Alberic. de Roſa.in d. l. final. in 3. colum. Bald. in d. Authen. niſi rogati.in 3.colum. & in l. cùm eſſent.§. per plurium. in fin. vbi limitat. ſſ.de ſerui. ruſti. præd. Ioann. de Imol. in cõmento capitul. potuit. in 24. columna. de locat. Tu confirma, quia emphyteuta faciendo ſecundum emphyteutam, transfert in eum vtile dominium, vt ſtatim.ȷ.dicam, ſed emphyteuta prohibetur vtile dominium, vel ſua melioramenta in alium transferre ſine conſenſu domini.d. capitul.potuit. & d.l.fin. C.de iur. emphyteut. & ſic vides, quòd licèt gloſſ. ponat à pari in hoc feudum, & emphyteuſim,

ADDITIONES.

a ¶Intellige. Adde,quòd hanc ſequitur,& communem dicit Clar.§.emphyteuſis.q.23.& idem finita emphyteuſi finitur etiam ſeruitus, & vide, quæ ſcribit Cur.tract.feu.4.part.verſicul.decimo quarto quæro. num.105.& ſequen. MASVER.

b ¶Quod vaſallus. Adde de hoc,quando vaſallus poſſit alium infeudare, & vide,quæ ponit Fely.in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. colu. 36.& late Mod. in tract.feu.char.39.colu.4.verſ.aggredior nunc quartam. vbi ad hanc concluſionem ponunt decem declarationes.

* Et dic,vt per Clar.§. feudum.q.32. vbi inter alia ponit tria requiſita ad hoc, vt valeat talis ſubinfeudatio ſine conſenſu domini, quæ etiam enumerat Curt.tract.feu.4.part.verſ. aggredior primam regulam principalem.nu.38. & ſeq.vbi ponit ſex decla. MASVER.

c ¶De emphyteuta. Adde eundem Iaſ.in l.fin.col.131.verſ.2.quæro.C. de iure emphyt.

* Curt.tract.feud.4.part.verſ.2.principaliter,quæro.nu.91. vbi ſequitur opin. Iaſ. hic,& dicit magis communem.

teusim, tamen est magna differētia, quia feudatarius alteri infeudare potest sine consensu directi domini. Et tamen emphyteuta non potest alij dare in emphyteusim sine consensu dire-
75 cti domini. ¶† His ita declaratis redeo ad conclusionem glo. quæ est, quòd si emphyteuta, vel vassallus facit alium emphyteutam, vel vassallum, quod ex quo naturalis possessio, quæ erat penes primum, transfertur in secundum, quòd primus nullam naturalem retinet. Idem tenet gloss. in l. vni. & ibi Bartol. in fin. C. vti possi. & gloss. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. comoda. Simile habemus in habente vtilem actionem, vt cessionarius, fideicom. & similes, nam si in alium eam transferunt, nullæ reliquiæ actionis remanent penes cedentem, vt est gloss. not. in l. emptor. C. de hęre. vel actio. vendi. & in l. ex asse. s̄. ad Treb. ¶Adde ad istam glo. ꝙ emphyteuta, vel vassallus faciendo secundum emphyteutam, vel vassallum, non solùm transferunt naturalem possessionem in secūdum, sed etiam transferunt vtile dominium, quod habēt. ita vult Bart. hic, & idem Bart. in l. si quis vi. §. differentia. circa fin. & ibi Ang. j̄. eo. Bart. in l. 2. j̄. tit. 1. & est glo. in d. §. adeo. insti. loc. quam Ang. de Aret. ibi in 5. col. ad hoc not. & dicit etiam pro hoc videri glo. in l. 1. C. de fun. patri. lib. 11. idem tenet Bal. in c. cæterum. in pe. col. de iud. & dicit Bald. in c. sanè. in vlt. col. in prin. de renun. ꝙ cùm feudatarius habeat vtile dominium tantum, ergo si alteri infeudat, transfert omne ius, quod habet, quia sicut non inuenitur seruitus seruitutis. l. 1. s̄. de serui. leg. ita non inuenitur vtile dominium vtilis dominij, vt not. in l. si vt certo, §. si duobus. s̄. cōmo. in d. l. ex asse. s̄. ad Treb. & facit clara ratio, quia nisi in secundum emphyteutam, vel secundum feudatarium transiret non solùm possessio naturalis, sed etiam dominium vtile primi, certè duo reperirētur domini insolidū eodem iure. Item insolidum possiderent eadem specie possidēdi, quòd est absurdum, & ita etiam latè tenet And. de Iser. in c. 1. §. præterea. de capi. Corra. in 3. col. & duabus seq. vsque ad
76 fi.† Sed caue, quia secundus vasallus debet recognoscere primum vassallū in dominum. text. est in c. 1. §. 1. quali. olim pote. feu. alie. Intantum, & si secundus vassallus committat feloniā, vel culpam, per quam priuetur iure suo, feudum reuertitur ad primum vassallum, à quo causam habuit, & non ad dominū directum, vt est text. in c. Imperialem. §. illud quoq; de prohib. feu. alie. per Frid. ergo apparet, ꝙ aliquod ius remanet apud primum vassalum. ad hoc respon. Imo. & Mod. ꝙ istud est ratione iuramenti fidelitatis, quòd præstat secundus vassallus primo, nō autē ꝑ reliqas alicuius possessionis naturalis, vel dñij.
77 ¶† Adde tamen secus esse, quando feudum debet reuerti ad dominum ex eo, ꝙ alienauit irrequisito consensu domini, quia tunc feudum reuertitur non ad primum vassallum, qui infeudauit, sed ad directum dominum, & sic ad superiorem. ita tenet Bart. in l. si finita. § si de vectigalib. in 3. q. s̄. de damn. infect. dicens esse ad hoc hodie casum clarum in d. c. Imperialem. §. illud quoque. vbi etiam Bald. in pen. col. idem tenet. ratio, est quia quando secundus vassallus vult alienare, debet requirere consensum domini maioris, & sic domini directi, & non sufficit consensus immediati infeudatoris, eo quia ius principale potestatiuum residet penes dominum superiorem. ita tenent Bal. & Saly. post Gul. de Cun. in l. si permittente. C. ad Macedo. & latius Bart. in d. c. Imperialem. §. illud quoque. Io. de Imol. in c. potuit. in 16. col. de loc. post Host. & Io. And. ibi. Lud. Ro. in l. filius, secunda. s̄. de acq. hær. d. Alex. in d. l. si finita. §. si de vecti-
78 galibus in 27. col. Sic in simili, † quando secundus emphyteuta vult alienare, tenetur requirere consensensum directi domini, & non primi emphyteutę. gl. est ord. & approbata in l. fi. in ver-
a bo, vendere. ad fi. vbi dixi. C. de iure emphy. [a] Hinc est, ꝙ laudemiū, seu quinquagesima debet solui dño, & nō primo emphy. ita tenēt Spec. & Io. And. in tit. de loc. §. nunc aliqua. in ver. 126. Simile ēt videmus, ꝙ debet appellari non ad subdelegātem, sed ad ad primū tanq̄ ad habentem directum ius. l. more maiorum. in verbo suo iure, & ibi not. Ang. s̄. de iurisd. omn. iud. & ita habes in c. super quęstionem. §. porrò. de offi. de leg. & ita sępe consului sm̄ prędicta in quæstionibus feudorum occurrentib. ¶Sed aduerte, quòd est dare casum ad limitationē huius gl. & similium, in quo feudatarius infeudans secundo ciuiliter possidet, & naturalem transfert in sm̄ vassallum. de quo casu nemo Scribentium vnquam facit mentionem, qui casus colligitur ex eo, quòd multū signāter tenet Bal. in l. 1. ad fi. & per gl.
79 ibi. C. vnde legi. vbi tenet, † ꝙ singularia feuda, q̄ sunt in regno Apuliæ, sunt de directo dño Regis, licèt ipsa maior vniuersitas, idest totum regnū sit feudale Ecclesiæ. c. ad apostolicæ. de re iud. & dicit, ꝙ ita tenuerunt Antiqui Doct. regni. & bene sm̄ cum. idem tenet Bal. in prin. ff. orum. in 4. col. d. Mart. Lauden. in c. 1. de feu. Mar. & ex his infertur vtilitas sm̄ d. Alex. ibi, quòd in istis singularibus feudis Rex retinebit ciuilē possessionē, quam nōn retineret si nō haberet directū dñium, per istam gl. & Bar. hic, quę isto modo signanter limitatur. Istud reprobant Lud. Ro. & d. Alex. ibi. quia cùm dominium directū Regni sit apud Ecclesiam. d. c. ad apostolicæ. ergo non potest esse apud Regē in locis particularib. per ipsum concessis in feudum, quia duo non possunt esse directò domini, vt in §. præcedenti. & ibi la-
80 tius per d. Alex. ¶†Tu autem salua decisionem illā Bald. quia pulchra est limitatio ad istam gl. quia nō repugnat, ꝙ duo sint domini, vnus in vniuerso, & alius in singularibus rebus, tex. est in l. 1. §. per hanc. el 2. s̄. de rei vendi. vbi grex in vniuerso potest esse in dominio directo alicuius, & tamen singularia capita illius gregis sunt in dominio directo alterius. Et ꝑ illū text. deci-
81 dit ibi no. Bart. † ꝙ Imperator in vniuerso est dominus totius orbis, & tñ in singulari dominia particularia particulariū reiū sunt singulorum, ita ēt tenet Bart. in extrauag. ad reprimendū. in verbo totius orbis, & in prin. ff. orum. Ang. Imo. & Mod. in l si hæredis seruus. s̄. de leg. 1. & hic etiam fatetur. d. Alex. in d. l. 1. C. vnde legi. & ita ēt limita regulā. §. præcedētis. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. s̄. commo. ꝙ duo non possunt esse domini insolidū eiusdem rei, est verum quilibet in particulari, sed bene vnus in vniuerso, & alius in singulari, vt est text. in d. l. 1. §. per hāc. Et isto modo habes perfectè, vt puto, expeditā istā
82 vltimam partem gl. ¶Extra gl. quærit † Bart. vtrum quasi possessio, quæ habetur in iuribus, possit esse penes duos insolidū, & tenet, ꝙ sic, quia sicut ius seruitutis, pōt esse apud plures insolidū. l. via cōstitui. §. fi. s̄. de serui. rust. præd. & l. 2. §. ex his. s̄. de verb. obl. & l. Lucio. j̄. de aqua quo. & æsti. ita & quasi possessio, quæ non est aliud quàm patiētia. l. quoties. §. fi. s̄. de serui. tit. generali. & l. 3. §. dare. s̄. de vsufru. quę patientia potest pluribus præstari insolidum, & cum ista conclusione Bart. transeunt *Doct. omnes indifferenter.* Et propterea reprehendi superius Bar. in pe. col. circa intellectū. l. fi. in fi. j̄. vt possid. vbi vsuarius, & vsufructuarius possidēt insolidum naturaliter fundum sm̄ Bart. & malè, quia ille text. non loquitur de possessione fundi, sed de possessione iuris, & quasi possessio iuris bene pōt esse apud plures, vt hic tenet Bart. ¶Sed aduerte, licèt omnes indifferenter transeant cum Bart. ego in ꝯrium allego tex. qui fortiter stringit, & miror, ꝙ nemo alleget in c. licèt causam. in versi. cum duo. de proba. vbi text. loquitur de iuribus incorporalib. scilicet de iurisdictione, de qua ibi contendebatur. Et tamen vult, quod duo non possunt insolidum possidere. Nec valet sol. quam ibi tradit Ioann. Andr. ꝙ ille tex. loquatur de re corporali, cùm dicat, ꝙ duo insimul eandem rem possidere non possunt, ponderant verbum rem, & verbum possidere. Ergo loquitur de re corporali, ista sol. mihi non placet, quia versi. ꝓcedēs, & ordo literę ostendit ꝯrium, cùm ibi contēderetur de iurisdictione, & sic de iure incorporali, vnde nihil faceret ad propositum loqui de re corporali. ¶Non quoque placet sol. do. Abb. ibi in fin. qui respon. ꝙ ibi Ecclesia bene primò possidebat iurisdictionem insolidū. Alius postea vsurpādo ea, quæ sunt huius iurisdictionis, licèt posset possidere insolidum, tamen, quia iniustè, & clandestinè, non priuat primum sua possessione. Et istam sol. sequitur Aret. ibi. in 15. not. Sed ista sol. nō tollit regulam text. ibi, quæ est in iurisdictione. Et sic in iuribus, ꝙ duo insimul eandem rē, & eodē modo insolidū possidere
83 non possunt. ¶† Et dictio res, ponderata per Io. And. nō obstat, qa est generalis. l. 1. in fi. s̄. si cert. pet. & cōprehendit ēt iura, sm̄ Bart. & alios in l. 1. s̄. de sta. hom. & in l. quintus. la 2. §. fin. versic. argento. supra de aur. & argen. legat. Vnde ad iura allegata per Bart. potes respon. quòd loquuntur in seruitutib. quæ sunt indiuiduæ. l. 4. §. Cato. & l. stipulationes nō diuiduntur. in prin. j̄. de verbor. oblig. ideo possunt esse penes plures insolidum.
84 † Sicut in simili ius patronatus, quia est indiuiduum, potest esse penes plures insolidum. c. 1. & ibi gl. de iure patr. cle. si plures. eod. tit. Bald. in c. quanto. de iudi. & in l. cùm secundum. vlt. col. C. de fideicom. item argumentatio Bart. hic non videtur esse bona, dum dicit, ius seruitutis potest esse apud plures insolidum, ergo & quasi possessio, ista consequentia non videtur esse bona, quia cōtra eam datur instantia. Nam iurisdictio pōt esse penes duos, vel plures insolidum. l. 1. s̄. de offi. consu. Bart. in l. fi. s̄. de rerum. diui. & in l. 1. §. si plures. s̄. de exerci. & tamen quasi possessio iurisdictionis non potest esse penes duos insolidum, vt est text. ineuitabilis, si non calumnietur. in d. c. licèt
85 causam. in versi. cum duo. Nisi dicas † quòd iurisdictio potest diuidi, vt tenet Bart. in l. arbo. §. fin. s̄. commu. diuid. & in l. Lucio. in fin. j̄. de aqua quot. & æsti. in l. inter tutores. ad fin. s̄. de admi. tu. Bal. in c. Imperialem. §. pręterea ducatus. per illū text.

de pro

ADDITIO.

a ¶Iure emphyt. Adde eundem Ias. in d. l. fi. post nu. 48. & nu. 88. Bald. in § illud, de probi. feu. alien. per Fride. Doct. in apost. ad Bart. d. l. fi. litera. F.

de prohi.feu.alie.per Frid.& in cap.vno delegatorum, de offic.
deleg.& in l.ſi plures.in 2.col.C.de condi.inſer. Sed caue, quia
nihil videretur operari, ꝙ plures haberent ius ſeruitutis inſoli-
dum,iurib.hic allegatis per Bart.Sic etiam inſolidum non poſ-
86 ſent vti,& poſſidere,cogita.¶†Secundò, & vlt. quærit Bart.an
detentatio eiuſdem rei poſſit eſſe apud plures inſolidum, & di
ſtinguit, vt hic per eum, & *cum Bart.omnes indifferenter tenent*.tu
autem vltra Scriben.pondera ea, quæ dicit Bart. contra illud,
87 ꝙ † alibi tenet ipſemet Bart. in l. ſtipulatio iſta.§ hæc quoque,
circa fin.in pen.dicto.ĩ. de verb.oblig. vbi dicit Barto. ꝙ ſi ſunt
plures teſtes producti in cauſa, & vnus eorum deponit, ꝙ Ti-
tius poſſidet,& alius, ꝙ Seius poſſidet, & quomodo poteſt il-
lud eſſe, cùm duo non poſſint inſolidum poſſidere per regu-
lam huius text. dicit Bart. ꝙ intelligitur, q; vidit quemlibet de
facto detinere, & iſto modo ſaluat illos teſtes, & ſic vult ibi
Barto, quòd plures poſſint eandem rem inſolidum detinere,
ſed non poſſidere,& propterea exponit dicta teſtium poſſidet,
ideſt detinet, ſed pro certo illa ſaluatio Bart. nihil valet, quia
etiam detentatio non poteſt eſſe apud plures inſolidũ, capien-
do detentationem pro corporali inſiſtentia per hunc text. &
eius rationem,prout expreſsè firmat Bart.hic.Oportet ergo in-
telligere illa dicta teſtium pro nuda, & ſimplici cuſtodia,ꝙ eſt
alienum à dicto illorum teſtium,& ſic credo Bart.ibi malè di-
cere per iſtam doctrinam Bart. hic, licèt nemo aduertat nec
hic,nec ibi.¶Item caue in miſſo in poſſeſſionem ex primo de
creto cauſa cuſtodiæ, nam eſt in fundo naturaliter. Item ille
ↄ quem fit miſſio ex primo, vel ſecundo decre. non priuatur
nec naturali nec ciuili poſſeſſione, nec debet recedere de poſ-
ſeſſione,l.ſi finita.§.ſi quis autem.s̃.de damn.infect. Cùm ergo
ille naturaliter ſit in fundo, quomodo potes tu naturaliter de-
tinere,qa vbi ego ſum naturaliter,tu non potes naturaliter de-
tinere,imò dicit text.in l.is cui. in princ.s̃.vt in poſ.leg. ꝙ ſimul
cum eo poſſidere iubetur, ergo duo inſolidum poſſident ean-
dem rẽ.Sed reſpon.ꝙ cùm iſtæ poſſeſſiones differant ſpecie,&
num.ideo poſſunt concurrere, vt in tertia parte huius.§.& de-
88 clarat Bart.in pen. col. nam † & miſſus ex primo decreto non
poſſidet naturaliter.§ fin.vbi glo.& Bart.in fin.ĩ.ead.l.¶Tertiò
inquantum Bart.in fin. alleg.text.in l.ſi vt certo.§.ſi duobus ve-
hiculum.licèt Scriben.nihil dicant,dic, ꝙ ille text.potius pro-
bat contrarium, ꝙ plures commodatarij inſolidum ad cuſto-
diam tenentur,ſed non habent plures tenutam, vel vſum.non
ingredior aliter pro nunc intellectum illius text. & per iſta re-
manet perfectè expeditus iſte ſolennis, & vtiliſſimus. §.in mo-
dum cuiuſdam repetitionis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſ.ſolo animo perditur, licèt in acquiſitione requiratur animus, & corpus ſimul.*
2 *Contrariorum non ſemper eſt eadem diſciplina.*
3 *Sine affectione, & animo non poſſidendi regulariter poſ. non amittitur.*
4 *Dictio protinus,quid ſignificat.*
5 *Timor expulſionis etiam falſus facit perdere poſſ.*
6 *Emphyteuta an teneatur ad ſolutionem canonis, ſi propter guerram fundus emphyteu.laborari non poteſt.*
7 *Poſſeſ. quando perdatur per violentum ingreſſum.*
8 *Procu,gene.vel tutor non transferunt per actum fictum.poſ.*
9 *Colonus quando priuet dominum per actum fictum poſ.*
10 *Dictio protinus,quid importat.*
11 *Dictiones præciſè recipiunt extenſionem,vel limitationem.*
12 *Quando poſſideo per alium, non amitto poſſeſ.licèt deſinam animo poſſidere.*

§.In amittenda. Poſſeſſio retenta animo, &
corpore noſtro, vel aĩo tan-
tum,ſine animo noſtro nõ perditur.ſecus in ea,quæ animo no
ſtro,& corpore alieno retinetur.h.d.ſm Bart. & alios, vel ſic,&
plenius.Poſſidens animo,& corpore proprio,ſolo animo poſ-
ſeſſionem retinet, & ſolo animo eam perdit etiam vano timo
re expulſionis: ſi autem quis poſſideat animo proprio, & cor-
pore alieno,per mortẽ eius, vel diſceſſum cuius corpore poſ-
ſidebat,non perdit poſſeſſionem,ſed per traditionem eius, vel
deiectionẽ aut animo proprio.h.d.totus.§. ¶Diuiditur in quin
que partes princ. In prima ponitur dictum, & duæ illationes
ex dicto.In ſecũda ponitur aliud dictũ.In tertia aliud.In quar-
ta aliud. In quinta per viam rationis ponitur cõcluſio ex ſupra
dictis. Secunda ibi, ſed & ſi animo. Tertia ibi,ſi quis nuntiet.
Quarta ibi, ꝙ ſi ſeruus. Quinta,& vltima eſt ibi,nam conſtat
1 poſſidere nos,& reliqua.¶† Not.1.ex tex,ibi *igitur amitti & animo ſolo poteſt, quamuis acquiri non poſſit*, ꝙ licèt in acquiſitione
a poſſeſſionis requiratur animus, [a] & corpus ſimul, vt hac. l. in
princ.tamen in amiſſione ſolus animus ſufficit, ex quo corre-
lariè habes, quòd non eodem modo regulatur acquiſitio quo
amiſſio.Idem,ꝙ difficilius inducitur acquiſitio quàm amiſſio,
facilius.n. quid retinetur q̃ inducatur.l. patre furioſo. s̃.de his,
qui ſunt ſui,vel alie. iur.& c.quemad.de iureiur.c. ad apoſtoli-
2 cam.de reg.¶†Et ſic ex hoc infertur,ꝙ non ſemper contrario-
rum eadem eſt diſciplina, de quo dixi in rub. s̃.eod. dicunt ta-
men Mod.Sen.hic,ꝙ amiſſio,& retentio magis ſunt contraria
q̃ acquiſitio,vnde tũc contrariorum eadem erit diſciplina, qa
tunc ſicut ſolo animo retinetur poſſeſſio.l. clàm poſſidere.§.fi.
& l.ſi id ꝙ.§.fin.ĩ.eod.ita ſolo animo perditur, vt hoc text.ſed
dic,ꝙ imò magis contraria ſunt acquiſitio, & amiſsio, vel ac-
quiſitio,& non acquiſitio,quàm retentio, vt l.fere. 2.ĩ. de reg.
3 iur.alleg.in glo.¶†Secundò not.ꝙ ſine affectione,& animo nõ
poſſidendi poſſeſsio regulariter non amittitur, vt hic,& l.quẽ-
ad.ĩ. eod. ex quo ſequitur, ꝙ ignorans non amittit regulariter
poſſeſsionem.facit.l.ſi is,qui.cum ibi not.ĩ.eod.Secundò infer-
tur,ꝙ inuitus ſi non patitur violentiam, non amittit poſſeſsio-
nem, cùm in eo magis detur ↄria voluntas quàm in ignoran-
4 te. facit regula.l.qui poteſt inuitis ff.de reg.iur.¶† Tertiò no.di-
b ctionem protinus, [b] quæ ſignificat idem, ꝙ ſtatim,vel ꝙ incõ-
tinenti.facit l.1.in prin.s̃.eod.tit.l.ſi filius.§.1.ff. de teſt. mil.Bart.
not.in l.2.C.vt lit.pen.bene facit text.cum gl.in §.1.inſt. de hæ-
red.qua. & diffe.in verbo protinus. vbi glo.exponit, id eſt, ſta-
5 tim.& l.in illa,& ibi Aret. in 2.not.ĩ.de verb. oblig.¶† Quartò
no.in verſ.ſi qs nunciet,ꝙ timor expulſionis facit perdere poſ-
ſeſsionem,ẽt ſi non ſit verus,ſed falſus timor, vt in gl.Secus, qñ
eſſet timor circa perſonam ne caperetur, & ſic eſſet timor per-
ſonalis læſionis, nam talis timor non facit perdi poſſeſsionem.
* l.licèt.& ibi glo.& alij.C.eod.*Bart.& communiter alij hic*.Inn.in c.
cùm ex iniuncto.in fin.de oper. no.nun.Adde, ꝙ Raph.Cum.
hic dicit,ꝙ dum eſſet ſcholaris, & repeteret illam legem licet.
in iſta ciuitate Papiæ, ꝙ intelligebat eam prout verba eius ſo-
nant, ꝙ ille eſſet metus circa poſſeſsionem,& non circa perſo-
nam,prout gl.& Doct. ibi volunt, & hic, tamen quia habuit
animum eam recuperandi, iuxta.l. 3.§.cùm igitur. vbi gloſſ.
& Doct. ĩ.de vi, & vi arm. per hoc non perdit poſſeſsionem,
licèt aliquãtulum tardet, quia habuit animũ eã rehabẽdi.Sed
cauè, quia eſt manifeſta diuinatio, & violentia ad illum text.
Item, ꝙ ibi haberet iſtum animum recuperandi,nihil de hoc
ibi habetur in text.Et iſtud eſt facti,& facta non præſumuntur
niſi probent̃. l.in bello.§ factę.ĩ.de capt. Tu potes aliter dicere
ad d.l.licèt,ꝙ ibi ille metus non reſpiciebat actum poſſeſsionis,
ſed actum quo mediante non vadam ad poſſeſsionem, vt ſi
timeo ire ne à latronibus detinear,& ne offendar,quia tunc nõ
ſequitur, timeo periculum itineris, ergo habeo animum per-
dendi poſſeſsionem,ſecus quando eſt metus immediatus reſpi
ciens perditionem poſſeſsionis. Tunc propriè loquitur text.
hic,& in l.clàm poſſidere.§.fi. & l.ſeq.ĩ.eo.Et iſtũ intellectũ ſen
tit Bart. in d.l. licèt.in ſummario. Et credo, ꝙ idem in effectu
voluerit Bart. hic, & ſic habes bonã limitationem ad iſtũ verſ.
ſi quis nunciet.Aliam limitationem ponam in 5.not.quod ſta-
tim ſequitur. Tenendo tñ communem ſol. glo. Bart.& Doct.
ad d.l.licèt, ꝙ ibi loquatur text. in metu perſonali, ne perſo-
na ab hoſtib. offendatur. Et talis metus non inducit perditionẽ
poſſeſsionis, vt ibi.ſecus, quando eſt timor reſpectiuus ad per-
6 ditionem poſſeſsionis, vt hic.† Aduerte, quia per d.l. licèt.ſic
declaratã ſecundum gl.& communiter, & Doct.dicit ſubtili-
ter Raph.Cu.hic cõfundi opi.Bar. & communem in l.1.C.de
iur.emphy.& in l.interdũ.§.ꝙ ex naufragio.ĩ.eo.vbi tenet Bart.
& Doct.ꝙ emphyteuta non tenetur ſoluere canonem emphy
teuticum,ſi propter guerram res emphyteutica non poteſt la-
* borari,nec fructus percipi.*iſta communis opi.* confunditur per d.
l.licèt.cũ adhuc dominium, & poſſeſsio retineatur, cùm tem-
pore belli timeatur iniuria perſonalis potius q̃ amiſsio poſſeſ-
ſionis, licèt pp metum inimicorum prędiũ emphyteuticũ re-
linquatur incultum,& deſertũ, vt ibi dicit tex. & ſubdit Raph.
Cu. ꝙ ita aliàs de facto conſuluit ſecutus Richar. Malum. &
Alb.de Roſ.in d.l.qui idẽ tenent. Idem tenet Raph. Cu.in d.§.
ꝙ ex naufragio,& ibi latius.d.Alex.idẽ tenet ↄ cõem opi.& di
cit Alb.de Roſ.bonus practicus magnum verbũ in practica in
d.l.1.C.de iure emphy.ꝙ iſtam opi.vidit cõmuniter obſeruari.
¶Tu pro iſta opin. ↄ communem ſtringe fortius fundamen-
tum Raph.Cu.Nã ad hoc, vt emphyteuta liberetur à ſolutio-
ne ca-

ADDITIONES.

a Animus.Amplia,vt poſſit tradi poſſeſſio, & tamen non animo transferendi, Bart.notabiliter in l.ſolutum.§.ſolutam.2.opp.de pig.act.Ang.ſequitur in.§. item ſeruiana.col.2,vbi Iaſ. 11.de acti.Secundo amplia,vt talis animus retinendi præſumatur.Bart.in l,ſiue poſſidetis.C.de prob. Ang.in §. ſic itaque.in fi. 3.col.de acti. PVRPV.

b ¶Dictionem protinus.Adde Doct.in c.quam ſit.de elect.in 6. & Abba.in ca. ad aures.de reſcript.

ne canonis,requiritur,ꝙ res emphyteutica in totum pereat,ſe-
cus ſi pro parte. d.l.1.C. de iur.emph. Ideo ibi tradunt illi duo
verſ.magiſtrales.Si pereat tota liberabitur emphyteuta. Si pro
parte petit.non liberatus erit,ſed hic res emphyteutica non pe
rijt in totum , ex quo adhuc tota ſupereſt, & emphyteuta ha-
bet adhuc dominium,& poſſeſſionem, & canon non ſoluitur
reſpectu fructuum,qui percipiuntur ex fundo,ſed reſpectu re-
cognitionis dominij,quæ adhuc durat. Iſte eſt diffuſus,& du-
bitatiſſimus articulus, quem vltra omnes latè examinaui in d.
a l.1.vbi videre potes. Et tenui communem opin. [a] quæ eſt val-
de æqua, ſecundum quam ſæpè conſului, quòd emphyteuta
non tenetur ſoluere penſionem ſeu canonem emphyteuticũ,
ſi propter guerram res emphyteutica non poteſt laborari nec
fructus percipi.¶Nec obſt.quòd per hoc non perdatur domi-
nium nec poſſeſſio.d.l.licèt.C.eod.Reſpon.quòd licèt ſecundũ
veritatem ita ſit, tamen attenta iuris interpretatione res ipſa
cenſetur deperdita.l.cùm vnus.§.fin. & ibi Bart. ſ.de bon. auct.
iud.poſ.iuncta.l.qui vniuerſas.§. ita quod à mari. & d.l.interdũ.
§.quod ex naufragio.ſ.eod.Ergo non dicitur retineri dominiũ
nec poſſeſſio. Item quamuis retineatur dominium , & poſſeſ-
ſio. dicta.l. licèt. tamen ex quo fundus non poteſt laborari, &
nulli fructus percipi , certè iuris interpretatione dicitur res pe-
rempta,& ſic ceſſant adducta in oppoſitum. Tertiò quamuis
retineatur dominium,& poſſeſſio. d.l licèt, tamen ex quo do-
minus directus non poteſt præſtare patientiam vtendi,& fruen
di ipſi emphyteutæ cum effectu , prout tenetur.l.1. & ibi clarè
Bart.in 1.oppo.C.de iur.emphy. etiam ipſe non tenetur ad pen
ſionem dato,ꝙ duret dominium , & poſſeſſio. Quia licèt ad-
huc duret cauſa recognitionis, tamen non durat cauſa penſio-
nis præſtandæ.Et iſta eſt veritas,& æquiſſima opin.& reperio, ꝙ
cum iſta opin. conſulendo tenet d.Alex. ſibi contrarius in cõſ.
112.1.vol.inc.videtur in præſenti conſultatione , & illud conſ.
7 eſt errore duplicatum in 2.vol. in conſ. 16.¶† Quintò not. ex
verſ. ſi quis nunciet, quòd ita demum per violentum ingreſ-
ſum quis perdit poſſeſſionem, quam animo retinebat , ſi ſciuit
rem occupatam ab alio, vt hoc text.ergo à contrario ſi ignora
ret,licèt aduerſarius eſſet ingreſſus magna vi.Adeo,quod ſi ſci
ret,aut veriſſimiliter ſuſpicaretur ſe poſſe repelli , non tamen
perdit poſſeſſionem, de quo dicetur in l. clàm poſſidere.§.qui
8 ad nundinas.ſ.eod.¶†Sextò not.in verſ. quòd ſi ſeruus,quòd ſi
quis poſſideat corpore alieno puta ſerui , vel coloni, ſed pro-
prio animo,tunc ſeruus , vel colonus tradendo alteri fundum
priuat dominum poſſeſſione , ꝙ intellige, quando verè tradit
alteri,ſecus,quando per actum fictum, puta per conſtitutum,
l.quamuis.§.1.ſ.eod.ſecundum Bart.hic in vlt.opp.¶Adde , ꝙ
etiam procurator generalis,tutor,vel curator,ꝑ pactũ fictum,
puta per conſtitutum, & per conductionem non transferunt
poſſ.in alium,ſecundum Bart.in l.1.in princ. in pen. col.ſ.eod.
& ibi.do.Alex.in 10.char.ponderat,& dicit,ꝙ eſt plusquàm di-
ligentiſſimè notandum ſi eſt verum,& quod plurimi decipiũ-
tur in hoc. Ego ibi tetigi , & dixi rationem eſſe,quia mediante
conſtituto ita demum transfertur poſſ.ſi ipſe conſtituens poſ-
ſidebat,aliàs ſecus,vt eſt glo.in l.2.C.eod.Bar. & Doct.in l.quã-
uis.§.1.ſ.eod.Bal.& Sal.in l.1.C.quando lice. ab emp. diſc.Bal.
9 not.in rub.C.de contrahen.emp.in 16.quæſt.¶† Ideo Bart. hic,
& bene limitat,quando colonus naturaliter poſſideret,vt quia
haberet precario,tunc bene per actum fictum , puta per con-
ſtitutum priuaret dominum poſſ. l.interdum. §. fin. vbi etiam
Bart.idem tenet.ſ.eod.& ita habes perfectè expedita textualia.
¶Capio glo. in verbo animo ſolo. quam diuide in tres partes.
In prima opponit,& quinque modis ſoluit.In ſecunda format
quæſtionem . In tertia allegat vnam concordantem ad text.
prope fin.glo.Secunda ibi,ſed nunquid ſolo corpore.Tertia,&
vlt.prope fin.gl.ibi , item facit.ſ.eod.l.ſi quis vi.¶In prima par-
te dum gloſ. opponit de l.fere.eſt ſecunda , & incipit fere qui-
buſcunque.& primam ſol.vltra reprobationem glo.tu repro-
ba,q̃a in iurib.ꝯrijs eſt vniuerſalis negatiua nulla poſ.ergo nec
ciuilis nec naturalis.l.ſi is,q̃ ducẽta.§.vtrũ.ſ.de reb.dub.Secũda
10 ſol.eſt truffa ſ̃m Bart. & alios. ¶† Tertiam ſol.tenet Ang,& ex
b eà multum not. ꝙ licèt dictio protinus , [b] ſit præciſa, tñ recipit
extẽſionem ẽt ꝑ impropriationẽ verbi , ꝙ eſt verum ſ̃m Imo.
rõne ꝯrietatis euitandæ,& vt iura iurib.concordentur , vel q̃n
11 reſultaret abſurdus intellectus. ¶† Et iſtam regulam,ꝙ dictio-
nes præciſæ recipiunt extenſionẽ vel limitationẽ,ponit Bart.in
l.ſtipulatus ſum damam.ꝑ gl.ibi.ſ.de verb. oblig. & q̃a ibi ple-
nè ſcripſi de hac regula,hic non pono.¶Adde,ꝙ gl.in d.l.ſtipu
latus ſum damã.dicit iſtam ſol.eſſe falſam,& vltra gl. patet,q̃a
iſta ſol.intelligit text.protinus.i.poſtq̃ exiuerit,& tñ text. dicit *ſi
in fundo ſis*.Item text.dicit *igitur amitti & ſolo animo poteſt*. vnde
intelligere text,animo,ſed non ſolo,vt facit gl. eſt de directo ꝯ̃
verba ipſius text.¶In quarta dum glo.allegat.l.3.§.ſi quis autẽ
viſis circa fi.ſ.de vi, & vi arma. debuit gl. allegare text.in l.1.§.
non alij.verſ.ſi quis me.prope fin.& eſt in vlt.col. in illo tit.ſ.de
12 vi,& vi arma.¶†Et dum gl.dicit, ꝙ quando poſſideo per aliũ,
tunc non amitto,licèt deſinam animo poſſidere , iſtam glo.li-
mitat do.Alex.& intelligit,quandò animus meus proceſſit per
violentiam mihi illatam , tunc non perdo poſ.animo meo, ſi
colonus , vel ſeruus corporaliter inſiſtat in fundo. l.peregrè.§.
quib.explicitis.ſ.eod.ſecus ſi proceſsit à mera,& libera volun-
tate mea,tunc ſolo animo perdo poſſ.licèt colonus,vel ſeruus
in ea inſiſtant,ad hoc allegat gl.quam reputat ſing.in l.1.§.non
alij autem.in verbo retineo.& ibi Bart.ſ.de vi,& vi arma. Bart.
in l.ꝙ meo.in 2.col.ſ.eod.cum alijs concor. hic traditis per do.
Alex.tu dic,ꝙ d.Alex.errat,quia imò quando poſsidemus cor-
pore alieno,& animo noſtro , etiam ex voluntate noſtra libe-
ra,& non coacta non perdimus poſſ. prout tenet gl. in d.l.pe-
* regre.§.quib. *& ibi communiter Mod.* & ibi eſt caſus de hoc.idem
tenet Pau.de Caſt.in §.ſaltus.ſ.ead.l. & Aret.hic, & eſt ratio ſe-
cundum Mod.in locis præalleg.quia tunc poſ.ciuilis ita cohæ-
ret naturali,quæ retinetur per alium, vt non poſsit amitti ſolo
animo, niſi colonus expellatur , vel niſi nos eam alteri trada-
mus.Ita loquitur glo. in d.§. non alij autem. vel niſi nos illam
ciuilem in alium transferamus conſtituendo alterius nomine
poſsidere,ita loquitur Bart.in d.l. ꝙ meo. in princ.in 2.colu.&
ſic ceſſat vltimum fundamentum dom. Alex. de conſtituto.
¶Quinta ſol. Ioannis cõiter tenetur per gl. & Doct.hic,& gl.
in d.l. fere quibuſcunque. ſ.de reg.iur. pro iſta cõi ſol. facit bo-
nus text.quem gl. allegat in l.peregre.§.q̃b.explicitis. ſ.eo. vbi
dicit tex.*ꝙ noſtro corpore tenemus,aĩo vel ẽt corpore amittimus, ſi mo
do eo animo inde digreſſi fuerimus ne poſſideamus*.Quæ verba impor
tant,ꝙ ſi digreſsi fuerimus corpore,tũc animo perdimus poſſ.
* ergo per ſolum digreſſum corporis non perdimus.iſta ſol. *licèt
communiter teneatur*, tamen confunditur ineuitabiliter per d. l.
quemadmodum , & d.l. fere quibuſcunque. in æquiparatione
ibi facta à contrarijs, nam in acquiſitione poſſ. ſemper vtrun-
que requiritur,& corpus,& animus,vt hac l.in prin.nec diſtin-
guitur à quo incipiat, ergo idem in amittenda poſ. cuius con-
trarium dicit text.hic in verſ. igitur amitti. præterea text.in d.l.
fere quibuſcunque.facit duo præmiſſa,in quib. inducitur libe-
ratio,& amiſsio à contrarijs, ex quib. præmiſsis infert , ꝙ cum
poſſ.acquiratur animo,& corpore ſimul,nõ poteſt amitti,ni-
ſi vtrunque contrarium interueniat, ſed iſta non procederent,
ſi deberemus attendere,quid præcedat,an corpus, an animus,
vt dicit gl.¶Alio ſexto modo reſpon.Aret.hic, quòd aut quæ-
rimus de animo libero,& abſoluto, & tunc procedit iſte text.
ꝙ tunc poſ.ſolo animo perdatur.aut quærimus de animo coa-
cto,& tunc non amittitur poſ.niſi corpore,& animo ſimul,vt
in contrarijs,vt hic plenius per eum,ſed truffa eſt dicere, quòd
contraria loquantur in voluntate coacta , eſſet. n. nimia reſtri-
ctio illorum iurium,nec tunc bene ſtaret ſimilitudo ibi poſita.
Item text.in d.l.fere quibuſcunque.ex duobus præmiſsis , quæ
ſunt de animo libero infert ad amiſsionem poſſeſsionis. Vnde
difficile eſt realem ſol.reperire, & propterea videtur tranſeun-
dum cum communi ſol. & ſemper dubitaui ſuper iſto con-
trario.

ADDITIONES.

a ¶Et tenui communem opin. Adde, quòd hanc opin. tenet etiam Raph.Fulg.
in conſ.7.inc.iam plurib.annis elapſis. colu. 2.verſ. ad ſecundum alleg.colu.
53.& d.meus Socy.in conſ.119.rep.conſ.207.in fin,col.verſ.12.facit,
* Et hanc etiam dicit communem.Clar.§.emphy. quæſt.8.verſ. ſed quid.quem
ſequitur pract.Pap.for.lib.ad fictus præſta.verſi.Recuſauit.nu.2. quam con-
cl.declara,vt per Catel.verſ.conductor non tenetur,& verſ.emphyteutæ re-
gulariter.in prin.Hoſt.in ſumma.tit.de locat.& conduc.§. propter ſteritita-
tem. MASVER.
b ¶Protinus.Adde,quòd hæc dictio idem importat,quod ipſo iure , & conſe-
quenter importat canonem latæ ſententiæ, & quod cenſeatur ipſo iure im-
poſita pœna , & ſic excludit omne interuallum temporis teſte eodem Iaſ.
in l.in illa ſtipulatione. col.3. in princ. num.7.ff. de verb. oblig. vbi Doct.in
apoſtil.dicunt,quòd hæc vox protinus.quandoque ſignificat ſine interuallo
temporis,nonnunquam ſine proceſſu,vt latius habetur ibi.Quod autem im-
portet idem,quod ſtatim,& incontinenti text.eſt in l.1.in princip.vbi Doct.
hoc titu.& not.Catel. verſ.protinus.& verſ. Mox. vbi ponit exempla notab.
MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis,& temerarijs cauſis.*
2 *In dubio non debet capi ſiniſtra ſuſpitio malæ fidei.*
3 *In dubio non præſumitur etiam culpa.*
4 *Ille dicitur parare iudicium , qui proteſtatur , quòd eſt paratus agere pro iure ſuo.*
5 *Sola pendentia litis in cauſa liberali non facit ſeruum haberi pro libero, nec priuat dominum poſ.*

6 *Si fertur ſententia pro libertatè, dominus immediatè perdit poſ. ſerui.*
7 *Si ſeruus bona fide incipit ſe genere pro libero ex aliqua etiam iniuſta cauſa, dominus ſtatim priuatur poſſ.*
8 *Si bannitus pendente iudicio, in quo prætendis ſe iniuſtè bannitum, occidatur, an occidens teneatur.*
9 *Exceptio oppoſita ad executionem ſententiæ ſi eſt irretractabilis, impedit executionem ſententiæ.*
10 *Rebanniendus habetur pro bannito.*
11 *Verbum videtur, importat actionem.*
12 *Qui habet exceptionem, ſte propriè debitor, licèt non effectualiter.*
13 *Tempus appellandi ita impedit executionem ſententiæ ſicut appellatio.*

§.Si ſeruus, quem.

Seruus fugitiuus priuat dñm poſ.ſi diu in
libertate moretur. h. d. ſecundum Bart. Ang. Pau.de Caſt.do.
Alex.Petr.de Bex.& Iacob.Put.hic, ſed caue, quia de fugitiuo
in text.verbum nullum,ſed credo, ꝙ Bart. ſic addidit, quia ſe-
cundum eum iſte text.intelligitur, quando ſeruus erat in mala
fide,per text.in l.liberis.in fin.ſ.de lib.cau.Inn. in c. 1.de ſer. non
ordi.¶Tu autem aduerte,ꝙ in iſto text. non apparet,ꝙ iſte ſer
uus eſſet fugitiuus, vt dixi, nec etiam apparet, ꝙ eſſet in mala
fide, imò potius text. probat contrarium, inducendo eum du-
pliciter,vt ſtatim infra inducam.item iſte text.bene dicit,ꝙ iſte
ſeruus gerebat ſe pro libero, non autem, ꝙ eſſet fugitiuus. Nã
aliud eſt eſſe ſeruum fugitiuum, aliud gerere ſe pro libero, vt
eſt text.in l.liberis.§.fin.ſ.de lib.cau. Item, vt dixi,text. iſte non
aperit,ꝙ iſte ſeruus eſſet in mala fide,ſed potius innuit contra-
1 rium,præſertim† cùm bona fides cauſetur etiam ex iniuſtis,&
temerarijs cauſis, vt eſt text. in l. igitur.§. pen.ſ.de lib. cau.ex-
preſsè not.Bald.in l.1.in fin.per glo.ibi.C.vbi cau.ſtat.Item iſte
2 text. loquitur in dubio, & in dubio † non debet capi ſiniſtra
præſumptio malæ fidei.l.merito.pro ſoc.l.moueor.& ibi Bald.
3 not. C. ſi ſer. expor. ven. imò † in dubio non præſumitur etiã
culpa.glo. eſt in l.exceptione. & ibi Bart.not.ff.de fideiuſ. & ſic
vides,ꝙ reprehendo Bart.& Doct.in duob primò dum intelli-
gunt iſtum text.loqui in ſeruo fugitiuo, & de fugitiuo nullum
verbum eſt in text.Item dunt intelligunt, ꝙ iſte ſeruus eſſet in
mala fide,& text.loquitur in dubio,ſed in dubio non præſumi
tur mala fides.Item poſito etiam, ꝙ gereret ſe pro libero ma-
la fide,prout intelligit Bart.poſt Inn.non ſequitur,ergo erat fu-
gitiuus,& ſic nullatenus video,quomodo Bart.& Doct.eruant
ex hoc text,ꝙ iſte ſeruus erat fugitiuus.Iſta.n. ſunt multum di-
uerſa,vt dixi,ꝙ ſeruus ſit fugitiuus,& ꝙ gerat ſe pro libero,pro
ut etiam eſt text.in l.ſi is,qui pro emptore.§. ſi ſeruus.j.tit.1.er-
go ex vno non bene infertur ad aliud, & ſic non ſequitur,ſer-
uus gerit ſe pro libero,vt dicit text.ergo eſt fugitiuus. Item cũ
text.dicat, *quòd iudicium liberale ſubire patatus ſit*, ergo non erat
fugitiuus. Item quando lex vult loqui de ſeruo fugitiuo,iſtud
exprimit,vt l.1.§.per ſeruum, qui in fuga.ſ.eod. & d.l.ſi is, qui
pro emptore.§.quod ſi ſeruus.j.titu.1.& l.per eum.§.fin.j.eod.
& l.ꝙ autem.ſ.de libe.cau.& l.ſerui, & filij.§.fin.j.de furt.& in
rubr. & l. 1. C. & ff. de ſer. fugi. Ideo ſumma aliter iſtum text.
¶Seruus gerens ſe pro libero non priuat dominum poſſ.niſi
diu ſteterit in quaſi poſſ. libertatis, vel niſi liber ſit pronuncia-
tus.h.d.totus.§.& ſic ponitur vnum dictum, & duplex limita-
tio.Secunda eſt ibi.Sed hoc ita verum eſt. Tertia eſt ibi,donec
4 liber fuerit pronunciatus.¶† Not. 1.ex text.ibi, cui ſe aduerſa-
rium præparat.ſecundum Aret.hic,ꝙ ille dicitur præparare iu-
dicium,qui proteſtatur,ꝙ eſt paratus agere pro iure ſuo,& iſta
comminatio,quod quis eſt paratus agere, vel accuſare,ita ha-
bet effectum repellendi aliquem ab accuſatione,ſicut ſi actua
liter accuſaſſet,& poſteà deſtitiſſet, quia ille,qui eſt commina-
natus, vel profeſſus, quòd vult accuſare, & deſtitit,ita poſteà
repellitur,ſicut ſi accuſaſſet,tex.eſt in l.miles.§.ſocer. & ibi Bar.
ad hoc multum not. j. de adul. & illum text. not. hic reputat
ſing.Aret.hic,ſed tu adde text.de hoc meliorem in cap.licèt in
beato.de accuſ.& ibi.do.Abb. ad hoc multum not.illum text.
& dicit non ponderari ab aliquo.Sed quod melius probat quã
text.d.§.ſocer.ibi ponderatus per Barto. Sed tu aduerte, quòd
Aret. non videtur bene colligere hic ex iſto text. quòd ille di-
catur præparare iudicium, qui proteſtatur, quòd eſt paratus
agere pro iure ſuo, quia licèt tex.dicat, *cui ſe aduerſarium præpa-
rat*,tamen etiam dicit,*& iudicium liberale pati paratus ſit*.Ponde-
ra verbum *pati*,ergo non volebat agere,vt dicit Are. ſed ſe de-
fendere, & propterea ſubiungit text. *alioquin ſi in libertatem pro
clamauerit*, & liberale iudicium implouarit. ergo primò caſu
non agebat,ſed volebat ſe defendere.Et ſic non videtur, quòd
5 Aret.bene colligat illud not.ex hoc text. ¶† Secundò not.text.
ibi,*& iudicium etiam liberale implorauerit*, quòd ſola pendentia li-
tis in cauſa liberali non facit ſeruum habere pro libero, nec
6 priuat dominum poſ.facit.l. ordinata.ff.de lib. cau. ¶† Tertiò
not.ex text. ibi,*donec liber fuerit pronunciatus*, quòd ſi fertur ſen-
tentia pro libertate, dominus immediatè perdit poſſ. ratio,
quia tunc res iudicata facit ius. l. ingenuum. ſupra de ſta. ho. l.
res iud.infra de reg.iur. Facit.l. qui ſe dicit.ſupra de iudic. & ſic
pondera hic videri tex.cõtra opi.Bar. *& communem* in l.1.§.per
7 ſeruum, qui in fuga. ſupra eod. Vbi Barto.† vult, quod ſi ſer-
uus bona fide incipit ſe gerere pro libero ex aliqua cauſa iuſta,
vel iniuſta, quòd dominus ſtatim priuatur poſ. licèt diu non
geſſerit ſe pro libero.l. liberis.in fin. & l.igitur.§. pen.ſ.de liber.
cau.¶In contrarium videtur eſſe text. hic dupliciter inducen-
do.Primò, quia ex quo fuit pronunciatus, ergo prius ſuberat
cauſa,propter quam dicebatur eſſe in bona fide.argum.d.l.igi-
tur.§.poteſt.ſupra de lib.cau.& l. Herennius.§. Caia.ſ.de euict.
Secundò per tex.in verbo iudicium liberale pati paratus ſit, &
in verbo cui ſe aduerſarium præparat. ex quib. verbis præſer-
tim in verbo pati, apparet, quòd dominus ſuſtinebat partes
actoris.Vnde ſuccedit regula,quòd quando dominus agit cõ-
tra ſeruum,tunc ſeruus præſumitur in bona fide libertatis. d. l.
liberis.§.fin.& l.igitur.§.poteſt.ſ.de lib.cau. & in hoc text. & ta-
men dominus nõ priuatur ſtatim poſ.ſerui,ſed requiritur, vel
ꝙ diu geſſerit ſe pro libero, vel ꝙ ita ſit pronunciatus, ergo ɔ̃
Bart.& Doct.ex quib. etiam apparet, ꝙ in iſto text.ſeruus non
erat in mala fide,contra Inn.in c.1.de ſer.non ordi.Bar.& alios
hic.¶Capio gl.in verbo.ſi diu.quã diuide in duas partes. In pri-
ma ad declarationem tex.reſpon.tacitæ quæſtioni.In ſecunda
8 opponit,& ſoluit.Secunda incipit ibi,ſed videtur. ¶† Extra gl.
Bart.poſt Dyn.inducit iſtum text. ad not.q.ſtatuti diſponentis,
a ꝙ bannitus [a] poſſit impunè occidi. quidã bannitus dicit ſe nõ
eſſe iure bannitum, vel de iure debere eximi de banno, ſi me-
dio tempore occidatur, an occidens teneatur de homicidio,
vel non,& tenet Bart. ꝙ etiam ſi non pendeat appellatio à ſen-
tentia bãni,ſed bannitus,vt dixi,per viam nullitatis,vel iniqta-
tis banni petit ſe eximi de banno, ꝙ interim occidi non poſſit.
cum opin.Bart.tranſeunt Ang.Imo.Raph.Cum. & d. Alex.cũ
aliquali diſtinctione.idem tenent Mod.preſertim Aret.in l.q à
latronibus.§.fin.ſ.de teſta.Bald.& Sal in l.eum, qui duas.C.de
adul.cum alijs concor. hic traditis per d. Alex. & per eundem
d.Ale.in conſ.77.3.vol.inc.Viſis dubitationib. eleganter forma
tis.in 2. col. vbi dicit, ꝙ omnes vbique ſequuntur iſtam opin.
Bart.ſed errat, quia plerique tenent contrarium, quos ſtatim
referam.Idem cum Barto.tenet Nel.de S.Gem.in tract. banni-
* torum in quarta parte primi temporis in 4.& 5.quæſt.*& iſta vi
detur communis opin.* ꝙ indiſtinctè ſiue via appellationis ſiue alia
via agatur de nullitate,vel iniquitate banni, illo medio tempo
re non poteſt bannitus impuuè occidi. pro iſta communi opi.
vltra iura Bart. allegat Raph. Cum. l. ſi quis vi. in princ.j.eod.
vbi de poſ. deiectus habetur acſi poſſideret, cùm ex interdi-
cto vnde vi habeat facultatem recuperandæ poſ. ſed iſtud pa-
rum facit.ad idem allegat Raph.Cuman.l.non videtur.ſ. de in
integ.reſt.vbi nemo videtur iure expulſus, cui prætor in inte-
grum reſtitutionem pollicetur. ad idem mouetur Nellus in lo
co præallegato alia ratione,quia ſtante dicto ſtatuto,quòd bã-
nitus poſſit impunè occidi, quilibet videtur conſtitutus publi-
cus officialis.l.2. C. quando liceat ſine iud. ſe vindi. Ergo ſicut
pendente cauſa nullitatis banni iudex non poſſet exequi ſen-
tentiam corporalem. l. non tantum.j.de appel. & l.2.j.de app.
reci.ergo nec alius eum repreſentans. Adde vltra Scribentes
pro iſta communi opin.Bartol.& Scriben. facere text. in l.mu-
lier.la.1.§.1. qui incip. non eſt ambigendum. ſupra ad Trebell.
vbi probatur,quòd paria ſunt aliquid eſſe de præſenti, vel ſpe-
rari de proximo eſſe.& ibi Pau. de Caſt. & Dom.Alexan. pon-
derant illum.text.ad iſtam deciſ.Barto.ſed tu dic,quòd ille tex.
parum facit,quia ibi certum eſt, quòd ſeruus debet habere li-
bertatem, & hæreditatem ſibi relictam ab hærede per fidei-
commiſſum, & nihil ei obſtabat, ſed in caſu noſtro eſt dubiũ,
quia pendet quæſtio in iudicio, & dubius eſt euentus litis. l. ꝙ
9 debetur.cum vulgaribus. ſ. de pecu. † Ad idem facit, quia li-
cèt aliàs exceptio, quæ opponitur, quando requirit altiorem
indaginem,& inquiſitionem, non impediat executionem. l.4.
§. condemnatum. vbi Bart. & omnes.j.de re iud.& l.ſatis.C.ad
l.Corn. de fal. Iſtud procedit,qñ talis executio eſt poſteà retra-
ctabilis,ſed in caſu noſtro executiò banni eſt irretractabilis, qa
ſi bannitus occideretur,vel aliter offenderetur in pſonam,tunc
executio talis debet retardari, q̃ aliàs non retardaret̃ pp exce-
ptionem nullitatis.Iſtam doct.tradunt Pau.de Leaza.& Canoſ
in

ADDITIO.

a ¶Bannitus. Adde Bald.in l. lite. C.de lib.cau.& in l.1.C. de pœn. & in addi.
Spec.tit.de ſent.Ioann.And.in addi. Spec.titu.de accu.§. fin. verſ. ſed ſi ban-
nitus.

in ele. 1. vbi ita limitāt illum text. de re iud. Bald. in d. l. eum, qui duas. & in l. si feriatis. ff. de fer. Ang. in l. fi. C. si ex fal. instr. Imo. & do. Alex. hic. Imo. in d. l. qui à latronib. §. fin. ff. de test. & in l. nō solùm. §. morte. in pen. col. ff. de oper. nou. nun. ad idem pro ista 10 † communi sententia facit, ꝙ no. Bal. & Pau. de Cast. in l. si nō sortem. §. ideo. per illum text. ff. de cond. indeb. vbi not. ꝙ rebāniendus habetur pro rebannito, ergo interim non potest impunè occidi. Tñ ad hoc posses dicere, ꝙ istud procederet, quando esset pro certo rebanniendus, & ab ista sententia Bart. & communi non esset in practica recedendum. ¶ Tamen si velles tenere opin. Dyn. contrariam, posses respon. ad iura allegata per Bar. & primò ad l. cùm vero. in fin. prin. ff. de fideicom. liber. potes dicere, ꝙ text. ibi dicit, ꝙ ille, cui est relicta libertas, in pos. li-11 bertatis esse videtur. † Pondera verbum videtur, ꝙ importat improprietatem, & sic fictionem. l. 1. §. deiecisse. cum sim. ff. de vi, & vi arma. Bart. in l. si is, qui pro emptore. in 2. char. ff. de vsucap. ergo non habet locum in statutis, vulgata. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Secundò, & fortius, illud ꝙ nobis debetur, impropriè possidemus, secundum glo. magistram in l. legitima. ff. de pet. her. ergo non habet locum in statutis, in quib. verba debēt propriè intelligi. Tertiò posses respon. ſm Lud. Rom. hic. & d. Nel. in loco præalleg. ꝙ text. in d. l. cùm vero. in prin. loquitur, qñ certum erat deberi libertatem. Sed in casu nostro dubitat, & dubius est euentus litis, vt dixi, ideo in dubio debet potius præsumi pro sententia. l. Herennius. §. Caia. cum sim. ff. de euic. ad text. in l. si quis filio exhæredato. §. ꝙ si quis fuerit. ff. de iniu. rup. vbi sententia nulla quomodocunq; procedat nullitas, nō facit damnatum intestabilem. respon. Lud. Rom. hic, & Nel. in loco præalleg. ꝙ ille text. loquitur in effectu concernente solū personam ipsius condemnati. Et sic nō facit ad casum nostrū, in quo tractatur de iure concernente personam alterius. s. occidentis, sed istud est diuersificare casum, & nō realiter soluere. non obstat aliud fundamentum Bart. ꝙ bannitus, qui habet exceptionem, non dicitur verè, & propriè exbannitus, ergo in eo non loquitur statutum, quia licèt Lud Ro. & d. Nel. ad hoc nōn respondeant, tu potes respon. ꝙ attento isto fundamento Bart. sequeretur, ꝙ etiam antequam bannitus appellaret à sententia banni, vel antequam diceret se non iure bannitū, ꝙ non posset impunè occidi, & tñ hoc non videtur verum, antequā hoc constet, vel saltem sit petitum, prout tenet Bald. in l. qui se 12 dicit. per illum tex. ff. de iud. † Præterea, qui habet exceptionē, est propriè debitor, aliàs esset exceptio intentionis, & facti. l. 2. ff. de excep. licèt non sit debitor effectualiter, sic intelligitur. l. debitor. ff. de verb. sign. alleg. per Bart. sed qui naturaliter tm̄ tenetur, fateor, ꝙ non est propriè debitor. ita loquitur lex fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius. alleg. per Bart. Ita posset defendi opin. Dyn. q̃ etiam tenet Alb. de Ros. hic. tenet Alb. de Gadi. in tract. malefid. in 23. rub. de bannitis ex maleficio, in 1. col. in vers. itē pone statutum est in ciuitate, & in vers. sed retēto eodem themate. & in 2. col. in vers. sed quid dicemus, & aduerte diligenter, ꝙ idem Alb. de Gandi. in d. 1. col. in vers. sed retento eodem themate, singulariter tenet, ꝙ ante appellationem interpositam à banno. s. intra 10. dies tunc bene poterit de iure occidi, ꝙ valde not. idem tenet Alb. de Ros. in d. tract. statuto. in vlt. parte. in q. 24. Sed in hoc vltimo puto indubitanter ꝯrium, per regulā, quia idem operatur pendentia temporis præfixi ad appellandum, ꝙ operatur pendētia appellationis. l. & post rem. in prin. 13 ff. de transact. c. non solùm. de appel. in 6. & ita impeditur † executio ante appellationem. ff. tps appellandi, sicut si esset appellatum. gl. & Bart. in l. 1. in prin. ff. nil noua. appel. pend. gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accu. Spec. in tit. de appel. §. restat in fi. Sed pendentia appellationis facit, vt quis non possit tanquam bannitus impunè offendi, prout omnes hic indifferenter tenent, ergo idem debet operari pendentia temporis dati ad appellandum, & ita etiam tenet Lud. Rom. hic, & etiam tenent Mod. Sen. hic, non ista ratione, sed alia de qua hic per eos.

SVMMARIVM.

1 *Saltus sunt vasta, & syluestria loca, in quib. arbores saliunt in altum.*
2 *Dictio idest, quot modis sumatur.*
3 *Seruus etiam extra causam peculiarem an acquirat domino.*

§. Saltus hybernos. Possidere possumus animo nostro tantū, item animo nostro, & corpore alieno, item corpore, & animo alieno. hoc d. & sic habet tres partes, prout magistraliter ponit tres modos possidendi. Secunda ibi, ceterū. Tertia ibi, nec mo-1 uere nos debet. ¶ † In text. ibi, saltus. dic, ꝙ saltus sunt vasta, & syluestria loca, in quib. arbores saliunt in altum. saltus etiam est spatium campi, vel fundi, & locus syluę, & quid sint saltus, & quid differant à pascuis, habes glo. in l. 1. C. de pascu. pub. lib. 11. & in l. nulli. C. de fun. patrimo. lib. 11. Nam saltus dicuntur loca, ex quib. percipitur vsus, & fructus, sed pascua sunt ex quib. percipiuntur solùm pastiones seu vsus pascendi secundū prædictam glo. & dicit text. in l. instrumenta. in fin. ff. de fund. instr. Si fundus saltus pastionesque habet. Et dum iste text. dicit saltus æstiuos, & hybernos. ita etiam dicit text. in l. peregrè. §. fin. ff. eod. Nam sicut dicimus vestimenta æstiua & hyberna, quib. vt plurimum vtimur æstate, & quibus hyeme, ita dicimus saltus hybernos, quib. vti possimus hyberno tempore, & saltus æstiuos, quib. vti possimus tempore æstatis. ita dicit text. in l. duo sunt genera. ff. de aqua quo. & æsti. & in l. qui saltum. ff. de leg. 3. & Virgilius tertio Georgico. Saltib. in vacuis pascant, &c.
2 ¶ † Not. ex text. ibi. i. quas serui peculiariter. iuncta glo. secundū Aret. hic. ꝙ dictio. i. aliquando stat simpliciter, aliquando expositiuè [a] seu declaratiuè, non autem restrictiuè, dicit. n. tex. quasdam res etiam ignorantes possidemus, id est, quas serui peculiariter apprehenderint. Illa dictio idest, non restringit text. ꝙ solùm in peculiarib. quæratur domino ignoranti, quia etiam idē est in non peculiarib. vt dicit gl. nostra hic, adde tu ad hoc tex. in l. qui liberis, in prin. & ibi Aret. in 3. not. ff. de vulg. & pupil. & qđ dictio, idest, stet declaratiuè, est text. in l. 2. in verbo, *rogatur. i. interrogatur.* ff. de adop. & in l. auxilium, in prin. ff. de min. in verbo, *delicti veniam. i. calumniæ.* Breuiter istis non attentis, teneas, qđ dictio, idest, non solùm est declaratiua, sed etiam restrictiua, vt not. Bart. in l. 1. in princ. per illum text. ff. ad l. Aqui. & tex. in d. l. Pompo. in prin. ff. de procur. in verbo, *causa cognita. i. si ei nominatim*, & c. sic etiam in dictione scilicet, quæ non solùm stat declaratiuè, sed restrictiuè. l. iusiurandum, qđ ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur. vnde in isto text. dictio, idest, stat restrictiuè. confirmatur optimè per theoricam eiusdē Aret. in d. l. qui liberis, in prin. in 3. not. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit, qđ qñ præcedit dispositio generalis, & ponitur, idest, tunc non stat restrictiuè, sed exemplificatiuè, & declaratiuè, per l. item veniunt. §. petitam. 1. & 2. ff. de pet. hær. aliàs stat restrictiuè, sed in hoc tex. non præcedit dispositio generalis, sed specialis, cùm dicat, *quasdam res etiam ignoranets possidemus*, idest quas serui peculiariter parauerunt, ergo dictio. i. stat restrictiuè, & ita teneas, quamuis etiam ipse Aret. alibi idem notet, qđ hic. s. qđ dictio, idest, aliquando stet simpliciter declaratiuè, ita etiam not. Aret. in l. planè. §. 1. per illum text. ff. de leg. 1. idem Aret. in l. cætera. §. 1. per illum text. in eod. tit. ff. de leg. 1. sed teneas, qđ supra tenui. & tenet etiam d. Alex. in l. sunt, qui in id. per glo. 2. ibi. ff. de re iud. Et
3 sic in isto text. dictio, idest, stat etiam restrictiuè. ¶ † Pondera ergo hic esse text. pro opin. quam tenui contra glo. & Doct. in l. 1. §. item acquirimus. ff. eod. nam ibi glo. & Doct. tenent, qđ seruus etiam extra causam peculiarem acquirit domino ignoranti. Hic est text. in contrarium tripliciter inducendo eum. Primò in dictione, idest, quæ stat restrictiuè, & sic restringit ad causam peculiarem [*] secundò, quia text. dicit, *quasdam res*, *sed glo. & Doct. ibi omnes res, non quasdam*, & glo hic dicit, quasdam, imò omnes etiam non peculiares, qđ est destruere text. Tertiò, qa Iurisconsul. posuit regulam, qđ in acquisitione, quæ fit per colonum, & seruum debet concurrere animus domini, & ab ista regula solùm excipit, quando seruus acquirit ex causa peculiari, ergo in alijs stat firma regula. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. leg, quod in acquisitione pos. quæ fit per seruū, debet concurrere animus domini, ergo non acquirit domino ignoranti, & dicit Aret. qđ non est melior text. in corpore iuris, & qui magis clarè probet, quàm iste, qđ pos. nō acquiritur domino ignoranti extra causam peculiarem.

ADDITIO.

a ¶ Expositiuè. Adde de hac dict. per Doct. in cap. 2. de cohabi. cle. & mulier. & text. in l. tres fratres. ff. de pact.

* Et dic, quòd non tantum declarat, sed etiam restringit, teste Barto. in l. 2. ad l. Aquil. & eod. Ias. in l. si emancipata. nu. 31. C. de collat. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quatenus, quid importat.*
2 *Datur præsentia sine visu.*
3 *Possessio rerum mobilium amittitur protinus amissa custodia.*
4 *Absens retinet ciuilem possessionem animo, licèt non naturalem.*
5 *Duplex est possessio. s. naturalis, & ciuilis.*
6 *Qui ciuiliter possidet, acquirendo naturalem, dicitur nouam possessionem acquirere.*
7 *Gabella non soluitur de contractu inualido.*
8 *Possessio rei existentis prope, quæ de facili potest apprehendi, an retineatur sicut per insistentiam.*

9 *Si equus dimiſſus in paſcuis cœpit errare, ex hoc cenſetur perdita poſ.*
10 *Appellatione beſtiæ venit fera,& manſueta.*
11 *Statuta etiam exorbitantia, & correctoria iuris communis debent in-
telligi ſecundum communem vſum loquendi.*
12 *Piſces exiſtentes in lacu,an ſint eius, cuius eſt lacus.& nu.13.*

a **§.Nerua filius.** [a] Poſſeſſio rei mobilis excepto homine retinetur ex fa-
cultate apprehendendi propter cuſtodiam , vel incluſionem
parui ſpatij,vel ex conſuetudine redeundi.h.d. vſque ad §. La
beo. ¶Diuiditur in tres partes, ſicut ponuntur tres caſus prin.
quib.poſ.rerum mobilium retinetur.ſ. per cuſtodiam , vel in-
cluſionem parui ſpatij ,vel per conſuetudinem reuertendi.Se-
1 cunda ibi, [item feras.] Tertia ibi,[aues autem.]¶†In tex.ibi,
[quatenus.] iſta dictio quatenus,ſecundum Are.idem impor-
tat , ꝙ dictio quouſque.de qua per Bart.in l. patronus.§.Sem-
pronio.s̃.de leg.3.Adde de hoc eſſe gl.latam , ꝙ dictio quate-
nus,importat vſquequaque,vel quouſque.gl.in l.j.in prin.in gl.
mag.in verbo, hactenus.s̃.de ope. no.nun. ſumitur etiam alijs
varijs modis, vt latè per Alb. de Roſ. in dictionario ſuo in ver-
bo,quatenus.Itẽ eſt dictio ampliatiua,vnde ſi lego tibi vſum-
fructum,quatenus apud hæredem tuum maneat , non ſolùm
hæredi,ſed etiam tibi competit. Ita no.Bal.in l. antiquitas, in 1.
no.C.de vſufru.¶In ver.[diſſimiliter.]vbi litera eſt valde intri-
cata, dum tex.dicit,*nec inuenitur, quia in præſentia eius ſit* , iſta ra-
tio continet contradictionem,ſeu repugnantiam,dicere ꝙ res
non inuenitur,quia ſit in eius præſentia,imò quia eſt in præſen
tia,deberet inueniri , nec iſta vr̃ vllo modo congrua reſpon. ꝙ
ideo non inueniatur,eo quia ſit in præſentia eius.gl. hic in ver
bo,in præſentia eius. dupliciter reſpon.primò , ꝙ ſubaudiatur
negatiua non.ſ.quia non ſit in præſentia eius. Secundò,ꝙ tran-
ſportetur litera ad id, ꝙ ſup. dixi, ſi ſub cuſtodia mea ſit, quia
ſit ſub præſentia eius. Sed certè vtrunque , vel ſubaudire , vel
tranſportare literam, vitioſum eſt, ideo neutrum placet, licèt
in hoc multum inſiſtat Are.in declarando & ſuſtinendo ſecun
dum intellectum gl.Alij nihil tangunt, ſed vltra eum nihil ſub
audiendo ad tex.nec tranſportãdo literam,poteſt intelligi tex.
quia in præſentia eius ſit.i. in loco præſenti ſibi , non autem in
2 conſpectu oculorum : quia datur† præſentia ſine viſu . vt per
Bar.in l.j.§.j.cum ſuis concor.ſup.de auth.tut.& ꝙ vult Bar. in
l.diem proferre.§.coram.per illum tex.ſup.de arb. & in l. corã.
per illum tex. j̃. de verb.ſign.& erit tunc ſenſus tex. ꝙ non per
ditur poſ.rei mobilis,ſi ſit ſub cuſtodia noſtra, nec inueniatur,
quia ſit in loco præſenti , ſed tñ ceſſat interim diligens inquiſi-
tio , & ſic ex quo cum diligenti inquiſitione in loco præſenti
poteſt res inueniri, dicitur eſſe ſub cuſtodia mea , & ſic eã poſ-
ſideo,ſecus qñ adhibita diligenti inquiſitione non poſſet inue-
niri,puta quia eſſet in abſentia,& ad hoc adde glo.in l.peregrè.
3 in prin.in verbo,infirmitatẽ memoriæ,& ibi Bar.j̃.eo. ¶† No.
j.ex iſto tex.ꝙ poſ.rerum mobilium protinus,& ſic immedia-
tè amittitur amiſſa cuſtodia,ſecus eſt in reb.immobilib.in qui-
bus non perdo ciuilem poſ. licèt res non ſit ſub cuſtodia no-
ſtra.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.j̃.e.ratio diuerſitatis eſt
duplex,prima,quia mobilium vilis eſt , & abiecta poſ.l. ſi rem
mobilem.j̃.e.ideo facilius perditur neglecta cuſtodia.Secunda
ratio eſt,quia amiſſa cuſtodia res mobilis poteſt de facili occul
tari, & ſic cõtrectari de loco ad locum,& ſic perdi. ſed res im-
mobilis non poteſt moueri nec occultari , ideo non perditur
poſ.licet nõ ſit appoſita cuſtodia,cùm ſemper pateat, & poſſit
recuperari.ſed Raph. Cu. hic tenet , ꝙ non ſit differentia inter
res mobiles , poſitis terminis parib. quia etiam rei immobilis
perditur poſſ.ſi deficiat poteſtas inſiſtendi rei.vt in §.Labeo. j̃.
ead.l.& l.ꝙ meo.§ fi. & l.ſi id ꝙ.in prin.j̃.e.ſed tu dic, ꝙ qñ res
immobilis non poteſt recuperari,verũ eſt,ꝙ perditur & natu
ralis,& ciuilis poſ.vt in d.§.Labeo.j̃.ea.l. ſed quando extant, in
reb.immobilib, quamuis non ſit cuſtodia,imò cuſtodia ſit pe-
nes alium , tñ retinetur ciuilis.d. §.qui ad nundinas , ſecus in re
4 mobili,vt hoc tex. Et ita etiam tenet d.Alex.hic. ¶ † Secundò
no.ex hoc tex.in verbo,[nanciſci.]ꝙ qui eſt abſens bene retinet
ciuilem animo.vt vult tex.j̃.in verbo,retineri.tamen non reti-
net naturalem,quod apparet,quia tex.dicit,nanciſci,ꝙ eſt no-
uam poſ.acquirere.l.j.ſupra ti.j.§.ſingulorum . inſtit.de re. diui.
5 ¶† Et ex hoc correlariè no. ſecundum Bar. & alios hic , ꝙ eſt
b tex.melior de iure,ꝙ duæ ſunt poſ. [b] ſ.naturalis,& ciuilis cùm
text.dicat, ꝙ illam rem poſſidemus,cuius poſ. nanciſci poſſu-
mus , & ſic ciuilem habentes poſſumus naturalem acquirere.
ergo ſunt duæ poſ.& ad hoc etiam no.iſtum tex. Dyn.in regu-
la ſine poſ.ſed caue,quia idem Bar.in l.j.in prin.ſup.eo.dicit, ꝙ
iſta concluſio non probatur in hoc tex.quia hoc verbum, na-
turalis poſ.ſignificat detentationem, non autẽ naturalem poſ.
prout eſt aliud quàm detentatio, prout etiam capitur in l. 2. §.
ꝙ vulgo.infra pro emp. & in l. ſtipulatio iſta.§. hoc quoque.j̃.
6 de verb.obl.¶† Tertiò not. ex eo.tex.ibi,*naturalẽ poſ.nanciſci*.hic
eſſe tex no.ꝙ ille,qui ciuiliter poſſidet acquirendo naturalem,
dicitur nouam poſſeſſionem acquirere , vt ſignificat verbum
nanciſci , vt ſupra proximè dixi, & ſic pondera ſm Mod. Sen.
hic,videri hic tex.contra illud ꝙ no.d.Abb.poſt d.Ant. de But.
in c.cùm veniſſent.in vlt,no.per illum tex. de reſti. ſpol.vbi no.
ꝙ ſi habens poſſeſſionem ciuilem ingrediatur naturalem va-
cantem ,non dr̃ de nouo acquirere poſſ. ſed potius continuare
ſuam poſſ.ciuilem ,quia naturalis eſt acceſſoria ad ciuilem.l.ſi
id ꝙ.inf. e. & per hoc infertur in practica ad ſtatutum diſpo-
nens,ꝙ.pro poſſ.nouiter acquiſita ſoluatur gabella , ꝙ habens
ciuilem ,& ingrediens naturalem,ſeu corporalem poſſ. non te
netur ſoluere talem gabellam , quia non dicitur de nouo ac-
quiſiſſe,ſed acquiſitam prius continuaſſe. facit. d.l. clam poſſi-
dere.§.fi.& quod ibi no.ita ibi reſidet d. Abb. quæ deciſio vr̃ ꝯ
hunc tex. Tamen ex alio poſſet defendi deciſio d. Abb.quia ex
quo acquiſitio iſtius naturalis iuncta cum ciuili non eſt vtilis
ad aliquem iuris effectum,vt per Bar. & Doct. in §. ex ꝯrio. s̃.
ea.l.ideo iuris diſpoſitione non cenſetur noua poſſ.acquiri,ta-
le enim ſtatutum debet intelligi de acquiſitione , quæ fit cum
aliquo effectu,per illud quod no. Bar.in l.quoties, per illũ text.
7 & in l.in lege Fal.non hr̃.s̃.ad l.Falcidiam. ¶† Hinc eſt, ꝙ talis
gabella non ſoluitur de ꝯtu nullo,vel inualido, quia non hẽt
effectum,vt no.Bar.in l.fi.§.pen.per illum tex. C. de leg. Bal.in
l. 1.per illum tex.C.de eunuchis.& in l.non dubium. in prin.C.
8 de leg.Ang.& alij in l.Marcellus.§.res quæ.s̃.ad Treb.¶† Quar-
c tò no.ex eodem verbo, nanciſci. [c] hic eſſe text. mirabilem ſm
Pau.de Caſt.in vna lectura, quia licèt in rebus immobilib.non
perdam poſſ. nõ ſolùm ſi ſum actualiter in loco, ſed etiam qñ
ſum adeo propè,ꝙ de facili poſſum apprehendere, vt eſt gl.in
l.j.in prin.s̃.e.in gl.2.mag.circa prin. & ſic vult ibi gl. paria eſſe,
quo ad retinendum poſſeſſionem naturalem , vel ꝙ res ſit in
conſpectu,vel ꝙ ſit de proximo, & tamen ſecus eſt in re mobi
li. Quia hoc ipſo, ꝙ exit conſpectum noſtrum,licèt ſit in loco
proximo,tñ nõ poſſidemus eam naturaliter , vt patet ex dicto
verbo,nanciſci,& ſequitur Are.hic. Tu aduerte, ꝙ gl.in d.l.j.in
prin.s̃.eod.fundat ſe per l.clauibus.ff.de contrahen.empt. quæ
loquitur de mercib.& ſic de reb.mobilib.& ſic vult idem iuris
eſſe in his,prout in immobilib.vnde prout etiam dicit d. Alex.
iſte tex.debet intelligi,ſi res eſſet adeo propè, q̀ de facili poſſet
apprehendi , vel qñ res eſſet in loco proximo , ſed de facili ap-
9 prehendi non poſſet. ¶† Quintò no.ex iſto tex. in verbo, [ob-
errauerit.] iuncta gl.ſm Bar.& alios,ꝙ ſi equus dimiſſus in pa-
ſcuis cœpit oberrare, quia non remanſit in loco,in quo fuit po
ſitus ad paſcendum,ꝙ ex hoc cenſetur perdita poſ.equi, vnde
tunc occupans propria auctoritate non incidit in pœnam le-
gis,ſi quis in tantam.C.vnde vi.& ibi hoc tenet gl.in 5.q.ſecun-
dæ partis principalis,ſed bene incidit in pœnam legis fi.C.vnde
vi.quæ loquitur de occupante poſ.rei vacantis, quæ à nemine
poſſidetur, & de equo dimiſſo in paſcuis , quem lupus come-
dit, an dimittens teneatur domino equi. dic vt per Bald. poſt
10 Cy.in l.nemo deinceps. ad fi.C. de epiſ. audi. ¶† Sextò not.in
verſ.item feras beſtias,ꝙ ex quo tex. addidit illam qualitatem,
feras, hic vr̃ probari ſm Mod. Sen. ꝙ appellatione beſtiæ ſim-
pliciter prolatæ,venit & fera,& etiam manſueta.In ꝯrium eſt
tex.in l.j.§.beſtias.s̃. de poſtul. vbi appellatione beſtiæ nõ venit
manſueta , & per illum text. not. ibi Bartol. in 1. not. quòd
iſta dictio,beſtias, intelligitur de fera, & ſic videtur ſecundum
d Barto.quòd ſi ſtatutum [d] dicat de beſtijs, quæ dant damnum,
quòd

ADDITIONES.

a ¶Nerua filius.Vide per iſtũ.§.quod villa excuſatur,quæ non capit ingreſſum Sylu. Barto.conſi.102.colu. 2. Item no.ex iſto tex.in ver. ex contrario. forma excuſsionis bonorum. Ang. in §.item ſi quis in fraudem.3.col. Inſtitu.de actio. PVRPV.

b ¶Duæ ſunt poſ. Adde,quod de hoc diſputat Emanuel Suarez.lib.recep.ſent. ver.poſſeſſio.cui adde Zaſ.reſp.lib. 1.c.1.nu.20.in l.ij.§ . poſtea cum Appius. ver.Adiecit.ff.de orig.iur.Oldend.lib.Act.forenſ.Claſſe.2.ti.de iure poſ.Duplicem autem eſſe poſſeſſionem,ciuilem.ſ.& naturalem, communem dicunt Rip.in l.j.nu.25.ſupra hoc tit. Coraſ. in l.naturaliter. §. nihil commune. nu. 6.inf.eod. MASVER.

c ¶Nanciſci. Adde Bar.in l.ſolutum.§.ſolutam.in fi. 2.op.de pig. act. Ang.in §. item ſeruiana. col.2.de actionib. PVRPV.

d ¶Statutum. Adde,quæ ſcribit Dy.in procemio extra de reg.iur. vbi Docto.in Apoſt.poſt.nu.2.no.de ſtatuto,quod de beſtijs ſoluantur tot pro gabella, cui conuenire videntur no.per Deci.conſi.199.nu.4.550. Nat.conſi.347.& qd veniat appellatione beſtiæ,vide Matheſi.ſing.95. Rom.ſin. 422. Quid iumẽtorum, pecorum,vel armentorum, Cepol.in l.ædiles.2.§. iumentorum. ff.de ædil.edi. MASVER.

quòd non habet locum in animalibus domesticis,dicit tamen Bart. ꝙ in hoc standum est consuetudini, & sequitur ibidem Ang.Idem ēt sequitur.d.Math. in no.96.inc.no. vnū mirabile, & ibi refert, ꝙ quidam famosus aduocatus allegabat cuidam iudici,qui erat motonus, asinū pro bestia nō haberi, allegādo rub.quæ nō habetur.C.de asinis pro bestijs nō habendis.lib.12. & iste iudex credidit aduocato,& ita iudicauit, & dicit, quòd illa sententia iudicis poterat sustineri per tex.in d.§. bestias,nisi ex communi vsu loquendi regionis animalia domestica voca
11 rentur bestiæ, † quia statuta [a] exorbitantia, & correctoria iu-
a ris communis debent intelligi secundum communem vsum loquendi,non obstante, ꝙ in legibus tale vocabulū aliter cape ret.l.Labeo.§.idem Tubero,& ibi Bar.ff.de sup.leg. c.ex literis.
12 primo.de spon. ¶† Septimò not.ex tex.ibi,[q in stagno sunt.] ꝙ licèt lacus sit noster,pisces tamen, qui sunt in lacu,non possidētur à nobis,nec sunt nostri ante occupationem, vel capturam.Hinc inferunt Ange. & Mod. ꝙ licèt Perusini sint domini lacus Perusij,& illum possideant,pisces in eo existentes non possident,quia pisces existentes in lacu magno dicunt esse in libertate sua, ideo cuilibet licitum est piscari nisi prohibeatur.
13 allegant text.† cum glo.in l. vsufructuarium .§. si in viuarijs. supra. de vsufru.vbi glo.facit mentionem de lacu Perusino, de quo etiam facit mentionem gl.in l.eadem.s̄.de fun.inst. ¶Sed aduerte,quia ille tex.in d.§.si in viuarijs probat cōtrarium, & contrarium tenet Bart.in tract.Tiberiadis,in verbo flumen.ad fi.vbi Bart.loquitur de lacu Perusino, & dicit, ꝙ quidam sunt lacus publici.i.reipublicæ,vt ibi nullus piscetur, nisi cui respublica commiserit,vt in lacu Perusino,tunc idem iudicatur ac si essent priuati,vt l.Celsus.s̄.de contrahen.emp. quidam sunt lacus, & stagna publica, hoc est in vsu publico, vt in eis quilibet ad placitum piscetur sicut fluminibus publicis. l. litus. ff. de verb.sign.

ADDITIO.

a ¶Statuta.Adde de hoc,& vide latè per Fely.in proœ. Decretali.

SVMMARIVM.

1 *Possess.perditur per inundationem.*
2 *Præscriptio per inundationem interrumpitur.*
3 *Possess.ciuilis, & naturalis perditur per inundationem etiam ab ignorante, num.4.*
5 *Possess. perditur per inundationem, adeo quòd piscando non retinemus possess.illius fundi.*
6 *Possess.stagni,& aquæ perditur per siccationem.*
7 *Inundatio vtilis non interrumpit possessionem.*
8 *Quando inundatio est tanta, quòd fundus non potest pedib. calcari, perditur possessio.*
9 *Inundatio, quæ durat modico tempore, non interrumpit præscriptionem.*
10 *Paria sunt fundum esse aquis inundatum, vel ab hostibus occupatum.*
11 *Qui prouidet inundationi,non dicitur perdere possessionem.*
12 *Contra interrumptionem præscriptionis, quæ fit ex inundatione fluminis,datur restitutio in integrum,vbi agens tractat de damno,quod est quando ius est iam quæsitum.*
13 *Error iuris non nocet,quando tractatur de damno.*
14 *Contra interrumptionem præscriptionis non datur rest. in integr. pro consequendo lucro cum iniuria alterius.*
15 *Minor restituitur etiam ad lucrum cum iniuria alterius.*
16 *Restitutio in integrum aduersus interruptionem conceditur, quando ad eam perficiendam pauci dies restabant, etiam cum iniuria alterius.*
17 *In præscriptione 30.vel 40.anno.cùm sit merè odiosa, non conceditur restitutio in integrum contra interruptionem præscriptionis, ratione modici temporis.*
18 *Præscriptio longi temporis in feudis censetur fauorabilis.*

1 **§. Labeo.** Per inundationem perditur possess. h. d. vsque ad §.si rem,& sic† licèt per inundationem fluminis, quod non mutauit alueum, non perdam dominium rei meę, secus si immutauit alueū.l. adeo.§.insula. s̄.tit. 1.& l.si ager cuius.cum glo.s̄.quib. mod. vsusfru. amit. & hic in gl. fin.tamen perdo possessionem.tex.est hic, & in l.qui vniuersas.§.itē, quòd à mari.ff.eo.ratiò est duplex, prima, quia vbi non potest rei naturaliter insisti,perditur possessio.§.ex cōtrario.s̄.ea.l.secunda est ratio, quia quando res deuenit ad casum,à quo incipere non potest,vitiatur.l.plurib.§.& si placeat. ff.de verb. oblig. nec dicatur, quòd ex quo res est sortita effectum, non debet vitiari per hoc, quòd deuenerit ad casum,à quo incipere non potest, vt habetur in d.§. & si placeat, quia respon. quòd possess. non dicitur sortita effectum,nisi alius effectus sequatur, cùm possess. sit quid producens, vt declarat
2 Ang.in l.3. §.ex pluribus.s̄.eo. ¶† Hinc ex isto tex.sequitur, ꝙ
a cùm per inundationem [a] perdatur possess. per consequens ēt interumpitur præscriptio,cùm in præscriptione requiratur continuata pos. l.sine possessio.ff. titu. 1. not. in l.Celsus.ff. titu.1. & dixi in rub. s̄.eo. & ista est naturalis interruptio. l.naturaliter.ff. tit.1.Et ex hoc sequitur in practica,quòd si rei existentis propè flumen aliquis allegaret præscriptionem, dicens se tanto tempore pręscripsisse,si tu ex aduerso allegares inundationem fluminis,diceretur interrupta præscriptio,quod est menti tenendū secundū Bar.& alios hic. Adde tu Bar. in tract.de alueo,in vlt.
3 col.Et ex hoc correllariè not.Bart.ex isto tex.† quòd per inundationem perditur & ciuilis,& naturalis possessio,quia si ciuilis retineretur,pręscriptio procederet ex sola ciuili,secundum gl.& Doct.in §.ex cōtrario.s̄ ea.l.& sic habes vnam ampliationem ad istum text.quòd per inūdationem perdatur possess.nō
4 solùm naturalis, sed etiam ciuilis. ¶† Secundò amplia istum text. quòd per inundationem fluminis perditur omnis possessio,vt procedat etiam ab ignorante,quia nulla est spes recupetionis, vnde possessio, quæ retineri non potest, perditur etiam ab ignorante.ita ampliat istum text.Bart.in l.clam possidere.§. qui ad nundinas,in pen.col.ff.eo.& super isto multum latè insi-
5 stunt Mod.Senen.hic. ¶† Tertiò amplia istū text.quòd per inundationem fluminis adeo perditur possessio fundi,quòd etiā ibi piscando non retinemus possessionem illius fundi inunda-
6 ti.tex.est no.in l.si ager cuius.ff.quib.mod.vsus.ami. ¶† Quartò ad ampliationem adde,quòd sicut per inundationem perditur possessio fundi, vt hic,ita per siccitatem perditur possessio stagni, & aquę. l.& Attilicinus. ff. de seru. rust.præd. ¶Limita nunc istum text. quatuor modis ampliatum,etiam quatuor li-
7 mitationib.Primo † limita nisi inundatio esset vtilis,& prodesset sitientib.agris,& sic afferret vtilitatem possessori, prout facit inundatio nisi in Aegypto.l.1.& 2.C.de alluuio.& palu. & sicut videmus in pratis existentib.iuxta Ticinum, vel Padum, tunc per talem inundationem vtilem non interrumpit pręscriptio.Ita not.limitat Bart.in l.vni.C.de confes.in pen.char. & est in 22.col. Et sequuntur simpliciter. Alex. Aret.& Mod.Senen. hic,& dicit d.Alex. ꝙ istam limitationem tradit ad hunc text. vltra Doct. tu dic., quòd ista limitatio non est ad propositum huius tex.quia iste text.loquitur, quando fundus est taliter occupatus à flumine,ꝙ vi,& impetu fluminis sunt expulsi possessores à naturali possessione fundi, prout etiam dicit ad hunc text. Bald.in d.l.vni.in 22.col. sed istud non est in inundatione vtili, quæ confert sitientib.agris, nec tūc militant duæ rationes s̄.assignatæ ad istum text.& facit, ꝙ statim dicam in seq. limi-
8 tatione. ¶† Secundò limita, quando inundatio fuit tanta, ꝙ fundus non potuit pedib. calcari, & sic oportuit agrum relinqui, aliàs non esset interrupta præscriptio, nec perderetur possessio.ita limitant Iacob.de Rauen.& Io.de Imo.in §.Nerua.s̄.
9 ead.l. Lud.Rom.& d.Alex.hic. † Tertiò limita singulariter, qñ
b inundatio fluminis durasset modico [b] tempore, puta vna die, quia tunc non attenditur,vt interumpat præscr.ita limitat solus Raph.Cum.hic,licèt postcà dubitet, & dicat, ꝙ non putat hoc esse dicendum, alij nihil tangunt, tu pro ista limitatione. quam intendo bene examinare, adde in simili bonum text. in l. pretia rerum. §. 1. & ibi Bartol. & alij. supra ad l. Falcid. vbi caristia, vel inundatio, quæ modico tempore durauit,non attenditur, tamen istud fundamentum non esset in proposito tutum, eo,quia ex quo flumen inundauit fundum, statim fuit perdita possessio, ergo cùm possessio non fuerit continuata, prout requiritur, & statim dixi, ergo fuit interrupta præscriptio. secundò ego adduco Bald.in terminis, quem nemo ad hoc allegat in c. illud. in 1.col.de præscr. vbi formaliter dicit Bal. ꝙ illud, quod dicitur in hoc text. quòd per inundationem maris,vel fluminis perditur possessio, & sic interrumpitur præscr. intelligit verum non de inundatione momenti, sed plurium dierum:nam si recedat inundatio intra triduum, non putat possessio. amitti, alioquin possess.iuxta Padum sitæ nunquam pręscribentur,quod est absurdum secundum eum. Tertiò ad idem pondera text. in l. si ager cuius. s̄. quib. mod. vsusfr. amit. vbi dicit text. *quòd si eodem impetu flumen discesserit quo venit,restituitur proprietas,& vsusfructus.* caue tamen ad ver-
10 bum restituitur, & ad verbum eodem impetu. ¶† Quartò pro ista

ADDITIONES.

a ¶Per inundationem.Adde l.ergo.§.alluuio.ff. de acquir.rer.domin. Barto.in tracta.de flumini.

b ¶Modico.Facit regula de modicis.l.Seio.ff.de in integ.rest.

pro iſta limitatione adde bonum fundamentum, nam à pari
procedunt, vel ꝙ prædium ſit inundatum aquis, vel ꝙ ſit vi
hoſtium occupatum.l. cùm vnus.§.fi.ĵ.de bon.auct.iudi.poſ.
& l. 1.§. ſi quis propter inundationē.ĵ.de itine. actuque priua.
ſed ſic eſt, ꝙ ſi aliquis ſit per vim deiectus à poſſeſſione, & eam
incontinenti intra breue ſpatium temporis recuperat, non di-
citur interrupta præſcriptio, vt eſt gl.not.in l.qui poſſeſſionem,
& ibi Bart.ĵ.de vi, & vi arm.ratio eſt, quia ex ciuili poſſeſſione
procedit præſcriptio.l. 1.§.per ſeruum, qui in fuga.ſ.eod. gl.&
Docto. in §.ex contrario. ſ.ea.l. ſed deiectus, qui incontinenti
recuperat, vel incontinenti ſe præparat ad recuperandum, nun
quam deſinit ciuiliter poſſidere.l.3.§. cùm igit, & ibi gl.& Bart.
infra de vi, & vi arma. ergo non interrumpitur præſcriptio,
ergo idem dicemus in prædio inundato.nota, quia eſt pulchra
limitatio ad hunc text. & facit, quod dicā in ſeq. limitatione.
11 ¶† Quartò limitat d. Alex. quando ſecuta inundatione poſ-
ſeſſor incontinenti ſe præparat ad prouidendum facere ceſſare
iſtam inundationem, quia ſi ita prouidet, & cum effectu, non
videtur deſijſſe poſſidere, & ſic non erit interrupta præſcriptio
per id, quod not.gl.in d.l.3.§.cùm igitur, & in l.qui poſſeſſionē.
infra de vi, & vi arma: & facit, quod dixi in præcedenti pro-
xima limitatione, & ita habes perfectè enucleatam regulam
huius text.¶ Capio gl.in verbo, [deſinere.] In gl.in verbo deſi-
12 nere habes duas concluſiones. Prima eſt, † quòd contra in-
terruptionem præſcriptionis, quæ fit ex inundatione fluminis,
datur reſtitutio in integ.vbi agens tractat de damno, quod eſt
quando ius iam eſt ſibi quæſitum, vt eſt caſus in d.l.1.§. ſi quis
propter inundationē.ĵ.de itine. actuque priua. quia iam anno
fuerat vſus. Nam perdere ius iam quæſitum eſt pati damnum,
vt dicit gl.in d.§.ſi quis propter. quæ tota die ad hoc allegatur.
idem gl.in l.2.§.j.verſ.meriti.ĵ.ne quid in loc.public. Bald.Ang.
13 & Mod.in l.non amplius.§.ſi per gl.ibi.ſ.de leg.1.¶† Hinc eſt,
a quòd ſicut error iuris non nocet,[a] quādo tractatur de damno,
ita, quando tractatur de lucro iam radicato.gl.eſt not.in l.quæ
fideicommiſſa ſ.de leg.2.ſed tu cōſidera circa.d §.ſi quis pro-
pter inundationem. quomodo ibi tractatur de damno, nam
ita demum datur illud interdictum de itine.actuque priuato,
ſi illo anno vſus ſit itine.ſpatio.30. dierū.l.1. ĵ.de itine.actuque
priuato, ſed ibi non erat vſus hoc anno, ſed anno præterito, & ſic
licèt ibi pro anno præterito quęſiuiſſet aliquid iuris, tamen pro
anno ſeq.non videbatur aliquid quæſitum, & tñ prætor ibi re-
ſtituit ad illud interdictū.ergo ad lucrum Item pro illo anno,
quo vſus eſt, ſolùm acquirit quaſi poſſeſſionem, per quam pōt
extra iudicium contra impedientem de facto ſolùm reſiſtere,
non autem acquirit aliquid ius ſeruitutis. l. 3.§. hoc autem in-
terdicto. ĵ. de iti. actuque priua. & declarant latè gl.& Bart. in
l.1.§. 2.ff.eo. vnde tu dic melius, prout dicit gl.in l. ait prætor.
§.item ei.ĵ. ex quib.cauſ. ma. ꝙ interdum quis vult reſtitui ad
poſſeſſionem, vel quaſi amiſſam per inundationem, & tunc
poteſt.ita propriè loquitur tex. in d.l. ſi quis autē propter inun-
dationem. interdum quis vult reſtitui non ſolùm ad poſſeſ.ſed
quòd perinde pręſcripſerit, acſi nunquam fuiſſet priuatus poſ-
ſeſſione, nec vnquam fuiſſet interrupta præſcriptio, & tunc hic
reſtitutio non datur, quia eſſet cum eius lucro, & damno ter-
tij.l. ſciendum.ĵ.ex quib.cauſ.maio.cū velit reſtitui, vt intelliga
tur præſcripſiſſe illo tempore, quo res ſtetit occupata à flumi-
ne, & ſic cum lucro ſuo, & damno alterius, ſed ille, qui petit
ſolùm ſe reſtitui ad poſſeſſionem, tractat de damno ratione
poſſeſſionis ſine culpa ſua, & iſte eſt reſtituendus.d. §.ſi quis
autem, & ita poteſt adaptari ratio gl. noſtræ dum dicit, quòd
ibi certabat de damno, intellige reſpectu poſſeſſionis, & iſta
14 eſt veritas. ¶† Secunda concluſio gl.eſt, ꝙ contra interruptio-
nem præſcriptionis non datur reſtitutio in integr. pro conſe-
quendo lucro cum iniuria alterius, allegat gl in l.denique.cum
l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.maio.ſed debet allegare.l.præcedentem in
in l.ſciendum, quæ expreſsè tradit hanc regulam, quòd ad lu-
crum cum iniuria alterius non datur reſtitutio in integ. idem
tenet glo. in l. ait prætor.§. item ei. ſupra ex quib.cauſ.maio.&
gl.in l.1. C.de anna.excep.facit bene tex.not.in l.ſi is, cui.§. eius
rei. in fi. ĵ. de fur. qui dicit, *intereſſe autem eius videtur quidem num
paſſus eſt, non eius, qui lucrum amittit.* & gl. in l.ſi quis vxori. §.pen.
& ibi Barto ff.eod.Bald.in l.manifeſtis ſimi.in princip. in 3.opp.
15 C. de fur. ¶† *Contra iſtam communem concluſionem* Aret. hic alle-
* gat bonum text.in l.& ſi ſine.§.1.in primo reſpon.ſ.de min.vbi
minor reſtituitur etiam ad lucrum cum iniuria alterius. nam
ibi res immobilis minoris, vel mobilis, quæ ſeruando ſeruari
potuit, fuit vendita alicui iuſto pretio, & tradita, & ſic illi fuit
quæſitum plenum ius ex contractu, & tamen ibi minor reſti-
tuitur ad lucrum, ſi alius offerat maius pretium. ad idem eſt
text.in l.ait prætor.§.fin.qui incipit, hodie.ſ.de mino., vbi dicit
text.quòd *minorib.in lucro ſubuenitur per reſtitutionem in integr.* Re-
ſpondet Aret. dupliciter.primò, quòd ibi loquitur de reſtitu-
tione minoris, quæ eſt fauorabilior quàm reſtitutio competēs
maiorib.ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe vide-
bitur, vt eſt text.in l.fi.& ibi Bald.ſ.de reſt. in integr. glo.in l. nec
non. §. 1. ſ.ex quib. cauſ. maio. Bald. in l. in contractibus. in
prin.in 2.no.per illum tex.C.de nō num.pec. & iſta eſt vna bo-
na limitatio ad iſtam concluſionem gl. & ad text. in d.l. ſcien-
dum. Secundò modo reſpon.Aret. quòd ibi loquitur in lucro
intrinſeco proueniente ex re, quæ fuit minoris, ſed nos loqui-
mur in lucro proueniente extrinſecus, id eſt, ex vſucapione, ta-
men Aret. magis approbat præcedentem ſolu. Tu vltra eum
tertio reſpon ꝙ ibi minor non reſtituitur ad lucrum cum prę-
iudicio alterius tertij, nam ibi non tractatur de damno aduer-
ſarij, contra quem reſtituitur minor, ex quo ſibi redditur
ſua pecunia, quam dederat minori pro pretio. facit bene text.
not.in l.cùm quidam, in prin ſ.de acq.hære.& ibi Ang.& Pau.
de Caſt.& Lud.Ro.ad hoc no.& ibi d.Alex.reputat perpetuò
tenendum menti, quod quis reſtituitur in integrum pro lucro
non ſolùm certo, ſed etiam veriſimili, quando illud eſt quęren
16 dum ſine alterius iniuria. ¶† Secundo not. limita, niſi inter-
rupta fuiſſet præſcriptio, ad cuius perfectionem pauci dies re-
ſtabant, tunc conceditur reſtitutio in integr. pro lucro præſcri-
ptionis etiam cum iniuria alterius, quia præſcriptio illa habe-
tur pro cōpleta ex quo pauciſſimi dies ſupererant ad complē
dum.ita not.limitant Dyn.& Bart.in l.qui fundum.§.qui bona
fide.ĵ.pro empto.per gl. in l.1.§. qui autem vi deiectus.ĵ.de vi,
& vi arm.quæ vult, ꝙ deiecto, vel expulſo, cui pauci dies reſta-
bant, datur facultas agendi ad damnum, & intereſſe, quod ex
iſta interruptione patitur per text. not. in l. rerum mixtura. §.
Labeo.ĵ.tit.1.cum iſta limitatione tenent Imo. Lud. d.Alex.&
Aret.hic.Bart.in l.naturaliter. in 4.col.ĵ.tit.1.Bald.& Ang. in l.1.
C.de anna exc.Ang.in l. ſi is cui. §.1.ff.de fur. Lud. Rom.in l.ſi
conſtante.§.quoties ſ.ſolu.mat.d.Alex. in l. cùm quidā in prin.
in 2.col.ſ.de acq.hær.ſed Raph.Cum.hic, & in d. l.qui fundum.
§.1.dicit, ꝙ iſta limitatio Doctorum non videtur tuta, quia in
d.l.rerum mixtura. §. Labeo. quamuis lapides ſingulariter non
poſſiderētur, tamen poſſidebatur vniuerſa domus, in qua erāt
poſiti iſti lapides, ſed hic poſt inundationem fluminis nō poſ-
ſidebatur amplius fundus nec in vniuerſo nec in particulari,
ſed certè, prout etiam dicit. dom.Alexan. hic, & bene, modici-
tas temporis, quæ reſtabat, eſt illa, quæ ibi cauſat reſtitutio-
nem, non autem, quòd poſſidebat domum in vniuerſo, pa-
tet, quia licèt poſſideat domum in vniuerſo, non per hoc dicit
in particulari poſſidere lapides, de quib. pręſcribendis agitur.l.
qui vniuerſas.in prin.ĵ.eo.vnde non poteſt dici ex poſſeſ. com-
pletam eſſe præſcriptionem lapidum, & dicit Bart.in d. l.rerū
mixtura, ꝙ hoc eſt ibi ſingulare pp modicum tempus, ꝙ re-
ſtabat.Adde text.in l.ſi fundum.in fi.in verſ.*planè ſi paucimi dies.*
ſ.de fund.dot. vbi videt̄ probari, ꝙ pręſcriptio.ĵ. pauciſſimos
dies perficienda, habetur pro iam completa, & per illum text.
dicit Bald.in c.fin.in 3.col.de præſcr ꝙ ibi eſt text.no. ꝙ propriè
modicum momentum non vitiat longi temporis pręſcriptio
nem, ſed tu dic ad illum text. ꝙ illud ibi eſt quo ad excuſandū
maritum à negligntia, vt ibi dicit text.in fin.ibi, *nihil erit, quòd im*
17 *putabitur marito.*¶† Limita iſtam ſecundam limitationem non
procedere in pręſcriptione longiſſimi temporis.30.vel 40.ann.
quia cùm ſit merè odioſa, non conceditur reſtitutio ratione
modici temporis, ꝙ ſupererat.ita limitat Lud. Rom. hic per
gl.in l.in vſucapione.in prin.ĵ.de diuerſ.& temp.pręſcr. & glo.
in l.3.§.minorem.ſ.de mino. quæ gl.volunt, ꝙ in iſta præſcri-
ptione longiſsimi temporis oportet vltimā diem eſſe ex toto
completam, quia eſt odioſa, in alijs verò dies cœpta habetur
pro completa, per l. in omnibus temporalibus. ĵ. de actio. &
18 oblig.ſequuntur dom. Alex.& Aret. hic.tu pondera † nouiter
ex iſta ratione, ꝙ ſecus eſſet in feudis, in quib.præſcriptio lon-
giſſimi temporis cenſetur eſſe fauorabilis aut ſaltem non odio
ſa, cùm gratia vtriuſque ſubinferatur. ſ. vaſſali, & domini.arg.
l.ſtatuliberos.§. ꝙ ſi ſeruus, qui annua. ſ.de ſtatulib. ita ſingu.
tenet Bald.nec alibi legi in c.1.ſi quis de manſo.in 2. colum.de
controuerſ. inueſtitu. & ita remanet vtiliter, vt puto, expe-
ditus iſte.§.

ADDITIO.

a ¶Non nocet.Adde gl.in l.Clodius.ſup.de acq.hære.
* Et fac.quæ ponit Nat.conſi.26.col.2.Rol.conſi.50.nu.69.conſil.69.num.50.
lib.3.Rom.conſ.125.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Furtum ſolo animo ſine contrectatione non committitur, quod non ca-
dit in rebus immobilibus.*

2 *Repertus*

2 Repertus in domo animo furandi, antequam incipiat aliquid contrectare, non potest furti puniri, sed extra ordinem.
3 Vendens scienter rem alienam mobilem, quæ erat pœnes emptorem, non committit furtum, quia res non contrectatur.
4 Qui scienter vendit rem alienam, & constituit se posidere precario nomine emptoris committit furtum, quia constitutum habet vim traditionis.
5 Occultator est par furi.
6 An per denegationem pos. rei depositę dominus priuetur pos.
7 Non dicitur mutatio pos. quando tenuta conuertitur in poss. quia de nulla in aliquam non est mutatio, sed noua creatio.
8 Nemo potest sibi causam pos. mutare.
9 Procurator, qui emit rem domini, & eam domino ignorante per 30. annos tenuit, non præscribit.

§. Si rem apud. Furtum non contrahitur animo, sed contrectatione, per quam dominus priuatur pos. Item nemo pōt sibi causam possessionis mutare, causa extrinseca nō accedēte. detentator autem nō mutat, etiam si accedat causa extrinseca. h.d. vsque
1 ad fin. ¶† Not. 1. ex text. ibi, [quia furtum sine coontrectatio-
a ne fieri non potest,] ꝙ furtum solo animo [a] non committitur, vt hic, & l. si quis vxori. §. neque verbo. & l. inficiando. in princip. ͠j. de furt. ratio est, quia deficit vnum substantiale diffinitionis furti positæ in l. 1. in fin. ff. de fur. & in §. 1. insti. de obl. quæ ex delicto nascun. quia furtū ē ꝯtrectatio rei alienę, &c. vide text. in l. Pompo. §. fi. cùm gl. infra eo. ¶Hinc sequitur, ꝙ rerum immobilium non potest fieri furtum. §. ꝙ autem. insti. de vsuc. eo quia rerum immobilium non cadit contrectatio de loco ad locum, quæ est de substantia furti, vt iuribus præ-
2 alleg. ¶† Hinc etiam est, quòd fur deprehensus in domo animo furādi, antequam incipiat aliquid contrectare, non potest furti puniri, sed extra ordinem. l. saccularij. infra de extraord. crimi. per quem text. ita dicit Bart. in l. vulgaris. §. qui furti. ͠j. de fur. Bald. in l. si quis non dicam rapere. in 3. col. C. de Episc. &
3 cle. adde ad istam regulam, † ꝙ vendes scienter rem alienam mobilem, quæ erat pęnes emptorem, non committit furtum, quia res non contrectatur, ergo non potest esse furtum. secus si res non erat penes emptorem, quia tunc tradendo rem cōtrectat, & sic committit furtum. gl. est not. in l. item si res. in princ. in gl. mag. circa med. ͞s. de alie. iud. mu. cau. fac. & ibi Bart. & vide Bald. in l. alienum seruum. C. de fur. & gl. in l. si seruum ve-
4 strum. C. de fur. & ibi not. addi. † Sal. quòd si quis scienter vendat rem alienam, & constituat se possidere præcario nomine emptoris, quòd tunc bene comittit furtum, quia constitutum habet vim traditionis secundum gl. not. in l. ab emptione. ff. de pact. & tamen vides secus esse per actum fictum patientiæ, per gl. in d. l. item si res, & vide etiam gl. in l. si in emptione. §. item si emptor. ͞s. de contrah. emp. ¶Aduerte tamen, ꝙ heres negando rem esse hr̄ditariam, si conuincatur de mendatio priuatur detractione falcidie illius rei, ac si eam furto subripuisset, & sic sola contradictio verbalis habet vim subreptionis absque vlla contrectatione. text. est not. in l. hæreditatem. §. fi. ͞s. ad l. Falc. &
5 ideo † quotidiè allegamus illum tex. quòd occultator est par furi. Et illum tex. reputat sing. Bar. in rub. extra de eo, qui mitti. in poss. in pen quæst. tamen ibi re vera non est furtum. ¶Item contra istud not. & regulam huius text. habes text. qui fortiter obstat in l. alienum seruum. in verbo, vel apud se detinuerit. C. de fur. vbi ex sola detentatione rei alienæ, & sic solo animo sine cōtrectatione committitur furtum. gl. ibi intelligit mouendo, vel includendo, ꝙ est contrectatio, tamen text. ibi dicit *si eam contrectauerit, vel apud se detinuerit, comittit furtum*, ergo cùm expresè dicat si eam cōtrectauerit, & posteà subdit, vel apud se detinuerit, videtur velle, ꝙ ex sola detentatione, & sic solo animo comittatur furtum, & propterea Sal. iu l. si seruum vestrum. ad fi. C. de fur. intelligit, quòd ibi apud se detinuerit, sed quòd cōstituerat se præcario nomine possidere pro emptore, & tale cōstitutum habetur pro traditione, vt statim dixi, & sic pro contrectatione, ideo ibi committitur furtum, sed ista est manifesta diuinatio, & violentia ad illum tex. vbi de constituto verbum nullum, & constitutum cùm sit facti, non prę sumitur nisi probetur. l. in bello. §. factæ. ͠j. de cap. Est fortis tex. vt
6 prædixi. ¶Secundò videtur not. † probari ex hoc text. ꝙ per
b solā denegationem possessionis [b] rei propositæ, non priuatur dominus pos. ex quo non interuenit aliqua contrectatio, tamen Raph. Cu. d. Alex. d. Pet. de Bex. & d. Iac. de Put. hic tenēt cōtrariū per l. si quis rem. ͠j. eo. & l. colonus, & l. cùm fundus. ͠j. de vi, & vi arm. & l. Pompo. in fi. ͞s. tit. 1. quib. iurib. dicitur, ꝙ si denegata fuerit restitutio rei depositæ, vel commodatæ, ꝙ pditur poss. & ad istum tex. ꝗ hic non fuit denegata restitutio rei depositæ, qa nec petita, sed solū depositarius habuit animū denegandi depositū, vt dicit litera, sed si fuisset denegata restitutio, ēt sine alia contrectatione dn̄s priuatur pos. & ita ēt intel ligunt l. si rē mobilē. ͠j. eo. de qua gl. hic opponit. Sed istud mihi nullatenus placet per text. ibi in verbo, *vel ignorantem*, nam si tex. ille loqueretur, quando petita esset, & denegata restitutio, non caderet ignorantia, & sic non procederet text. qui dicit, ꝙ ignorans perdit possessionem, & si diceretur, quod potuit ibi peti per procuratorem, & ei denegari, & sic dominus ignorans perdit possessionem, certè esset diuinare, & restringere illum text. Pręterea text. ibi dicit, quòd si depositarius constituerit nō reddere, confestim amisisse me possessionem, ergo ex sola constitutione non redendi dominus amittit possessionem, nō ergo ex petitione, & denegatione, vt volunt Raph. Cum. & Mod. tamen non potest sine diuinatione respon. ad illum text. vel quòd ibi mouit, & sic contrectauit, vt ibi dicit gl. vel quod
7 denegauit. ¶† Tertiò not. ex hoc text. quòd non dicitur mutatio possessionis, quando tenuta conuertitur in possessionem, quia de nulla in aliquam non est mutatio, sed noua creatio, ex quo correlariè nota, ꝙ mutatio propriè dicitur de aliquo ad aliquod, sed de non ente ad aliquid propriè non est mutatio, ita etiam tenet gl. in l. Iulianus. ff. qui satisd. cog. facit. l. sed
8 & si manente. ff. de preca. ¶† Vltimò per regulam hic traditā, quòd nemo potest sibi causam possessionis mutare, vt hic, & l. non solùm. §. quòd vulgo. in prin. ͠j. tit. 1. decidit not. Io. And. in
9 addi. Spec. in tit. de emp. & vendi. §. 1. in ver. si pars, ꝙ† si procurator emit rem nomine domini, & est tradita sibi res, ita quòd acquisiuit possessionem domino etiam ignoranti. l. 1. ͞s. eo. licèt posteà talis procurator per 30. ann. & vltra teneat talem rem tanꝗ propriam, tamen non potest eam præscribere, quia non potest sibi mutare causam possessionis, causa extrinseca non accedente, & sic, vt qui prius detinebat rem nomine domini, tunc possideat pro suo, & sequitur simpliciter Aret. hic.

ADDITIONES.

a ¶Solo animo. Adde insti. de oblig. quæ ex delict. nascuntur. vbi gl. in ver. furtum. Abb. in c. dudum. de elect. & in rub. de fur.
b ¶Denegationem possess. Istum text. ad hoc singulariter notant Bart. & Aret. in l. certi condictio. §. fi. supra si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 Tot videntur esse species possessionis, quot sunt causę acquirendi.
2 Hoc verbum, sum, es, est, licèt importet essentiam, & substantiam, tamen aliquando significat impropriétatem.
3 Possess. non acqiritur sine causa, & sic sine titulo.
4 Ficta poss. non traditur sine causa.
5 Tot sunt genera possess. quot sunt causæ acquirendi dominium.
6 Possess. potest dici genus, & sic est reperire poss. in genere.
7 Est reperire actionem in genere sicut possess.
8 Est etiam reperire vltimam voluntatem in genere.
9 Vna tantum est possess. & non plures, cùm genus apud Legistas sumatur pro specie pro eo, quod prædicatur de pluribus indiuiduis.
10 Missus in poss. ex primò decreto in personalibus non possidet, sed dicitur custodire.
11 Missus in possess. ex primo decreto pro executione sententiæ diffinitiuæ bene possidet.
12 Quando ex consuetudine, vel statuto missus in possess. ex primo decreto lucratur fructus, bene possidet.
13 Iudex potest ex causa constituere missum ex primo decreto possessorem.
14 Missio in possess. ex primo decreto est mixti imperij.
15 Missus in possess. ex secundò decreto possidet, & præscribit directum dominium.
16 Dubitans dicitur medius inter bonam, & malam fidem.
17 Dubitans, & ignorans æquiparantur.
18 Iuri cano. quando tractatur de peccato, est standū, etiam in foro ciuili.
19 Si præscribens cœpit dubitare, an talis dubitatio interrumpat præscri.
20 Missus in possess. ex primo decreto possidet, sed irreuocabiliter, de iure tamen cano. communiter tenetur contra. & nu. 21.
22 Vbi non reperitur decisum de iure ciui. sed can. statur iuri can.
23 Missus in possess. ex primo decreto in personali nec ante annum nec post incipit possidere.
24 In hypotheca primum decretum tribuit poss. & debitor intra annum non auditur super poss. si creditor est paratus incontinenti probare de hypotheca, & nu. 25.

§. Genera. Largè loquendo tot possunt dici genera, vel species possessionū, quot sūt causę acquirēdi. propriè aūt vnum est genus possessionis, licèt qualites sint plures. Itē omnis possessio aut est bona fide, aut nō bona fide. Item missus in possessionem ex primo decreto

non possidet, sed ex secundo bene possidet, & vsucapit.h.d.
totus.§.vsque ad fi.legis, & habet quinque partes.Secu nda ibi,
in summa.Tertia ibi,vel etiam potest diuidi.Quarta ibi , quòd
autem. Quinta & vltim.est ibi, & ideo cum damni infec. &c.
¶In text. ibi , [quæ ipsi,vt in rerum natura esset, fecimus,] pu-
ta, quia fecimus speciem ex aliena materia , vt ex alienis vuis
vinum,vel ex aliena lana pannum , quæ non potest reduci ad
primęuam materiam.l.adeo.§.cùm quis.s̃.tit.1.& in l.in rem.§.
item quæcunq; s̃.de rei vend.& talem speciem possidemus ti-
1 tulo speciali pro suo.l.2.pro suo.¶†Not.1.quot tot videnẽ esse
species possessionum,quot sunt causę acquirēdi.Impropriè tñ
ponitur ista diuisio,& istę species possessionum , quia ista diui-
sio fit per qualitates , quæ omnes tendunt ad vnum effectum.
i.ad acquirendum dominium , sed propriè loquendo species
sunt , quæ differunt differentijs substantialib. vt est gl. in §. fin.
inst.de iur.pso.& gl.in l.fi.§.quoties.s̃.de publ.& vect.vt est ci-
uilis,& naturalis possessio , quæ sunt duæ species , & tendunt
ad diuersos effectus, vt dixi in l.1.in prin.& in hac.l.3.§.ex con-
trario.s̃.eod.Ita dicit Bart.hic in 1.oppo. *& omnes sequuntur.*Tu
dic clarius,& melius,quòd sumendo species pro causis causan
tibus acquisitionem pos. tunc species sunt infinitæ , vt dicitur
in litera, non autem capiendo pro essentia ipsius possessionis ,
& sic prout possessio est abstracta à genere acquirēdi.¶Secun-
dò diligenter pondera text. ibi, *genera possessionum tot sunt* , nam
text.vtitur verbo sunt, & tamen ista est impropria locutio , &
* impropria diuisio secundum *Bart.& omes hic,* & in l.1.in princ.
2 s̃.eo.& sic † diligenter not.quòd verbum,sum, es,est, [a] licèt im
a portet essentiam. & substantiã.l.mercis appelatione.vbi gl.j̃.de
verb.sign. Bart.in l.si maritus.§.legis Iuliæ.j̃.de adul.tñ aliqñ im
proprietatem significat, vt hoc text. quòd est mirabile in text.
Iurìscon. Facit, ꝙ in simili dicit not. Bald. in l.qui fortuitis.in 4.
col.C.de pigno.act.ꝙ illud , quod dicitur,ꝙ verbum sum , es ,
est,importat veritatem,eo quia demonstrat substantiam secũ-
dum Bart.in d.l.maritus.§.legis Iuliæ.procedit , quando potest
veritas denotari, secus si non potest, vt in hoc exemplo.Dictat
statutum , ꝙ Florentini sint originarij ciues Perusininam, im-
portat sint.i.fingantur,quia non potest auctoritas statuentium
naturalem veritatem remouere à subiecto.l. 1.& 2. s̃.de vsufr.
3 ea.re.quæ vsu consumuntur. ¶† Tertiò not.ex isto text.hic vi
deri probari,quòd possessio non acquiritur sine causa, & sic si-
ne titulo, dum dicit text. quòd tot sunt genera possessionum ,
quot sunt causæ acquirendi, & per istum text. tenet glo.in l.ꝙ
meo.in prin.j̃.eo.vbi gl.vult , ꝙ sicut sine causa non acquiritur
dominium.l.nunquam nuda.s̃.de acq.rer.dom. ita nec posses-
sio,sed illa gl.reprobatur per Bart.& alios ibi,per text. in l.1.§ si
vir.s̃. eod. vbi ex inutili contractu , & reprobato à iure,tamen
transfertur possessio, & per l.interdum.§ fin. j̃.eod.vbi ex con-
tractu locationis , quæ non est habilis ad translationem domi-
nij.l.non solet. ff.loc. tamen acquiritur possessio.bene facit. l.
clàm possidere.§.fi.j̃.eo. sed responde dupliciter.primò ,quòd
licèt pos.possit quæri ex causis,ex quib. dominium,tamen non
sequitur , quin possit etiam quæri possessio sine causa. Secun-
dò resp.ꝙ ideo Iurìscon. in isto principio huius.§.considerauit
causas possessionis , eo quia non tractauit nisi de possessione ,
prout est iusta , & legitima , & prout ex ea possunt sequi effe-
ctus iuris ciuilis,aliàs Iurìscon. hic fuisset diminutus , & imper-
4 fectè locutus. ¶† Limita istud not. & quòd dixi procedere in
possessione vera,secus est in ficta, puta per constitutum , quia
ficta traditio possessionis , puta p cõstitutũ requirit legitimam
causam præcedentem secundum Bart.in d.l.ꝙ meo , in prin.in
1.col.ad fi.& not.Pau.de Cast.in d.l.1.§.si vir. circa fin.facit , ꝙ
Bald.in rubr.extra de præscri. in 3.col.vbi tenet , ꝙ præcarium
sine titulo legitimo non transfert possessionem, tamen hoc re-
5 prehendit d. Alex.in d.l.ꝙ meo.in 5.col.vbi dicetur. ¶† Quar-
tò not.ex hoc text.ꝙ tot sunt genera possessionum , quot sunt
causæ acquirendi dominium: sed contra hoc opponitur ,nam
quandoque quæritur possessio ex tali causa, ex qua tamen nõ
quæritur dominium,vt in casib. positis in præcedenti no.puta
ex locatione.Item in misione in possessionem ex primo decre-
to.In actione reali, vt hic in gl.respon.ꝙ licèt iste text.dicat, ꝙ
tot sunt genera possessionum,quot sunt causæ acquirendi do-
minium , non tamen per hoc sequitur, quin plures sint modi
acquirendi possessionem , quàm dominium , nam si plures ,
6 vtique & tot sunt. l. cùm furti. supra de in lit. iur. ¶† Quintò
not. ex text. ibi , *& in summa vnum genus* , quòd possessio po-
test dici genus , & sic est reperire possessionem in genere , quæ
diuiditur per species, vt dictum est in l. 1.in princip. supra eod.
7 ¶† Sic est reperire actionem in genere , vt probatur in l.actio-
num genera.j̃.de act.& obl.& in l.sed,& si quis,aliàs.l.adhuc.§.
si operas.s̃. de vsuf & plenè probat Bart.in l.si seruus commu-
nis Meuij , & castrensis peculij.j̃.de stipu.seruo.vbi Bart.repro-
bat Cyn.& Vltramon.tenentes contrarium in l.1.C.de act. &
8 oblig. † Sic etiam secundum Ang. & Mod. est reperire vltimã
voluntatem in genere,vt est gloss. in l. licèt inter priuatos.C.de
pact.tamen Bar.ibi tenet,ꝙ est testamentum,quòd valet inter
9 milites.ibi dixi.¶† Sextò not.ex eo.text.ibi, [& in summa vnũ
b est genus.] [b] hic videri fortem text. pro opin.Azo. *contra com-*
* *munem positam in l.* 1.in prin. s̃. eod. ꝙ vna tantum sit possessio ,
& non plures, cùm text. hic dicat , vnum est genus , & genus
apud Legistas sumitur pro spē,hoc est pro eo , ꝙ prædicat de
pluribus indiuiduis,vt not.in l.legato gñaliter.in prin. ff.de leg.
1.& in l. 2.§.creditum.ff.si cert.pet.& sic est acsi text. dixisset , ꝙ
vna est spēs possessionis , & hoc fortius procedit,cùm Iurìscõ.
hic tradat doctrinã circa genera, & species possessionũ. dixi de
10 hoc in d.l.1.in prin. ¶† Septimò not.in versi. [quòd aũt ,] ꝙ
missus in possessionē ex primo decre. in personalibus non pos-
sidet, sed dicitur custodire , & habere nudam tenutam. Hinc
est , ꝙ ei non datur interdictum vti possidetis.l.si duo.§.credi-
tores.j̃.vti pos.Adde rationem,quia iudex, qui mittit in posses.
ex primo decreto,vel ex simili cã nõ intēdit eum facere posses-
sorem , sed ei concedere custodiam , & sic nudam tenutam ,
vnde actus agentium non debent operari vltra eorum inten-
tionem.l.non omnis , in prin.supra si cert.pet.l. obligationum
substantia.§.fi.de act.& oblig.Hinc est,ꝙ quando prætor inter-
ponit secundum decretum,tunc bene efficitur possessor, quia
tunc intentio prætoris est eum possessorem constituere,vt hic
in versi. fin. ¶Amplia istum text. etiam si ageretur ad nudam
possessionem , nam etiam tunc missus ex contumacia in pos-
sessionem non acquirit possessionem, sed tenutam secundum
Bald.in l.consentaneum. in pen.col.in 6. opp.C.quomodo , &
11 quando iudex. ¶† Limita istud not. & istum text. in misso in
possessionem ex primo decreto pro executione sententiæ dif-
finitiuæ iam latę,quia talis bene possidet sicut creditor conuen
tionalis secundum Bart. in l.à diuo Pio.§.si super reb. in 1.col.
ff.de re.iud.tamen ista limitatio est dubia, quia contrarium te-
net glo & multi ibi,& Bald.in c.contingit.in 16.col.de dolo, &
12 contũ.& latè Aret.hic.¶†Secundò limita,ꝙ ex consuetudine,
vel statuto missus in possessionem ex primo decreto lucrare-
tur fructus,tũc efficiẽ possessor,qa cõmodũ fructuũ spectat ad
posses.l. Fulcinius.§.fi.ex quib.caus.in poss.ea.gl.in §.ex contra-
13 rio.s̃.ea.l.Et ita tenet Bal.in d.l. consentaneum. ¶†. Tertiò limi-
ta secunndum.Lud.& Mod.post eũ,quia iudex ex causa,puta
ex nimia contumacia rei cõuenti , potest constituere missum
ex primo decreto possessorem.gl.est sing.in l. 4.§.si fortè.in ver-
bo,discedatur.ff. de dam. infect. & idem tenet Bal.in Auth. ei,
14 q.in 5.col.C.de bon.auct.iud.poss.& in d.l.cõsentaneũ.¶†Octa
uo pondera tex. in verbo *iussu magistratus*.hic videri tex. secũdũ
Ang. ꝙ missio in possessionem ex primo decreto competat
* iure cuiuslibet magistratus, *contrarium tamen communiter tenetur* ,
quia est mixti imperij , vt est text. in l. ea,quæ.§. magistratib.ff.
ad municip. & ita tenent Doct. in l. iubere cauere. ff. de iurisd.
omn. iudic. ꝙ iste text. non dicit iussu cuiuslibet magistratus,
qa tunc esset iurisdictionis,sed simpliciter dicit iussu magistra-
tus,vnde intelligẽ de maiorib. qui habent merum , & mixtum
15 imperium. l.3. §.fi.cum l.seq.supra de arbi. ¶† Vltimò not. ex
isto text. in fi. quòd missus in poss. ex secundo decreto statim
efficitur possessor, & incipit vsucapere , si ille contra quem est
missus , non erat dominus. Ad idem est text .in l. prætoris. in
princip.& in l.si finita.§.Iulianus.& ibi Bartol.in 1.colum.supra
de damn.infect.Bald.in Authen.ei, qui.in 1. colum. C.de bon.
auth.iud.pos.imò singularius , missus in posses. ex secundo de-
creto præscribit directum dominium , licèt aliàs ex præscri-
ptione non acquiratur nisi vtile dominium secundum gloss.
& Docto. in Auth. nisi trincennale. C. de bon. matern. & hoc
propter auctoritatem iudicis , & decreti. ita signanter tenet
Bald. in l. in possessionem. C. de bon. auct. iud. pos.præcipuè
per text. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus.in verbo , *dominium*
acquiri,nam cùm text. ibi simpliciter dicat dominium acquiri ,
ergo directum , quia verba debent intelligi in potentiori signi-
ficatu.l.1.§.qui in perpetuum.s̃.si ager vect. vel emphy.pe.& c.
si pater.de test. in 6.Adde , ꝙ idem tenet.Bald.in d.l.prætoris.in
princip. per illum text. s̃. de damn. infect. vbi dicit Bald. quòd
est suum nouum dictum , & ꝙ non est ab aliquo positum , &
hoc operatur auctoritas rei iudicatæ secundum eum . Et se-
quitur ibidem Lud.Ro.in addi.Adde, ꝙ etiam idem no.Bal.in
d.l.

ADDITIONES.

a ¶Sum,es,est.Adde.Bal.in addi.ad Spec.in tit.de leg.
b ¶Genus. Adde l.non videtur, & ibi Doct. sup.de iud.& Doctor. in l.1.§.pri-
uatum.sup.de iusti.& iur.
† Zas.qui arti.eleganter explicat.Respons.lib.1.c.1.nu.20.

d.l.si finita.§. si de vectigalib. per illum text. vbi dicit esse text.
expressum de hoc. ¶Contrarium tenet do.Alex.licèt de præ-
dictis non faciat mentionem in dicta.l. si finita.§. Iulianus.in 1
not.per illum text.in verbo, dominium. cum glo.quæ intelli-
git vtile,& ita etiam intelligitur in materia pręscriptionum se-
cundum glo.& Doct.in Auth.nisi tricennale.& ita etiam tenet
idem dom. Alexan. in l.traditionib. in 2.colum.C. de pact.Sed
non discedo à singulari decisione Bald. quia verbum domi-
nium,propter auctoritatem rei iudicatæ debet intelligi in po-
tentiori significatu,& sic in directo dominio, vt dixi,& ita sing.
limitatur conclusio glo.& Doct.in d.Auth. nisi tricennale.vbi
tenent, quòd per præscriptionem acquiritur solùm vtile do-
minium. Limitatur nisi præscriptio causetur propter missio-
nem ex secuudo decreto,propter auctoritatem iudicis, & de-
creti, vt dixi. ¶Expeditis perfectè textua. venio ad apparatum
glossarum. ¶In glo.in verbo,non bona.signa istam glo.pro no
tabili. Ex qua habes tria, quorum duo sunt contraria.s. bona
fides, & mala fides.Item tertium medium.s.qualitas possiden-
di non bona fide, quæ differt à qualitate possidendi mala fide,
quia qui dubitat rem esse suam vel alienam, non habet bonā
nec malam fidem, sed medium, quia habet non bonam fidē,
& plus importat quem esse in non bona fide quàm in mala se
26 cundum glo.Et sic vult glos. † quòd dubitans dicitur esse me
dius inter bonam, & malam fidem.idem vult glo. in l. 2.infra
pro sol.& in l.potest plurib.infra titu.1.& in l.1.C.eod. adde for
tius,quòd imò dubitans censetur esse bonæ fidei,& potest prę-
scribere etiam de iur. can. vt est glos. in cap. si diligenti.in ver-
bo,bona fides.in fin.de præscrip. & glo.plenior in cap. fin.in gl.
a fin.eod.titu.facit,quòd dubius[a] in conscientia non intelligitur
facere contra conscientiam, nisi postquam monstrata est sibi
veritas, secundum Bald.in cap.fin.in 3.colu.de consue.& in c.
bonæ.secundo.in 5. colum.de postu.præla. alibi tamen glos.in
cap.quoniam frequenter.§. quod si super. in verbo, reseruata,
circa princ.vt lit. non contest.dicit, quòd dubitans de iure suo
non potest secundum canones præscribere, sed præcedens di-
ctum est verius per text. optimum in capit. si virgo.33. quæst.
2.quem ad hoc allegat dom. Abb.in d.cap.fin.in 3. quæstio.de
præscrip. vbi ille dicitur esse bonæ fidei possessor, qui ignorat
27 esse rem alienam, sed dubitans, † & ignorans æquiparantur.l.
manifestissimi.§.sin autem nescius, & dubitans.C.de furt.& ibi
Barto.multum not.& dicit se nescire alibi. facit.l. quandiu.vbi
28 latè dixi.C.qui admit.† Vltimò per istum text. cum hac glos.
tenet not.Bartol.in l. naturaliter.in 3. colum. infra titu.1.quòd
b cùm de iur.can.[b] cui standum est etiam in foro ciuili,cùm tra
ctetur de peccato, superueniens mala fides interrumpat pręscri
29 ptionem.cap.fin.de pręscrip.† si aliquis præscribens posteà cę-
perit dubitare, vtrum res pertineat ad eum, vel non, & sic non
habet bonam fidem nec malam, sed dubitat, vt hac glo.talis
defectus superueniens non interrumpit præscriptionem. se-
quuntur Imo.do.Alexan. & latius Aret. hic, & dicit do.Alex.
* quòd *ista est magis communis opin.*idem tenent Imo. & Lud.Ro.
in dicta.l.naturater.infra titu.1.Bald. & Angel.in l. super longi.
C.de præscrip.long.temp.Abb.in d. capit. fin.in 11.colu. & ibi
Bald.& Imo.quamuis contrarium,& minus bene teneat Host.
in d.cap.si diligenti.& dom.Ant. de Butr. in d.cap.fin. & ibi la-
te Imo.sibi contrarius in repe.in 9. quæst. ¶Capio glos. in ver-
bo,non possessionem.in vers.quod autem.quam diuide in tres
partes. In prima remouet vnum contrarium.In secunda quæ-
rit.In tertia remouet aliud contrarium. Secunda ibi,an autem
naturaliter. Tertia,& vltima est ibi,Item secus in misso ex car-
20 bonia. ¶†In prima parte habes ex gloss. tres cenclusiones. Pri-
ma est,quod missus in posses.ex primo decreto in actione rea
li intra annum possidet,sed reuocabiliter:post annum vero ir-
* reuocabiliter, *& ita tenent Barto. & communiter Doct.hic.&* Barto.
l.si prius quàm. 9.opp. primæ partis. supra de oper.nou. nunc.
cum alijs concordantijs hic traditis per dom. Alexan.per text.
in dicta.l.si quis emptionis.§. sed & si quis.in verbo, prior pos-
sessor.C.de præscrip.30. vel 40. anno.per quod verbum, illud
quod ibi sequitur detinuit,capitur pro possessione propter ver
bum possessor præcedens, vt est glos. in cap. causam. de præ-
scrip.& l. 1.§. 1.supra eod. nec obstat text.in cap. quoniam fre-
quenter.§.in alijs. vt lit.non contest.in verbo, post annum ve-
rus constituitur possessor. per quem text. Angel.& Lud.Rom.
hic tenent contra communem opinio. quia respon. quòd in-
telligitur verus,id est irreuocabilis, vt est glos.in l.si finita. §.Iu-
lianus.supra de damn.infect.& ita etiam est text. in capit.con-
tingit. de dolo, & contu. Item pro communi sententia facit
tex.in cap.pastoralis.§.præterea.de offi. ord.in verbo, amissam
possessionem. nec dicatur, quòd ille text. loquitur in misso in
personali propter text.in verbo, petitorem, quod refertur ad
agentem reali.l.actio in pensonam,& l.actionis verbo.j.de act.
21 & oblig. ¶*Communiter tamen Cano.tenent contrarium*,[c] ꝙ missus
c in reali intra annum non constituatur possessor, prout tenent
gl.& Doc.in d.c.cōtingit. de dolo.& cōtu.Io.And.& alij in d.c.
quoniā frequenter.§.in alijs. vt lit. nō contest. & pro ista opin.
vltra iura præallegata est fortis text. in c. fin.in fin.in verbo cu-
22 stodiæ causa.de eo,qui mit.in possessio.cau.rei seruan. † Et qñ
aliquid est dubium de iur.ciu. & illud reperitur clarè decisum
de iur.can.stamus iuri can.etiam in foro ciuili, vt not.in c.1.&
2.de oper.nou.nun. nisi dicas istud non esse dubium de iur. ciu.
propter text.in d.l.si quis emptionis. §.sed & si quis. Itē ꝙ istud
non est clarè decisum de iur.can.propter text. in d.c.pastoralis.
23 §.præterea. ¶†Secunda conclusio gl.est,ꝙ missus in possessio-
nem ex primo decreto in personali, nec ante annum, nec post
efficiatur possessor.ratio differentiæ est, quia qui agit persona-
li,nullum ius dicit se habere in rebus debitoris, sed solùm per-
sonam obligatam, ideo si mittatur in possessionē alicuius rei,
non efficitur eius possessor: secus in reali,in qua quis dicit se do
minum rei, nimirum si missio in possessionem illius rei facit
missum possessorem,secundum Spec.in tit.de primo,& secun
do decr.§.iam de effectu.vers.sed est ratio. Raph. Cum. & do.
24 Alex.hic. ¶†Tertia conclusio gl.est, inquantum in princ. glo.
habetur in litera,in creditore, ꝙ in hypothecaria primum de-
cretum tribuit possessionem,& ita indistinctè tenet Barto. hic,
quamuis contrarium teneat glos. in d. l. n quis emptionis. §.
d sed & si quis. *sed ista est communis*,[d] vt hic latè per do. Alex. &
Aret. ¶In ead.gl.ibi, an autem isti. naturaliter possideant. *com-
muniter tenetur* cum glo. ꝙ non, quia possidenti naturaliter da-
tur interdictum vti possid. sed istis non datur.l. si duo.§. credi-
25 tores.j.vti possid.ergo patet,ꝙ nō possident naturaliter. ¶† Vl
timò extra glo.Bart.not.dictum Spec.in titu.de contu.§.sequi-
tur.in vers.sed pone, ꝙ conuenit. quod si creditor est missus in
poss.in hypothecaria ex primo decreto, non auditur debitor
intra annum de possessione,si creditor est paratus incontinen-
ti probare de hypothe. ratio huius dicti est, quia in iudicijs,
quando possessio peruenit ad aliquem ex iusta causa auctori-
tate iudicis, si incontinenti offeratur probatio iuris obtinenti,
tunc excluditur recuperare volens.l.fin. vbi glo.Barto.& Bald.
C. quorum bonorum.glo.in l.2.C.de edi.diui. Adria. tollen.&
gloss. in l. si de vi. supra de iud. Bartol. in l.vnica. C.quo. lega.
aliàs in possessorio debet prius fieri restitutio, & omnis exce-
ptio interim silere.l. si quis ad se fundum.C. ad l.Iuliam de vi.
& d.l.si de vi.s̃.de iud.& ita datur not.limitatio ad dict.l. si quis
emptionis.§ sed & si quis.vt non procedat, quando prior pos-
sessor incontinenti offert se probaturum de iure suo.

ADDITIONES.

a ¶Dubius.Adde Bal.in c.si diligenti.in 2.col.de pręscrip.& vide Ias.in l.quan-
diu.in 2.col.C.qui admit.
b ¶Iur.canonico.Adde gl.& Doct.inst.de nup.in prin.tex.& ibi Doct.in c.cle-
rici.de iud.& in c.1.de nou.oper.nun.glo.summę.10.dist. & Cyn. in Authen.
Cassa.C.de sacrosan.Eccles.
c ¶Contrarium.De quo vide,quæ ponit Mathes.sing.85.vbi Doc.in apostil.plu
ra notant disputando,& fac.quæ scribit pract.Pap.for.respon.lib.vers. inter
min.post nu.13.14.& alijs seq. vbi dixi, & dic, vt per Villal. inter com.opin.
libr.11. versic. missio in possess. vbi Cano. & Legist.contr.opin.conciliant.
MASVER.
d ¶Communis.Pro qua vide,quæ scribit Rob.de ord.iud. c.30.nu. 12.pra.Pap.
for.respons.rei conueuti.vers.in termino.nu.14.Ro. cons.454.col.vlt. Villal.
inter com.opi. lib.11.vers.missio in poss. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex causa peculiari acquirit possess.patri ignoranti.*
2 *Licèt filius ab alio possideatur, tamen acquirit patri, seruus tamen non.*
3 *Monachus quo ad acquirendum æquiparatur filio, & non seruo.*

LEX IIII.

QVicquid filius. Per filium etiam ab alio possessum
quæritur possessio patri etiam ignoranti ex causa
peculiari.h.d.vidimus in l.1.§.item acquirimus.vbi
1 dixi.s̃.eod.ideo non ponam hic. ¶†Not.1. ex text.ibi, [peculia-
ri nomine,] ꝙ filius ex causa peculiari acquirit poss.patri, ergo
vult extra causam peculiarem, quòd posses. non acquiratur
patri,vel domino ignoranti, & ita tenuit in d.l.1. §.item acqui-
2 rimus. quamuis glos. & Doct. ibi teneant contrarium. ¶† Se-
cundò not.quòd licèt filius ab alio possideatur, tamen acqui-
rit patri, & in hoc differt à seruo. ratio diuersitatis ponitur in
3 gl. † & idem in monacho.§.si monachus.in Auth. de san.Epis.
col.

a col. 9. quia quo ad acquirendum monachus[a] æquiparatur fi-
lio,& non ſeruo, vt dixi in d.§.item acquirimus, & dum gloſ.
hic allegat.§.ſi monachus,in Auth.de mona.eſt corrupta glo.
quia ille.§.eſt in Auth.de ſan.Epiſc.Sed bene eſt.§.ſi vero relin-
quens.in Auth.de mon.

A D D I T I O.

a ¶Monachus[a]. Adde glo.in l.ſi filius.ſ.de iud.Arch.in cap.ſtatutum.18.quæſt.
Ant.de Butr.in c.cùm ad monaſterium.de ſta.mon.& Spec.in tit.de ſta.mon.
uer.18.

* Eundem Iaſ.in l.cùm fundus §. ſeruum tuum.col.pen. & fin.ff.ſi cert.pet.in l.
1.nu.42.43.ff.de vulg.in l.1.§.per ſeruum.nu.14.ſ.hoc tit.vbi differit de ma-
gis communi, de qua etiam per Ioann. Do. In enchiri.ſimilium iuris verſic.
monachus. BELLAC.

S V M M A R I V M.

1 *Ex ſolo titulo non transfertur poſſ.nec etiam dominium.*
2 *In legatarium tranſit ipſo iure dominium rei legatæ, tamen non poteſt propria auctoritate apprehendere poſſ.rei legatæ.*
3 *Per hæc verba in inſtrumento appoſita dedit, & tradidit, intelligitur data licentia emptori intrandi poſſ.propria auctoritate.*
4 *Si poſſ.eſt penes illum,qui conceſſit titulum, non poteſt acquirens propria auctoritate occupare poſſeſſionem.*
5 *Per ſignum inueſtituræ,puta traditionem anuli,intelligitur data licentia apprehendi propria auctoritate poſſeſ.*
6 *Quando venditur res,cuius poſſ.vacat,poteſt emptor propria auctoritate apprehendere poſſ.vacantem.*
7 *Quando ſolutum eſt pretium ab emptore,tunc ignorante venditore poteſt emptor licitè accipere poſſeſ.*
8 *Prædo etiam dicitur ille, qui pretio numerato propria auctoritate poſſeſ.apprehendit.*
9 *Occupans rem emptam propria auctoritate dicitur prædo.*
10 *Vbicunque ceſſat voluntas auctoris, non poteſt quis ex titulo quem habet,poopria auctoritate apprehendere poſſ.*

L E X V.

SI ex ſtipulatione. Ex vera cauſa non queritur nobis poſſeſſio iuſta ſine poſſeſſoris voluntate.
h.d. ¶Diuiditur in duas partes. In prima loquitur
in ſtipulatione,& ſic in contractu ſtricti iuris. In ſecunda in cõ-
1 tractu bonæ fidei.Secunda ibi, æquè ſi vendidero.¶† Not.1.ex
iſto text.bonam regulam, quòd ex ſolo contractu,& ſic ex ſo-
lo titulo non transfertur poſſeſ.Adde, quod ſimiliter ex ſolo titu-
lo abſque traditione nõ transfertur dominium.l.pen.C. de rei
vend.l.traditionib.C.de pact.& l.ſi ager. vbi glo.magiſtra.ſ.de
rei vend.etiam ſi ſit titulus vniuerſalis.l. qui tibi hæreditatẽ vẽ-
didit.C de hær.vel act.vend.& l.qui tibi hæreditatem vendidit.
C.de his,qui à non do. man.gloſ. & melius Bart. in l.1.in prin.
in verſ.vniuerſæ.j.pro dote.& tamen facilius acquiritur domi
2 nium quàm poſſeſſio.l.1.§.item acquirimus.vbi dixi.ſ.eo.†Fa-
cit, quod licèt in legatarium tranſeat ipſo iure dominium rei le-
gatæ.l. à Titio.in fin.j.de furt.& l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ſ.
de leg.1. Tamen legatarius non poteſt propria auctoritate ap-
prehendere poſſeſſionem rei legatæ, ſed debet capere ab hære-
de.l.1.in prin. ver.rediguntur.j.quorũ leg.& ſi apprehẽdat pro-
pria auctoritate,priuatur legato,vt eſt text.ſing.in l.non eſt du-
bium.C.de leg.gl.not. in c.fin.in gl.pen.de ſucceſ.ab inteſt.¶Se
cundò not.ex iſto text.quod non põt quis ex titulo quem in re ha
bet propria auctoritate apprehendere poſſeſ.& ſic ex cõtractu nõ
intelligitur data facultas ſeu licentia apprehẽdendi poſſ.vt hic,
3 & in plurib.iurib.concordantib.allegatis in gl.¶†Limita, quando in
inſtrumento diceretur,dedit, vendidit, & tradidit, prout ſem-
per ſolet dici in inſtrumentis, quia per illa verba,dedit, & tradi-
dit, intelligitur data licentia emptori intrandi poſſe. propria
auctoritate,text.eſt not. dignus in l.prædia. ſecundum ſecundam lect.
& ibi Bart.& alij not.j.eod.Bart.in l.2.C.eo.Raph.Cu.& Mod.
4 hic. ¶†Secundò limita,quando poſſeſſio eſt penes illũ, qui conceſ-
ſit titulum,tunc non poteſt acquirens propria auctoritate oc-
cupare poſſeſſionem.Secus ſi eſſet penes tertium, tunc videtur da-
ta licentia habenti titulum, vt poſſit ab illo tertio recuperare,
& ſibi poſſidere potius quàm ille tertius habeat.l. eius rei.cum
l.ſeq.in verbo voluntate.ſ.de rei vend. ſecũdum Bart.in l.cùm
ſolus.in vlt.col.j.tit.1.Idem tenet do.Alex.remiſſiuè in d.l.præ-
5 dia.ad fi.j.eo.Et ſimpliciter ſequitur Are.hic.¶† Tertiò limita,
niſi interueniſſet aliquod ſignum inueſtituræ, puta traditio birre-
ti, anuli,vel aliquid ſimile, tunc intelligitur data licentia appre-
hendendi propria auctoritate ſecundum Cyn.& Bald.in l.1.C.
de don.cũ concor.traditis per d.Alex.in l.3.in prin.ſ.eo. Quar-
6 tò limita, quando venditur res,† cuius poſſeſſio vacat, tunc poteſt
emptor propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem va-
cantem.l.fiſtulas.§.1.ſ.de contrah. emp.ſecundum Bald. in l.fin.in 5.q.
C.de edic.diui Adr.tollen.facit.l.fin.cum gl.in verbo ignoran-
tia.C.qui admit.Itẽ facit bonum ſimile, nam ſi hæreditas non-
dum fuit adita per hæredem, vel per eum non eſt apprehenſa
poſſeſſio,quo caſu bona dicuntur vacantia, tũc legatarius po-
teſt apprehendere poſſeſſionem rei legatæ propria auctorita-
te,nec tunc priuatur legato, quia tunc non apprehendit cum
vitio.gl. eſt in l. pen.j. pro lega. quæ ita intelligit illum text. de
quo glo.hic opponit, & ita limitatur dicta. l.non eſt dubium.
7 C. de lega. vbi dixi. ¶† Quintò limita not. quando ſolutum
eſſet pretium ab emptore, tunc ignorante venditore poteſt
emptor licitè accipere poſſeſſionem.l. 1.§. fin.ff. de excepti.rei
iudica.ſecundum gloſ.hic in prima ſol. Rayn.Alber. de Roſa.
Imo.& Pau.de Caſtr.hic.Angel.in l.eum,qui.in princ. ff.de fur.
contrarium tenent Barto.Dom.Alexan. & Aret. hic. per l.2.C.
eo.& per regulam legis,qui vas.§.vetare.infra de furt. vbi igno
rans cenſetur contradicere, & quia licèt emptor ſoluerit pre-
tium,tamen adhuc venditor remanet dominus.l. ſi ager.ſupra
de rei. vendica. Iſte eſt ambiguus paſſus, & ſi contingeret in
facto, eſſet quæſtio pro amico. Tu pro iſta ſecunda opin. ad-
de bene facere titulum.ff.& C.quorum lega. vbi qui non tene-
tur ſoluere pretium, vt eſt legatarius,tamen prædo eſt,ſi pro-
pria auctoritate apprehendat poſſeſſionem. Sed ad iſta poſſet
reſponderi tenendo primam opin. quòd ex quo ſolutum eſt
pretium, præſumitur venditorem tacitè velle illud, ad quod
de iure tenetur. l. ſi duo. ſupra de acquirend. hæred. l. tale pa-
ctum.§.fin.ſupra de pact.& §.placuit.inſtit. de obligati. quæ ex
delict. Tamen pro iſta ſecunda opin. Bartol. videtur facere. l.
nemo prædo. infra de reg. iur.& l.etiam.§. ſi quis ſciens. ſupra
de petitio. hæred.allegatę in gloſ. vbi text. dicunt, quòd nemo
eſt prædo,qui pretium numerauit, ſi non eſt prædo, ergo ceſ-
8 ſat fundamentum huius text. † Tamen gl. vtrobique, & Bar-
tol. & alij hic intelligunt eſſe verum, niſi propria auctoritate
apprehendat poſſeſſionem,nam dicitur prædo etiam, qui pre-
tium numerauit, ſi propria auctoritate poſſeſſionem appre-
hendat,vt hoc text.inducendo,vt ſtatim dicam. Item pro iſta
opin.Bartol. bene facit, quia iſte text. videtur loqui pretio ſo-
luto,aliàs modicã,aut nullam haberet dubitationem. Quaſ-
dam alias limitationes ponit Bald. in l. nec ex vera. C. eod. &
vide etiam ad hanc Pau.de Caſtr.in conſil.132.incip. viſo pun
9 cto primo loco formato.¶† Tertiò not.ex hoc text.quòd oc-
cupans rem emptam propria auctoritate dicitur prædo. fa-
cit.l.ſed & ſi lege.§.quod autem.1.ſupra de pet.hæred.imò for-
tius probat iſte text.in verbo, & ſine voluntate, quòd non ſo-
lùm, qui occupat contra voluntatem concedentis, & ſic eo
expreſsè contradicente, videtur eſſe prædo, ſed etiam is, qui
occupat ſine voluntate, quæ verba plus important, vt l.1.§.
10 ſcientiam.ſupra de tribu.& dicam in ſeq. not. ¶† Quartò not.
ex text. ibi, [ſine voluntate,] quòd vbicunque ceſſat voluntas
auctoris,non poteſt quis ex titulo quem habet propria aucto-
ritate apprehendere poſſeſſionem.ex quo infertur,quod igno-
rante venditore non poteſt emptor propria auctoritate ap-
prehendere poſſeſſionem, vt hic,& l.2.in verbo ſciente, & pa-
tiente,à contrario ſenſu. C.eod. ¶Expeditis textua. capio glo.
vnicam,quam diuide in quinque partes.In prima allegat qua-
tuor concor. ad text. Sed aduerte dum quarto loco allegat
pro concordanti.l. eum, qui.§.1.infra de furt. Bartol. alleg. il-
lam.l.pro contraria, & ſic de ea opponit. In ſecunda opponit,
& ſe remittit. In tertia idem facit. In quarta etiam opp.& du-
pliciter ſoluit. In quinta alleg. quatuor alias concor. ad text.
Secunda eſt ibi,ſed contra infra de reg.iur. Tertia ibi,item cõ-
tra infra pro legato. Quarta ibi,item contra infra de excep.rei
iud.& vltim.eſt ibi,& facit.C.eod.l.minus inſtructus. item ca-
ue,quia in duab.vlt.opp. ſcilicet in l.pen. infra pro lega. & in l.
1.§.fin.infra de except.rei iudic. text. expreſsè dicunt, quòd ſi-
ne vitio apprehendit poſſeſſionem, ergo non obſt. & miror,
quod Bartol. & Scriben. ad hoc non aduertant. ¶Extra gloſ.
Bartol.opponit de l.eum, qui.in princip. & melius in §. 1.infra
de furt.quem text.gloſ.hic allegat pro concordanti, & reſpon-
det, quod ibi emptor occupans propria auctoritate rem em-
ptam,non tenetur furti ad pœnam dupli, & quadrupli,vt ibi.
tamen eſt prædo, vt hic.ratio eſt vltra Bartol. quia actio fur-
ti datur ad pœnam dupli, vel quadrupli,cuius intereſt.l.mani-
feſtiſſimi.§.ſed cùm in ſecundam.C. de furt. vnde cùm ibi ſo-
lutum ſit prætium,non intereſt venditoris,quòd emptor rem
acceperit, ex quo tenebatur ad tradendum ſibi.l. ex empto.in
prin.ſ. de act. emp. ergo cùm eius non interſit, non competit
actio furti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Posses.clandestina quæ dicatur.
2 Multiplex est effectus, quòd possess. dicatur clandestina.
3 Clandestinitas est vitium personale, sicut & mala fides.
4 Interdictum vti possidetis non datur vi aut clam possidenti.
5 Clandestinitas habet priuilegia, quæ habent alia possessoria.
6 Quid dicatur clam fieri. nu.7.& 8.
9 Per clandestinitatem præsemitur dolus.
10 Matrimonium quando dicitur clam fieri.
11 Clandestinus possessor quis dicatur.
12 Non dicitur clandestinus possessor, qui timet controuersiam solùm ratione dominij.
13 Non potest quis sibi mutare causam possess. de nulla in aliquam, nec de iusta in aliam iniustam.
14 Clam, & mala fide possidere sunt conuertibilia de iure cano.
15 Quo ad qualitatem possidendi inspicimus originem posses. & non processum.
16 Prima causa est semper intuenda.
17 Si statutum, vel constitutio Ecclesiæ priuat ipso iure absentantem se à beneficio sine licentia superioris vltra 15. dies, & aliquis cum licentia se absentauerit certo tempore quo finitè stat absens per 15. dies, non incurrit pœnam statuti, quia statutum ponderat initium temerariæ absentiæ.
18 Quæcunque causa licèt iniusta causat bonam fidem, ita quod non potest dici clandestinus possessor.
19 Rei immobilis non potest esse furtum.
20 Existens à principio in quasi possess. libertatis propter superuenientiam malæ fidei non transfert onus probandi in aduersarium, sed ipse habet necesse probare.

LEX VI.

CLam possidere. Inspicitur initiũ possessionis, quæ non mutatur de iusta in iniustam. h. d. secundum Bar. sed quia istud summarium Bar. est defectiuũ, ideo summa plenius text. sic. ¶Clandestina possessio dicitur, quam quis à principio furtiuè, aut mala fide adipiscitur, secus si prædicta ex post facto superueniant. item possessio, quæ à principio non fuit clandestina, ex post facto non efficitur. h. d. totus text. vsque ad fin. & habet quinque partes. Secũda est ibi, is autem. Tertia ibi, non. n. ratio. Quarta ibi, nec quemq;. Quinta, & vlt. est ibi, itaque inquit Pompo. ¶Et aduerte, quia Iurisconsul. in vers. si. videtur repetere istud idem, ꝙ dixerat in prin. & sic videtur superfluus contra. §. quib. in 1. const. Codi. nisi dicatur, ꝙ illud, ꝙ in prin. dixerat, comprobat auctoritate Pomponij. Et hoc modo non videtur superfluitas, & tota ista. l. est
1 magistralis, & famosa secundum Pau. de Cast. hic. ¶† Not. 1. ex isto text. ꝙ possessio dicitur clandestina, quam quis furtiuè, & sic mala fide fuit adeptus, nulla subsistente iusta causa, & ignorante eo quem sciebat, vel scire debebat moturum sibi controuersiam. ita est text. hic melior de iure, & secundum Paul. de Cast. tria requiruntur ad hoc, vt posses. dicatur clandestina. Tu dic plenius, ꝙ imò requiruntur sex, quorum quinque sunt expressa in hoc tex. Primò, ꝙ furtiuè intrem possessionem. Secundò, ꝙ ista occulta apprehensio fuerit à princ. Tertiò, ꝙ suspicer, ꝙ mihi mouebitur controuersia, & ꝙ timeam ne fiat. Quartò requiritur, ꝙ possessio vacet saltem naturalis, tempore quo occupatur, ꝙ potest multis modis contingere, vt declarat glo. not. in l. fin. in gl. 1. magna ante fin. C. vnde vi, quia si nulla possessio vacaret, non posset per ingressum acquiri. vt not. ȷ. proximo. §. in glo. per rationem. l. possideri. §. ex contrario. s̃. eo. quia non possent duo insolidum eandem rem possidere, vnus iustè, alius iniustè, vt ibi, Quintò requiritur, ꝙ ille apud quẽ fuit possessio nunc vacans, ignoret ingressum, & tunc dicitur furtiuè acquiri, vt dicit text. ibi, eo ignorante. si. n. sciret ingressum, & pateretur, & non prohiberet, diceretur possessio iusta, vt dicit text. ibi, nec quemquam clam possidere, si autem prohiberet, tunc diceretur non clandestina, sed violenta possessio, & vtraque est iniusta, & sunt qualitates contrariæ, quæ non possunt simul esse in eodem subiecto, secundum glo. ȷ. proximo. §. in glo. magnacirca med. Sextò requiritur, ꝙ non subsit aliqua iusta causa, quare deberet ingredi possessionẽ, ex quo sciebat, vel scire aut suspicari debebat rem esse alienam, & sic ad se pertinere. d. l. fin. C. vnde vi. & l. 3. §. fin. cum l. seq. ȷ. ꝙ vi aut clam, & hic in glos. 3. secus si credebat ad se pertinere ex iusta causa, vt quia emit bona fide à tertio, qui dicebat ad se pertinere, vt dicit text. ibi, *aut aliqua ratione bona fide possessionem nancis-*
2 *citur*, & ita habes enucleatam medullam huius text. ¶† Item aduerte, ꝙ effectus, & vtilitas, an possessio dicatur clandestina, potest esse multiplex. ¶Primò secũdum Pau. de Cast. hic, quia ista qualitas clandestinitatis est vitium reale, ꝙ afficit rem, vt non possit vsucapi, vel præscribi in præiudicium eius, qui semel fuit possessor, vt not. Bart. in d. l. fin. C. vnde vi. per glo. in l. vitia. C. eod. de acquir. poss. intellige donec sit purgatum vitiũ, & res peruenerit ad antiquum possessorem, & dominũ, sicut dicimus in re furtiua, & violenta, quæ dicuntur vitia realia, quia ad quemcunque transeat res, transit cum isto vitio impediendi præscriptionem, donec purgatum fuerit vitium per reuersionem in potestatem dñi. §. furtiuę. insti. de vsucap. l. sequitur. §. ꝙ autem. ȷ. tit. 1. & plenè not. in d. l. vitia. C. eod. secus est in vitio personali, ꝙ non afficit rem nec possessionem, vt est mala fides, quæ est in persona posidente, & non in re possessa. l. si
3 ancillam. ȷ. pro suo. Dic melius, ꝙ clandestinitas † est vitiũ personale, sicut & mala fides, non autem est vitium reale, & sic non impedit singularem successorem habentem iustum titulum, & bonam fidem præscribere. text. est in l. furtum. §. fundi. cum l. seq. ȷ. tit. 1. vbi licèt quis sit adeptus possessionem clãdestinã, quia sciebat alienam, & ꝙ sibi moueretur quæstio à dño, tñ text. ibi in l. seq. dicit, ꝙ si alienauit, potest vsucapi, vel præscribi ab habente bonam fidem, ergo non est vitium reale, sed
* ꝑsonale, & ita tenet gl. magistra, *& ibi communiter Doct.* in l. Pompo. §. cum qs. vbi dicetur. ȷ. eo. & gl. in d. l. fi. in verbo, nec prædonem. C. vnde vi. & gl. in d. l. vitiã. C. eod. licèt Bart. in d. l. fi. C. vn-
4 de vi. distinguat, vt ibi per eum. ¶† Secunda vtilitas est, quia licèt alias interdictum vti posidetis competat non solùm habenti possessionem, sed ẽt habenti tenutam, tñ non competit ei, q posidet à me vi, vel clam, vel precario. l. 1. §. fin. ȷ. vti posi.
5 l. vni. C. eo. ¶† Tertius effectus est, q a clandestinitas possessionis est ita priuilegiata sicut sunt alia remedia possessoria, ideo sicut in alijs remedijs possessorijs spoliatus ante omnia est restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. ita in ista possessione clam occupata debet primus possessor ante omnia restitui ad possessionem. text. est coniuncta gl. in c. item cum qs. de rest. spol. Et ibi multum not. d. Ant. de Butr. & tu valde not.
6 ¶† Secundò not. ex hoc text. ꝙ illud dicitur clam fieri, [a] ꝙ ta-
a liter fit, ꝙ non potest peruenire ad notitiam illius, cuius interest. ita per istum text. not. Bart. in l. 2. C. de his, qui ex pub. ratio. lib. 10. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in 7. colu. s̃. de
7 off. procon. & leg. alio modo † dicitur clam fieri illud, ꝙ fit sine auctoritate superioris, vel iudicis, qñ illa auctoritas requiritur, ſm glo. in d. l. 2. & est text. in l. 1. & ibi Bart. not. C. de prædi. decurio. sine decre. non alie. lib. 10 glo. in c. fin. de desponsa. im-
8 pube. Item † dicitur clam fieri, qñ actus est mihi prohibitus, & non facio per me, sed interpositam personam, tũc dicitur clã fieri. d. l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10. & l. pupillus. post princ. & ibi Bart. in §. fi. ff. de auctori. tuto. fit etiam clam, & alijs mo-
9 dis, vt hic per d. Alex. cum concor. per eum alleg. ¶† Et aduerte, ꝙ propter clandestinitatem præsumitur dolus. glo. in l. 1. vbi
10 Bald. C. de interdi. matri. ¶ † Item qñ matrimonium consueuit contrahi publicè in conspectu populi, & fiat coram duob. vel trib. testibus, dicitur clam fieri. l. fin. s̃. de ritu nuptia. ſm Bar. in d. l. 2. C. de his, qui ex publ. ratio. lib. 10. ꝙ nota ad titulum ex-
11 tra de clandesti. desponsa. ¶† Tertiò not. ex text. ibi, controuersiam facturum suspicatur, & in vltima parte text. ibi, futurã controuersiam metuens, ꝙ ille dicitur clandestinus possessor, qui suspicatur controuersiam sibi moueri de iure, vel de facto. Ita per istum text. not. Barto. in l. si de eo. §. fin. in vlt. colum. ȷ. eod. nam controuersia dicitur moueri siue de iure siue de facto fiat, vt hic dicit glo. 2. & glo. not. in l. Lucius. §. tres hr̃des, & ibi Bart. not. s̃. ad Trebell. Bald. in l. 2. per illum text. & in l. causas. C. de transact. est etiam text. in c. 1. & ibi do. Abb. ad hoc no. de alie. iudicij mutan. cau. fac. Item dicit text. in l. quo tutela. §. vi factum. ȷ. de reg. iur. alleg. in glo. ꝙ ille dicitur clam facere, qui controuersiam habet, vel habiturum se putat. Et pondera, quòd iste text. videtur loqui, quod timeat sibi moueri controuersiam respectu possessionis, quam furtiuè, vel mala fide ingressus est. Et sic pondera, quòd in hoc tex. non habetur respe-
12 ctus proprietatis seu dominij. ¶ † Et sic correlariè infertur, ꝙ non dicitur clandestinus possessor, qui timet controuersiam solùm ratione dominij. Facit, quia in hoc text. & similib. agitur de clandestinitate possessionis, & non dñij seu rei, ergo de vna ad aliam inferri non debet. l. naturaliter. §. nihil commune. ȷ. eo. contrarium tñ determinat Bart. in l. si de eo. § fin. ȷ eod. vbi tenet, ꝙ possessio dicitur clandestina nõ solùm respectu possessionis, sed etiam respectu proprietatis. Nisi diceret expressè, quòd posidet clam respectu possessionis. In quo aduocatus debet esse bene cautus secundum eum. idem tenet Bart. in l. 1. §. interdum. ȷ. vti pos. Pro ista conclu. habes text. in l. si ancillam.

ADDITIO.

a ¶Clam fieri. Adde. l. ancilla. & ibi Doct. ȷ. de reg. iur.
* ¶Et quid clam fieri dicatur, vide Bart. in l. non intelligitur. §. tacita. ff de iure fisci. Rol. cons. 93. nu. 28. & seq. lib. 3. MASVER.

lam in fin. princip. j̃.pro suo.hic allega. in gloss. pro contraria.
vbi quis dicitur clandestinus possessor respectu partus, qui nō
potest timere controuersiam nisi ratione dñij , quia dñs nun-
13 quam possedit illum partum ancillæ furtiuæ.¶ † Quartò not.
in vers. is autem, ꝙ sicut non potest quis sibi mutare causam
possessionis de nulla in aliquam.l.3.§.illud.s̃.eod.Ita nec de ali-
qua iusta in aliquam iniustam. text. est hic. nec de vna iniusta
in alia iniustam, vt de clandestina in violentam , & èconuerso,
vt not.gl.in §. fin.j̃.ead.l.in gl.fin. magna.& in l. cùm nemo. C.
eo.Sed aduerte ad istum vers.is autem dum vult, ꝙ ille,qui ab
initio bona fide , & sic non clam apprehendit possessionem , si
posteà se celauerit,non potest dici clam,& sic mala fide possi-
dere.Istud ꝙ dicit tex.videtur esse impossibile, ꝙ si superueniat
mala fides, vel clandestinitas,ꝙ non dicatur mala fide posside-
re,quia istud est facti, & ea,quæ sunt facti, non possunt vlla iu-
ris dispositione fieri infecta.l.in bello.§.factæ.j̃.de capti. & l.1.§.
si vir.vbi dixi.s̃.eo.Responde ex mente do.Petr.de Bex. sed ego
melius,& clarius loquor, quòd istud fieri non posset,quin ha-
beam malam fidem, cùm sit facti , tamen bene potest fieri , ꝙ
istud non habeatur in consideratione quo ad impediendam ,
vel interrumpendam præscriptionem:nam effectualiter currit
præscriptio,quia de iure ciuili attendimus principium. Et sic si
ab initio fuerit in bona fide, nec mala fides posteà superueniēs
impedit.l. iusto.§.& si possessionis.j̃.tit. 1.& l. vnica.§. tantum-
14 modo obseruādo.C.de vsuca.transfor.dixi in rub.s̃.eo. ¶† De
iure can.esset secus,quia clam,& mala fide possidere sunt con-
uertibilia, vt hic in gl.Sed mala fides quandocunque superue-
a niens de iure can.impedit [a] præscriptionem.c.fin. de præscr. &
15 c.possessor malę fidei.de reg.iur.in 6.¶†Quintò not.ex tex.ibi,
[sed origo ,] ꝙ quo ad qualitatem possidendi inspicimus ori-
ginem possessionis,& non processum.facit l.si de eo.§.1.j̃.eod.
Ex quo infert, ꝙ qualitas q̃ à principio qualificasset possessio-
nem,non qualificat,si ex post facto superueniat.Hinc est,ꝙ de
iure ciuili in præscriptione inspicitur initium bonæ fidei,adeo
quod superuenientia malæ fidei non interrumpit præscriptio-
nem, vt dixi in præcedenti not.Et ad istum text.ꝙ initium pos-
sessionis sit spectandum , adde in simili tex.in l. quòd ait lex. in
§.1.j̃.ad l.Iul.de adul & ibi Bart.not. & inducit ad aliquas quę-
stiones,de quib.ibi per eum.Item adde glo. not.in c.dudum.in
gl.magna, in verb.electionis.de elect.& tex.in l.3.§.Seio.in ver-
bo,initio inspecto, & ibi not.Bart.s̃.de mino. & text. in l.in ra-
tione.la 1.in §.si filio.in verbo formam,& originem capiunt.s̃.
ad l.Fal.Item vniuscuiusque contractus initium spectandū est,
dicit text. in l.si procuratorem.in prin. s̃.manda.hic allegata in
gl.Item causam,& originem constitutę pecuniæ, & non iudi-
cij potestatem præualere placuit. dicit text.in l.qui id, quod.in
b princip.ff.de dona.Item principium [b] est cuiuscunque rei po-
tissima pars.dicit text.in l.1.supra de origin.iur. & ibi gloss.not.
ex illo text. principium esse spectandum. Item à primor-
dio tituli posterior formatur euentus,dicit text.in l.vnica.C.de
impo.lucra.descrip.lib.11.Item qualitas , quæ cœpit esse , per-
durat, vt hic in versi.is autem.& l.pater. §.quindecim.s̃. de leg.
3.nec videtur alterari,ꝙ in originali qualitate in habitu retine-
tur.l. fi.s̃.si noxa. cau. aga. secundum Bal.in c.1.de benef.femi.
16 † Item prima causa semper est intuenda, quia omnis proces-
sio est ex prima cā fm Philosophum,& prima causa magis in-
fluit in causatum q̃ secunda,qa secundæ causæ subalternantur
primę secundum Ang.in cons.110 inc.Sanctissima,& Illustris-
sima Regina.in 1.col.ad fi.& seq.Item adde gl.no.in clem.1.in
verbo, scienter.de consangui.& affini.qui no.vult , quòd is,qui
contrahit matrimonium in gradu prohibito ignoranter , non
incidit in pœnam illius clementinæ, licèt posteà cohabitet
17 scienter,quia attendimus principium. † Item adde,quòd si sta-
tutum , vel constitutio Ecclesiæ priuat ipso iure absentantem
se à beneficio sine licentia superioris vltra.15.dies, & aliquis cū
licentia superioris pro certo tempore se absentat, & post
illud tempus stat absens per 15.dies,certè non incurrit pœnam
statuti,quia statutum ponderat initium temerariæ absentiæ,
& illud est spectandum . Ita pulchrè consuluit domin. Card.
18 Floren. consil.23 2.incip. T. Archipresbyter. ¶†Sextò , & vlt.
not. ex text. ibi ; [aut aliqua ratione bona fide posses. nanci-
scitur.] secundum Aret. quòd quæcunque causa licèt iniusta
causat bonam fidem , ita quòd non potest dici clandestinus
possessor , cùm text. dicat simpliciter aliqua ratione , ergo
etiā iniusta , sicut in simili dicimus , quòd quælibet causa licèt
iniusta excuset à dolo. l.igitur.§. potest. cum sim. supra de lib.
cau.Sed tu dic, quòd iste text.necessariò hoc non probat,quia
dum dicit,aliqua ratione, potest intelligi iusta , vel rationabili.
Sed pro dicto not. Aret. adde gloss. not.in l.1. C. vbi caus. sta.
per q̃ Bal. ibi in fin.not.ꝙ bona fides potest causari non solùm
ex iustis rōnib.sed ēt ex iniustis , & temeratis causis , ꝙ reputat
19 Bal.tenendum menti.¶†In gl. 1.in verbo,furtiuè,quę exponit
furtiuè.i.clam.ideo sic exponit, quia rei immobilis non potest
esse furtum.l.furtū.§.fundi.& melius in l.seq.j̃.tit.1.q̃ Bart.cor-
ruptè alleg. & §.furtiuæ. insti.de vsuca.eo quia in re immobili
non potest cadere contrectatio de loco ad locum , quæ est de
substantia, & ponitur in diffinitione furti.l.1.j̃. de fur.cum ista
* expositione gl.*Bart.& omnes ita transeunt*.Sed tu caue , quia ex-
ponere furtiuè.i.clam, esset eadem expositio cum text. & esset
bis repetere clam , & sic esset dicere clam possidet, qui clam
intrat possessionem.¶Capio gloss.in verbo, [vt non videatur.]
In gl.in verbo, [vt non videatur.] ibi , [l.quòd autem.] Gloss.
ibi respondet , quòd aliud in quasi possessione hominis puta
libertatis,quæ potest mutari de vna causa in aliam, & attendi
tur superueniens status.secus in possessione rerum inanimata-
rum.hanc tenet Alb.de Ros. & per hoc allegat in argu.l. iusto.
in prin.j̃.tit. 1.¶Ad aliud ꝯrium gl. de l. sed & si l. §.ꝙ autē. in
vers.ꝙ si ab initio.s̃.de pe.hær.dicit,Bart.ꝙ illud non ꝯdicit,qa
nulla fit ibi mutatio. Dic , ꝙ imò fit mutatio de bona fide in
malam fidem.Responde breuiter ad vtrunque contrarium,ꝙ
ibi superuenientia malæ fidei mutat effectum possessionis, sed
non mutat causam. Et istud voluit dicere Bartol. & intellige,
quòd mutat effectum in d. l. quòd autem , quo ad onus pro-
20 bandi, † quia existens à princip. in quasi possessione liberta-
tis, propter superuenientiam malæ fidei non transfert onus
probādi in aduersarium,sed ipse habet necesse probare.facit.l.
liberis.§.fin.eo.tit. Similiter quo ad fructus mala fides impedit.
d.l.sed & si lege. §. ꝙ autem. tamen non mutat quo ad effectū
vsucapionis de iure ciui.l. vnica. C.de vsucap. transfor. & dixi
in tex.in 3.no.

ADDITIONES.

a *Impedit.Adde, quòd hanc declarat Emanue.Suarez. lib recep.senten.versi. mala fides.

b *Principium. Adde text. in l.si tamen , & ibi gl.ff.& in l. 3.C. ad Maced. vbi contractus , & alterius cuiusuis actus initium spectandum esse traditur , cui adde , quòd ignoratis principijs nihil boni fieri potest, teste Bald. in l. 1. in principio. ff. de iustit. & iur. item ea , quæ fiunt post principia ignorari oportet ipsis ignoratis. argu. in Authen. de non alienan. §. si minus. de quo plura congerit Plaut. in repeti.l. 1. numero. 6. & sequent. ff.de offic. eius. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Migrare dicitur,qui non habet animum redeundi.*
2 *Non amittit quis posses.naturalem fundi , quando fundus est in conspectu etiam per 10.milliaria.*
3 *Verbum præsentis temporis quid denotat.*
4 *Monosyllaba dum,quid importet.*
5 *Occupatio est propriè possessionis vacantis.*
6 *Plus delinquit,qui occupat poss.vacantem per mortem alicuius, quàm si per negligentiam vacaret.*
7 *Quæ dicatur clandestina posses.*
8 *Dictio magis,quid importat.*
9 *Dictio , sed & si , importat diuersitatem in facto , & identitatem in iure.*
10 *Quid significat hoc nomen,ad nundinas.*
11 *Ingrediens possess. vacantem absentis clam acquirit naturalem possessio.*
12 *Ars,& natura nihil frustra operantur.*
13 *Timiditas , & audacia sunt passiones animi , & probantur per actus facti exteriores.*
14 *Qui ingreditur clandestinè poss.vacantem absentis,qui tantum naturaliter possidebat,non possidet naturaliter.*
15 *Qui ingreditur clandestinè pos. vacantem absentis , quæ distat per 10.miliaria ab aspectu possidentis,non acquirit poss.naturalem.*
16 *In reb.mobilib.per apprehensionem posses.naturalis antiquus possessor perdit & naturalem,& ciuilem possessionem.*
17 *Absens retinet pos.ciuilem sui fundi vacantis.*
18 *Quando nulla est spes recuperandi pos. quia ingressus esset aliquis cum magna potentia,cui non possit resisti , perditur etiam ignoranter ciuilis posses.*
19 *Per negligentiam decenalem recuperandæ pos.perditur pos. & acquiritur clandestinè ingresso.*
20 *Ingrediens poss.absentis iudice auctore,acquirit etiam ciuilem.*
21 *Duæ sunt pos.specie,& numero differentes.*
22 *Ciuiliter possidenti potest etiam inferri violentia.*
23 *Ciuiliter possidens potest de facto , & propria auct. occupatorem expellere.*
24 *Domino soli datur interdictum quod vi aut clam contra ædificantem,licèt solum non possideat.*
25 *Qui probibet reuertentem in fundum , acquirit possessio. violentam,*

quan-

quando probitus desijt animum habere possidendi.
26 *Si aliquis occupauit posses.per vim, & posteà impetret rescriptum à superiore, vel confirmationem, talis pos.concessio, & confirmatio nihil valent.*
27 *Princeps non potest concedere inuadentibus castra ad iustos dominos pertinentia.*
28 *Qualitas violentiæ superueniens, an faciat cessare clandestinitatem.*
29 *Dispositio.l.si quis in tantam. an habet locum in clandestino possessore, qui possessorem reuertentem noluit admittere.*
30 *Quis dicitur expelli tribus modis.*
31 *Si accuso aliquem, quòd expulit me de possessione, & non probo, tunc erit ipse in possessione.*
32 *Quando suspicans se posse repelli, perdat possessionem.*
33 *Ad amisionem ciuilis paria sunt quem repelli posse, vel suspicari se posse repelli.*
34 *Paria sunt, vel quòd guerra actualiter vigeat, vel quòd sit timor guerræ ad hoc, vt fiat remissio publicanis, seu conductoribus gabellarum vigore pacti, quòd in casu guerræ fiat remissio, seu restaurum datiarijs.*
35 *Deiectus per vim de possessio. si se præparat ad eam recuperandam, nunquam desinit ciuiliter possidere.*
36 *Quoties Dux, vel Princeps expellitur de sua terra, licitum est quandocunque propria authoritate recuperare, quoties sese facultas obtulerit, etiam post decennium, & dicitur incontinenti recuperasse.*
37 *Ciuilis possessio an acquiratur à principio sine naturali.*
38 *Iudex potest quem mittere in possessionem pro sola ciuili consequenda absque naturali.*
39 *Si quis me expulerit de possessio. & protestetur, quòd tantum intendit acquirere ciuilem posses. ista protestatio operatur, vt solùm circa illam ciuilem visus sit deliquisse.*
40 *Ciuilis possessio an possit esse vacans.*
41 *Ad hoc, vt dicatur quis clandestinus posses. an sit necessè, quòd suspicetur possessorem sibi moturum controuersiam, vel an sufficiat suspicari alia ratione, puta ratione dominij alium sibi moturum controuersiam.*
42 *Verbum videri, & intelligitur, denotant fictionem.*
43 *Clandestinus posses. an possideat verè, vel fictè.*
44 *Desinens dolo possidere, habet interdictum vnde vi, & vti possidetis.*
45 *Verbum videtur, aliquando importat veritatem, & idem verbum intelligitur,*
46 *Dictio magis, est comparatiua.*
47 *Ingressus clam posses. habet naturalem clam, & ciuilem vi.*
48 *An possit mutare causam posses. qui à princip. cœpit clam possidere.*
49 *Ingressus clam, qui dominum reuertentem non admisit, intelligitur violentus possessor quo ad vtranque posses.*
50 *Causa posses. potest mutari ex noua causa intrinsecus superueniente.*
51 *Dominus absens si suspicatur se posse repelli, perdit propter hoc ciuilem, quamuis nulla interueniat violentia, tamen sibi competit interdictum vnde vi.*
52 *Dominus ciuiliter possidens, pro naturali clam ab alio occupata, habet interdictum vti possiddetis.*
53 *Habens ciuilem potest propria authoritate expellere clandestin. posses. habentum naturalem.*
54 *An adeundo iudicem pro interdicto vti possidet. perdatur ciuilis posses.*
55 *Si ingressus pos. vacantem suspicatur sibi moueri controuersiam à tertio, propter hoc illi tertio non competit aliquod interdictum, cùm non possideat, nec habeat dominium.*
56 *In delictis sufficit dolus in genere, licèt sit erratum in corpore, vel in persona.*
57 *Percutiens Titium volens percutere Seium tenetur, quia dabat operam rei illicitæ, secus si licitæ, vt si percussi hominem volendo percutere feram.*
58 *Emens bona fide à clandest. posses. potest conueniri interdicto vti possidetis à domino.*
59 *Interdicta sunt in rem scripra præter interdictum vnde vi.*
60 *An sola ciuilis possit acquri sine naturali.*
61 *Interdictum vti possid. datur pro ciuili, quæ turbatur per retentionem nataralis clandestinè occupatæ.*
62 *Interdi. vti possid. quando habeat effectum recuperandæ pos.*
63 *Rei vendi. & interd. vti possid. possunt eodem libello cumulari.*
64 *Agens rei vendi. per hoc non suspicatur se posse repelli.*
65 *Interdict. vti posid. datur etiam ad interesse.*
66 *Interdi. vnde vi non solum datur ad recuperandum posses. sed etiam ad interesse.*
67 *Agens vti possid. requiritur, quòd posideat tempore litis contest.*
68 *Animus adhibitus vno tempore operatur effectum suum alio tempore.*
69 *Si dominus perdit ciuilem habens naturalem, etiam ignoranter eam acquirit.*
70 *Naturalis de qua in §. nostro trahit ad se posses. ciuilem.*
71 *Detentatio nuda non trahit ad se posses. ciuilem.*
72 *An ingressus clam trahat ad se posses. naturalem, quam habet vsufructuarius.*
73 *An posses. natura. quam habent emphyt. feudatarius, & similes trahat ad se ciuilem domini vacantem.*

§. Qui ad nundinas.

Iste. §. est famosus, & solennis, & frequentius allegatur, quàm aliquis tex. qui sit in isto tit. & sm Bar. est no. & magistralis, sed difficilis, & glo. sunt intricatæ secundum eum. hoc dicit. Absens, qui neminem domi reliquit, retinet animo ciuilem poss. naturalem perdit, quam sine causa occupans dicitur clandestinus possessor. Et si rediens non admittitur, vel si suspicetur se posse repelli, tunc ingressus vi ciuiliter, & clam naturaliter dicitur possidere. hoc dicit cum l. sequent. ¶Diuiditur in quinque partes secundum Bartol. & istam diuisionem sequuntur Angel. Imol. Rapha. Cuman. do. Alexand. & Aret. hic. Tu diuide in tres principal. In prima loquitur text. de ingresso clandestinè possessionem absentis, quam possessionem acquirat, & quam retineat absens. In secunda loquitur de ingresso clandestinè, qui non admittit dominum redeuntem, quomodo tunc possideat. In tertia loquitur de domino reuerso nolente fundum ingredi ex timiditate. Secunda ibi, verùm si reuertentem. Tertia est in l. sequen. sed & si nolit. ¶Antequam veniam ad not. incipiam à leuioribus declarando, & apostillãdo singula verba text. ¶In text. ibi, *qui ad nundinas profectus.* istud denotat contingentiam facti. Nam idem esset si fuisset profectus ad alium locum distantem. Tamen Iurisconsult. dixit ad nundinas, vt denotaret istum habere animum reuertendi, prout solent habere verisimiliter, & à communiter accedentibus, qui ad nundinas va-
1 dunt. † Et propterea text. non dixit migrauit, quod est ire animo non redeundi, vt in titul. j. de migrando. Propterea, qui moriuntur, dicuntur de vita migrare, quia nunquam redeunt. Vnde Cicero de amicitia. *antequam ex hac vita migrem.* Dixit ad nundinas, vt denotet locũ distantem. vnde iste tex. non procederet, si nundinæ essent proximę, secundum Raph. Cum. hic, nam tunc retineretur etiam naturalis, ideo ingressus nihil ac-
2 quireret secundum eum. † Tu adde, quia si fundus esset in cõspectu etiam per decem miliaria, recedẽs de fundo non amitteret naturalem, imò eam retineret, quia si per talem aspectũ quæritur possessio. l. quod meo. §. si venditorem. j. eo. ergo multomagis retinetur. l. 1. §. ꝙ autem & in rem. j. de superficieb. Ita tenet gl. ordi. & approbata in l. 1. in princ. in verbo naturaliter. circa medium. s. eo. ¶In text. ibi, neminem reliquit. ideo sic dixit, vt etiam declarat gl. 1. quia si aliquem in fundo reliquisset, puta seruum, vel colonum, tunc qui clandestinè ingrederetur, nullam possessionem acquireret, & sic non diceretur clandestinus possessor. Ratio est, quia tunc absens retinet ciuilem animo suo, vt hoc text. Et naturalem corpore serui, vel coloni. l. 3. §. saltus. s. eod. l. gñaliter. & l. peregere. §. quib. explicitis. j. eod. Ergo ingrediens non acquirit possessionem, per regulam. l. 3. §. ex ꝯrio. s. eo. ¶In text. ibi, [& dum ille ad nundinis redit] Dy. Bar. Alb. de Ros. Imol. & Paul. de Cast. exponunt redit, idest redire separatur, ne contradicat sequentib. verbis text. ibi, reuer-
3 tentem dominum. Sed † Aret. nõ violando literam, & intelligendo, quòd stet propriè, colligit ex hoc text. quòd verbum, redit, præsentis temporis significat actum reditus, prout est in fieri, non prout perfectè est in facto esse, vt l. si quis id, quod. in versi. quòd si dum proponitur. s. de iurisd. omnium iudicum. l. arborib. §. Iulian. vbi text. & glo. s. de vsufruct. & vtrobique Bal.
4 inducit ad statuta. Tu † autem melius aduerte, quòd text. di-
a cit, *dum redit.* Illa monosyllaba dum [a] importat vel conditionem, vel suspensionem, vt est text. in l. qui concubinam. §. vxori. s. de leg. 3. & Bartol. in l. 1. C. de leg. Bar. in l. 1. in 8. colum. s. de condi. & demon. Io. And. in addit. Spec. in tit. de condi. apposi. super rubr. Ergo necessariò propter dictionem dum, importat saltem suspensionem, ergo importat reditum, prout est in
5 fieri, & non prout est in perfectè facto. ¶† In text. ibi, [aliquis occupauerit.] occupatio propriè dicitur possessionis vacantis, quam nemo naturaliter possidet, aut detinet, vt hic, & l. sequitur. §. item si occupaueris, qui est. §. penulti. infra titul. 1. & l.

ADDITIO.

a ¶Dum. De ista dictione adde, & vide Caprã in consil. 139. col. 2. Et dic, ꝙ inducit conditionem. l. qui concubinnam. §. vxori. de leg. 3. Bart. in l. 1. colum. 7. de condi. & demon. & in l. si quis ita. per illum text. eod. tit. plura not. idem Ias. in l. 2. num. 5. ff. de in ius voc. declara vt per Nat. consil. 459. colu. 6. circa med. Alexand. consil. 66. num. 3. lib. 3. MASVER.

6 1.& l.fin. C.vnde vi.† Et adde,ꝙ occupans poſſeſſionem, quæ
vacat per mortem alicuius, plus delinquit quàm occupans
vacantem per negligentiam ſecundum Bald. in l.fin. in 1.colu.
7 C.de edict.diui Adr.tollend. ¶†In tex.ibi, [videri cū clā poſſi-
dere.] Adde, ꝙ dicitur poſſeſsio clādeſtina illa,quæ vacat,quā
quis clam, & ſic furtiuè, & ſic cum mala fide, & ſine cauſa de
facto occupauit, cùm ſcire debeat eſſe alienum, quod ad ſe de
iure non pertinet,vt dicit text.in l.fi.ad fi. C. vnde vi,ignorante
eo ad quem ſpectat,prout iſta declarat tex.ſ.in princip. huius
legis.& ibi plenius dixi.¶In tex.ibi,*retinet ergo poßeßiomem*,quo-
modo iſta illatio ſequatur ex præcedentib. dicam ſuper gl. in
8 verbo, poſſeſſionem. ¶†In text.ibi, vi magis. Iſta dictio magis
ſecundum gl. in verbo magis,ſtat comparatiuè, & ita Barto.&
* *communiter Doct.*tenēt.Tu dic,quòd imò in hoc tex. dictio ma-
a gis,ᵃ non poteſt ſtare comparatiuè, quia text. in fine expreſsè
remouet comparationem,dum dicit, [vi magis poſſidere, nō
clam,] illa negatiua non clam, tollit comparationem, aliàs
text.debuiſſet dicere,vi magis poſſidere quàm clam. & ſubau-
dire ad text. in fi. dum dicit, non clam. ſ.non tantum clam, vt
facit gl.magna.in princ.eſt violentia literæ,vnde videtur,quòd
in hoc text. dictio magis,congruentius ſtet electiuè quàm cō-
paratiuè, quia qñ dictio magis ponitur inter incōpatibilia,ſtat
electiuè,& non comparatiuè, vt not.Bald. & alij in l.iubere ca-
uere.poſt gl.ibi.ſ.de iuriſd.om.iud.ſed iſte qualitates vi, aut clā
ſunt contrariæ,& incompatibiles, vt vult glo. magn. hic circa
9 medium, ergo dictio magis,debet poni electiuè. ¶†Vltimò in
l.ſequen.dum dicit, [ſed & ſi nolit,] auduerſatiua,ſed,cum co-
pula debet importare diuerſitatem in facto, ſed idētitatem in
iure.gl.in l.ſed & ſi lege.in princip.ſ.de petit. hæred. & in l.2.in
princip.vbi dixi.ſ.ne quis eum qui.& in l.hoc amplius. §.de his
autem.vbi Bar. ſ.de dam.infect. Sed hic non videtur identitas
in iure.Nam in verſi.fin.legis præcedentis, ille poſſidet violen-
ter, & non clam, & ſic text. loquitur in acquirente poſſeſ. Sed
in iſta lege ſequenti ſolùm loquitur de amittente. Dic iden-
tatem iuris eſſe in principali deciſione, vt quemadmodum in
verſi.final.abſens rediens, & non admiſſus perdit ciuilem poſ-
ſeſſionem,ita etiam in iſta. l.ſequen. quando ſuſpicatur ſe poſ-
ſe repelli,perdit ſimiliter ciuilem,& ſic identitas in iure eſt vtro
10 que reſpectu perditionis ciuilis.¶† Poſtremò,vt nihil omitta-
tur, iſtum textum in verbo,qui ad nudinas, in alio ſigniacatu
capit Iuriſconſul.in l.cùm ſocietas.ſupra pro ſocio. vbi text.ad
literam exponit,*nundinas, ideſt epulas*, quæ videtur ſatis mirabi-
11 lis expoſitio. ¶Nunc venio ad notabilia.† Not. primò ex iſto
text. quòd ingrediens clandeſtinè poſſeſſionem abſentis vacā-
tem acquirit naturalem poſſeſſionem. Contra iſtum text.pro
eius intelligentia vltra Scriben. fortiter opponitur, nam clan-
deſtinus poſſeſſor dicitur, qui æſtimat, ſeu æſtimare debet ſe
poſſe repelli,vt hac.l.in princip. & l.prohibere.§.fina.ȷ.quod vi,
aut clam, tunc ſic,facilius impeditur aliquid de nouo acquiri,
quàm impediatur acquiſitum retineri.l.patre furioſo.ſupra de
his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.capit.ad apoſtolicam. cum ſimili.
de regulari. Sed ille, qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli,amittit poſ-
ſeſſionem,quam iam habebat, vt hoc text. ergo longè facilius
iſte clam ingrediens,qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli,debet impe-
diri,vt non debeat acquirere poſſeſsionem.confimatur oppo-
ſitio, quia ſi propter ſuſpicionem ne repellatur perditur ciuilis
poſſeſ. quæ eſt potentior, quàm naturalis,quia ciuilis poſſeſ.eſt
illa, quæ cauſat effectus iuris,& ſic, quæ cauſat vſucapionem,
& acquiſitionem fructuum,vt eſt gl.in l.3.§.ex contrario.ſ.eo.
Ergo fortius debet impedire acquiri naturalem poſſeſsionem,
quę eſt minus potens,& minus efficax.Nec dicat,ꝙ aliud ſit in
ciuili poſſeſsione, & quòd illa bene perdatur animo per hoc,
quòd ſuſpicatur ſe poſſe repelli, vt hic, aliud ſit in naturali
poſſeſsione,quia iſtud eſt falſum per glo. approbatam in l.3.§.
in amittenda.ſ.eod.iſta eſt fortis oppoſitio,& neceſſaria ad in-
12 tellectum text. quam alij non tangunt. ¶† Tu pro ſolutione
aduerte,quòd ars,& natura nihil fruſtra operātur.l.qui bis.idē.
ȷ.de verb.oblig.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.cum ſimil.ſ.vt leg.no-
mi.caue.Sed hoc eſſet fruſtra, ſi clandeſtinus poſſeſſor, qui ac-
quirit naturalem poſſeſsionem,ſtatim eam perderet.Secundò
idem actus non debet operari in eo.momento acquiſitionē,&
amiſsionem.l.Titio cùm morietur.ſ.de vſufruct.l.qui ſic. ȷ.de
ſolutionib.& l.fin. § fin. C.de bon. quæ liber.Tertiò licèt idem
actus poſsit parere diuerſos effectus. l. in numerationibus. ȷ.de
ſolutionib. tamen non poteſt operari contrarios effectus. l.qui
hominem.§.fina.eod.titu.Quartò timiditas,quæ cauſat amiſ-
ſionem poſſeſsionis, nō cadit in eo,qui facit actum contrariū
13 timiditati, & ſic, qui ingreditur poſſeſsionem. † Nam ti-
miditas, & audacia ſunt paſsiones animi, quæ probantur per
actus facti exteriores,iuxta glo.no.in l.apud Celſum.in prin.&
ibi no.Bar..ȷ.de dol. ma.exc.& in l. Fulcinius.§.qd ſit aūt.cū ſi.
ȷ.quib.ex cau.in poſ.ea.Iſta omnia ceſsāt in ꝯrio.ſ.formato,&
ſic licèt facilius impediatur acquiſitio,quàm retentio,tñ ex di-
uerſitate rōnis aliud ſequitur.Et ſi diceres,iſta aſſumpta proce-
derent ſtante firmo, ꝙ ingreſſus clandeſtinè acquirat poſſeſsio
nē naturalē.Sed iſtud eſt,circa ꝙ ꝓpriè cadit difficultas, & cir-
ca ꝙ tendit oppoſitio.ſ.facta.Tu dic,quòd imò iſtud eſt firmū
per iſtū tex.clarū hic.& tex.in l.id,ꝙ.§.fi.ȷ.eo.Tñ qa iſta multi
plicatio inconuenientiū non vr̃ eſſe realis ſolutio, nec directò
tollit oppoſitionionem. ſ.factam. potes ſecundò reſpondere,
ꝙ text.in d.l.prohibere.§.fi.& in hac.l.in princip.non dicunt,ꝙ
ille dicatur clādeſtinus poſſeſſor,qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli,
ſed bene, qui ſuſpicatur ſibi moueri controuerſiam,& intelli-
gitur de iure,vel de facto,vt eſt.gl.ſ.ead.l.in princip. clandeſti-
nus ergo ſignificat immediatè timorem controuerſiæ futuræ
non autem timorem expulſionis. Et ſic iſte timor futuræ con-
trouerſiæ non cadit immediatè circa ipſam poſſeſsionem, ſi-
cut cadit timor,quòd quis poſsit de poſſeſsione repelli. Et ſi di
catur, quòd conſiderato effectu timor futuræ controuerſiæ
eſt timor expulſionis. Reſpondetur, quòd iſtud non facit, vt
ſtatim perdat poſſeſsionem, cùm dubius ſit euentus futuræ li-
tis.l.quòd debet.ſ.de pecul.Nam cùm clandeſtinè intret, & ſic
faciat actum occultum, ex hoc non ſuſpicatur de expulſione,
cùm ſit occultum, ſed bene ſuſpicatur. ꝙ quando palàm fie-
ret, mouebitur ſibi lis, ergo non perdit ſtatim poſſeſsionem.
Stat ergo notabile ex text. quòd ingrediens clandeſtinè poſſeſ-
14 ſionem vacantem acquirit naturalem poſſeſsionem.¶†Limi-
ta iſtum text.non procedere, quando abſens tantum naturali-
ter poſsidebat,puta,qa ipſe prius apprehēderat poſſeſſionē va
cantem,vel quia erat vſufructuarius, emphyteuta, vel feuda-
tarius, qui naturaliter tantum poſsident. l. naturaliter.in princ.
infra eod.glo. in l.3.§. ex contrario.vbi dixi.ſupra eod. ¶Quia
cùm tunc illa naturalis ſolo animo per abſentem retineatur,
vt eſt glo.not.in l.1.in princip.ſupra eod. ergo ingrediens clan-
deſtinè nō acquireret naturalem poſſeſsionem, quia duo non
poſſunt inſolidum poſsidere eadem ſpecie poſsidendi per re-
gulā.l.3.§.ex ꝯrio.ſ.eo.& ita in ſpecie tenet gl.in l.3.§.vnde vi.
15 ȷ.de vi,& vi arm.& iſta eſt bona limitatio ad iſtum tex. ¶†Se-
cundò limita,qñ tales nundinę non eſſent multum remotę ab
iſto fundo,& ſic fundus eſſet in conſpectu per decem miliaria,
quia tunc cùm abſens retineret non ſolùm ciuilem animo,
ſed etiam naturalem aſpectu, & ſic corpore, tunc ingrediens
clandeſtinè non acquireret naturalem,per regulam.d.l.3.§.ex
16 ꝯrio.& dixi.ſ.in 1.apoſtillatione text. ¶† Tertiò līta iſtud not.
ꝓcedere in reb.immobilibus,ſed in reb.mobilib. per apprehē-
ſionem naturalis antiquus poſſeſſor perdit & naturalem,& ci-
uilem poſſeſsionem.l.3.§.Nerua.ſ.eo. & ibi aſsignaui rationem
17 diuerſitatis. ¶†Secundò not. ex text. in verſ.[retinet ergo,] ꝙ
abſens retinet animo ciuilem poſſeſsionem ſui fundi vacantis,
18 vt hic,& l.ſi id,quòd.§.fin.ȷ.eod.¶† Limita, quando ingreſſus
eſſet cum tanta potentia, quòd ei nōn poſſet reſiſti, vel quādo
quis ingrederetur fundum te abſente cum tanta magna vi, ꝙ
nulla ſubeſſet ſpes recuperationis, tunc abſens, & etiam igno-
rans perderet ciuilem poſſeſ.Ita tenent Raph.Cum. & d.Alex.
in l.quod meo.in §.fi.ȷ.eo. per illum text. in verbo *facile expul-*
19 *ſurus*. ibi dicam. ¶† Secundò limita, quando interueniret ne-
gligentia decennalis, tunc per obliuionem, quæ præſumitur
ex lapſu decennij,perditur ciuilis,quæ accreſcit huic clandeſti-
nè ingreſſo.iuxta gl. magiſtralem in l.1. vbi dixi. C.de ſer.fugit.
not.Bart.in l.ſi de eo.§.ſi fortè.ȷ.eod. & eſt text.in l.furtum. §.1.
ȷ.tit.1.tamen iſta limitatio non vadit directò, & immediatè ad
20 tex. ¶† Tertio poteſt limitari, niſi quis ingrederetur poſſeſsio-
nem abſentis iudice authore, quia tunc acquireret etiam ciui-
lem poſſeſsionem.l.iuſtè poſsidet.ȷ.eo.ſm Ang.& Mod.hic.fa-
cit.l.qui vniuerſas.§.item cùm prætor.ȷ.eod. & ꝙ not.Bart.in l.
peregere.§.quibus explicitis.ȷ.eo.ita ēt no.Ang. in l.à diuo Pio.
§.ſi poſt edictum.ȷ.de re iud.per illum text.& dicit, ꝙ ille. §.eſt
condimentum iſtius. §. Tñ iſta limitatio non eſt ad propoſitū
text.noſtri, quia qñ quis ingrederetur iudice authore, non di-
ceretur clandeſtinè ingredi. Ideo circa iſtā lītationem vlterius
21 nō inſiſto,ſed videas plenius p d.Alex.hic. ¶†Tertiò no.ex eo.
ver. retinet ergo. hic probari duas eſſe poſſeſsiones ſpecie, &
numero differētes,ſcilicet naturalem,& ciuilem,cùm tex.præ-
ſupponat duos poſsieere eundem fundum. ſ. ingreſſum, &
abſentem,& eadē poſſeſsio numero non poteſt à duob.inſoli-
dum poſsideri.l.3.§.ex ꝯrio.ſ.eo. & ita pōderat iſtum.tex.Dyn.
in regula ſine poſſeſsione, & ita tenui. in l.1. in princip. vbi di-
xi.ſ.eo.

A D D I T I O.

a ¶Dictio magis Adde,quæ ſcribit idem Iaſ.in l.iubere.nu.15.ff.de iuriſd. om-
nium iud.vbi dixi,& in l.Stichum,qui meus erit. numer.12. ff.de leg.1.

xi.ſ. eod. Adde, ꝙ poſſeſſio poteſt conſiderari dupliciter vnó
modo, prout homo eſt corporaliter in poſſeſſione, & iſta eſt
poſſeſſio naturalis, quæ eſt quædam inſiſtentia rei. Alio modo,
ꝓut poſſeſſio eſt in homine, & iſta eſt poſſeſſio ciuilis. vnde dũ
ſedeo ſuper equo, naturaliter poſſideo equum. Sed qñ quis nõ
eſt in poſ. nec poſſeſſio eſt in conſpectu, ſed in mente, & vo-
luntate abſentis, & illa eſt ciuilis, vt hoc text. & ita declarat Bal.
in c.cæterum. in 6. not. de iud. ¶ Quartò not. in verſi. ꝙ ingreſ-
ſus clandeſtinè poſſeſ. & prohibens dñm reuerti in fundum
22 quem animo poſſidebat, acquirit poſ. violentam. ¶† Ex quo
duo correlariè inferuntur ex tex. Primò, quòd violẽtia põt in-
ferri etiam in ſola ciuili, quamuis ſolo animo intellectualiter
retineatur. Similiter in ſola naturali, & fortius in vtraque. l. 1. §.
23 deijcitur, & §. ſiue autem. de vi, & vi arma. † Secundò, & nota-
bilius infertur ex hoc text. ad practicam quotidianam, ꝙ ciui-
liter poſſidens põt ꝓpria auctoritate de facto ingredi, & expel-
lere occupatorem reſiſtentem, nam ſi redeundo non fuerit
admiſſus, infertur ei violentia, vt hic dicit text. ergo põt vim vi
repellere. l. 3. §. cum igitur. & ibi gl. j. de vi, & vi arma. Bar. in l. 1.
§. interdictum hoc. poſt gl. ibi. j. vti poſſi. hr̃ in l. vt vim. ſ. de in-
ſtit. & iur. & in l. 1. C. vnde vi. ſuper quo latè inſiſtit Aret. & te-
net contrarium, & in ꝯrium adducit text. quem dicit fortiſſi-
mè vrgere, & non poſſe ei rñderi in l. ſi alius. §. belliſſimè. j. qđ
vi, aut clam, vbi ædificium clam factum in fundo meo ꝑꝑ ꝙ
habeo interdictum ꝙ vi, aut clam, non licèt mihi propria au-
ctoritate tollere, niſi ex magna cauſa, puta, vt ibi gl. & Bart. de-
clarant, qñ nõ adeſſet copia iudicis, vel periculum eſſet in mo-
ra, ergo datur intelligi, ꝙ regulariter non licèt, & tñ ibi de ne-
ceſſitate debet præſupponi, ꝙ ille in cuius præiudicium clam
fuit ędificatum, erat poſſeſſor, aliàs non competeret ſibi inter-
24 dictum ꝙ vi, aut clam. ¶† Sed ad illum text. potes duplciter
rñdere. Primò, ꝙ imò ſi eſt ædificatũ in ſolo meo, ꝙ non poſſi-
deo, datur mihi interdictum ꝙ vi, aut clam. Sed tunc non poſ-
ſum tollere propria auctoritate, niſi ex cauſa, ita loquitur ille
tex. Si aũt fuerit ædificatum in ſolo meo, & à me poſſeſſo, tũc
poſſum propria auctoritate abſolutè tollere ſ̃m gl. & Bart. ibi,
facit. l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. j. ꝙ vi, aut clam, & l. quemad-
modum. ſ. ad leg. Aquil. ¶ Secundò rñde ad d. §. belliſſimè. in-
quantum Aret. præſupponit, ꝙ interdictum illud ꝙ vi, aut clã,
non competat, niſi qs poſſideat, vr̃ ꝯ text. in d. l. ſi alius. §. 1. vbi
ſi nũciaui nouũ opus verbo, quo caſu nunciãdo verbo amitti-
tur poſ. l. 1. §. in operis. & ibi glo. & Doct. j. de oper. nou. nunc.
Deinde ſi aduerſarius ante remiſſionem obtentam ædificaue-
rit, dicit ibi text. ꝙ mihi ꝯ eum competunt duo remedia. ſ. re-
medium demolitorium ex nunciatione noui operis, & inter-
dictum ꝙ vi, aut clam. ergo illud interdictum ꝙ vi, aut clam
ꝯpetit etiam non poſſidenti. Et ſic teneas prædictam conclu-
a ſionẽ, quæ eſt vtilis in practica, ꝙ ciuiliter poſſidens [a] poſſit ꝓ-
pria auctoritate expellere occupatorem reſiſtentem, & vltra
gl. & Bart. in d. l. 1. §. interdictum hoc. adde Bart. in l. 1. §. nuncia-
tio. in 2. colum. in fin. ibi quid erit ſi ædificans poſſideret natu-
raliter, & in l. de pupillo. §. meminiſſe. in 4. q. ſ. de ope. nou. nun.
Bald. in diſputa. ſua, quæ incipit. Accuſatus de vi turbatiua. in
5. col. Ang. in d. l. vt vim. ſ. de iuſtit. & iur. & in l. à diuo Pio. §. ſi
poſt dedictum. j. de re iud. Inn. in c. olim. 1. de reſtit. ſpol. dom.
Alex. in conſil. 99. 5. vol. incip. viſis proceſſib. cauſæ. in 3. colu. &
in l. quemadmodum. in 1. & 2. colum. j. eo. vbi dicit, quòd iſta
* *eſt communis opi.* ibi videas & ẽt tenet Lud. Rom. hic. ¶ Contra
iſtam cõem conclu. vr̃ magis obſtare illud, ꝙ tenent Barto. &
Doct. in l. 2. C. de iur. emph. vbi tenẽt, ꝙ dominus ciuiliter poſ-
ſidens non põt propria auctoritate expellere emphyteutã pri-
uatum iure ſuo ſibi reſiſtentem. Omiſſa ſolu. Aret. hic, & Ioan.
de Imol. in c. potuit. in 6. char. de loc. Rñde clarè, quod ibi em-
phyteuta habuit principium poſſeſſionis, & tituli iuſtum, ꝙ
initium maximè attenditur, vt hac. l. in princip. ideo nõ poteſt
ſic de facili propria auctoritate expelli, ſicut ille, qui à princi-
pio clandeſtinè, & iniuſtè occupauit. l. ſed & ſi lege. §. quod au-
tem. ſ. de peti. hæredita. ita concordat Raph. Fulgoſ. & bene in
25 d. l. 2. C. de iure emphyt. ¶† Limita iſtum text. & iſtud not. ꝙ
qui pohibet reuertentem in fundum acquirit poſſeſſionem
violentam, quando prohibitus deſijt habere animum poſſi-
dendi. Secus ſi non deſijt, puta dum ſe præparat, & amicos cõ-
uocat, vt illum repellat. l. 3. §. cum igitur. & ibi gloſ. not. infra de
vi, & vi arma. & pulchrè Bald. in l. fina. C. de his, qui à non do-
mi. manum. & eſt text. in l. ſequen. ſed & ſi nolit. vbi ſtatim di-
26 cam. † Aduerte tamen diligenter, quòd ſi aliquis occupauit
poſſeſſionem per vim, poſteà impetrauit à Principe, vel
alio ſuperiore confirmationem talis poſſeſſionis, talis con-
ceſſio, & talis confirmatio nhil valet, & ſic violenta poſſeſſio
non poteſt confirmari per reſcriptum principis, text. eſt not.
in l. auctoritate. & ibi Bartol. & alij ad hoc not. C. vnde vi,
& ibi Bartol. dicit, quòd iam vidit de facto, & eſt gloſſ. in l. 2. C.
de fun. & ſalti. rei dom. lib. 11. quam gl. voluit allegare Bar. qui
eſt corruptus, in d. l. authoritate. idem tenet Bartol. in tracta. de
tyranno. in 15. colum. in 10. quæſtion. Bald. in rubric. C. de Car-
bon. edict. & in c. nihil. in tertio nota. de præſcrip. Io. de Imol.
in rubric. j. de verbor. oblig. in penult. colum. Salyc. & Florian.
27 in l. vniuerſis. C. de precib. imper. offerend. ¶† Adde ad hoc, ꝙ
inuadentibus caſtra pertinentia ad iuſtos dominos nõ poſſent
illa caſtra per principem concedi ſalua iuſtitia, ſiue iſti inua-
dentes ſint perſonæ ſingulares, ſiue communitates. d. l. 2. cum
gl. C. de fund. & ſalti. rei dom. lib. 11. ſecundum Bal. in l. decer-
nimus. in 1. colu. ad fin. C. de ſaroſan Eccleſ. vbi dicit iſtud face-
re Florentinos, qui plura caſtra Vallis nebulæ per vim acce-
perunt, poſteà fecerunt ſibi concedi ab Imperatore, illa con-
28 ceſſio Imperatoris nihil valet, quod bene not. ¶† Quintò not.
ex eodem verſi. verum, quòd qualitas violentiæ poſteà ſuper-
ueniens facit deſinere primam clandeſtinam, & facit acquiri
aliam poſſeſſionem violentam, ita cantant verba huius verſi.
realiter intellecta vt iacent, præſertim dum dicit vi magis poſ-
ſidere non clam. Ergo mutatur qualitas poſſeſſionis. In cõ-
trarium facit tex. ſupra in princip huius legis. in verſi. is autem.
qui dicit, quòd origo nanciſcendæ poſſeſſio, exquirenda eſt, &
ſic quo ad qualitatem poſſidendi inſpicimus originem poſſeſ-
ſionis, & non proceſſum, vt ibi, & l. ſi de eo. §. 1. infra eodem.
Vnde qualitas clandeſtinitatis poſteà ſuperueniens non facit
poſteà acquiri aliam poſſeſſionem clandeſtinam, ita ibi eſt
text. Ergo etiam hæc qualitas violentiæ ſuperueniens non de-
bet facere acquiri illam poſſeſſiondm violentam, & ceſſare
primam clandeſtinam. Huic difficultati reſponde dupliciter.
Primò, quòd ibi prima poſſeſſio erat iuſta, ideo ſi adijceretur
clandeſtinitas, adijceretur iniuſta, quæ eſt contraria, & incom-
patibilis. vnde ſicut non poteſt quis ſibi mutare cauſam poſ-
ſeſſionis de nulla in aliquam. l. 3. §. illud. ſ. eod. ita non poteſt
mutare de aliqua iuſta in aliam iniuſtam, vt ibi. Hic autem
vtraque eſt iniuſta, ideo fit mutatio de clandeſtina in violentã,
quaſi ſint magis compatibiles. Secũdò, & ſubtilius reſpõde ſe-
cundum gl. magnam hic circa princip. quòd prima natura-
lis, quam habuit ſine vi, in qua vt dixi inſpicitur origo, non
mutatur in violentam. Sed bene ciuilis, quæ habetur ex non
admiſſione reuertentis domini, eſt illa, quæ habetur cum vi, &
ſic non poteſt fieri mutatio de vna iniuſta in aliam iniuſtam,
nec de clandeſtina in violentã, prout etiam tenet glo. in l. cùm
nemo. C. eo. & ſic in iſto tex. nõ fit mutatio. Sed remanent am-
bæ, ſcilicet prima naturalis clandeſtina, & ſecunda ciuilis vio-
lenta, quam acquiſiuit prohibẽdo volentem ingredi, & dicetur
ſuper illa glo. Vel tertiò potes reſpondere, quod iſta l. in prin-
cipio procedit, quando nulla cauſa extrinſecus interceſſit. Sed
hic ſuperuenit cauſa etrinſecus, quia iſte non ſolum clandeſti-
ſtinè occupauit poſſeſſionem abſentis vacantem, & ſic effe-
ctus eſt clandeſtinus poſſeſſor, ſed etiã poſteà reuertentem do-
minum non admiſit, ſed prohibuit intrare in fundum, & pro-
pter iſtam nouam cauſam extrinſecus prouenientem efficitur
violentus poſſeſſor, & de mutatione cauſæ, ſeu qualitatis poſ-
ſeſſionis quãdo liceat, vide text. in l. non ſolum. §. quod vulgò.
29 infra titul. 1. & Bar. in l. 3. §. illud. ſupra eo. ¶† Item circa iſtum
ver. verum. Pro eius ampliatione diligenter aduerte, quod
conſtitutio pœnalis. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, loquens in
expellẽte per vim aliquem de poſſeſſione, quòd priuet domi-
nio illius rei, habet locum etiam in eo, qui non expulit dire-
cto per vim, ſed dum poſſeſſor eſſet profectus ad nundinas,
clam intrauit poſſeſſionem, & poſteà reuertentem noluit
admittere. Quo caſu clam conuertitur ad vim, & tunc ha-
betur perinde ac ſi per vim expelleret, vt hoc text. in fin. &
ita in terminis tenet gloſſ. in dicta l. ſi quis in tantam, & ibi Bald.
in tertia columna. in 10. quæſtione notat multum illam gloſſ.
ad ſtatuta loquentia de expellente aliquem de poſſeſſione, ꝙ
inuadens poſſeſſionem, in qua ille, qui receſſit, neminem reli-
quit, & ſic in qua non erat aliquis corpore, tamen poſſideba-
tur animo per abſentem ciuiliter, ſi ille poſteà redeat, & in-
greſſus reuertentem non admittit, punitur, qui occupauit, ſi-
cut

A D D T I O.

a ¶ Ciuiliter poſſidens. Adde, quod hanc ſequitur, & dicit communem Socyn.
conſil. 122. In cauſa dominæ Iacobæ. col. pen. in princip. verſic. reſponde du-
pliciter. libr. 4. Neuizan. conſil. 82. num. 27. Quid in naturali, & dic, quòd ea
recuperari non poteſt propria auctoritate, vbi etiam ciuilis perdita eſt, quę
ciuilis ſtatim amittitur, quando ſciuit quis naturalem occupatam, nec eam
ſtatim recuperauit, teſte. Aymo conſilio 5. numero 9. vbi etiam numero 11.
docet, quomodo ipſa ciuilis probanda ſit. & plura alia in materia num. 12. &
13, cui adde Neuizan. d. conſilio 82. numero 27. vbi ſequitur concluſio. Iaſ.
hic. MASVER.

30 cut ſi verè expuliſſet. ¶† Expellit̃. n. quis trib. modis. Primò qñ in poſ. inuentus expellitur de ea. Secundò, quando non inuenitur, & reuertens non admittitur. Tertio, quando metu non reuertitur, & iſte etiam dicitur expulſus. Et in omnibus iſtis habet locum. d. l. ſi quis in tantam. quamuis ſit pęnalis, & in omnib. iſtis trib. habent etiam locũ ſtatuta loquentia de expulſis, ita ibi formaliter, & ad literam tenet Bald. Sunt egregiæ deci-
31 ſiones, & mirabiles ampliationes ad hunc text. ¶† Subdit etiã ibidem Bald. quòd ſi accuſo aliquem, qđ expullit me de poſſeſſione, & non poſſum probare, quòd eſſem tunc in poſſeſ. q̃a tunc re vera non eram, nec volui temerè reuerti, certè proteſtabor coram iudice & teſtibus, ꝙ metu non poſſum reuerti, & hac proteſtatione facta intelligor expulſus. ¶Not. diligenter iſta omnia ad hunc text. & ad practicam. Sed tu attende, quia gl. magna hic circa princ. & Doct. hic dicunt, quòd naturalis remanet clandeſtina, & ciuilis violenta, prout etiam dixi in præcedenti not. & ꝙ debet agi interdicto vnde vi ad ciuilem, poſteà vti poſſidetis pro naturali, non quòd dicatur expulſio violenta, imò potius contrarium, cùm dicat initium inſpiciendum, & ita etiam tenet. d. Alex. in l. quemadmodum. ĩ. eod. vbi reprobat Bal. in d. l. ſi quis in tantam. malè allegantem glo. hic,
32 quæ potius vult contrarium ſecundum eum. † Septimò ex eo. ver. verum. pondera hic videri text. pro eo, ꝙ tenet nouiter Aret. in l. 3. §. in amittenda. in 2. col. ſ. eo. vbi tenet, ꝙ illud, ꝙ dicitur, ꝙ ex eo, ꝙ quis ſuſpicabitur ſe poſſe repelli, perdit poſſeſſionem, vt in l. ſeq procedit, qñ eſt extra fundum, ſecus ſi eſſet in fundo, quia cùm ad amittendam poſſeſſionem requiratur corpus, & animus. l. quemadmodum. ĩ. eod. & l. ferè. ſcda. ff. de reg. iur. ergo q̃uis ſuſpicetur ſe poſſe repelli, tñ ſi non eijciatur corpore extra locum nõ perdet poſſeſſionem loci in quo eſt. pro hoc ponderat text. in l. ꝙ meo. §. fin. in vltimo rñſo iuncto verſic. præcedenti. ĩ. eod. vbi videtur probari, ꝙ etiam qñ quis veriſimiliter debet ſuſpicari ſe poſſe repelli, non tñ perdit poſ. loci in quo eſt, niſi inde deijciatur. Ad idem alleg. l. 1. §. pen. ĩ. de vi, & vi arma. inducendo, vt per eum. facit iſte text. cum. l. ſeq. qui cum myſterio loquitur de exiſtente extra fundum, qui pp metum non vult, vel non audet redire. Et ſic iura ſemper loquuntur de exiſtente extra fundum, vt hic, & d. l. 3. §. in amittenda, in verſic. ſi quis nunciet. ſ. eo. & l. ſi id, ꝙ. §. fin. ĩ. eo. Adde notandum, quòd ſi quis eſt perſonaliter in loco, & ipſe ſuſpicetur ſe poſſe repelli, tamen ex quo metus, vel ſuſpicio non ſortitur effectũ, quia perſeuerat remanere corpore in loco, ꝙ non priuetur poſſeſſione, & videtur ſatis bona conſideratio. Alij nihil tangunt. Adde, ꝙ in contrariũ vr̃ ſtringere, ꝙ ſola ſuſpicio operetur amiſſionem poſſeſſionis, dato, ꝙ quis ſit in fundo, & eum poſſideat. Nam ſi dñs exiſtens in fundo quem poſſidet, nunciet alij nouum opus verbo, p talem nũciationem verbalem perdit poſſeſſionem pp ſuſpicionem, q̃a meticuloſus. l. 1. §. in operis. & ibi gl. & Doct. & l. de pupillo. §. meminiſſe. ſ. de ope. no. nun. ergo licèt ſim in fundo, & nunciem verbo, tñ pp ſuſpicionẽ meticuloſam perdo poſ. ergo ꝯ Are. & iura p eum allegata parum faciunt, quia in d. l. ꝙ meo. §. fina. vbi ingreſſus cum exercitu nõ occupauit niſi partem fundi, eſt pręſumptio, ꝙ voluit aliam partem occupare, in qua ego ſum, ideo eam non perdo, vt ibi, q̃a non debui veriſimiliter ſuſpicari de alia parte, prout præſupponit Are. & malè. & ſic ille tex. nihil facit, & ſic habes magnam ampliationem ad regulam, ꝙ qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli, perdit poſſeſſionem, vt in iurib. ſ. alleg. vt illa iura generaliter procedant, ſiue talis ſuſpicans ſit extra fun-
33 dum, ſiue etiam in fundo, quod bene not. ¶† Octauò not. ex l. ſed & ſi noluit. iuncto. §. præcedenti, ꝙ ad amiſſionem poſſeſſionis ciuilis paria ſunt quem repelli, vel ſuſpicari ſe poſſe repelli. facit. l. ſi id, quod. §. final. infra eod. & l. 3. §. ſi quis autem viſis. ĩ. de vi, & vi arma. & l. non ſolùm. §. ſi dominus. ĩ. titul. 1. &
34 l. 3. §. ſi quis nunciet. ſupra eo. † Sicut paria ſunt, vel quod guer-
a ra actualiter vigeat, vel quod ſit timor guerræ [a] ad hoc, vt fiat remiſſio publicanis, ſeu conductoribus gabellarum vigore pacti, quòd in caſu guerræ fiat remiſſio, ſeu reſtaurum datiarijs, ita not. tenet Petr. de Acharan. in conſil. 87. incip. præmiſſa facti ſerie. refert, & ſequitur domin. Alexand. in l. diuortio in princip. in 4. colum. ff. ſolut. matrimonio. Accedat illud Senecæ. Peior eſt bello timor ipſe belli. Sed aduerte, quia quando reuerſus fuit repulſus, tunc bene clandeſtinus poſſeſſor incipit vi poſſidere, ita dicit text. in §. præcedenti, in fin. eo quia tunc videtur vi expulſus. l. prima. §. vi poſſidere. infra de vi, & vi arma. Sed quando rediens eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli, tunc tex. in iſta. l. ſed & ſi quis. ſolum dicit, quòd abſens amittit poſſeſſionem, non autem repetit, quòd etiam tunc clandeſtinè ingreſſus incipiat vi poſſidere, & iſtud videtur rationabile, quia iſto ſecundo caſu in amiſſione ciuilis nulla eſt illata violentia, & ita etiam tenent Modern. Senenſ. hic in ſexto notab. Tamen

* Bartol. in ſummario, *& communiter Doctor.* tenent contrarium, quòd vtroque caſu clandeſtinus ingreſſor incipiat vi poſſidere, ſiue non admiſerit redeuntem, ſiue ipſe rediens ſuſpicatus fuerit ſe poſſe repelli. Sed pręcedens dictum eſt æquius, & ma-
35 gis de mente iſtorum iurium, & illud tene. ¶† Nonò, & vltimò not. ex eadem. l. ſed & ſi nolit. hic videri text. pro eo, quod tenet alibi gl. & Doct. ꝙ per vim deiectus de poſſeſſione ſi ſe præparat ad recuperandum poſſeſſionem, nunquam deſinit ciuiliter poſſidere. gl. eſt not. in l. 3. §. cum igitur. & ibi Bartol. & in l. qui poſſeſſionem. & ibi Bar. ĩ. de vi, & vi arma. idẽ patet ex hoc text. dum dicit, *ſed & ſi nolit in fundum reuerti, amiſiſſe poſſeſſionem videbitur,* ergo ſi vellit in poſſeſſionem reuerti, & ad hoc ſe præparat, non amittit ciuilem, facit. l. 3. §. in amittenda. ſ. eo. in verbo, timore conterritus voluit accedere. ergo ſecus ſi no-
36 luit accedere, & ſe præparauit. ¶† Adde, & valde no. ꝙ ſi Dux, vel Princeps, vel alius expellatur de terra ſua, licitũ eſt quandocunque propria authoritate recuperare, quoties ſeſe facultas obtulerit etiam poſt decennium, & dicetur incontinenti recuperaſſe, cùm ſemper habuerit animum recuperandi, nec vnquam diligentiam prætermiſerit in recuperando, dictum fuit famoſum, & originale Vgutionis. 1. diſtin. in c. ius naturale. in glo. ſua antiqua, quod refert, & ſequitur Bald. reputans tenendum menti in l. fin. C. de his, qui à non domin. manu. & in c. in literis. de reſti. ſpol. Io. de Imol. in l. 1. §. qui præſens. ĩ. de verbor. oblig. Angel. de Are. in §. quadrupli. in 16. colum. ad fin. inſti. de actio. facit, ꝙ vult glo. in c. olim. primo. de reſti. ſpol. in verbo ſtatim, quæ exponit, *ſtatim, ideſt quamprimum potuerunt,* ꝙ valde not. & ita habes perfectiſſimè, vt puto, expedita not. huius. §. ¶Capio glo. in verbo [poſſeſſionem.] Iſta glo. eſt principaliter facta pp ꝯrium. l. 3. §. ex contrario. ſ. eod. & in effectu ponit tres ſolut. ſ̃m tres diuerſas opin. ibi plenius relatas in glo. Prima eſt ſolut. Ioan. *& iſta communiter approbatur.* Secunda eſt, quæ attribuitur Roger. & fuit quorundam Antiquorum, quia Roger. non tenuit, quòd duo poſſent inſolidum ciuiliter poſſidere, niſi in certis caſibus, ſed fuerunt quidam Antiqui, quos gloſſ. ibi refert. Tertia eſt ſolut. Placent. & Azon. Diuide iſtam glo. in quinque partes. In prima timore contrarij dict. l. tertiæ. §. ex contrario. ponit veram ſolution. Ioan. In ſecunda arguit contra Roger. de iſto text. dupliciter inducendo. In tertia ſecundæ inductioni reſpondet ſecundum Roger. Sed eius reſponſionem reprobat. In quarta reſpondet alio modo. In quinta ponit tertiam ſolution. ſecundum opinio. Azon. & Placent. Secunda ibi, [& ſic audi Roger.] Tertia ibi, [ſed ipſe reſpondet.] Quarta ibi, [melius autem poſſe dicere.] Quinta, & vltima eſt ibi, [ſed ſecundum Plac. & Azon.] ¶ Et aduerte, quòd licèt gloſſ. duobus modis inducat iſtum textum contra Roger. tamen ad primam inductionem gloſſ. & Bartol. non reſpondent, & non curarunt de illa prima inductione, eo quia illa prima inductio non venit niſi cum quibuſdam ſuppletionibus, quia text. non dicit, ꝙ ingreſſus habeat naturale tantum. Iſta eſt ſubauditio gl. ideo de prima inductione non eſt curandum. ¶In tertia parte gloſſ. ibi, [ingrediens non ha-
37 beret ciuilem, quia nec naturalem.] ¶† Not. bene iſtam ſolutio. Roger. quod non poteſt quis acquirere ſolam ciuilem ſine naturali, & ad hoc tota die allegatur iſta glo. Iſtam ſolut. Roger. & ſic iſtam concluſionem approbat Bartol. hic, & pro ea alleg. l. quod meo. §. fina. infra eod. & gloſſ. in l. tertia. in princip. & in §. in amittenda. ſupra eodem. iſte eſt pulcher, & neceſſarius paſſus, quem intendo bene examinare, an ciuilis poſſeſſio poſſit à principio ſola acquiri ſine naturali. Bartol. hic ſecutus Rog. tenet, quòd non, & ſequuntur Mode. Sen. hic, ſed gl. tenet contrarium, quam ſequuntur Ang. Imo. Pau. de Caſt. d. Alex. & cæteris plenius Aret. hic. Et ſic iſta pars affirmatiua
* contra Bart. *eſt magis communis.* Et dicit Are. ꝙ iſtam gl. reputat ſingularem in iure, ꝙ poſſit acquiri ciuilis vacãs abſque naturali. mouentur præfati Doctor. quia licèt in fundo dimiſſus ſit aliquis per abſentem, & alius ingrediatur animo acquirendi ciuilem, quæ vacat, nihil repugnat quin illi acquiratur ſola ciuilis, dato, quòd alius exiſtens in fundo poſſideat naturaliter, ex quo in acquirenda tali ciuili corpus, & animus interuenit, & ſic ceſſat fundamentum Roger. aliàs ſequeretur, qđ nudus proprie-

ADDITIO.

a ¶Timor guerræ. Adde, quòd in contractibus tractum ſucceſſiuum habentibus propter bellum fit remiſſio, vt in contractu locationis, in qua regidem iudicamus de ſuſpicione belli, quòd de bello, ſecus autem in contractibus, qui momento expediuntur, & quorum dñium ſtatim tranſit in rebus traditis, vt in venditione & permutatione, teſte Dec. conſil. 312. Quam concluſ. declara, vt per Catel. ver. conductor. Afflic. deciſ. 395. num. 8. Seb. Vant. de nullit. c. 9. num. 165. Alex. conſil. 107. num. 2. lib. 2. MASVER.

proprietarius,& sic dominus,qui ciuiliter tantum possidet,& naturalis est penes emphyteutam, feudatarium, vel vsufructuarium, non posset transferre illam ciuilem solam in alium, inducendo eum in possessionem, quod est falsum.l.locum.§. pen.s.de vsufruct.ergo apparet,quod sola ciuilis potest acquiri à nudo proprietario sine aliqua naturali. Sed istud fundm̃ parum facit, vt etiam fatetur Are. quia ibi transfertur ciuilis ex voluntate domini,qui vult eam transferre.Per hoc non sequitur, ergo similiter potest acquiri sola ciuilis per occupationẽ, cùm facilius transferatur possessio concurrente voluntate domini tradentis,quàm vbi non concurrit.l.ꝙ meo. §.si venditorem.ĵ.eod.& gl.in l.1.in ptin.in gl.1.s̃.eod.Et dum dixi de ciuili,quæ vacat,quia tu posses dubitare, & dicere, quòd ciuilis nõ vacat,ex quo est apud dominum absentem,de illa non loquimur, tenendo cum Roger. quòd duo possunt ciuiliter possidere, vt statim infra in specie declarabo. ¶Vltra Scribẽtes adde tu ꝯ Bart.aliam glo.ĵ.in gl.magna.in pen.parte, & ibi dom. Alex.in vlt.char.eam ponderat ꝯ Bart. hic.Sed an illa glo.probet,ibi dicetur.Item contra Bart.adde etiam glo.in l.Pompon.
38 §.si is,qui præcario.in glo. magna.in fi. ĵ.eod. ¶† Secundò adde,quod alibi dicit not. Bald.in l.2. in 1. q. C. vbi in rem actio. quòd iudex potest quem mittere in ciuilem possessionem pro sola ciuili consequenda absque naturali, & factum iudicis re-
39 putatur factũ partis.l.si ob causam.C.de euictio. ¶† Tertiò in contrarinm pondera illud, quòd vult Barto.met in l. non solùm.§.morte.s̃.de oper. nou. nun. in prima specie protestationis,ante fin.vbi tenet, ꝙ si expuli te de fundo, & fui tunc protestatus, quòd hoc non faciebam, nisi animo quærendi ciuilem possessionem tantũ, ꝙ ista protestatio operatur,vt solum circa illam ciuilem videar deliquisse. allg.glo.in l.1. super verbo,nec vi. C. vti possidetis. Quartò, & vltimò aduerte contra Bartol.quòd ex quo naturalis erat penes illum, qui remanserat
40 in fundo pro domino absente, † ergo non poterat dari ciuilis vacans, eo quia statim naturalis trahit ad se illam ciuilem vacantem etiam possessore ignorãte, & ciuilis immediatè simul iungitur cum naturali,vt est glo.not.& approbata in l. sequen. sed & si nolit.d.Alex. in discursu sermonis incidenter dicit, qđ ciuilis potest vacare, quando non occupatur per existentem in fũdo.Tu potes vltra eum istud confirmare.Nam,qui remãsit in fundo pro domino absente, potius remansit ad custodiã fundi,ideo non habuit animum acquirendi aliquam ciuilem, & eam coniungendi cum naturali, nimirum si tunc ciuilis remansit vacans.Sed caue, cùm ciuilis vacans statim coniungatur cum naturali etiam ignorante possessore secundum gloss. not.in l.sequenti.vbi dicetur,& sic videtur,quod opin. Bartol. non possit procedere.Ista sunt,quæ faciunt contra Bart.contra quem est cõis opi.gl.& aliorum, ꝙ ciuilis sola possit acquiri sine naturali.Licèt cõis opin. gl. & Scrib. sit ꝯ Bart.tñ, quia ea, quæ in ꝯrium adducuntur, parum vrgent, posset de facili teneri opi.Bar.quæ magis vr̃ consonare veritati. & pro opi. Bart. faciunt duo boni text. Primo text. in l.3. §. Neratius. in primo rñso.vbi etiam dixi.s̃.eo.vbi tex.formaliter dicit, ꝙ non possumus acquirere possessionem animo, si non antecedat naturalis possessio, ergo ibi vr̃ text. ꝙ non põt acquiri ciuilis sine naturali,& ille tex.simpliciter,& gñaliter loquitur.ad idem tex.in d. l.3.in prin. s̃.eod. vbi traditur regula gñalis, ꝙ non põt acquiri possessio animo de per se sine corpore, ergo non põt acquiri ciuilis sola sine naturali.est verum,ꝙ tex.in d.§. Neratius, licèt in primo rñso gñaliter loquatur, tñ principaliter loquitur de reb. mobilib. vt ex sequentibus patet, & ibi plenius dixi circa hoc.item licèt text.in d.§.Neratius.videatur in princip.generaliter loqui, tamen principalis decisio illius.§. est loqui de thesauro,& rebus,quæ in nullius bonis sunt,quarum possessio difficilius acquiritur, quàm cæterarum rerum, cùm requiratur actualis amotio de loco,vt ibi dicit text.in fin. & gloss.in l.1. in princip.in verbo primi.supra eod.& ibi clarius Bartol. in tertia quæstion.principa. nimirum si ibi non potest acquiri sola ciuilis animo sine corpore,cùm ibi etiam acquiratur actualis amotio, & sic iste passus esset disputabilis ad vtranque partem. Vltra glo.Bartol.impugnat solu.Roger.duob.alijs medijs. primò si verus esset intellectus Roge. quod ingressus clandestinè possideret naturaliter, & ciuilter, non bene fieret illatio in text. in versicu. retinet ergo posses. imò potius fieret illatio in contrarium, si ille haberet vtranque possessionem, & naturalem, & ciuilem. Sed ad hoc respondet Are.ꝙ illatio fit ex eo, quod.s̃. dixit clam possidere. Nam clandestina possessio præsupponit alium possidere,aliàs non diceretur clandestinus possessor, nisi respectu alterius possessoris, vt probabitur nunc. Illatio ergo text.venit hoc modo,si ingressus clandestinè possidet,ergo sequitur,quòd absens retinet posses. Assumptum, quòd clandestina possessio præsupponat alium possessorem,firmant Iacob. de Are.Imo.& Are.hic.Pro hoc ponderat Are.tex.in l.cũ quærebatur.C.vnde vi.vbi contra occupantem possessionem vacantem ante illam constitutionem non competebat interdicterdictum quod vi aut clam. Sed illa constitutione datur remedium tanquam contra prædonem, ergo ibi est text. quòd occupans possessionem vacantem non dicitur clandestinus possessor, sicut etiam non dicitur violenta possessio, nisi vbi possessor est deiectus.l.sequitur. §.item si occupaueris. cum gl. infra titul. 1.& tangitur infra in gl.magna.in princip.ergo clandestina possessio præsupponit alium possessorem, ergo illatio
41 bene sequitur ex tex.¶† Sed tu aduerte circa assumptum Are. quòd ad hoc, vt dicatur clandestinus possessor, non est necessè, quòd suspicetur possessorem sibi moturum cõtrouersiam, puta,quia nullus sit possessor, sed sufficit, quod suspicetur alia ratione aliũ sibi moturum controuersiam, puta ratione dñij, licèt non possideat,vt est,gloss.in dict. l.sequitur.§.item si occupaueris.& in d.l.final. C. vnde vi, & tenet simpliciter do. Alex. hic,& Bartol.in l.si de eo.§.final.infra eod.& in l.1. §.interdictũ hoc.infra vti possidetis.Paul.de Castr.in princip.huius legis.vbi etiam dixi,& est bonus text.in l.si ancillam.in princip.infra pro suo. Nec obstat text.in dict. l. cùm quærebatur.allegatus per Aret. quia Bartol. ibi intelligit illum text. quando illa res nunquam fuit à domino possessa, & sic fuit omnino vacans, tunc contra occupantem non competit interdictum, quòd vi aut clam, secus si antea fuisset per dominum occupata,vt ibi probatur per eum. Vltra Aret. potes respondere, quòd illatio in text.fiat hoc modo,quia text. dicit videri eum clam possidere: Ex hoc sequitur illatio, ergo dominus retinet possessionem: patet,nam clandestina possessio,dicitur, quæ domino ignorãte clam occupatur,vt expressè dixit tex.in hac.l.in princip. Sed ignorans non amittit ciuilem possessionem, quæ animo retinetur,& sic sine animo amitti nõ potest.l.3. §.in amittenda. supra eod.l.quemadmodum.ĵ.eod.& l.si quis vi.§.differentia. ĵ. eo.& glo.ista in fin. ergo bene sequitur, cùm per occupantem acquiratur clandestina, ergo per absentem, & ignorantem retinetur ciuilis possessio.Isto modo melius defendit Rog.à primo fundamento Bart.¶Secundo impugnat Bart.quia si clandestinè ingressus possideret naturaliter,& ciuiliter,vt vult Roge.& postea dominus repelleretur, aut suspicaretur se posse repelli, illa alia ciuilis acquireretur ingresso, & sic haberet duas ciuiles,quod est absurdum secundum Bartol. Adde, quòd ante eum istam impugnationem fecit gl. magn. ĵ. in 2.parte prin. & ibi Bartol.in 2.col.ponderat. Sed facile est respondere, quia qua ratione tenet Roge. plures ciuiles posse. haberi in vna re, ita non est absurdum duas ciuiles cadere in eadem persona, præsertim diuersis respectibus,& causis,nisi dicas,quòd hic est maius inconueniens.l.in eadem persona, & eadem re, vnum habere duas ciuiles, secus in diuersis personis licèt respectu rei. ¶Circa tertiam opin.Azo.& Placen.Bartol.reprobat per duo, de quib.hic per eum. Adde fortius facere, quia ingressus clandestinè possidet naturaliter corpore, alius absens possidet naturaliter animo, & sic diuersis qualitatibus, certè si ingressus exeat fundum,illam naturalem quã possidebat corpore,nunc ex quo exiuit possideat animo, quia quando naturalis est de ꝑ se sine ciuili,retinetur per absentem solo animo, vt est gl.in l.1. in prinC. supra eod. ergo reperirentur duo naturaliter possidere eadem qualitate scilicet animo.Ergo solut. Azon.& Placen. non semper procederet.Stant ergo ex gl.tres lecturę Antiquorum,& communiter tenetur lectura Io.vt dixi. ¶Sunt,qui intelligunt quarto modo istum text. quòd ingressus clandestinè possessionem absentis nõ possideat naturaliter propriè, & verè,prout glo. & Doctor. volunt,sed possideat fictè, & impropriè,& solùm in eius damnum, & odium, vt possit repelli, &
42 conueniri, ac si verè possideret, † sicut dicimus in eo,q dolo desijt possidere, qui fingitur in sui damnum, & odium possidere.l.sinautẽ.§.sed & is.& l.is q dolo.s̃.de rei ven.Sed non in eius fauorem,vt declarat Bar.in l.naturaliter.in 4. col. infra tit. pri-
43 mo.† Et quòd in isto text.clandestinè ingressus possideat non verè, sed fictè, & impropriè patet. nam text. dicit videri, & intelligitur. Ista verba denotant fictionem, & improprietatem. De verbo videri,[a] est text.vulgatus in l.prima. §.deiecisse.infra de vi,& vi arma.& in l.si duo.& ibi glo.not.s̃. de acquirend.hæredita.& in l.si pater filio.& ibi gl.ĵ. de his, quæ in fraudem credit.Bart.in l.si is,qui pro emptore.in 2.chart.ĵ.titu.1.de verbo intelligitur,quòd importet fictionem, & improprietatem, facit.l.fi.§.pe.& l.si quis cum testamentum nullũ. supra de iure codic.

ADDITIO.

a ¶Verbo videri.Verbum videre, & verbum intelligitur, quòd denotẽt fictionem,adde eundem Iaso.in l.generaliter.infra eod.

ſodic.gl.in l.hæres quoque. ſ. de acquir. hæred. gl.in c.ſtudijs.in
gl.1. de præſump. Bart.in d.l.ſi is, qui pro emptore. in 3.chart.
Iſto modo intelligendo text. ceſſaret oppo. glo. de dicto. §.ex
contrario, quia hic duo non poſſideret inſolidum eandem rē,
ex quo ingreſſus clam non poſſidet verè, ſed fictè, & impro-
priè. Et huic intellectui ſatis vnr applaudere verba text.ſed iſte
intellectus non placet ad hunc text.quia illatio,quę ponitur in
verſic.retinet.non bene inferretur ex præcedentibus.Quia ſi in-
greſſus clam non poſſideret naturaliter propriè, & verè, ſed fi-
ctè & impropriè,non ſequeretur, ergo abſens retinet poſſeſſio
nē, vnde veritas eſt, quòd talis ingreſſus poſſidet corprali-
ter,& ſic naturaliter,& verè, & propriè, & illa verba videri, &
intelligitur, potius reſpiciunt qualitatem clandeſtinitatis, &
violentiæ, quàm ipſam poſſeſſionem. Nec eſt verum aſſum-
ptum, quòd clandeſtinè ingreſſus ſolùm fingatur in ſui dam-
44 num & odium poſſidere, non autem in ſui fauorem.† Sicut
dicimus in eo, qui dolo deſijt poſſidere, quia imò poſſidet etiā
in ſui fauorem, patet, quia habet interdictum vti poſſidetis
contra quemcunque extraneum. l. 1. in fin.infra vti poſſidetis.
Item habet interdictum vnde vi ſi expelleretur. l.1. §.qui vi à
me. & §.deijcitur.infra de vi,& vi arm.& ita in ſpecie declarat
Bartol.in l.1.in princip.in 2.char.ſupra eod. imò fortius iſta na-
turalis,quam habet ingreſſus, poteſt operari effectum vſuca-
pionis,& ſic acquiſitionis dominij, quando ciuiliter poſſidens
deſineret ciuiliter poſsidere, quia tunc corporalis trahit ad ſe
ciuilem, vt eſt gloſſ. not. & approbata in l. ſed & ſi nolit.Et in
ſpecie,ita tenet ad terminos noſtros Bar.in d.§.ex contrario. in
penult. colum. vbi dixi. Sed iſta ceſſant in eo, qui dolo deſijt
* poſſidere, qui nullo modo poteſt cenſeri ad fauorem ſuum
45 poſsidere.† Nec obſtant illa duo verba poſita in text. quia vl-
tra reſponſionem, quam ſupra dedi, dico, quòd imò verbum
videtur,etiam aliquando importat veritatem. l. naturaliter. in
prin.& ibi Are.ad hoc not.ſ.eod. & l.qui liberis.§.hæc verba.ſ.
de vulg.& pupil.& in ſpecie Bald. in l.etiam. per illum. text.C.
de iure dot. vbi not. Bald. quòd verbum videtur,ibi non im-
portat fictionem ſecundum verbi debitam, & ſanā interpre-
tationem,& Bald.in rubr. extra de præſcrip.in 2.colu.vbi dicit,
quòd verbum videtur,ſignificat veritatem, quando eam po-
teſt ſignificare, ideo debemus materiam ſubiacentem inſpice-
re ſecundum eum.Pretereà,quando verbum videtur,ponitur
in his, quæ ſunt iuris,importat veritatem, vt ſtatim dicam.ſi-
militer verbum intelligitur, aliquando importat veritatem.
l.prima.§.item acquirimus.& ibi Aret.ad hoc not. ſ.eod. Bald.
not.in capit. bonæ memoriæ.in penult.colum. de appellat.vbi
bene ad propoſitum noſtrum dicit, quòd verbū intelligitur,
in his, quæ iuris ſunt,ſonat veritatem, prout eſt in hoc text.
¶Capio glo.magnam in verbo non clam. iſta glo. ſecundum
Bartol.in princip.huius. §. eſt intricata.Ideo vt extrices, diuide
eam magiſtraliter, & cum intellectu in quatuor partes princi-
pales, expediendo vnamquamque de per ſe. In prima timo-
re taciti contrarij, quod nunc inducam, declarat text. deinde
contra text.expreſsè opponit, & de ſolut.ſe remittit. In ſecun-
da per viam quæſtionis remouet fortem oppo. contra text.
In tertia format quæſtionem de ingreſſo prohibente redeun-
tem, qui non vult ciuilem acquirere. In quarta,& vltima per
viam quæſtionis ponit, quæ remedia competant domino re-
uerſo pro recuperanda naturali, quam ingreſſus occupat. Se-
cuda ibi,ſed quam habet vi.Tertia ibi,ſed quid ſi hic ingreſſus.
Quarta,& vltima eſt ibi,item iam non eſt quęſtio.¶Redeo ad
primam partem,in qua vt dixi glo. timore taciti contrarij de-
46 clarat text.† Iſtud tacitum contrarium eſt, quia text.in fin. di-
cit, *vt magis intelligitur poſſidere non clam*,illa dictio magis, eſt cō-
a paratiua. * Ergo debet præſupponere poſitiuum, cuius reſpe-
ctu fit comparatio. Nam comparatiuum pręſupponit par-
ticipationem vtriuſque, ſed in vno magis, quàm in altero.l.
vbi aūt non apparet.in prin.vbi dixi.ſ.de verb.oblig.Bar.in l.cū
filius. §.pater.cum ſim. ſ.de leg.2. & tamen text.dicit vi magis
intelligitur poſsidere nō clam,deberet dicere q̄ clam.Gl.huius
timore ſubaudit ad text.dictionem tantum,& ſic non tantum
clam,ſed magis vi,& ſic ſimul poſsidet, & vi, & clam,ſed ma-
gis vi. Iſta ſubauditio violat text. & dictio magis,hic non ſtat
comparatiuè,cùm text. tollat comparationem dicendo non
clam,ſtat ergo electiuè, vt dixi in text. Et tenendo illud, quòd
clandeſtinus poſſeſſor, qui poſteà non admiſit dominum re-
uertentem,poſsideat vi, & non clam, vt ad literam dicit text.
tolluntur multæ difficultates, & amaritudines, quæ tangun-
tur infra præſertim in ſecūda parte principali gl.& iſtud tene,
vt infra latius dicam.¶Circa ſecundam oppoſition.l.ſequitur.
* §.item ſi occupaueris, qui eſt.§.penult.infra titu.primo.*commu-
niter tenetur* ſol.gl. ibi poſita, q ibi ingreſſus eſt poſſeſſionē om-
nino vacantem animo,& corpore,& ſic à naturali,& ciuili,vt
patet ibi in verbo vacuam poſſeſſionem, quòd poteſt contin-
gere altero de tribus modis,vt not.declarat gl.in l.fin.in verbo
vacuam. C.vnde vi, ideo non poteſt poſteà effici violenta at-
tento initio, vt hac.l.in princip. Sed hic non vacat ciuilis, quæ
retinebatur animo per abſentem, ideo cùm non admittatur,
reuertens patitur vim, & ſic poſſeſſio efficitur violenta. ¶Ve-
nio ad ſecundam partem principalem glo.quæ eſt difficilis, &
obſcura, & oppono fortiter contra text.nam abſurdum eſt, q
eadem poſſeſſio ſit clandeſtina, & violenta, vt inquit glo. imo
ꝯriæ qualitates non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto, &
ſic in eadem poſſeſſione, vt l.ſi quis ante. ſ. eod. & l. ſi quis an-
cillam.in fi.prin. ſ.pro ſuo.vbi text.dicit, quòd quis non poteſt
poſſidere pro ſuo,& clam, quia ſunt contrariæ poſſeſſiones,&
l.2.§.fin. ſ.pro emptore. Et conſequenter eadem poſſeſſio non
poteſt ſimul eſſe & clandeſtina,& violenta, gl.in effectu ponit
tres principales ſolutiones,ſecundum quod fuerunt tres prin-
cipales opin. Antiquorum.ſ.Ioan.Rog.& Azo.quas clarius p-
ſequitur,& explicat Bart. tamen glo.de iſtis nullam facit men-
tionem. Et iſta ſecunda pars principalis intellectualiter ſub-
diuiditur in quatuor particulas ex mente Bartol. & forte vltra
* quam gl.ſenſerit. In prima ponit ſol. Ioan. *communiter appro-
tam*,quòd naturalem habet clam,ſed ciuilem vi,& ſic contra-
riæ qualitates non ſunt circa eandem poſſeſsionem, ſed circa
diuerſas, & quòd prima naturalis ſit clandeſtina,probat, quia
inſpicitur origo poſſeſsionis, & quod non mutetur in violen-
tam, probat, quia cauſa poſſeſsionis mutari non poteſt. In ſe-
cunda per viam quæſtionis ibi, ſed quam ciuilem habet, tacitè
ſentit ſecundam ſolutio.Roge. q ingreſſus habet duas ciuiles,
vnam per ingreſſum clandeſtinum, aliam vi non admittendo
dominum reuertentem, & iſtam reprobat glo.per abſurdum,
quòd in eadem re duplex ſit ciuilis,cùm vnica reperiatur præ-
ſertim in eadem re, & eadem perſona.In tertia ibi,illud etiam
eſt abſurdum. gl.tacitè ſentit tertiam ſolutionem Azo.& Pla-
cen.quòd vnica tantum eſt poſſeſsio.ſ.naturalis, quæ habetur
& clam & vi, & ſic cum duplici qualitate, quam gl.reprobat,
quia eſt abſurdum, q eadem poſſeſsio ſit clandeſtina, & vio-
lenta, & ſic habeat ꝯrias qualitates, vt dixi. In quarta, quæ eſt
ibi,ſed dicunt.ponitur quadruplex reſponſio,ſecundum Azo.
& Placen. Prima, quòd concurrere poſſunt ex diuerſis cauſis
per l.3,§.ex pluribs.ſ.eod.quod glo.reprobat, quia ibi loquitur
de diuerſis cauſis ſe compatientibus, ſed hic ſunt contrarię.Se-
cunda ſol.eſt ibi,niſi dicas, quòd pro parte vi,& pro parte clā,
nihil eſt. Tertia magis colorata ſolu.eſt ibi, vel niſi dicas, qđ
diuerſis reſpectibus eadem naturalis habet contrarias qualita-
tes.nam naturalis naturaliter retenta,& ſic corpore habet clā,
illa eadem habetur ciuiliter vi,& ècontra.Iſtam reprobat Bar-
tol.quia diuerſitas qualitatum non poteſt facere, vt duo con-
traria poſsint eſſe in eodem ſubiecto.l.3. §. ex contrario. ſupra
eod.Quarta ſolu.eſt ibi,Item pro eis, quòd qualitates contra-
riæ in eadem naturali ſe compatiuntur non eodem tempore
ſed diuerſis, quia ab initio fuit clandeſtina, & nunc eſt violen-
ta per l. is, qui puteum. §. hoc interdictum.infra quod vi, aut
clam. gloſſ. reprobat, quia ille. §. loquitur in re corporali, pu-
ta in domo, quæ potuit fieri pro parte clam, & alio tempo-
re pro parte vi,ſed in poſſeſsione, quæ eſt ius,ſcilicet inſiſtendi
rei, ſecundum gloſſ.in l.1.in princip.in glo.prima.ſupra eod.&
ſic ſi eſt res incorporalis, initium inſpicimus, & ſic ſi ab initio
ſemel fuit clandeſtina vel violenta, ſemper talis erit, vt hac.l.
in princip.Iſta eſt proprie mens,& medulla huius gloſſ.& licèt
Bartol. tranſportet quoſdam verſic. prius ponendo quartam
ſolut. ibi, Item pro eis, & poſteà ponendo tertiam ibi, vel niſi
dicas,tamen de hoc non eſt curādum ſecundum Raph.hic,&
47 bene, & talis tranſportatio Bart. nihil penitus facit. ¶† Ex iſta
* ſecunda parte principali glo.habes ſecundum opin.Ioan. *com-
muniter approbatam* vnam concluſionem ad text. quòd ingreſ-
ſus habet naturalem poſſeſsionem clandeſtinè, ſed ciuilem
violenter, & ſic reſpectu naturalis dicitur clandeſtinus, reſpe-
ctu ciuilis dicitur violentus,& ſic ꝯriæ qualitates non ſunt cir-
ca eandē poſſeſsionem,ſed circa diuerſas.Fundm̄ gl.& Docto.
eſt, quia ex quo is, qui à principio clam occupauit, ſemel cœ-
pit

A D D T I O.

a ¶Dictio magis eſt comparatiua.Adde gl.& ibi Docto.in l.2.§.1.ſupra ſi cer-
tum petatur, & in l.in commodato. §.ſicut. ſupra commoda. & quando hæc
dictio ſtet electiuè,vide per Socy.in conſil.184.colum.penult. verſi. primò.
adduco. * Et dic, quòd ponitur comparatiuè. l.magis puto.ff.de reb. eorum.
quandoque electiuè.l.1.C.communi diuidun. & l.ſi fortè. §. hæc actio.ſi ſer.
vendic.quandoque pro minus.l.properandum.§.fi.C.de iud.l.2.§.1.ff.vi bon.
rap.quandoque negatiuè.c.manet.2.quæſt.2.quandoque electiuè teſte Pariſ.
conſi.115.num.13.lib.1.& dixi ad eundem Iaſ.in l.iubere. nu.15. ff.de iuriſd.
omn.iud.in l.Stichum,qui meus erit.num.17.de leg.1. MASVER.

pit naturalem clam poſſidere, non poteſt amplius ſibi muta-
re cauſam poſſeſſionis naturalis, quia ſemper quo ad illam di-
citur clam poſſidere, quia inſpicitur initium, vt hac. l. in princ.
Sed tu aduerte, licèt omnes ita teneant, iſte communis ſenſus
videtur confundi per iſtum text. in fin. qui dicit, non clam,
& ſic non loquitur comparatiuè, quia dixiſſet q̃ clam, ſed di-
cendo non clam, apertè oſtendit, ꝙ prima poſſeſſio clandeſti-
na efficitur violenta, & hoc modo ceſſat fortis oppoſitio. ſ̃. fa-
cta, quia hic non concurrunt duæ qualitates ꝯriæ, cùm tex. ex-
preſsè dicat non clam. Nõ obſtat fundm̃. gl. & Doct. ꝙ ex quo
à principio ſemel cœpit clam poſſidere, non pōt amplius mu-
48 tare cauſam poſſeſſionis, † quia ad hoc facile rñdetur, verum
eſſe cauſa extrinſeca non accedente. l. 3. §. illud. & ibi Bartol. &
alij. ſ̃. eo. Sed hic acceſſit poſteà cauſa extrinſeca. ſ. violentia ꝑꝑ
non admiſſionem dñi redeuntis. Ergo ꝑꝑ hãc cauſam extrin-
ſecam poſteà accidentem cauſa poſſeſſionis potuit mutari.
Tñ ad hoc poſſes ſubtiliter dicere, ꝙ iſta noua cauſa, quæ ſu-
peruenit, non ſuperuenit circa poſſeſſionem primo loco clan-
deſtinè occupatam, quia cùm poſſeſſio naturalis tꝑe occupa-
tionis eſſet vacans, ex quo neminem domi reliquit, vt dicit tex.
circa eam non pōt cadere violentia. l. ſequitur. §. item ſi occu-
paueris. cum glo. ĩ. tit. 1. nimirum cùm non ſuperuenerit noua
cauſa applicabilis primæ poſſeſsioni, ſi prima poſſeſsio non
mutatur. Iſta ergo noua cauſa violentiæ neceſſariò cadit circa
aliam poſſeſsionem. ſ. ciuilem, ergo bene ſequitur communis
ſolu. ꝙ naturalem habet clandeſtinè, & ciuilem violenter. Nec
potes dicere, ꝙ fingatur vſque retro ab initio ſemper fuiſſe
violentus poſſeſſor, prout dicebat Aret. hic, quia extrema non
ſunt habilia, prout requirit̃ in fictione tranſlatiua de tempore
ad tꝑs, vt declarat Bar. in l. ſi is, qui pro empto. ĩ. tit. 1. nam tꝑe
primæ occupationis poſſeſsio naturalis erat vacans, cuius re-
ſpectu nõ cadit violẽtia. Et ita rñdet inſignis Doct. d. Pet. de Be-
xu. hic, & ſequũtur. d. Iac. Put. & d. Hieron. Tor. ambo præce-
ptores mei. Sed tu caue defendendo illud, ꝙ teneo ꝯ omnes, &
puto eſſe verum, quia non dico, ꝙ prima naturalis clandeſt. aſ-
ſumat qualitatem violentiæ, ſed ex noua cauſa bene mutatur
poſſeſsio, quia vbi primò habebat naturalẽ clam, nũc propter
violentiam, & ſic nouam cauſam habet ſolùm ciuilem vio-
lentam, & ita cantant verba text. hic, *ſi non violentur*, & ſic non
adijcitur qualitas qualitati, vt etiam dicit Alberic. de Roſ. ſed
transfunditur qualitas in qualitatem, vt ſola violentia rema-
neat. Secundò dico, quod text. in d. l. ſequitur. §. item ſi occupa-
ueris, in quo ſe fundat. d. Petr. de Bexu. & ſequaces, loquitur, qñ
poſſeſsio erat omnino vacans animo, & corpore, & ſic reſpe-
ctu naturalis, & ciuilis, ꝙ non eſt hic, vt dixi in prima parte hu-
ius gl. & ſic ille text. non bene allegatur ad propoſitum noſtrũ.
Tertiò dico, ꝙ ex quo non reſtituitur naturalis, fit violentia &
in naturali, & in ciuili, vt infra tenet gloſſ. in 4. parte principal.
ideo cùm violentia committatur etiam reſpectu naturalis, ni-
mirum ſi ex noua cauſa extrinſecus accedente poteſt variari,
49 vt dixi. † Confirmatur quartò per id, quòd tenet Bartol. in l. ſi
quis in tantam. in 3. col. C. vnde vi. vbi in ſpecie tenet, quòd in
iſto. §. iſte, qui clam ingreſſus eſt, quo caſu appellatur clande-
ſtinus poſſeſſor, ſi poſteà reuerterem dominum non admittit,
quo caſu ſpoliat dominum ciuili, quòd intelligitur violentus
poſſeſſor, quo ad vtranque poſſeſsionem. ſ. quo ad ciuilem, &
etiam quo ad naturalem, allegat glo. hic, & quia naturalis tra-
hit ad ſe ciuilem ſecundum eum, quamuis dom. Alexand. in
l. quemadmodum. infra eod. dicat illud, quod dixit Barto. non
50 probari in hac glo. dixi in text. in 7. notab. ¶† Secundò vltra
dom. Petr. de Bexut. & alios dum dixi, quòd cauſa poſsidendi
poteſt mutari ex noua cauſa extrinſecus ſuperueniente. Ad-
uerte ſubtiliter, quia videtur, quòd iſtud ſanè intelligatur de
cauſa, id eſt de titulo ſuperueniẽte, prout etiã capitur in l. 3. §. ex
pluribus, & ibi Bartol. & Doctor. ſupra eod. Sed hic violentia
ſuperueniens, quæ eſt delictum, non poteſt capi pro cauſa, ſi-
cut etiam clandeſtinitas ſuperueniens non mutat cauſam poſ-
ſeſsionis, vt dicit text. in hac. l. in princip. quia etiam illa ſimli-
ter ſonat in delictum. Sed defendendo illud, quod tenui con-
tra omnes, reſponde, quòd ad hoc, vt poſſeſ. quæ non erat iu-
ſta, ex noua cauſa efficiatur iuſta, ibi bene cauſa capitur pro
titulo, quia requiritur, ꝙ nouus titulus ſuperueniat, ita propriè
loquitur text. in l. non ſolum. §. ꝙ vulgò. ĩ. tit. 1. Sed quòd pri-
ma clandeſtina, & ſic vitioſa non poſsit ex nouo delicto tranſ-
mutari in violentam, nihil impedit, text. eſt hic, qui dicit, quòd
vi poſsidet non clam, cùm violenta ſit magis iniuſta, quàm
clandeſtina, & ita teneas contra glo. & Docto. hic, & ita etiam
inclinant Moder. Senen. hic, & iſto modo ex toto ceſſat oppo-
ſitio ſupra facta. ¶ Iuxta iſtam ſecundam partem gl. Bart. for-
mat duas oppoſitiones, vt hic per eum. Adde circa ſecundam
oppoſitionem inquantum ſoluit, ꝙ licèt de non iuſta poſſeſ-
ſione proceſſu tꝑis noua ſuperueniente cauſa, poſsit fieri iuſta,
vt l. non ſolùm. §. quòd vulgò. ĩ. tit. 1. tñ, ꝙ iuſta efficiatur iniu-
ſta, vel iniuſta iniuſtior hoc non poteſt eſſe, vt hac. l. in princip.
vbi inſpicitur initium, ſed iſtud eſt ꝯ iſtum tex. non cauillãdo,
vt ſ̃. dixi, & initium debet ſpectari, niſi noua cauſa extrinſecus
51 poſteà ſuperueniat, vt ſ̃. proximè latius dixi. ¶† In tertia parte
* prin. gl. ibi, ſed quid ſi hic ingreſſus. *Iſta gl. communiter damnatur*
per tex. in l. ſequitur. §. ſi tu vi me. ĩ. tit. 1. not. per gl. in l. 3. §. ſi qs
autem. ĩ. de vi, & vi ar. & l. quod ſeruus. in prin. ĩ. eo. q̃uis Aret.
conetur defendere iſtam glo. & malè, & eum reprobant Mod.
Senen. hic, imò fortius, qñ dñs abſens ſuſpicatur ſic poſſe repel
li, ꝑꝑ hoc perdit ciuilem, q̃uis nulla interuenerit violentia. Tñ
competit interdictum vnde vi, vt eſt gl. in l. 1. §. ſiue autem. in
verbo poſſeſsionem, & l. 3. §. ſi quis autem. in verbo armis. ĩ. de
vi, & vi arm. Ad quam glo. Bar. hic in fin. ſe remittit. idem Saly.
in l. ſi quis in tantam. in 14. q. primæ partis princ. vbi limitat. C.
vnde vi. d. Ant. de Bexu. in c. itẽ cũ qs. de reſt. ſpol. & iſta adde
ad ea, quæ dixi in tex. in 8. not. ¶ Venio ad quartã partem prin.
glo. ibi, Item iam non eſt quæſtio, quam ſubdiuide in ſeptem
particulas. In prima ponit pro claro, prout eſt, quòd pro ciuili
recuperãda competit interdictum vnde vi. In ſecunda quærit,
an pro recuperanda naturali competat aliquod interdictum
poſſeſſorium, & tenet, ꝙ ſic. ſ. interdictum vti poſside. In tertia
opponit, & bene ſoluit. In quarta quærit, quando ingreſſus
ſuſpicatur de tertio, de quo non debet ſuſpicari. In quinta po-
nit practicam, & ſic ordinem agendi. In ſexta, an etiam com-
petat rei vendicatio. In ſeptima, & vlt. opponit, ꝙ non compe-
tat interdictum vti poſsidetis, & notabiliter ſoluit. Et eam pro
not. ſignat bene Bar. Secunda ibi, ſed an nomine naturalis. Ter-
tia ibi, ſed quomodo ab eodem. Quarta ibi, ſed ſecũdum hoc.
Quinta ibi, & hæc ciuilis turbatur. Sexta ibi, poteſt etiam agi
rei vendicatione. Septima, & vlt. eſt ibi, item opponitur, ꝙ cũ
52 interdictum. ¶† In ead. gl. ibi, ſed an nomine naturalis. Habes,
ꝙ dominus ciuiliter poſsidens pro naturali clam ab alio occu-
pata habet interdictum vti poſsidetis. cum iſta concluſione
53 tranſeunt Doct. hic. ¶† Sed in cõtrariũ fortiter facere videtur,
a quia qui habet ciuilem, poteſt propria auctoritate expellere [a]
clandeſtinum poſſeſſorem habentem naturalem, vt eſt gloſſ.
not. in l. 1. §. interdictum autem hoc, & ibi Bart. infra vti poſsid.
* & illa gloſſ. *eſt communiter approbata*, vt latè per Ludo. & latius
Aret. hic. & d. Alex. in l. quemadmodum. ĩ. eod. dixi latè in text.
in 4. no. ergo ſuperfluum videtur remedium interdicti vti poſ-
ſidetis, & ſic viæ iudiciariæ, imò fortius videtur nociuum re-
medium interdicti vti poſsidetis, quia adeundo iudicem vide-
tur ſuſpicari ſe poſſe repelli, & ſic videtur perdere ciuilem, vt
hic, in l. ſequenti, & hoc vult Bald. in l. 2. in 10. quæſtion. C. de
54 ſeru. & aqua. quem ſtatim infra referam. † Sed ad hoc reſpon-
dent, & bene Raph. Cuman. & Ludo. Roman. hic. & domnin.
Alexand. in l. quemadmodum. infra eodem. quòd non eſt ve-
rum, quòd adeundo iudicem pro interdicto vti poſsidetis,
quòd perdat ciuilem poſſeſsionem, ſicut in ſimili nunciando
nouum opus per iudicem non perdit quis ciuilem, q̃uis nun-
ciando verbo tanq̃ timidus bene perdat. l. de pupillo. §. memi-
niſſe. ſ̃. de ope. nou. nun. gl. & Doct. in l. 1. §. in operis. ſ̃. eo. Idem
tenet Bald. in l. 2. in 3. col. C. de iur. emhpy. vbi tenet, ꝙ qui agit
interdicto vti poſsi. non per hoc perdit ſuam ciuilem. alleg. gl.
in §. hodie. inſtitu. de interdictis. Tñ ꝯrium tenet idem Bal. in l.
2. in 6. col. in 10. q. C. de ſer. & aqua. vbi tenet, ꝙ ex quo actor eli
git viam iudicij, vr̃ meticuloſus, & ad viam facti redire non
pōt. d. § meminiſſe. & l. ſi mulier. in fin. ſ̃. ꝙ met. cauſ. & ne iu-
dicium inchoatum ſit ludibrio, & ne ſit in poteſtate vnius iu-
dicium euertere. l. ſi quis in rem. in ratione ſui. ſupra de arbitr.
& ſequitur Aret. hic in 9. col. Sed prima opin. eſt verior, & Bal.
in illa l. 2. in 10. q. reprobat. d. Alexan. in d. l. 1. §. in operis. in 1. not.
Facit, quod. ĩ. vult glo. ꝙ agendo rei vendicatione per hoc nõ
ſuſpicatur ſe poſſe repelli, nec per hoc perdit poſſeſsionem, vt
ĩ. dicam in gloſſ. Confirmatur, quia inducta ad agumentum
non debent operari diminutionem, & perditionem, vt eſt tex.
not. in l. ſi mancipia. in prin. ſupra de fun. inſtruct. not. in l. lega-
ta inutiliter. ĩ. de leg. 1. Item remedium facti, quòd quis poſsit
propria auctoritate deſtruere, non facit ceſſare remedium iu-
ris, & ſic interdicti, vt eſt glo. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. in
gl. pen. tenet Bar. in l. in prouinciali. §. 1. in 12. col. ſ̃. de oper. nou
nunc.

ADDITIO.

a ¶ Expellere. Adde, an ciuiliter poſſidens, virtute ſuæ ciuilis poſſeſſionis poſ-
ſit authoritate propria expellere clandeſtinum poſſeſſorem, vel naturali
poſſeſſioni vitioſè inſiſtentem, vide gloſſ. Bartol. & alios in l. 1. §. interdi-
ctum. ff. vti poſſid. Alexand. in l. quemadmodum. hoc tit. Euerar. lib. arg. loco à
feudo ad emphy. 19. not. pag. 188. MASVER.

nunc.nec eſt verum , quòd per hoc,quòd propria auctoritate
poſſit expellere , remedium iudiciarium vti poſſidetis ſit ſu-
perfluum,patet in dict.§.meminiſſe, & ibi gloſſ. Intereſt enim
noſtra habere plura remedia. l.cùm filius.§.varijs. de legat.2.nã
renunciando vni non videor alteri renunciare. l.ſi domus. ſu-
pra de ſeruitu.vrban.prædior.l.prima.§.ſed videndum,vbi glo.
55 not.ſupra de ſucceſſor.edict. ¶† In eadem gl.ibi, ſed ſecudum
hoc ſi clam intrem. Habes ex glo.quòd ſi ingreſſus poſſeſſionẽ
vacantem ſuſpicatur non de domino,ſed de alio tertio, quòd
ſibi mouebit controuerſiam , quod illi tertio non competit
interdictum vti poſſidetis,cùm non poſſideat , nec habeat do-
minium. Adde, quòd tamen dabitur interdictum ei,ad quem
verè res ſpectat,vt eſt text.in l. aut qui aliter. §. ſi quis dum pu-
tat. j̃. quod vi,aut clam. quamuis glo.& Dyn. contrarium te-
neant,& malè in l.1.§.interdictum.j̃. vti poſſidet. Cyn. in l.1.in
3.quæſt.C.vti poſſid. tamen cum prima opinio. tenent Bartol.
* *& commaniter Doctor.*hic.do.Anto.de Butr.in c. item cùm quis.
de reſtitu.ſpol. ¶Solus Aret. hic inſurgit contra communem
opinionem approbando gl.& Dy.in d.§.interdictum , & tenet,
quòd imò interdictum vti poſſidetis debet dari illi,de quo ſu-
ſpicabitur ſe poſſe repelli,& non illi cuius eſt poſſeſſio,per tex.
l.Fulcinius.§.quid ſit autem latitare.in fin.cum ibi no.j̃.ex qui-
bus cauſ. in poſ. eat. vbi edictum illud ad impetrandum ven-
ditionem rerum illius, qui latitabat,datur illis tantum, aduer-
ſus quos iſte latitabat, & non alijs creditoribus, quamuis verè
ius haberent. Non obſtat text. in d. §. ſi quis dum putat. quia
reſpondet Aret.quòd illud eſt in interdicto quod vi,aut clam,
vt ibi.Aliud in interdicto vti poſſidetis, de quo nos loquimur.
nam primum eſt imperſonaliter poſitum,ſcilicet,quod vi,aut
clam factum erit reſtituam. l.prima. in princip. infra.quod vi,
aut clam.nimirum ſi omnibus competit,quorum reſpectu eſt
clam ædificatum. Sed verba interdicti vti poſſidetis ſunt in
perſonam , quia dicunt, quòd ille,qui clam poſſidet,ita demũ
ſuccumbit,ſi poſſideat clam ab agente. l.1. in princip. & l.2. &
l.ſi duo.in princip.j̃.vti poſſidetis.nimirum ſi non debet exten-
di ad aliam perſonam,quàm eam à qua ſuſpicor. Tene primã
opinionem,quæ eſt commmunis,quia ad hoc, vt dicatur clã-
deſtinus, vel iniuſtus poſſeſſor inſpicitur illud , quòd crede-
re debuit,& non illud, quòd verè credidit, vt hac.l.in princip.
& l.prohibere.§.final.infra quod vi,aut clam. Confirmatur ar-
guendo de delictis ad contractus , quod argumentum eſt va-
56 lidum. l. omnem. ſupra de iudicijs.† Nam in delictis ſufficit
dolus in genere, licèt ſit erratum in corpore, vel in perſona ſe-
cundum Ioan.Andr.in regula eum, qui in ius. in mercurialib.
Bald.in l.ſi quis non dicam rapere. in penult.colum. C.de Epi-
ſcop.& cleric.facit tex.not.in l.eum qui nocentem. §.ſi iniuria.
infra de iniurijs. vbi ſi credo facere iniuriam vni, & facio alij,
qui eſt mihi penitus ignotus, tamen teneor illi ignoto actione
57 iniuriarium.† Et per illum textum determinat not.Bartol. in
l.reſpiciendum.§.delinquunt.in fin.infra de pœnis, quam Bar.
legit ſub l.in ſeruorum.quòd ſi volebam percutere Titium,&
a percuſſi Seium , quòd tamen punior , [a] quia dabam operam
rei illicitæ , ſecus ſi dabam operam rei licitæ , puta , volebam
percutere feram,& percuſſi hominem,non punior,vt eſt text.
not.in d.§.delinquunt, vel ſi volebam percutere vnum,quem
credebam eſſe ſeruum meum , & percuſſi alium non punior.
tex.eſt in l.illud.§.fi.& ibi Bar.j̃.de iniurijs.Ad idem Bar.in §.de-
linquunt. allegat alium text.not.in l.ſcientiam. §. ſed ſi defen-
dendi.s̃.ad legem Aquiliam , ſed tu aduerte, quòd ille text. de
directò facit contra doctrin. Bart. nam dicit ibi text. ſed ſi de-
fendendi mei cauſa lapidem in aduerſarinm proiecero, *& non
eum,ſed prætereuntem percuſſero,tamen tenebor lege Aquilia,eum enim
ſolum,qui vim infert,licitum eſt ferire.*ita ibi dicit text. Pondera, ꝙ
ibi proiecit cauſa ſe defendendi,& ſic dabat operam rei licitæ,
quia licitum eſt ſe defendere.l.vt vim.s̃.de iuſtit.& iure. l.1. C.
vnde vi. & capit. ſignificaſti. de homic.& tamen punitur lege
Aquilia, & ſic mirandum eſt, quòd Bartol. alleget pro ſe text.
qui in contrarium facit,& cogita ſuper ſolu.illius tex.quia for-
tè poterit reſponderi vltra Bartol. Adde alium text.in l.ſi cum
ſeruo,& ibi Ang.infra de iniurijs.ſequitur Ioan.de Ana. in cap.
ſecundo. in 16.colum. de maledi. quamuis alibi Bartol. ſuper
hoc relinquat cogitandum,& nihil decidat in d.l.illud.§.fina.j̃.
de iniur. Sicut, quando volebat vnum percutere, & duos per-
cuſſit, tenetur de vtroque per iura præallegata ſecundum Bar.
in l.prima.§.diuus.circa medium.j̃. ad legem Cornel. de ſicar.
Nota tamen diligenter in prædictis, quòd mitius punietur pro
culpa arbitrio iudicis ſecundum Angel. in d.l.reſpiciendum. §.
delinquunt.& in dict.l.ſi cum ſeruo.Et not.Bald. in l.3. §.quæ-
cunque.in verſicul. quo ad tertium dico. ſupra de iureiurand.
58 † Item pro iſta parte communi bene facit, quod tenet gloſſ.in
l.ſi duo.in principio.infra vti poſſid.& ibi Bar.in 2.colum.vbi ſi
quis emit bona fide à clandeſtino poſſeſſore,poteſt conueniri
interdicto vti poſſidetis à domino, & tamen nec ab agẽte, nec
ab alio is, qui emit bona fide,poteſt dici clam poſſidere , vt eſt
text.clarus ſupra in hac. l.in princip. Ergo non eſt bona conſe-
quentia,non poſſidet clam à me, ergo non datur mihi interdi-
59 ctũ vti poſsidetis contra eum, † quia omnia interdicta ſunt in
rem ſcripta excepto interdicto vnde vi.l.1.§.penult. j̃.de inter-
dict.& ita dicit Bartol.in dict.l.ſi duo. ¶ Et tenendo iſtam par-
tem non obſtat text. in §. quid ſit autem latitare. allegatus per
Aret.quia reſpondetur dupliciter. Primò, quòd hic ſi non da-
retur domino interdictum,delictũ violentiæ remaneret impu-
nitum, contra l.ita vulneratus. ſupra ad legem Aquiliam , ſed
ibi,qui latitabat,non euadit impunè, quia ſaltem ille aduerſus
quem latitabat impetrat venditionem bonorum , alij non, &
ita ibi dicit Alber. de Roſ. Secundò reſpondetur , quòd ibi illi
aduerſus quos latitabat pretẽdebant ius,& habebant ius,nimi-
rum ſi ibi illud edictum habet locum quo ad eos, ſed hic ter-
tius nullum ius habet in re,nec in dñio , nec in poſſeſsione , &
ſic termini ſunt oĩno diuerſi.¶In ead. gl. ibi,erit ergo vis huius
60 interdicti.Habes ex iſta parte gl.tres concluſiones.† Prima eſt,
ꝙ quis põt ſolam ciuilem acq̃rere ſine naturali, patet,quia hic
agitur vnde vi pro ciuili recuperãda q̃ perdidit, & poſteà agi-
tur interdicto vti poſsidetis ꝓ naturali. idem tenet gl.in l.Pom-
po.§.ſi is,qui.in glo.mag.ad fin. j̃.eod.& ſic pondera ſm dom.
Alex.hic eſſe glo.contra id,ꝙ tenet Bart.s̃.in glo.in verbo poſ-
ſeſsionem. vbi vult ſecundũ Rog. ꝙ non põt quæri ciuilis ſine
naturali.nam gl. hic tenet ꝯrium ſm eum. Tu aũt rñde ad iſtã
gl.dupliciter.Primò,ꝙ gl.hic loq̃tur,qñ agitur de recuperatio-
ne ciuilis,quæ facilius inducitur, q̃ acq̃ſitio de nouo, ꝓut s̃.lo-
quitur Bart. per regulam. l. patre furioſo.s̃.de his, qui ſunt ſui,
vel alie.iur.Secundò rñde, ꝙ iſta glo. & alia ſimilis loquitur de
facto iudicis interueniente , ſed ſic eſt,ꝙ factum iudicis reputa
tur factum partis. l.ſi ob cauſam. C. de euict. vnde ſicut qñ in-
teruenit factum partis , puta proprietarij nudi, põt ſola ciuilis
transferri ſine naturali,vt dixi.s̃.in d. glo. in verbo poſſeſsionẽ,
ita hic,qñ interuenit factũ iudicis, & ita ẽt loquitur Bald.in l.2.
in 1.q.C.vbi in rem actio.vbi tenet,ꝙ iudex põt quem mittere
61 in poſſeſsionem pro ſola ciuili conſequenda.¶† Secundò ha-
bes ex glo. practicam huius legis , ꝙ interdictum vti poſsidetis
datur pro ciuili , quæ turbatur per retentionem naturalis clan-
deſtinè occupatæ, & petet ingreſſum condemnari ad deſiſten-
dum à turbatione , ꝙ non põt facere, niſi reſtituat naturalem.
Vnde effectualiter petit condemnari ad reſtituendam ſuam
naturalem ꝑ vti poſsidetis.Sequitur Bart.vbi hanc gl.multum
commendat,in l.1.§.interdictum hoc.in 2.col. j̃.vti poſsid. Si-
milis gl.eſt in l.naturaliter.§.nihil cõe.j̃.eod.Facit tex.in l. 3. §. ſi
reddita.s̃.commoda. vbi res non dr̃ reddita, qñ redditur dete-
riorata. ſic in propoſito non poteſt dici ciuilis reſtituta , niſi
etiam ſit reſtituta naturalis, quia aliàs efficeretur deterior ciui-
lis per retentionem naturalis.Facit.l.Iul. §. ſi fundum.j̃. de ver-
62 bor.oblig. ¶† Tertiò ex iſta glo. ſingulariter not. ꝙ interdictũ
vti poſsidetis habet effectum recuperandæ poſſeſsionis , licèt
aliàs ſolùm conſueuerit tueri poſſeſsionem.Et ita ẽt not.iſtam
glo.& ſequitur.d.Anto.de Butr.in d. cap.item cum quis. de re-
ſti.ſpol. & ſic interdictum vti poſsidetis poteſt competere pro
naturali , quam non habet,dummodo habeat ciuilem , in qua
dicitur turbari per retentionem naturalis, idem etiam tenet gl.
j̃.in vltima particula,quod not.pro intellectu. l.1. §.hoc inter-
dictum.& in l.ſi duo.j̃.vti poſsid.¶In ead.glo.ibi,poteſt etiam
63 agi rei vendicatione.Not.ex iſta parte gl. † primò,quòd in eo.
libello põt agi rei vendicatione , & ſic in iudicio petitorio pro
naturali , & etiam vti poſsidetis , & ſic iudicio poſſeſſorio pro
ciuili,quia iſta remedia non ſunt cõtraria , nec etiam repugnã-
tia , dico te detinere naturalem , & me turbari in ciuili , & ſic
dantur diuerſis reſpectibus,de quo per glo.& Doctor. in l. na-
64 turaliter.§.nihil commune. vbi dicetur. infra eod. ¶† Secun-
dò ex iſta gl.no.Raph.Cu. ꝙ agens rei vend. per hoc nõ ſuſpi-
catur

A D D I T I O.

a ¶Punior. Adde facere, quæ ſcribit Ioan.Do.practic.criminal. capit. 85. Bol. titul. de homicid.numer. 73. vbi ponit quæſt. in terminis,quam diſputando examinat.Quid de proijciente lapidẽ ſi quem occiderit, an teneatur, & vide Boer.quæſtio.85,numer.12.part.1.Alexand.conſil.144.col.2. lib.2. Dec. conſil.482.num.13.Quid de eo,qui poſuit offendiculum ad feneſtram cauſa decipiendi fures nocturnos,ſi alius non fur volens per feneſtram ingredi deceptus in terram cadat? dic , quòd non tenetur pœna de occiſo, teſte eodem Alexand. conſilio 140. libr. 2. qua in materia hoc eſt de homicidio ſine animo occidendi quomodo puniri debeat,diſtingue, vt per Iaco. Nouel. practic.criminal.cap.1.numer.81.83.85.& ſequen.& cap.4.& 5. Dec.conſi. 11.19.34.Neuiz.conſil.75.num.6.Blanc.practic.crim.capit.5.& 14. Foler.4. part.princip.verſic.pœnis.num.31. MASVER.

catur se posse repelli.Et sic non perdit possessionem,patet,quia
potest agere interdicto vti posside. facit secundum eum. l. de
pup.§.meminisse.s̃.de oper.no.nun.& nota ad ea, quæ dixi. s̃.
in ista.4. parte glo. Tamen aduerte, quòd istud non bene pro-
batur in hac glo. quia hic interdictum vti possidetis datur effe
ctualiter ad recuperandum possessionem naturalem,& sic per
hoc, quòd competat interdictum vti posside. non sequitur, ꝙ
possideat . Sed in hoc non est insistendum, quia habes de hoc
text. ad literam in d. l.naturaliter. §.nihil commune. infra eod.
65 ¶ † In vltima particula glo. habes, quòd etiam post amissam
possessionem competit interdictum vti possidetis, si in amis-
sione cœpit interesse amittentis. Ex quo correlariè infertur, ꝙ
etiam ille, qui non possidet,habet interdictum vti pos. prout
66 datur ad interesse, † Sicut etiam interdictum vnde vi non so-
lùm datur ad recuperandam possessionem,sed etiam ad inter-
esse.l.si de possessione.circa prin. C. vnde vi.& l.j. ff.de vi, & vi
arm.Istud quod vult ista glo.esset valde no. secundum Bart. si
esset verum.Sed Bar. *& communiter Doct. damnant*, quia requiri-
67 tur ,† quòd ille, qui agit vti possidetis, possideat tempore litis
a contestatæ.[a] §.retinendæ.in ver.hodie.instit.de interdi.Sed iste
non possidet nec naturaliter nec ciuiliter.Sed ad illum ver.ho
die,potest responderi, quòd loquitur,quando agitur respectu
ipsius possessionis,tunc non competit nisi possidenti tempore
litis contesta.Secus quando agitur pro interesse,& ita potes sal
uare istam gl.contra Bar. & omnes hic . ¶Capio glo. in verbo
amisisse.in l.sed & si nolit. quam diuide in tres partes. In prima
declarat text.In 2.tacitè quærit.In 3.oppo.& notabiliter soluit.
Secunda ibi,hæc amissa.Tertia,& vlt.est ibi,sed quomodo sine
68 animo. ¶ † In ea.glo.ad fi.istam glo.multum no. Bart.& ex ea
colligit, ꝙ animus adhibitus vno tempore operatur effectum
suum alio tempore. Tu singularius not. ex ista glo. quòd quo
ad acquisitionem possessionis animus adhibitus tempore in-
congruo,operatur tempore congruo.nam voluntas possiden
di ciuiliter tempore,quo alius possidebat, & sic tempore incō
gruo,operatur effectum acquisitionis ipsius ciuilis, si cōtingat
possidentem eam amittere.Contra hoc opponit Barto.ꝙ ani-
mus adhibitus tēpore incongruo non operatur tempore con
gruo.l.qui superstitis,j̃.de acqui.hære.& respondet,ꝙ istud hic
est ratione delicti.l.quidam in iure.§.fin.s̃.de don.vnde in odiū
istius clandestinè ingredientis , & consequenter delinquentis,
animus adhibitus tempore incongruo operatur in pœnam,&
præiudicium delinquentis,vt possit conueniri interdicto vnde
vi pro ciuili possessione.cum Bar.transeunt Ang. Imo. *& com-
muniter Mod.* Raph.Cuma.reprobat, quia in d.l. quidam in iu-
re.§.fin.illud est ratione delicti,& in pęnam delicti,sed hic esset
parua pœna,imò potius commodum , ꝙ sibi acquiratur pos-
sessio,quia etiam si ingressus nollet sibi acquiri ciuilem , tamē
pro illa ciuili tenetur interdicto vnde vi.l.sequit̃. §. si tu vi me.
j̃.titu.1.glo. in l.1.§.siue autem.j̃.de vi & vi arma.& dixi.s̃.in 2.
parte principali gl.sed tu dic,ꝙ illa iura loquuntur, quando in-
teruenit violentia , licèt qui violentiam adhibuit,noluerit sibi
quæri. hic autem solum fuit clandestinus ingressus. vnde con-
tra Bar.fortius facit secundum Are.quia in d.l. quidam in iure.
§.fin.donatio facta de hæreditate viuentis tertij post illius mor
tem non confirmatur in personam donatarij,quia si confirma
retur,bene faceret pro Bar. sed hæreditas ibi aufertur à donato
re tanquam ab indigno,& applicatur fisco.vnde Bar.in d.l.qui
superstitis,melius respondet ad illum text. quòd ibi delinquen
do à lege priuatur,non autem quia ipse renunciauerit . ¶Ego
vltra Scriben.contra Barto.& Doct. allego duos tex.in quibus
probatur,quòd etiam vbi non est delictum, tamen animus ad
hibitus tempore incongruo,operatur posteà tēpore congruo.
Primò allego tex.no.in l.fi.in fi.C. qui admit. vbi existens in se-
cundo gradu agnouit properantius bonorum possessionem
intra tempus primi,si cōtingat posteà primum repudiare,cer-
tè agnitio facta tempore incongruo , & sic animus operatur
tempore congruo.& ibi Lud.Rom.reputat illum text. esse ad
hoc peregrinum,& singularem , & ibi etiam sequitur.d. Alex.
quamuis Are.reprehendat.An sit verus intellectus,ibi latius di
xi.tamen tenendo primum intellectum glo.ibi, quem Bart. *&
Doct.communiter tenent*, pro quo est bonus tex.in §.pen.instit.de
bon.pos.quòd statim,vt primus repudiat,incipit currere tem-
pus secundo,tunc ille tex. non obstaret. Secundò contra Bart.
& Doct.allego bonum text.in l.j.§.sed si filius.s̃.de leg.3.in ver-
bo,quasi nunc datum.vbi in codicillis consensus adhibitus tē-
pore incongruo,operatur tempore congruo,vt tunc actus , &
69 sic fideicommissum valeat.¶ † Vltimò no.diligenter istam gl.
quæ sæpe allegatur,ꝙ si dominus perdat suam ciuilem, quòd
habens naturalem etiam ignorans eam acquirit . & istam glo.
etiam ad hoc no.Bal.in l.j.in 46.q.s̃.de rerum diuis.Adde,ꝙ te-
net Bar.in l.ex asse.circa fi.s̃.ad Treb. quòd quando ciuilis pos-
sessio non est apud aliquem, & sic vacat,naturalis possessio sta
tim efficitur ciuilis , & sic ciuilis statim vnitur naturali, allegat
70 glo.hic. ¶ Amplia istam † glo.iungendo eam cum text. quòd
etiam corporalis,de qua propriè loquitur iste text. trahit ad se
ciuilem vacantem. & ita not.Bart.in l.3.§. ex contrario.in pen.
71 colum.s̃.eo. ¶†Limita istam glo.non procedere in detentatio
ne nuda,quæ non operatur hoc,vt si possessio ciuilis, & natu-
ralis vacet , detentator efficiatur possessor , vt est text.not.in l.
Celsus.in prin.in versi.nam si à nullo possidentur. sup.ad exhi-
ben. vbi licet possessio vacet,tamen conductor non efficitur
ex detentatore possessor secundum Are.in l.j. in prin.in 6. col.
72 s̃. eo. ¶† Extra glo. quærit Bart.an ingressus , qui corporaliter
possidet,trahat ad se possessionem naturalem, quā habet vsu-
fruct.vel vsuarius,si sint suspicati se posse repelli.Et distinguit,
aut est ingressus tanquam vsufru. vel vsuarius , & ad se trahit,
aliàs secus.allegat.l.3.§.vnde vi.j̃.de vi,& vi arm. Adde glo. in
l.vni.in glo.in fi.C.vti posside.Intellige, quando habens natura
lem suspicatus est se posse repelli , vel non fuit admissus,aliàs
retineret solo animo,sicut & retinetur ciuilis.glo. in l.j.in prin.
73 in glo.2.sup.eo.¶†Secundò quærit Bar.vtrum possessio natu-
ralis,quam habet emphyteuta, feudatarius, vel similes, trahat
ad se ciuilem domini vacantem,Et tenet ꝙ non, quia non ha-
bent animum illam quærendi. adde secus esseècontra,quia fi-
nito feudo,vel emphyteusi,ciuilis quæ est apud dominum,tra
hit ad se naturalem, quæ erat penes vassallum. secundum Bal.
in l.1.in 46.q.supra de rerum diui. ¶Et per ista cum laude Dei
remanet expeditus iste solennis,& famosus.§.

ADDITIO.

a [a]Litis contestatæ.Adde, quòd idem tenet,& sequitur pract.Pap.for.lib.turb.
posses.versi.Hodie.& declarat Alex.consi.136.col.2.nu.7.lib.2.pulchrè Rol.
consi.9.nu.18.lib.3.d.Ozasc.Decis.43.& dixi ad Pap.vbi sup. MASERR.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*
2 *Quæ sunt necessaria ad acquirendum, sunt necessaria ad perdendum.*
3 *Posses.est duplex & non vna.*
4 *Dictio nulla est distributiua.*

LEX VIII.

QVemadmodum. Eodem iure,
quo possessio
acquiritur,eodem amittitur. hoc dicit, vidimus in
1 l.3.§.in amittenda.sup.eo. ¶† Not.1. quòd contra-
a riorum [a] eadem est disciplina.facit.l.& si contra tabulas.supra
de vulg.& pup.l.fi.cum si.supra de leg.3.gl.in rub.supra eo.vbi
aliquid dixi.Bal.in l.inter stipulantem.§.sacram. vbi plenè teti-
2 gi.supra de verb. obli. ¶† Secundò no.ex hoc text.ꝙ quæ sunt
necessaria ad acquirendum,sunt necessaria ad perdendum : ꝙ
ita regulatur amissio sicut acquisitio.Facit l. quamuis saltus. j̃.
eo.& l.si vt proponis.C. de nup.item facit , quia cuius consen-
sus requiritur in contrahendo,eiusdem requiritur in dissoluen
do.Auth.contra si filij.& ibi Bart.in 2.no. C.de repudi.glo.in l.
tria prædia.supra de serui.rusti.prædio.Bar.in l.actor.in pe.col.
infra rem rat. habe.item omnis res per quascunque causas na-
scitur per easdem dissoluitur.c.1.extra de reg.iur.27.q.2.in cap.
omnis res.item nihil tam naturale, quam vnumquodque sol-
ui eo modo,quo ligatum est.l.prout.j̃.de sol. & l. nihil tam na-
3 turale.j̃.de reg.iur.¶† Tertiò no.ex tex.ibi,nulla.hic videri bo-
num tex.pro opin. *Ioannis & communi* , quòd duplex est posses-
sio,& non vna.Cùm verbum nulla,sit distributiuum pertinens
ad plura,nec possit de vno prædicari.l.si is,qui ducēta.§.vtrū.s̃.
de reb.dub.Bar.in l.hoc articulo.s̃.de hær.instit.Et ita ponderat
4 etiam istum tex.d.Alex.in l.1.in prin.vbi dixi.s̃.eo. † Tamen ad
istum tex.respondet insignis Doct.d.Pet.de Bexu.quem refert,
b & sequitur Lud.Rom.hic, ꝙ dictio nulla, [b] non distribuit cir-
ca species possessionis,sed circa qualitates,puta,ꝙ nec illa,quę
quæritur titulo pro emptore, nec illa, quæ quæritur titulo pro
donato, & sic de singulis,nulla quæritur sine animo, & corpo-
re,sicut etiam in l.3.§.genera.sup.eo.

ADDITIONES.

a ¶Cōtrariorū.Adde.l.j.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.intellige si est eadē ra
tio,secus si diuersa.glo.in clem.fin.de appel.Bald.in l.si præses.C.quomodo,
& quando iu.
b ¶Nulla. Adde l.1.supra ex quib.cau.ma.& l.nec quicquam. supra de off. pro-
con.Doct.in c.solitæ.de maio.& obed.& d.Sig.de Hom.in suo consi.8.

SVMMARIVM.

1 *Is poſſidet,cuius nomine poſſidetur.*
2 *Verbum videtur,importat fictionem.*
3 *Etiam per actum fictum, puta per conſtitutum acquiritur vera poſſeſ.*
4 *Poſ.non acquiritur nobis per amicos,ſeu negotiorum geſtores niſi ſecuta ratihabitione,licèt per eos non ſecuta ratihabitione retineatur.*
5 *Qui poſſidebat per alium poteſt agere interdicto vnde vi.*

LEX IX.

1 GEneraliter. † Is poſſidet, cuius nomine poſſidetur. hoc dicit.
Adde, ꝙ iſtud expreſſius dixit tex.in l.quòd meo.in
prin.ǰ.eo.Et in cap.cùm veniſſet.in fi.de reſtit. ſpol.
2 Et in c.ſi diligenti.de præſcri. ¶†Et pondera, quòd text.iſte vti-
a tur verbo videtur. [a] quòd importat fictionem . Et ſic videtur
velle,quòd ille,cuius nomine poſſidetur, dicatur fictè poſſidere, & ſic non haberet locum in ſtatutis loquentib. de poſſeſſorib.in quibus verba fictè non intelliguntur. l.3.§. hæc verba.cũ
vulgarib.ſupra de neg.geſt.Nam quod fit ab amico, vel hoſpite nomine domini,nõ videtur dominus verè facere, ſed fictè.
l.j.§.deieciſſe.ǰ.de vi,& vi arma.Sed aduerte,quòd tex.in d.l. ꝙ
meo.in prin.ǰ.eo.vtitur verbo denotante proprietatem, & nõ
fictionem. Nam dicit,*is poſſidet,cuius nomine poſſidetur*. Ita etiam
dicit tex.in d.c.cùm veniſſent.in fi.& tex.in d. c. ſi diligenti. vbi
tex. dicit, *quòd is poſſidere dicitur, cuius nomine poſſidetur*. & ſic vides,ꝙ verbum videtur,in iſto tex.poſitum non ſemper importat fictionem,præſertim cùm refertur ad ea, quæ ſunt iuris, vt
3 dixi in l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas. ſupra eo. † Item ẽt
per actum fictum,puta per conſtitutum acquiritur vera poſ-
b ſeſſio, [b] vt eſt text.reputatus ſing.in l.certè.§.j.in verſi. ego propriè habere dicor.ǰ. de preca. Bart.in l.ab emptione. ad fin. vbi
4 dixi.ſupra de pact.¶† Secundò no. ꝙ licet per amicos, & hoſpites,ſeu negotiorum geſtores acquirentes de nouo poſſeſſionem nomine noſtro,non acquiratur nobis poſſeſſio, niſi ſecu-
c ta ratificatione.l.ſi ego. [c] ſupra de neg. geſt. Bart.in l.ꝙ meo.in
prin.ǰ.eo.Tamen per iſtos etiam non ſecuta ratificatione poſſeſſio retinetur.l.arborib.§.non ſolùm. ſupra de vſufr. & ſic facilius retinetur per alios poſſeſſio , quàm de nouo acquiratur.
facit regula.l.patre furioſo.ſ̃. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris.
5 ¶†Adde,quod tenet.d.Abb.in d.c.cùm veniſſet.in 2.col.quòd
ille,qui poſſidebat per alium,poteſt agere interdicto vnde vi,ſi
ille per quem poſſidebat,fuit deiectus , quando eo mandante,
vel ratum habente poſſidebat.ſecus ſi aliquis tanquam neg.geſtor meus poſſidebat nomine meo,& antequam ratum habeã
ſpolietur , vel expellatur,tunc etiam ſi poſtea ratum habeam,
non potero agere interdicto,quia ratihabitio tunc nihil operatur,cùm non reperiat tunc temporis poſſeſſionem in illo.l. bonorum.ff.rem rat.habe. bona gl.in c.quam ſit.de electio.in 6.

ADDITONES.

a ¶Verbo videtur.Adde eundem Iaſ.in l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ſup,
eo.in ver.circa tertiam opi.
b [b] Poſſeſſio.Adde,quòd hanc ſequitur Aym.conſi.107.in prin.Cagno.in Reg.
l.contractus.num.27.de reg.iu.idem de dominio, & poſſeſſione ſcribit Rol.
conſi.4.nu.7.&25.conſi.51.num.13.conſil.61.nu.45.46.& 21. conſi.85.lib.
3.Neuiz,conſi.82. nu.13.& fac. quæ ſcribit Nat. conſi.235.col.5, & ſequen.
& conſi.439. MASVER.
c [c] L. ſi ego.Adde,& declara,vt per Alex.conſi.88.nu.13.lib.5.conſi.110.col,
1.in fi.& ſeq.lib.1.in l.quòd meo.col.2.hoc tit.Rol.conſi.19. nu.7. & 13.lib.
1.conſi.6.& 8.nume.40.conſi.46.nume.13.lib.2.conſi.78.nume.[25.libro.1.
MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Duæ cauſæ,ex quarum vna acquiritur detentatio,ex altera poſſeſſio,nõ poſſunt ſimul concurrere.*
2 *Per precarium transfertur vera poſſeſſio.*
3 *Vbi duo contractus ſunt contrarij,vel incompatibiles,ſtatur ultimo,& vltimum derogat præcedentibus.*
4 *Poſteriores cogitationes prioribus ſapientiores eſſe ſolent.*
5 *An in mandatis diuerſis ſit ſtandum vltimo.*
6 *Conductio & precarium non poſſunt concurrere.*
7 *Dictio poſtea,denotat interuallum.*
8 *Quando ſunt duo actus,in dubio non debet fieri interpretatio,vt vterq; actus valeat,quia ſatis eſt vnum valere.*
9 *Conductio,& precarium concurrunt,quando actum eſt,vt in rogãtem non tranſeat poſſeſſio.*
10 *Sicut poſſeſ.poteſt haberi ex pluribus cauſis ſe inuicem compatiẽtibus, ita detentatio.*
11 *Habens duo inſtrumenta facta diuerſis temporibus de eodem , quando dicatur rem poſſidere ex vtroque.*
12 *Aliud eſt poſſidere,aliud ſtare in poſſeſſione.*
13 *Actus poſterior inualidus non tollit priorem validum.*
14 *Denominatio pretij refertur non ſolum ad venditionem,ſed etiam ad locationem.*
15 *An datiarij,qui accipiũt datia à Rege pro certo pretio,cenſeantur emere,vel conducere.*
16 *An locatio,ſeu emptio vno numero facta valeat.*
17 *Vnus non eſt numerus,ſed principium numeri.*
18 *Quando partes exprimunt contractum nominatum , tunc ſi non poteſt valere vt nominatus, non poteſt valere vt innominatus.*
19 *Conductio facta vno nummo,an valeat vt donatio.*
20 *Parum,& nihil æquiparantur.*
21 *Si creditor habens rem pignoratam impetrat miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto,an videatur receſſiſſe à prima poſſeſ.*
22 *Habens pignus conſtitutum à teſtatore,poteſt conſequi pignus prætorium.*

LEX X.

1 SI quis ante. † Duæ cauſæ, ex quarum vna acquiritur detentatio,
ex altera poſſeſſio, non poſſunt ſimul concurrere,
quia ſunt contrariæ,ſed vlt.præualet, niſi eſſet inualida. ſecus ſi ex neutra poſſideat, tunc ambæ concurrere poſſunt.h.d.¶Diuiditur in tres partes.In prima loquitur , quando
duæ cauſæ erant contrariæ,& incompatibiles, tunc concurrere non poſſunt. In 2.ponitur vna limitatio,quando per vtranque acquiritur ſolùm detentatio. In 3. ponitur alia limitatio,
quando vna earum eſt inualida.Secunda ibi,Idẽ Pomponius.
Tertia & vlt.eſt ibi,ſi quis conduxit. In prima parte,in qua primò conduxit pro certa penſione , poſteà rogauit precario, &
ſic gratis,non tenebitur amplius ad ſoluendum penſionẽ promiſſam, ad quam prius tenebatur ex contractu conductionis.
2 † Cùm precarium ſequens ſit liberalitas, & donatio quædam
de iure gentium inuenta.l.j.in prin.ǰ.de preca.Et ſic per precarium ſequens,per quod transfertur vera poſſeſſio.l. certè. §.j.ǰ.
de preca.Bar.in l.ab emptione.ad fi.ſ̃.de pact.videtur receſſum
à conductione, per quàm non transfertur poſſeſſio, ſed nuda
detentatio.l.j. C.commu. de vſuca.l. & habet. §.eum qui.ǰ.de
preca.Precarium ergo ſequens tollit conductionem præcedẽtem ratione incompatibilitatis,& contrarietatis,licèt nõ interuenerit actus retro ſimilis,prout aliàs requireretur, quando eſt
facta traditio.l.j.& 2.C.quando lic.ab emp. diſce. ¶In ſecunda
parte,& ſic in ver.idem Pomp.belliſſimè tentare vr̃, ꝙ illud ꝙ
Pomponius belliſſimè tentauit , vt inquit litera,fuerit fœdiſſimè,& malè dictum.nam Pompo.tentat dicere , ꝙ quando eſt
actum inter partes , ꝙ ex precario ſolùm transferatur detentatio,& non poſſeſſio,tunc conductio, & precarium ſimul concurrunt, quia tunc non ſunt contrariæ, ſed tendũt ad eundem
effectum detentationis. ¶Contra iſtum ver. Raph. Cuma.hic
mouet difficultatem,de qua dicit ſe nunquam fuiſſe clarum,
& ꝙ aut Iuriſconſultus errauit in hoc dicto , aut non intelligimus eum. nam iſtæ cauſæ videntur ad inuicem de directo repugnantes.nam per conductionem datur facultas tenẽdi rem
inuito locatore vſque ad fi.conductionis, & ſibi debet præſtari patientia de vtendo , & fruendo per locatorem.l. ex conducto,in prin.ſ̃.loca.ſed precarium eſt contrariæ naturæ,quia eſt
reuocabile ad voluntatem concedentis.l.j.in prin.ff̃.de preca.l.
Lucius. ſ̃.de don. ¶Secundò precarium eſt , quando fit ad indeterminatum vſum & indeterminatum tempus.d.l.j.ǰ.de preca.& l.in commodato.§.ſicut.vbi glo.& Bar.ſ̃.commo. ſed cõductio fit ad certum & determinatum vſum, & tempus. l.itẽ
quæritur.§.qui impleto.ſ̃.loca.ergo impoſſibile videtur, quòd
concurrant.Tertiò, & fortius precarium eſt gratuitum , quia
conceditur ex mera liberalitate.l.j.in prin.ǰ.de preca.ſed in cõductione requiritur pretium certum.l.j.§.ſi quis ſeruum.ſ̃.depo.l.naturalis.§.at cum do.ſ̃.de præſcrip.ver.ſed habere eandẽ
rem gratis , & non gratis ſunt contraria . Ergo ſimul ſtare non
poſſunt.titulus enim precarij eſt lucratiuus , titulus verò conductionis eſt onerofus. Ergo concurrere non poſſunt. Quartò
conductor tenetur de dolo, lata culpa, & etiam leui , quia iſte
contractus celebratur gratia vtriuſque.l.ſi vt certo. §.nunc videndum. ſ̃. commo. ſed in precario tenetur tantum de dolo,
& lata culpa.l.quæſitum.§.illud ver. eum quoque.ǰ. de preca.
¶Huic difficultati dicit Raph. Cuma. ꝙ nunquam vidit quomodo poſſit reſponderi, niſi dixerimus. quòd hic primò conduxit,deinde rogauit precario , quo caſu precarium intelligitur propriè . Et ꝙ ſit executiuum locationis , & ſic intelligitur
ſecundum eius naturam,l.ſi vno.in prin.ſ̃. loca.l.ſi ſtipulatus ſ̃.
de vſur.

de vsur. Tamen relinquit super hoc cogitandum, & ita etiam respondet Lud. Rom. hic, qui etiam dicit, ꝙ istud dictũ Pompo. Iuriscon. est durissimum, & quodammodo impossibile. Et contrarium est fortissimum, & miratur, ꝙ nullus alius Scribẽtium tangit. Aduerte secundum istam sol. Raph. & Lud. Rom. iste tex. intelligitur in casu suo, quando primò conduxerat, deinde rogauerat precario, & sic precarium fuit factum in executionem primę conductionis, & per ipsum precarium, quod idem operatur, quod constitutum, transfertur tenuta, quæ debetur virtute conductionis. Ista solu. mihi non placet, quia iste tex. loquitur, quando tenuta habetur ex plurib. causis, vt dicit tex. ibi, vtrunque procedi, sed secundum istam solu. ista tenuta non haberetur nisi ex vna causa, scilicet conductionis, quia illud precarium fit ad executionem conductionis. ¶ Secundò modo respondet. d. Alex. hic, & fuit ante eum responsio Imo. ꝙ istæ causæ nõ sunt repugnantes, sed vna affert maiorem vtilitatem altera, & si dominus reuocet precarium, retinebitur fundus ex contractu locationis. & si finita sit locatio, retinebitur ex causa precarij, & si aliqua contrarietas contingit, illud erit postea ex post facto. Sed nec ista sol. tollit difficultates pręd ictas, præsertim, quia per conductionem locator est obligatus stare contractui, & præstare patientiam. d. l. ex conducto. in prin. sed in precario est totumècontra, quia potest pro libito reuocari. & non valet pactum in contrarium, quòd non liceat reuocare. l. cum precario. & l. qui precario. ĵ. de preca. Præterea iste tex. vult, quòd ambæ istæ causæ eodem tempore concurrant, sed secundum istam sol. vna finita alia procederet. ¶ Tertio loco Aret. hic multa verba effundit, sed non tollit nec eneruat difficultatem, & in effectu respondet, ꝙ etiam locatio potest fieri ad tempus indeterminatum, puta ad vitam conductoris. l. 4. in fi. sup. loc. quicquid ibi taneat glo. similiter precarium potest fieri ad tempus certum, licet per hoc non tollatur facultas antea reuocandi. l. cùm precario. & l. in reb. §. fin. ĵ. de preca. Nec obst. quòd in conductione locator teneatur ad patientiam. d. l. ex conducto. in prin. sed precarium potest ad libitum concedentis reuocari. respondet Are. ꝙ imò locator poterit expellere conductorem, & soluere ei interesse. l. si in lege. §. colonus. s̃. loca & sic non tenetur præcisè ad patientiam, cùm sit obligatio facti, quæ non est præcisa, sed soluendo interesse liberatur. l. 2. §. item si in facto. & l. stipulationes nõ diuiduntur. in ver. Celsus. ĵ. de verb. obli. Ista sol. non est bona, quia soluendo interesse non recedit liberè à contractu locationis, sicut qñ reuocat precarium, cùm interesse soluatur loco facti. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. ¶ Quartò loco insignis Doctor do. Pet. de Bexu. propter has difficultates intelligit istũ ver. idem Pompo. quando conductio fuit facta ab vno, & rogatio precarij ab altero, & sic voluit vni dare mercedem, & habere precario ab alio, qui fortè poterat mouere controuersiam, & sic istæ duæ causæ non videntur contrariæ, sed posse concurrere. & subdit, quòd nesciret dicere plus, & miratẽ multum de Doctoribus, ꝙ non declarauerint hanc difficultatem. ista sol. mihi nullatenus placet, quia etiam in prin. istius. l. si esset facta ꝯductio ab vno, & rogatio precarij ab alio, ambæ causæ concurrerent, ꝙ negat tex. Item secundum istum intellectum iste ver. idem Pomponius. procederet propter diuersitatem personarum, scilicet locantis, & alterius concedentis precario, & non quia fuerit expresè actum, ꝙ in præcario non transferatur possessio, cuius contrarium expresè dicit litera. ergo ista sol. nullatenus potest procedere. Ego postremo vltra alios Scribentes in primis augeo istam difficultatem Rapha. Cuma. nam considero in simili, quando miscetur contractus nominatus cum innominato, puta, quòd iuxta cõtractum nominatum apponitur aliquod pactum, ita ꝙ habita ratione pacti ad contractum possit resultare cõtractus innominatus, certè hoc est negotium mixtum, vt inquit tex. in l. Aristo. s̃. de don. Hoc est tale negotium, quod aptitudine potest esse contractus nominatus, & innominatus. Tamen impossibile est actu, quòd sit contractus nominatus, & innominatus, quia si esset innominatus, haberet locum pœnitentiæ, & condictio ob causam ad repetendum illud, quod est datum. secus si sit contractus nominatus, quia tunc non habet locum pœnitentia nec repetitio dati. l. fi. sup. de condictio. ob cau. l. commodato. §. sicut. supra commo. l. sicut. C. de acti. & obl. dicimus ergo, ꝙ si illud, quod deuenit in pacto, fuit causa finalis, & principalis quare contractus fieret, tunc totus est contractus innominatus, & habet locum pœnitentia. text. est sing. in l. cùm te. C. de pact. inter emp. & vend. quem Bar. & alij ibi reputant multum singu. aliàs totus censetur contractus nominatus, nec habet locum pœnitentia. tex. est in l. ea conditione. C. de rescin. ven. Et ita per ista iura no. tenet Bar. in l. fi. circa fi. vbi dixi. s̃. de cond. ob cau. Ecce qualiter non admittitur concursus contractus nominati, & innominati, quia in vno habet locum pœnitentia, & reuocatio, in alio non, quæ sunt contraria, seu repugnantia. Quomodo ergo in hoc tex. admittitur cõcursus precarij, & conductionis, cùm in precario sit licita pœnitentia & reuocatio, in conductione secus. & dicere propter has difficultates, ꝙ sit necessarium dicere, vt dicunt Rapha. & & Ludo. Roma. ꝙ vtrumque valeat, sed secundum censeatur executio primi, & reguletur secundum naturam primi, nõ videtur bene tutum, vt superius dixi. Vnde vlt. loco responde, ꝙ Iurisconsultus in isto versi. idem Pomp. decidit, quòd tenuta, seu detentatio potest haberi ex causa conductionis, & etiam ex causa precarij, quando fuit actum, quòd ex precario non transferatur possessio, sed tenuta. Et sic tenuta potest haberi ex pluribus causis, sicut & ipsa possessio, vt l. 3. §. ex pluribus. s̃. eo. Et pondera, quòd tex. iste expresè dicit, quod si factum esset, vtrunque procederet. Pondera, quòd vtrunque procederet, & sic tam conductio, quàm precarium, & sic erit vtile habere detentationem ex pluribus causis, quia vna finita durabit alia, & quo ad quid vna erit magis vtilis, quàm alia. vnde si dominus voluerit reuocare precarium, retinebitur res eo inuito ex causa conductionis, & finito tempore conductionis remanebit firmum precarium. item vbi propter conductionem teneretur de leui culpa, propter precarium non tenebitur nisi de lata. Et ista varietas procedit propter diuersitatem contractuum, qui sunt facti in eadem re, vt attendi debeat, in quo vnus est vtilior altero. ista est propriè mens huius tex. Et ad hoc etiam in effectu tendit sol. Imo. & d. Alex. hic, & ita habes bene declaratum

3 tex. ¶ † Not. j. ex tex. ibi, quòd nouissimè actum est, ꝙ quando sunt duo actus contrarij, vel incompatibiles, statur vltimo, & vltimum derogat præcedentib. & sic in contractibus contrarijs, vel incompatibilibus vltimus derogat præcedenti. facit. l. j. §. fin. ĵ. de stipul. seruo. l. cùm in plures. §. locator horrei. s̃. loc. l. clari. & ibi no. Bald. C. de fideicom. Adeo, ꝙ in contractib. non est necesse apponere illa verba cassantes, & irritantes omnem alium contractum præcedentem, quia hoc tacitè intelligitur. tex. est in c. 1. quem Bald. ibi ad hoc reputat singularem. de transact. Sic etiam in pactis contrarijs vlt. derogant priorib. l. pacta nouissima. vbi etiam dixi. C. de pact. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. eo. Idem in vlt. voluntate. Nam per secundum testam. ipso iure tollitur præcedens. l. hac consultissima. §. si quis autẽ. & l. sancimus. C. de test. c. cùm Marthæ. de celebr. missa. glo. no. in c. j. de consti. in 6. Idem in codicillis. l. cùm proponatis. vbi gl. & Bar. C. de codicil. idem in legatis. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. s̃. de leg. 1. l. 3. §. fi. s̃. de adimen. leg. Idem in sententia interlocutoria. l. ꝙ iussit. ĵ. de re iudi. idem in constitutione procuratorum. l. si quis cum procuratorio. in prin. s̃. de procu. dicam in seq. no. Idem in rescrip. c. cæterum. de rescri. glo. in c. ex tenore. eo. tit. no. in c. 1. eo. tit. idem in iuramentis. l. duobus. §. si cum l. seq. s̃. de iureiur. idem in legibus. l. sed & posteriores. s̃. de leg. gl. in c. 1. de consti. in 6. idem in statutis. Bar. in l. si certarum. §. fin. s̃. de mil. testa. & in l. omnes populi. in vlt. q. 3. q. prin. s̃. de iusti. & iur. Sic vlt. consuetudo inducta & præscripta derogat præcedenti. glo. no. in l. nemo. §. temporalis. ĵ. de reg. iur. Bald. no. in c. 1. de feu. cogn. Sic vlt. fama tollit priorem. l. si mater. vbi glo. C. ne de sta. defun. Bar. in l. fi. C. si ser. aut liber. ad decu. aspira. li. 10 Bar. in l. is potest. in 10. col. s̃. de acq. hær. Bal. in l. sacrosanctę. in fin. C. de epis. & cle. & in l. fin. s̃. de ferijs. & in c. cum inter. R. Seniorem. de elect. Sic vlt. mora nocet. l. illud. s̃. de peric. & cõmo. rei ven. & l. si seruum. §. sequitur. ĵ. de verb. obl. sic vlt. opin. censetur approbata, & alijs derogat. ita not. Bar. in l. bona fides. per illum tex. cum glo. supra deposi. glo. in l. qui filium. §. Sabinus. cum fi. supra ad Treb. dixi in l. si idem cum eo. §. fin. supra de iurisdi. omn. iud. Sic vlt. violentia nocet. Ita no. Bal. in l. si quis

4 ad se fundum. per illum tex. C. ad l. Iul. de vi. † Item posteriores cogitationes prioribus sapientiores esse solent, secundum Ciceronem in Philipic. 12. Item ad prædicta adde gl. no. & magistram ampliantem istam regulam in l. quoties vtriusque. ĵ. de

5 reg. iur. ¶ † Secundò per istum tex. not. Bal. in l. falsus. in antepe. col. C. de fur. ꝙ si quis producit duo mandata diuersæ formæ, statur vlt. & si sunt facta eadem die, & non apparet, ꝙ prius, & ꝙ posterius, præualet illud, quod minorẽ bayliam præstat. l. Sempronius Proculo. s̃. de leg. 2. Idem tenent Bal. & Imo. in l. si ita scriptum fuerit Titius. sup. de hær. instit. quamuis Ang. ibi per illum tex. teneat, ꝙ præferendum sit mandatum, quod pleniorem confert potestatem, de quo plenius per d. Alex. Are. &

6 Mod. Senen. hic. ¶ † Tertiò no. ꝙ conductio & precarium nõ possunt concurrere in eadem re, & eodem tempore ratione contrarietatis. Ratio, quia ex conductione nulla transferẽ possessio, sed detentatio. l. j. C. commu. de vsuca. l. non solùm. §. ꝙ vulgò. circa fi. j. tit. 1. l. certè. §. is qui. infra de preca. Sed ex precario transfertur naturalis possessio. l. & habet. §. cum qui. ĵ. de preca. glo. no. in §. hodie. insti. de interdi. Ergo cùm istæ causæ sint contra-

contrariæ, & incompatibiles, impossibile est, ꝙ concurrant.
Limita istum text. procedere, quando conductio, & precariū
fierent separatim, secus quando ambo sunt simul facta, puta
quia in eodem instrumento continetur conduxit, & precario
rogauit, intelligitur, quòd ex precario non transfertur posses-
sio. tex. est no. in l. non solùm. §. fin. ĵ. tit. 1. per quem tex. ita limi
tat Bar. hic, & idem Bar. in l. interdum. in prin. infra. eo. d. Alex.
in consi. 121. quinti vol. inci. visis & ponderatis narratis in the-
7 mate. in 1. col. Tu pondera † dictionem posteà, [a] quæ bis est
a posita in isto tex. quæ denotat interuallum inter vnū, & aliud. l.
non erit. §. fi. sup. de iureiu. in l. quoties. §. si quis ita scripserit. s̃.
de hær. insti. Bar. in l. fructus. in fi. ff. solu. mat. Item quia in eodē
instanti non præsumitur sibijpsi voluisse contrariari, vt in simi-
li dicitur in l. non ad ea. s̃. de conditio. & dem. Bar. in l. fi. §. idem
quæsiuit. ff. de condictio. indebi. ¶ Secundò limita, quando vter
que actus fit ex causis voluntarijs, vt hic. secus si ex necessarijs,
vt tenet Bar. hic in fi. vbi dicetur. ¶ Quartò diligenter. no. ex isto
tex. quòd licèt precarium possit fieri duobus modis, vno mo-
do, vt transferatur possessio, alio modo, vt transferatur tenuta,
ꝙ si quis primò conduxit, & posteà precario rogauit, vel ècon-
tra, ꝙ in dubio non intelligitur actum, ꝙ ex precario nō trans-
feratur possessio, nam isto modo vterque actus valeret. Et sic
8 pondera hic † esse text. valde not. quòd quādo sunt duo actus,
in dubio non debet fieri interpretatio, vt vterque actus valeat,
quia satis est vnum valere. Et ita not. limita regulam, quæ ha-
bet. quòd in dubio fit interpretatio, vt actus valeat. l. quoties.
9 cum simi. vt dixi. ĵ. de verb. obli. ¶ † Quintò no. in ver. Idē Pom
po. quòd conductio, & precarium possunt concurrere, quan-
do est actum, quòd in rogantem precario non transferatur
10 possessio, sed tenuta, & sic habes, † quòd sicut possessio potest
haberi ex pluribus causis se inuicem compatientib. l. 3. §. ex plu
ribus. sup. eod. Ita detentatio. text. est hic. & per istum tex. alibi
11 no. Bar. in l. singularia. in 5. col. sup. si cer. pet. † quòd in casib. in
quibus per stipulationem non tollitur contractus præcedens,
dicetur ex vtraque causa rem habere, quod reputat Bart. mul-
tum no. quando quis habet instrumenta facta diuersis tempo
rib. de eodem, quòd ex vtroque dicatur rem possidere per istū
12 text. ¶ † Sextò no. ex tex. ibi, Est autem longè diuersum, quòd
aliud est possidere, aliud stare in possessione. sicut aliud est stu-
dere, aliud stare in studio. & aliud est stare in scholis, aliud est at
tentè audire Doctorem legētem. Hinc dixit gl. in l. vnicuique.
C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. & glo. in c. cùm ex literis. in verbo
instructus. de in integr. resti. ꝙ non sufficit diù stetisse in studio,
vel diù stetisse in scholis, sed bene, & laudabiliter studuisse. Si-
cut alibi dicit tex. non sufficit fuisse Hierosolymis, vbi est sepul
chrum Christi, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est:
13 ita dicit text. 12. q. 2. in c. gloria episc. in fin. ¶ † Septimò not. in
ver. si quis conduxerit, quòd actus posterior nullus, vel inuali-
dus regulariter non tollit præcedentem. Facit. l. si iure. supra de
b leg. 3. vbi secundum testamentum [b] non solenne nō tollit præ
cedens. item stipulatio nulla, quæ sequitur, non impedit effectū
numerationis, nec impedit actionem nasci ex numeratione. l.
certi cōdictio. §. quoniam. s̃. si cer. pet. l. si ita stipulatus. § Chry-
sogonus. de verb. obli. l. j. supra de noua. Fallit in his, quæ de fa-
cili nuda voluntate tolluntur, vt in legatis, quia per actum in-
ualidum tolluntur. tex. est no. in l. legatum sub conditio. §. fin.
supra de adi. leg. & in l. & si transferam. & ibi Bar. eo. titu. & in l.
14 cùm dominus. §. fi & ibi Bar. supra de pec. lega. ¶ † Vlt. no. ex fi.
tex. in ver. pretio. secundum Bar. & alios, ꝙ denominatio pretij
refertur non solùm ad venditionem, sed etiam ad locationē.
Et secundum hoc malè dicerent glo. quæ volunt, quòd verbū
pretium propriè ad contractum emptionis referatur, & vbi in
instrumento fit mētio de pretio, intelligitur, quòd sit emptio.
l. fi. & ibi glo. & Bar. C. de prædi. decurio. lib. 12. gl. in l. apud Cel
sum. §. si cùm legitima. in ver. pretio accepto. ĵ. de do. mali, &
me. excep. gl. in l. cùm dotem. & ibi no. Bal. C. de iu. dot. tu dic,
quòd hic fit mentio pretij simpliciter, ex quo dicit si quis con-
15 duxerit. & sic apparet clarè de specie contractus. ¶ † Et ista fa-
c ciunt ad no. quæstionem de datiarijs, seu publicanis, [c] qui acci
piunt datia à Rege pro certo pretio, vtrum censeantur emere
an conducere, ex quo pretium ita conuenit conductioni sicut
emptioni, & si esset emptio, nulla eis deberet fieri remissio pro
pter casus contingentes. l. nec emptio. supra de contrahē emp.
secus si esset conductio. l. si merces. §. vis maior. supra loc. & l.
licèt. C. eo. de qua quæstione vide per Bart. in l. cotem ferro. §.
qui maximos. supra de publica. & vecti. & latius in quæstione
per eum disputata, quæ incipit, publicanus quidam. cum alijs
concordantijs hic traditis per do. Alex. ¶ Capio glo. in ver. so-
lum teneat. quam diuide in quatuor partes secundum decla-
rationem Bar. licet verba gl. videantur aliter sonare. In prima
declarat tex. In secunda oppo. & dupliciter soluit. In tertia se-
cundum Bar. remouet aliam oppo. In quarta aliam. Secunda
ibi, sed contra supra de iure do. Tertia ibi, ꝙ Roge. non placet.
Tertia, & vlt. est ibi, Item ꝙ hic dicitur, & prosequere, vt hic
16 per Bar. ¶ † In 2. parte dum gl. dupliciter respondet ad l. si vsus
fructus. ff. de iur. dot. vbi conductio, vel emptio facta vno num
mo valet. Primò, quòd ibi locatio fiebat vno nummo ex ne-
cessitate, istud declara. Nam ibi vsusfructus erat datus in dote
pro muliere marito ab extraneo, & sic vsusfructus erat forma
tus in personam mariti. & sic erat ab eius persona inseparabi-
lis. l. si vsusfructus. infra de noua. & sic non poterat in aliū trans
ferri, quàm in proprietarium, vt ibi dicit text. & in §. finitur. in-
stit. de vsufru. & quia ibi soluto matrimonio dos erat restituē-
da mulieri, vnde cùm aliter fieri non posset, ex causa necessita-
tis fuit introductus modus, vt mulier commoditatem talis
vsusfru. emat, vel conducat vno nummo, & ius remaneat pe-
nes maritum. nam si maritus concessisset talem vsumfructum
mulieri precario, non fuisset benè cōsultum mulieri, quia ma-
ritus potuisset illud precarium reuocare. l. j. in prin. ĵ. de preca.
ideo illa lex consuluit, quòd debeat fieri cōductio, vel emptio
vno nummo. & sic contractus innominatus, à quo non potest
posteà recedi. l. sicut. C. de actio. & obl. & l. in commodato. §. si-
cut. s̃. commoda. Item fuit necessarius interuentus vnius num-
mi, quia si non interuenisset nummus, videretur donatio, sed
mulier non habet talem vsumfructū titulo donationis à ma-
rito, cùm maritus soluto matrimonio teneatur restituere. &
in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. in fi. ff. de
adimendis legatis. & ita etiam ibi glo. Secunda sol. gl. est, quòd
ibi res non erat digna maiori pretio, non intelligas, quia esset
adeò vilis, sed quia maritus tenebatur gratis soluto matrimo-
17 nio restituere, ideo non debebatur maius pretium. † In tertia
parte glo. dum dicit, ꝙ vnus non est numerus, sed principium
numeri, & ad hoc sæpe allegatur. Adde Bald. in l. j. in 1. col. C.
de conditio. inser. Cy. & alios in l. non ideo minus. C. de hær. in-
stit. item adde rationem secundum Philo. quia prin. rerum nō
sunt ipsarum rerum partes, & consequenter non sunt ipsæ res.
Tamen Lauren. Valen. in lib. 1. Dialec. c. 2. istud reprobat. Et te-
net, ꝙ imò vnus est propriè numerus. Et vtitur argumēto ma
teriali de duab. mulieribus habentibus. 12. gallinas cum gallo
indiuisas, quæ conuenerant inter se, vt oua, quæ quotidie pari
num. nascerētur, essent huius mulieris, quæ impari, essent illius.
Contingit vnum ouum nasci in die, quæritur cuius erit, an neu
trius. maximè, sed spectabit ad illam mulierem, cui imparis nu
meri oua debentur. Ergo apparet, quòd vnum ouum nume-
rum facit. itaque secundum eum melius de intellectu verbo-
rum mulierculæ nonnunquam sentiunt, quàm summi Philo
sophi. Illa enim verba ad vsum trahunt, isti ad lusum. Sed ad
hoc posset responderi, quòd idem ius est de principio numeri
ꝙ de ipso numero. l. non ideo minus. & ibi Cyn. & alij. C. de
18 hære. institu. Bar. & alij hic. ¶ † In quarta parte glo. Aduerte in-
quantum Bar. concludit, quòd quando partes exprimunt con
tractum nominatum, tunc si non potest valere vt contractus
nominatus, non valet etiam vt innominatus. idem simpliciter
* tenent Imo. Pau. de Cast. & *communiter alij.* solus Raph. Cuma.
impugnat, & bene. quia in contrarium sunt tex. ineuitabiles in
l. insulam. sup. de præscrip. verb. vbi vendo tibi domum, vt in-
sulam fabrices. Exprimitur à parte venditio, & tamen est con-
tractus innominatus. ad idē text. in l. si olei. C. loc. vbi exprimit
verbum loca. & tamen est contractus innominatus & tex. in l.
si vno in prin. ff. loc. d. Alex. dicit, quòd nunquam fuit bene de
hoc clarus. & si volumus defendere Bar. oportet de necessitate
intelligere, quando clarè apparet de mente partium, quòd vo
luerunt valere vt contractum nominatum, & noluerunt vale-
re, vt innominatum, aliàs sola expressio contractus nominati
non impediret trahi ad innominatum, vt iurib. præallega. con
firmat

ADDITIONES.

a ¶ Posteà. Adde, quòd hæc dictio de sui natura denotat longum interuallum.
gl. in l. pacta conuenta. in verbo posteà. supra de cōtrahen. emp. Barb. in rub.
de reb. eccle. non alie. char. 26. alleg. gl. in l. eum fundum. in versi. posteà. inf.
de vi, & vi arma. & tex. in l. ij. C. de cust. reorum. quem ponderauit Bar. in l. 1.
§. diuus Seuerus. infra de q̃ō. & de hac dictione vide tex. & ibi Bar. in l. illud.
§. si idem. sup. ad l. Aquil. text. & ibi Gemi. in c. pater. de reg. iu. lib. 6. & Gem.
in c. cū appellationib. de app. eo. lib. & gl. in l. in bonæ fidei. C. de pact. Card.
& ibi Doct. in c. cùm Vintoniensis. de elect. & quantum tempus includat, vi
de Bar. in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. supra ex quib. cau. ma.

b ¶ Testamentum. Adde Bar. in l. ij. §. si quis. ff. de leg. 3. Card. Zab. in c. eos. oppo.
3. de sepultur.

c ¶ Publicanis. Adde de hoc, & vide per Alex. de Imo. in consi. 3. inci. viso instru
mento concessionis. in 1. vol. in 1. & 2. col. & vide Soc. in eadem met causa
consulentem in consi. 44. in prima parte, & vide eundem Socy. in consi. 156.
in prin. vbi dicit opi. Bar. in d. §. qui maximos. communem.

firmat Are.subtilius,qu òd hic partes voluerunt facere contra-
ctum nominatum , & non innominatum solùm propter ex-
pressionem contractus nominati , sed etiam ex pretio vnius
nummi,quod est verè pretium,cúm sit principium numeri. l.
non ideo minus.C.de hære.instit.l. maritus.C.de proc. sed istæ
saluationes mihi in nihilo placent , quia nimium restringerent
illa iura,vt non procedant,quando exprimitur & contractus,
19 & pretium , & sic quando duo concurrunt. ¶ † Secundò in-
quantum Bar.tenet,ꝙ in l.si quis conduxerit.ſ.loca.conductio
facta vno nummo valet vt donatio,quia ibi apparet hoc actū
à partib.Dic,quòd non bene dicit,primum quia diuinatio est,
quòd ibi appareat actum. secundo vt etiam dicit Are. ista nō
est intentio Iurisconsulti ibi , qui non dicit , quòd sit donatio,
sed ꝙ se habet ad instar donationis.i. similitudinem,& nullum
simile est idem.l. ꝙ Nerua.ſ.depo. c.capitulum sanctæ crucis.
de rescri.sed tex. vult dicere, quòd habet similitudinem dona-
tionis , quoniam qui dat vnum nummum,nihil dare videtur,
20 nam parum , † & nihil æquiparantur.l.illud.§. minus.ſ. de tri-
21 bu.& l.minus.ȷ̃.de verb.signi.¶†Extra glo.vlt.nota illud, quod
tenet Bar.hic in fi.post Rog.pro limitatione huius.l.quòd cre-
ditor habēs rem pignoratam,& sic eius possessionem.l.j.§.per
seruum corporaliter.ſ.eo. impetrando missionem in possessio
nem ex primo decreto,per quam solum detinet.l.3.§.fi.sup.e.
non videtur recessisse à prima possessione , quia secunda cau-
sa est necessaria tanquam præambulum secundi decreti.& iste
tex.loquitur,quando ambæ causæ sunt voluntarię.& dicit esse
tex.in l.si proprietarius.in prin.ſ.de damno infecto. secundum
formam ibi traditam per Bar. vbi concurrit causa possessionis
ex iure vsusfructus,item causa detētationis ex causa primi de-
creti.& cum Bar.simpliciter tenet d. Alex.& latius Aret. Idem
Bar.in l.si finita.§.Iul.ſ.de dam.infect.in 7.col. in versi. pone, ꝙ
ipsemet possidet.Adde text.in d.l.debitoris.& ibi glo. fin.C. de
iudi.& ibi Cyn.Bal.Sal.& alij,vbi creditor,qui possidet pignus
conuentionale,potest in eo constituere sibi pignus prætorium
per missionem in possessionem ex primo decr.ratio est secun-
dum Bal. ibi, quia per secundum consequitur plus quàm per
primum,quia pignus prætorium ordinatur ad secundum de-
cretum tanquam eius præambulum, non autem pignus con-
uentionale,vt no.in d.§.Iulia.Ad idem tex.no. in l.fundus quē.
22 supra de annu.leg. † vbi habens pignus constitutum à testato
re potest consequi pignus prætorium,quem tex.allegat. d.Ale.
in d.l.cùm debitoris ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas iudicis præstat iustam causam possidendi.*
2 *Pub. officium bonæ fidei præsumptionem inducit.*
3 *Spoliatus à iudice non petit restitutionem.*
4 *Missus in possessionem auth. iudicis , an & quando efficiatur dominus.*
5 *Posses.à principio violenter occupata,etiam rescripto prin. non confirmatur.*
6 *Dictiones ritè,& rectè,quid denotant tam in commissionib. quàm in legibus,vel statutis.*
7 *Dictio iustè,quid importet.*
8 *Aduerbium bene,quid importet.*
9 *Decretum interpositum ex falsa causa non est ipso iure nullum, quamuis sit interpositum contra ius litigatoris.*
10 *Defectus iustitiæ ex parte agentis an operatur,quòd missus in posses.per iudicem non possideat iustè.*
11 *Intellectus.l.cùm putarem,supra familiæ ercis.*
12 *Decretum iudicis inualidum an excuset à pœna. l. meminerint. C. vnde vi.*
13 *Iudex an possit concedere parti licentiam ingrediendi propria aucto.*
14 *An quis possit constitui nuncius per iudicem in causa propria.*
15 *Iudex potest dare licentiam creditori,vt capiat pignus in solutum.*
16 *Iudex potest committere victori venditionem bonorum victi.*
17 *Iudicis factum censetur esse factum partis.*
18 *Valet argum.de facto testatoris ad iudicem.& nu.28.*
19 *Iudex non potest dare licentiam parti ingrediendi posses.per vim, si inueniat resistentem.*
20 *De licentia iudicis potest priuatus capere malefactorem,& si resistentem vulnerat,non tenetur.*
21 *Si debitor fugiens,gladio vel telo se defendat, impunè occiditur,cùm licitum sit capere debitorem fugientem.*
22 *Iudex non potest dare licentiam parti victrici , quòd exequatur manu militari.*
23 *Potestates an possint exactorib.publicis exactionem committere.*
24 *An si statutum puniat ingredientes,vel turbantes posses.decretum iudicis inualidum excuset à pœna dictorum statutorum.& nu.30.*
25 *Quando pœna pecuniaria imponitur pro delicto , in dubio non requiritur dolus,sed sufficit lata culpa.*
26 *Statutum inualidum non excusat à delicto.*
27 *Authoritas iudicis iniustè,vel non ritè procedentis,non excusat à restitutione fructuum.*
28 *Valet arg.de præcepto testatoris ad præceptum iudicis.& nu.18.*
29 *Statutum si imponat pœnam vendenti rem immobilem forensi, & hæres sit damnatus in testamento vendere,non excusabitur hæres,si vendat propter præceptum testatoris.*
30 *Quando statutum requirit dolum , quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo.*
31 *Quælibet causa etiam iniusta,& fatua,& temeraria excusat à dolo.*
32 *Causa iniusta non excusat à pœna legali.*

LEX XI.

IVstè possidet. Non potest breuius
summari.& dicit. d.
Alex. hic in fin. in vltimis verbis,quòd materia hu-
1 ius.l.est aurea,& notabilissima. ¶ † Not.ex isto tex.
ꝙ auctoritas iudicis præbet iustam causam possidendi, & sic
habetur loco iusti tituli . Nam pro facto iudicis præsumitur. l.
2.in ver.ꝙ nō arbitramur.C.de offi.ciui.iudi. quem tex.ad hoc
sæpe ita allegauit Bal.in l.vni.in fi. C.ne quis in sua cau.iudicet.
2 & illum tex. † reputat no.idem Bal.in l.errore.in j.col. C.de te-
sta.ad hoc etiam , quòd publicum officium bonæ fidei præ-
sumptionem inducit. & Bald. in l.pen. vbi limitat. ſ.de condi.
cau.data cau.non secu.& in c.conquerente.vbi etiam duplici-
ter limitat.de resti.spol.extra in anti.& in ca. præterea. in 3.col.
3 de dila. † Et adeò præsumitur pro facto iudicis,quòd spoliatus
ab eo non petit restitutionem. Nec tunc habet locum regula,
quòd spoliatus ante omnia sit restituendus,iuxta.l. si quis ad se
fundum.C.ad l.Iul.de vi pub.vel pri.ita tenet glo.not. in c.præ-
sentium.in glo.fin.7.q.1.& glo.23.distin.ca.in nomine domini.
in versi.in audiētia.do.Abb.in c.dilectus filius Abbas.de rescri.
& in d.c.conquerente.in vltimo no.de rest.spol. Bal.in l.obser-
uare.§.proficisci.in 23.q.sup.de offi.proconsul.& lega. Ang.in
d.l.si quis ad se fundum.Spec.no.in tit.de peti.& posses.§.1.cir-
4 ca prin.¶† Et sic missus in possessionem auctoritate iudicis [a]
a efficitur dominus,si ille,contra quem fit talis missio,erat domi
nus, aliàs si non erat dominus, transfertur vsucapiendi condi-
tio per regulam.l.clauibus.sup.de contrahen.emp. ¶Intellige,
quando talis executio fieret vigore sententiæ diffinitiuæ, vel
etiam interlocutoriæ secundi decreti, vt hic,& l. Pompon. §.si
iussu.ȷ̃.eo.& §.fin.instit.de officio iudi.& l.prętoris.in prin.cum
glo.& l.si finita.§.Iulia.ſ.de dam.infect.& l.3.§.fi.ſ. de publicia,
vel quia emit rem auctore prætore.l.qui auctore.ȷ̃. de reg. iur.
cum concordantijs allegatis in fin.primæ gl. secus si missio fie-
ret vigore primi decreti, quia tunc solam detentationē acqui-
rit.l.3.§.fin.supra eodem.declarando,vt ibi dixi.¶† Secundo li-
5 mita in possessione à principio violenter occupata , quoniam
illa etiam rescripto principis confirmari non potest.l. si qua lo
ca, & ibi glo. C. de fun.& salti.rei domi. lib. 11.l.auctoritate.&
ibi Bar.& alij no.C.vnde vi.Lud.Rom.hic, quicquid Aret. di-
cat,cum concordantijs quas dedi in l.clam possidere. § qui ad
nundinas.supra eo.Expeditis textua. capio glo. vnicam in ver.
auctore, quam diuide in tres partes. In prima timore contrarij
declarat text. In secunda quærit, & refert opiniones . In tertia,
allegat quatuor concordantes ad text. Secunda ibi, sed quæri-
6 tur si iudex. Tertia & vltima ibi,& facit infra de reg.iur. ¶† Ex
prima parte glo. habes colligere tres conclusiones . Primò ha-
bes differentiam inter dictionem ritè,& dictionem rectè, quia
b ritè denotat ius,& sic solēnitatem ordinis iudiciarij.rectè [b] de-
notat iustitiam,& sic merita causæ,& consequenter ipsum fa-
ctum.adde similem glo.in l.ij.ſ.de inoffi.testa.& in l.non puta-
uit.§.non quæuis & ibi Barto.ſ.de contra tabul.in l.3.in prin.&
ibi melius Bal.& Mod.ſ.de libe.& posthu.& in l. non dubium.
in §.rectè.C.de repud.& in l.sed & si lege.§.scire.ſ.petitione hæ
reditatis.¶Et vide Bar.in l.lecta.post glo.in versi.proba.ſ.si cer.
pet.vbi Bar.inducit ad quęstionem.Si Rex,aut partes commit
tant consultori,vt videat,an talis fuerit rectè captus,consultor
consuluit, ꝙ non, quia fuit captus die feriata, dicit Bart. quòd
malè consuluit,quia excessit fines suæ commissionis, quia fuit
sibi commissum,an esset rectè captus,quæ dictio rectè impor-
tat

ADDITIONES.

a * Iudicis. Adde , quid de traditione ac deliberatione facta ab executore ; & dic,quòd per eam transfertur possessio.arg. tex.in l.j. §.si vir vxori.hoc titu. & habet vim dationis in solutum,teste Cagno.in l.2.nu.163.C.de rescin.vēdi.De traditione autem authoritate iudicis facta, vide tex.in l.& si quis. ver. sed si adita.ff.de relig.& sumpt.fun. MASVER.

b * Rectè. Adde eundem Ias.in l.lecta.nu.16.sup.si cer.pet.

tat causam. Et sic debebat solũ videre, an esset debitor, vel non. Non autem potuit videre, an fuerit solenniter captus, quia nõ fuit commissum an ritè sit captus, ideo commissio deberet fieri an ritè, & rectè sit captus. an sit verum, ibi dixi, quia Rapha. Cum. hic tenet contrarium. & pro supradicta differentia glossarum habes text. meliorem de iure in l. generaliter. §. sinautem non ritè. C. de iureiu. Adde, quòd dictio ritè, adeò importat solennitatem iuris, quòd si apponeretur in l. vel statuto, talis dictio ritè denotaret illud esse de forma substantiali. secundum Pet. de Anch. in repe. regulæ possessor. in 3. char. per cap. firmiter. §. sacramentum. de sum. trini. & c. nihil. de elect. ¶ Tu vltra eum allega de hoc glo. sing. in l. 3. C. de bonis vacan. lib. 10. in

7 ver. ritè, quæ exponit idest secundum formam. ¶ † Secundò põdera hic esse glo. iuncto tex. ꝙ dictio iustè, non importat tantũ de per se, quantum dictio ritè, & rectè. contrarium tenet glo. no. in §. exhæredatos in ver. iustè. in Auth. de hęr. & fal. per quã glo. no. ibi Ang. ꝙ illud sit iustè, quòd fit ritè secundum ordinem iuris, & quod fit rectè secundum iustitiam, & veritatem facti. ¶ Et per hoc infert ad quæstionem, ꝙ si Papa, vel princeps delegat causam alicui, & iubet, quòd iustè faciat, intelligitur seruato ordine iuris, & veritate comperta. & sic dictio iustè, importat vtrunque, & ritè, & rectè simul. Confirmo vltra

8 Ange. ibi, quia † aduerbium benè, de per se tantum importat, quantum ritè, & rectè simul. secundum Bal. in l. eos. in prin. in 2. col. C. de appel. Sed sic est, ꝙ iustè, & benè æquiparantur. tex. est in c. ius dictum. de verb. signi. extra in anti. Sed in contrariũ, vt dixi, est glo. hic, quæ vult, quòd verbum iustè, importet ritè, sed non rectè. Vltra istam glo. pondero tibi tex. in cap. ea quæ. de re iud. in verbo *iustè, & rationabiliter*, vbi dictio iustè (secundum, quod ibi declarat. d. Abb.) refertur ad ius patris, & sic ad merita causæ. Rationabiliter ad solennitatem iuris in procedẽdo. Et sic pondera, quòd do. Abb. intelligit verbum iustè, modo in totum contrario ad glo. nostram. Nisi dixeris, quòd ista vocabula promiscuè capiantur. Sicut etiam videmus in dictione rectè, quæ importat ius. l. ab hostibus. §. fi. supra sol. matri. & l. hæc verba in stipulatione, præsertim in ratione decidendi infra de verb. signi. & l. de pupillo. §. si plurium res. supra de ope. no. nun. & l. Titius. in prin. & ibi Aret. no. supra de lib. & posth. & ita etiam dicit glo. in d. l. non putauit. §. non quæuis supra de

9 contra tabu. ¶ † Tertiò adde ex hac glo. ꝙ actus iudicis, & sic decretum interpositum ex falsa causa, & sic non rectè, non est ipso iure nullum, quamuis sit interpositum contra ius litigatoris, quod intelligit Bar. verùm, quando deficit iustitia ex parte conuenti, vel rei, in quam fit missio. Tunc decretum est validum, cùm adsit iustitia ex parte agentis, & tũc possidet, & prescribit, licèt res in quam fit missio verè non sit illius debitoris, contra quem est facta missio, sed alterius, secus quando deficit iustitia ex parte petentis, tunc decretum non rectè factum est. nullum. l. cùm verò. §. subuentum. supra de fideicom. liber. cũ alijs tribus iurib. hic allegatis per Bar. idem tenet Bar. in l. si is ad quem. supra de acq. hær. Pro ista differentia Bar. facit simile secundum Pau. de Cast. quòd dolus ex parte actoris annullat ipso iure translationem, secus si sit ex parte rei. l. sub prætextu. 1. C. de transact. & l. in summa. in prin. supra de condi. inde. Item ex persona actoris ius metimur. l. j. §. j. supra si pars hæred. peta. Sed inquantum Bar. tenet, ꝙ quando est iniustitia ex parte cõtienti, vel rei, quòd tunc agens missus pro quo est iniustitia, possidet, & prescribit, reprobat Raph. Cuma. quia si iste missus iustè possidet, & præscribit, vt dicit Bar. ergo ille tertius contra iustitiam possessione priuatur contra intentionem iudicis, qui non intendit alteri præiudicare, vt l. fi. C. si per vim, vel alio modo. Item nec si vellet posset illum tertium non citatum priuare sua possessione. vt no. Inno. in c. quoniam frequenter. §. quòd si super. vt lite non contest. Nec obstat secundum eum. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ꝟ. de re iud. quia ibi acceptatio tenutæ non præiudicat, sed summaria cognitio iudicis. Tu aduerte, ꝙ Bar. non firmat, sed statim quærit, an ille tertius absens tunc priuetur possessione sua, dicit se dictutum in l. peregrè. §. quibus explicitis. & ibi latè do. Alex. inf. eod. Barto. & alij in l. 2. C. vbi in rem actio. & secundum Mod. Senen. Bar. hic debet sanè intelligi, quando ille tertius citatus fuisset contumax, vel quòd comparuit, & se opposuit ad impediendum executionem, & tamẽ iudex misit agentem in possessionem ex primo decreto, alias

10 illa missio non præiudicaret illi tertio. ¶ † Item inquantum tenet Bar. quòd defectus iustitiæ ex parte agentis facit, quòd talis missus per iudicem non possideat iustè, ex quo decretum non est rectè interpositum. Adde, quòd in contrarium videtur esse text. not. in l. cùm putarem. supra fami. ercis. & in l. posthumus. §. si quis ex his. supra de inoffic. testam. Propter ista iura

* Bal. hic in additionibus, Imo. Raph. Cuma. *& communiter Mod.* dicunt, quòd Bart. loquitur in decreto, quod tunc vitiatur ipso iure. l. j. §. hæc verba. ꝟ. ne vis fiat ei. secus est in sentẽtia. d. l. cùm putarem. & ita etiam tenet Gul. de Cuneo in l. pen. supra de iustitia & iure. quem etiam refert Bar. hic. ratio diuersitatis est secundum eos, quia decretum interponitur officio iudicis, vt no. in l. si finita. §. Iul. supra de dam. infect. sententia diffinitiua iure actionis, & cum maiori solennitate. l. j. & 2. C. de sen. ex breui. ideo efficacior est sententia, quàm decretum. Item decretum sapit naturam interlocutoriæ, quæ potest reuocari. l. iudex posteàquam. ꝟ. de re iudi. Nimirum si plus tribuit sententia, quæ non est reuocabilis, quam decretum secundum dom. Abb. in c. 1. de re iud. & plenius do. Alex. hic. item sententia profertur inter contendentes, ideo procedit maior discussio. l. prolatam. C. de senten. & l. iudices. C. de iudi. sed decretum interponitur inter volentes, vel contra contumacem, ideo non requiritur ita plena cognitio. l. cùm proponas. cum glo. in versi. constat. C. de bo. auth. iudi. possiden. & d. c. quoniam frequenter. §. fin. in ver. summatim. secundum Ang. in l. 1. §. hæc verba.

11 supra ne vis fiat ei. ¶ † Sed aduerte quantum ad contrarium dictæ l. cum putarem. reperio ꝙ Ang. de Are. in §. quædam. in 4. col. instit. de actio. ponit singularem intellectum ad illum text. quem non recolo alibi legisse, secundum quem ille tex. faceret pro Bar. scilicet, quòd ille tex. loquatur, quando ille, qui erat verè hæres insolidum, agit actione familię ercis. contra illum, qui non erat hæres, & sic ius erat in agente, licèt non in conuento. si autem ècontra egisset ille, qui nullo modo est hæres, & nullũ ius, & nullam actionem in hæreditate habet, nihil valet, etiam si verus hæres nihil opponeret per text. in l. 2. in prin. supra de dot. præleg. vbi testator non potest grauare hæredem, ꝙ conueniat actione, quæ non est in rerũ natura, secus si semel actio agenti competijsset, licèt nunc nõ competat. l. Iul. §. quantum. supra ad exhiben. secundum Bar. in l. 2. in prin. supra de do. præleg. Adde, quòd pro isto intellectu Ang. de Are. bene facit tex. in d. l. cùm putarem. in prin. in duobus locis, scilicet in figuratione casus. item in decisione. primò dum dicit, *cum putarem te cohæredem meum esse, idque verum non esset, egi tecum fam. ercis.* Et sic tex. clarè loquitur, quando verus heres egit contra putatiuum. Secundò facit ille tex. in decisione, ibi, *respondi, qui hæres ex asse erat, accepit cum cohærede putatiuo iudicium familiæ ercis.* licèt iste intellectus sit peregrinus, & videatur prima fronte applaudere verbis illius tex. tamen eum non teneo, quia in contrarium facit ille tex. in verb sed quamuis. vbi siue verus hæres agat contra putatiuum siue ècontra, neutro casu iudicium famil. ercis. competit, & sic etiam quando verus hæres agit, non tamen est ius in agente, vt ibi, nisi dicas, quòd sit ius in agente, quo ad præiudicandum sibi. Secundò in contrarium facit illud, quod tenet Bar. in l. si Titius, & Seius. in j. col. ad fi. ꝟ. de verb. obl. vbi tenet, ꝙ in d. l. cùm putarem. procedit indistinctè iudicium sine actione, etiam parte opponente. & consequenter etiam si ille, qui non est hæres, agat. Tertiò in contrariũ videtur facere tex. in c. Abb. sanè. § cæterum. in versi. quoniam. de re iudi. in 6. vbi dicit tex. *quamuis indebitum petitum sit, non operatur, quin sententia posteà lata valeat.* Vltra Bar. quasdam alias limitationes, quòd decretum iudicis non rectè, & sic ex falsa causa interpositum valeat, vide per do. Alex. hic, quarum aliquas reprobant Mod.

12 Senen. hic. ¶ † Successiuè quærit Bar. pone, quòd primum decretum [a] iudicis est non ritè interpositum, tamen ego intro in possessionem eius vigore, an incidam in pœnã. l. meminerint. C. vnde vi. vt tanquam inuasor debeam priuari iure meo, & tenet, quòd sic, secutus glo. in l. si quis in tantam. in glo. magna ante fin. C. vnde vi, & sic vult, quòd decretum iudicis inualidum non excusat à pœna dictæ. l. meminerint. Not. quia est magna ampliatio ad illũ tex. Adde, quòd idem refert, & sequitur Pet. de Ancha. in consi. 133. inc. satis in aduertenter. circa fin. Ang. de Aret. in §. quadrupli. in pen. char. insti. de actio. Sed tu aduerte, prout dicit Raph. Cuma. hic, quòd illa. l. meminerint. loquitur, quando omissa citatione partis, quis ingreditur possessionẽ propria authoritate, quo casu priuatur iure, quod habet, vt ibi est tex. & in § j. instit. vi bono. rap. & in ca. eum qui. & in ca. licèt episc. de præben. in 6. Et in c. placuit. 16. q. 6. sed quando pars est citata, licèt aliqua solennitas esset omissa de his, quæ enumerantur per gl. in l. prolatam. C. de sen. non videret extendenda, cũ sit pœnalis, & pœnæ non sint extendendæ. l. cùm quidã. vbi dixi supra de lib. ꝙ posthu. Item illa. l. meminerint. cũ concordantijs

ADDITIO.

a ¶ Decretum. Adde, & vide Bar. in consi. 132. incip. quidã magister. vbi ꝙ missus in possessionem virtute decreti iniusti, potest accusari de vi turbatiua. refert, & sequitur do. Maria. Soci. in consi. 18. col. 7. in fi. & prin. seq. & d. Barth. eius filius in consi. 158. col. 5. ver. primus casus, & supra alleg.

dantijs loquitur, quando omittitur citatio, quæ eſt de iure na-
turali.cle.paſto.de re iudi. vnde quando erratur in iure natura-
li,etiam ruſticus non excuſatur.l.venia. vbi Bald.& alij. C.de in
ius voc. Ergo ſecus eſſe debet, quando aliæ ſolennitates iuris
omitterentur.Et credo,quòd iſta ſit veritas. Et ita habes expe-
13 ditam primam partem glo.¶†In ſecunda parte glo.An iudex
poſſit concedere parti licentiam ingrediendi propria auctori-
tate,concludit Bar.quòd talis licentia valeat cum limitatione,
niſi inueniat reſiſtentem.Et cum eo tenent Ang. Imo. Rapha.
Cuma.Pau.de Caſt.& Are.Et etiam d.Alex.qui dicit,ꝙ conclu
* ſio *Bart.eſt communis*. idem tenet Bart.in repe. l. creditores. in 4.
q.C.de pig.& in l.ſi finita.§.Iulia.in 6.col.ſ̃.de dam.infect. & in
l.j.per illum text.C. vt nemi.lice.ſine iudi.auctori. Saly.in l.do-
tis.C.ſolu.mat.& in Auth.ei qui.in 9.q.prin.C.de bo.autho.iu-
di.poſ.d.Abb.vbi limitat in c.de cætero. de reg.iur. Sed aduer-
te, quia iura allegata per Bar. poſt Antiquos parum videntur
probare,ſcilicet.l.pignoris.C.de pign. act.& l.dotis.C. ſol.mat.
quia non probant niſi à contrario ſenſu,& neceſſariò non pro
bant,quòd ſine executore pars poſſit facere. Ideo adde text. in
l.permiſceri. §. ſpecies.ſecundum intellectum Iac. de Aren. &
Bar.j̃.eo. vbi habetur, quòd iudex poteſt dare licentiam ingre-
diendi poſſeſſionem propria auctoritate, & prohibere ei vim
14 fieri. ¶ † Item inquantum Bar.adducit,quòd quis poteſt con-
a ſtitui [a] nuncius per iudicem in cauſa propria,per tex.in l. eum
qui.§.ſi epiſt.vbi etiam Bar.idem no. j̃.de fur. quia etiā ille text.
hoc non probat. Et de iudice ibi verbum nullum. Adde text.
meliorem in l.j.ſ̃.de ſerui.fug.per quem tex. no. ibi Bar. ꝙ quis
poteſt eſſe nuncius,& executor in cauſa propria,& ad propriā
vtilitatem.Idem tenet Bar.in d.l.j. per illum text. C.vt nemi.li-
ceat ſine iudicis aucto. & in extrauagan. ad reprimendum in
verſi.per literas.Et ꝙ actus citandi poſſit per iudicem commit-
ti ipſi parti, tenet Ang.in l. vt perfectius. in vlt. col.C. de anna.
15 excep.d.Anto.de But.in c.1.in 3.col.de iud. † Secundò pro iſta
deciſione bene facit,quòd iudex poteſt dare licentiam credito
ri,vt ſibimet capiat pignus in ſolutum,ſecundum Bal.in l.2.C.
16 ſi in cauſam iudica. † Item iudex poteſt committere victori
venditionem bonorum victi.Ita no.tenet Ang.in l.miles.§.qui
iudicati.ff.de re iud.quòd videtur mirabile,cùm in tali vend.re
quiratur cau.cogni.Tertiò adde,quòd vult Bald.in Authen.&
omnino.in 8.col.C.ne vxor pro mari.quòd executio,& captu-
ra perſonæ poteſt committi parti ſine vi.per d.l.miles.§.qui iu-
dicati.cum ibi no.Tamen idem Bald.in c.paſtoralis.§.quia ve-
rò.in 3.col.de officio deleg.tenet,ꝙ licèt iudex poſſit dare licē-
tiam victori, vt vadat in poſſeſſionem propria auctoritate, vt
hic,tamen non poteſt dare licentiam,quòd capiat debitorem,
per d.l.miles.§.qui iudicati.Quartò adde gl.in l.meminerint.C.
vnde vi.quæ dicit, quòd ſicut ex conuentione partium poteſt
quis intrare poſſeſſionem propria auctoritate. l. creditores. C.
de pign.Ita etiam hoc poteſt concedi à iudice.& ibi dicit Alb.
de Roſ.omnes Doct. Paduanos ſecutos fuiſſe iſtam ſententiā.
17 Tu confirma, † quia factum iudicis cenſetur eſſe factum par-
tis.l.ſi ob cauſam.C.de euict.Ergo ſicut pars poteſt dare talem
licentiam, ita & iudex.Tamen Barto.in d.l.meminerint.tenens
contrarium ad hoc reſpondet,& bene,quòd factū iudicis cen-
ſetur eſſe factum partis. Iſtud eſt verum, quando iudex iuſtè
18 procedit,vt ibi per eum. † Quintò facit arguendo de facto te-
ſtatoris ad factum iudicis.l.non eſt mirum.ſ̃.de pign.act. Nam
teſtator in teſtamento poteſt dare licētiam legatario, vel fidei-
commiſſario apprehendendi poſſeſſionem propria auctorita-
te,vt eſt gl.in l.Titia cum teſtamento.§.Lucius,& ibi Bart. ſup.
de leg.2.Bar.in l.legitimos.in 1.col.ſup.de legiti.tuto. Ange.ſin-
gulariter in l.ſi res.per illum tex.ſup. de rei vend. Bal.in c.1. vbi
ponit vnum ſuum dictum nouum.in penul.col.de confir.vti.
vel inuti.ergo etiam iudex debet hoc poſſe.Et ita omnes tenēt.
19 ¶ Circa limitationem † Bart. ꝙ iudex non poteſt dare licentiā
parti, quòd ingrediatur poſſeſſionem per vim ſi inueniat reſi-
ſtentem,& ita intelligit.l.non eſt ſingulis.j̃. de reg. iur. Adde ꝙ
contrarium tenet Bald.in q.per eum diſputata, quæ incipit ac-
cuſatus de vi turbatiua.in 18.col.in verſi.nūc incipit,vbi aliud
dicit ſtatutum.eo quia.d.l.non eſt ſingulis.loquitur in priuato,
qui vult exequi vt perſona priuata. Sed in caſu noſtro vult exe
qui vt perſona publica propter commiſſionem iudicis,& hoc
poteſt.Et dicit,ꝙ Bar.in hoc peſſimè, & inſipidè loquitur. Ad-
20 de vltra eum † illud, quod not.tenet Saly.in l.neminem. C.de
exhiben.reis. vbi not.tenet, quod de licentia iudicis poteſt pri-
uatus capere malefactorem, & ſi reſiſtentem vulnerat,non te-
netur.per tex.no.in l.ſi ſeruus.C.de his,qui ad eccle.confug. Fa
21 cit,quod no. † Bal.& Sal.in l.ſi vt allegas.per illum text.C.ad l.
Cor.de ſica. quòd cùm liceat capere debitorem fugientem, ſi
debitor fugiens,gladio vel telo ſe defendat,impunè occiditur,
* quod valde no.Tamen limitatio *Bart. communiter tenetur*. & ita
etiam tenet Inno. in ca.cùm olim.in verbo per prætorium.de
priuil.Et dicit Lud.Rom.hic, quòd iſta limitatio ſeruaretur in
practica propter auctoritatem Bart. & Innoc.& quia eſt valde
æqua,ne deueniatur ad arma.l.æquiſſimum.in prin.ſ̃.de vſufr.
& pro iſta limitatione bene facit tex.in d.l.non eſt ſingulis.præ
ſertim in ratione decidendi, ibi,ne ſit occaſio tumultus com-
22 mittendi.Facit,† quod no.tenet Ang.in l.qui reſtituere.in j.col.
ſup.de rei vend.vbi tenet,quòd iudex non poteſt dare licentiā
parti victrici,ꝙ exequatur manu militari.Sed ſolùm poteſt cō
mittere illam executionem, quæ non habet ſecum annexam
controuerſiam violentiæ.vt hic per Bar.¶Tenendo principa-
lem deciſionem Bar.quam omnes indifferenter tenent,aduer-
23 te,† quia per eam redditur dubium illud, quod notat Bart.in l.
miſſi opinatores.per illum tex.C.de exacto. tri.lib.11. vbi no ꝙ
Poteſtates non poſſunt exactoribus publicis ipſam exactionē
committere,quod reputat no.& dicit,quòd iam vidit aliquos
exactores accuſari de robaria,nec poſſe excuſari prætextu offi
cij per illam.l.niſi dicas,quòd ibi ſit ſpeciale propter frequentia
delicta,& exceſſus,quos illi committebant,vel ſecūdum Are.
poteſt intelligi,quando ibi exactio erat violenta contra reſiſtē-
tem,vt vult Bar.in limitatione ſup.proximè relata, tamen iſta.
24 2.ſol.diuinat. ¶†Extra glo. quærit vltimò Bar.circa ſtatuta pu
nientia ingredientes,vel turbantes poſſeſſiones alienas, an ſi qs
intret ex decreto iudicis inualido excuſetur à pœna, & ſic an
decretum inualidū excuſet à pœna ſtatuti ſimpliciter loquen-
tis.& tenet,quòd non, cum Bart.tenent Rapha.Cuma.Pau.de
Caſt.& alij Mod.hic.idem tenet Bart.in conſi. 91.incip.in quæ-
ſtione vertente in curia capitanei Ciuitatis Narni.in vlt.dubio.
& in conſi.4.incip.Miſſus in poſſeſſionem. & in d.l.j. §. non au-
tem,vbi limitat,& plenius ponit.in d.l.j.§. non autem.ſ̃. ſi quis
teſta.lib. eſſe iuſ.fuerit. & in l.ſequitur.§.ſi fundum.j̃.tit.1.& cū
* *Bart. eſt communis opi*. quicquid diſtinguat Bald. in q. accuſatus
de vi turbatiua. in 11. col.quem reprobat.d. Alex.hic & bene.
¶Adde,quòd opi.Bar.etiam tenet Lud. Rom.in conſi. 320.in-
cip.Circa primum propoſitæ conſultationis articulum dicen-
dum eſt.in vlt.col.vbi ad hoc addit text. ſecundum eum ſingu
larem in l.qui teſtamento tutor datus fuerit.ſup. de excuſa.tu.
& dicit mirum eſſe, quòd Bar. eum ad hoc non allegauit, ſed
25 tu caue,an ille tex.poſſit retorqueri in contrarium. ¶ †Secun-
dò adde regulam Bald.in l.j.in vlt.col.ſupra de legi. & in l. qui-
cunque.C.de ſer.fug.quòd quando pœna pecuniaria imponi-
tur pro delicto, in dubio non requiritur dolus, ſed ſufficit lata
culpa.l.eum qui ædes.j̃.de incen. rui.nau. cum alijs per eum al-
legatis.facit quod tenet Bald.in l. data opera.in 4.col.C.de his,
qui accu.non poſ.vbi tenet,quòd ſi ſtatutum punit homicidā
26 pœna pecuniaria,tunc poteſt puniri etiā ex lata culpa. ¶†Ter
tio adde,quòd ſtatutum inualidum non excuſat à delicto,tex.
eſt in Auth. omnes peregrini, & ibi Bald. multum not.ad hoc.
27 C.commu.de ſucceſ. ¶†Quartò adde, quòd auctoritas iudi-
cis iniuſtè,vel non ritè procedentis, non excuſat à reſtitutione
fructuum perceptorum,tex.eſt in c.cùm cauſa. in fi. & ibi do.
b Abb.in vlt.not.multum no.de offi.deleg. [b] Item miſſus in poſ-
ſeſſionem auctoritate iudicis inordinatè, & ſic non ritè proce-
dentis,non facit fructus ſuos quos percepit.ita tenet Inno. in c.
conſultationibus.poſt princi.de iu.patro. quem refert, & ſim-
pliciter ſequitur Bald. in l.ij.in pen. colum. C.de ſerui.& aqua.
28 ¶†Quintò pro iſta deciſione Bar.hic addo bene facere arguē-
do de præcepto teſtatoris ad præceptum iudicis, quòd argu-
mentum eſt validum.l.non eſt mirum.ſupra de pign.actio.&
dixi etiam ſupra. Sed præceptum teſtatoris non excuſat hære-
dem à pœna ſtatuti, ergo nec præceptum iudicis inualidum.
29 vnde † ſi ſtatutum imponit pœnam vendenti rem immobi-
lem forenſi,& hæres in teſtamento ſit damnatus vendere rem
immobilem forenſi, certè teſtamentum non excuſat ipſum à
pœna ſtatuti.text. eſt no.in l. Senatus.in prin.in verſi.pœnis erit
locus.ſupra de lega.1.Et ita no.determinat Bal. in l.certa. §.ſed
ſi parauerit.qui eſt.§.fin.ſupra de lega.1.Et ibidem Ange. Imo.
* *& communiter Mod.* ſequuntur cum concordan. ibi traditis per
do.Alexan.Et per eundem do.Alexan.in l.ſi dignum. circa fin.
ſupra ad l.Fal.licet vtrobique referat Bald. alibi tenere contra-
rium in l.ſi hæres.in prin.per illum text.ſupra de actio.emp.vbi
tenet, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd nulla actio poſſit cedi
forenſi, & hæres fuit damnatus ex teſtamento cedere, & ita
ceſſit in forenſem,non incidit in pœnam ſtatuti,quod dicit eſ-
ſe menti tenendum, ſed primum communiter tenetur vt per
30 do.Alex.in locis præal. ¶†Iſtam deciſionem Bar. communiter
appro-

ADDITIONES.

a * Conſtitui.Adde eundem Iaſ.in §.quadrupli.col.4.inſti.de act.
b * Deleg.Adde Alex.hic nu.20.& 21.

approbatam limita duobus modis. Primò, quando lex vel sta-
tutum punit actum illatum in re, puta turbantes, vel ingredien-
tes possessiones alienas. Ita propriè loquitur Bal. hic. Secus quan-
do lex vel statutum punit actum, qui infertur principaliter in
personam, puta statutum disponit, quòd si quis aliquem per-
cusserit, puniatur tali pœna, tunc quia statutum videtur requi-
rere dolum, quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo, & sic
à pœna statuti secundum Barto. no. in l. j. §. non autem. ante fi-
nem. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. Ang. in l. plagij. in vltima col.
in lect. noua. C. ad l. fla. de plagia. ¶ Secundò limita decisionem
Bar. vt procedat, vbi pœna esset pecuniaria, secus si esset atrox,
puta corporalis, tunc bene excusaretur. ita est de mente Bar. &
aliorum hic, dum ita respondet ad l. primam. in fin. ff. de abige.
Et egregiè declarat Bal. in q. per eũ diputata, quæ incipit accu-
31 satus de vi turbatiua. in 43. col. in ver. tertiò quærit. ¶ † Vltimò
ex ista decisione Bar. collige duas not. regulas. Prima est, quod
a licèt quælibet [a] causa etiam iniusta excuset à dolo. l. j. in fin. &
ibi gl. ff. de abige. gl. in l. plagij criminis accusatio. C. ad l. flaui. de
plagia. imò quælibet causa etiam fatua excusat à dolo secun-
dum Ang. in l. j. ad fin. principij. ff. de eo per quem factum erit.
imò & causa temeraria, secundum Ange. in d. l. plagij. Tamen
non excusat à lata culpa. ita no. volunt Bar. & Scribentes hic, si
bene aduertas. Licèt aliàs dicamus, quòd lata culpa æquipare-
tur dolo. l. quòd Nerua. ff. depo. Et ratio diuersitatis inter dolũ
& latam culpam fortè potest esse, quia dolus est crimẽ, vt no.
Bar. in l. prima. in fin. supra de fideiussori. tuto. Et est text. melior
de iure in l. j. §. nunc tractemus. in versi. planè. supra de tutel. &
ratio. distrahen. & text. not. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff.
de mino. Ergo facilius inducitur excusatio à dolo, & sic à deli-
cto, quàm à lata culpa. l. interpretatione. & l. si præses. infra de
32 pœnis. ¶ † Secunda regula est, quòd causa iniusta non excusat
à pœna legali, vel statutaria. Et ita etiam tenet Io. And. in c. j. in
6. col. in ver. probabilis, post Archidiaconum ibi, de electio. in
6. in nouella. quem refert, & sequitur Bal. in Auth. generaliter.
in 6. col. C. de episc. & cler. & in addi. Spec. in tit. de arbi. circa 7.
col. in verb. ex forma statuti. vbi ad hoc allegat gl. in l. ab execu-
tore. C. quo. appella. non reci. Idem etiam tenet Bald. in cap. si
ante inter partes. de lege Corradi. in vsi. feud. Lud. Roma. in re-
petitione Rub. de arbi. in pen. colum. Et ita remanet vtiliter ex-
pedita ista lex.

ADDITIO.

a ¶ Quælibet. Adde Socin. in consi. 108. col. 6. versic. insuper & in consi. 118.
col. 4. versi. circa tertiam, & ibi quando excuset à calumnia.
* Et dic, quòd talis causa nedum allegari debet, sed etiam probari, aliàs seque-
retur, quod quis semper excusaretur à dolo ob leuem aliquam causam, teste
Rol. consi. 57. nu. 12. & 13. lib. 1. quam concl. declara, vt per Ias. in l. j. §. hoc iu-
dicium. nu. 24. ff. si quis iusdi. non obtemp. vbi dixi. & vide. Alex. consi. 92.
col. fi. lib. 1. consi. 127. nu. 10. lib. 4. Boer. q. 168. col. 6. Rom. consi. 150. num. 3.
224. nu. 4. Dec. consi. 170. col. vlt. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius possidet naturaliter nomine proprio, & non nomine domini.*
2 *In dubio censetur quis facere actum nomine suo, & non nomine alieno.*
3 *Expulso colono, vel inquilino perdit dominus pos. tam naturalem, quam ciuilem, expulso vsufructuario, vel vsuario à naturali non perdit dominus ciuilem.*
4 *Vsufructua. verè possidet naturaliter, ex quo infertur, quòd verbum videtur, importat aliquando veritatem.*
5 *Verbum possidet, aliquando ponitur pro detinet.*
6 *Vsufruct. & vsuarius an possideant verè, & naturaliter rem in qua habent vsumfructum.*
7 *Verbum tenetur, magis refertur ad detentationem, quàm ad veram posses.*
8 *De natura copulæ est cadere inter paritatem qualitatum non difformem.*
9 *Vsufructuario competit interdictum vnde vi.*
10 *Ciuilis posses. est illa, quæ causat præscriptionem.*
11 *Vsufructuarius est procurator in rem suam.*
12 *Per retentionem vsusfructus factam à domino, qui alienat, bene transfertur ciuilis posses. & domi. non autem naturalis.*
13 *Per retentionem pignoris si venditor rem venditam accepit in pignus, videtur tradere, & transferre posses. & dominium.*
14 *Vsufructuarius non possidet domino, sed sibi.*
15 *Emphyteuta, feudatarius & conductor ad longum tempus possident naturaliter suo proprio nomine.*
16 *Vsufruct. non habetur pro possessore, quo ad euitandum onus satisdationis.*
17 *Vsufructuarius non habet aliquam ciuilem posses.*
18 *An sit dare quasi posse. vsusfructus.*
19 *Quare in dominio non datur quasi posses. sicut in vsufructu.*
20 *Vsufructua. an habeat quasi posses. vsusfruct. naturalem & ciuilem respectu tertij.*
21 *Sicut ex patientia causatur quasi poss. seruitutis, an ita ex patientia resultet ipsum ius seruitutis.*
22 *Habens vsumfructum à tertio non præscribit.*

LEX XII.

NAturaliter. Istud principium non po-
test breuius summari, se-
cundum Raph. Cuma. & dominum Alex. hic. Tu
verò aduerte, quòd iste tex. dicit in quatuor dictio-
nib. illud, quod in vna dicere poterat, scilicet, is qui vsumfru-
ctum habet. Sufficiebat dicere vsufruc. ideo videtur, quòd bre-
uius possit summari text. Vsufructuarius naturaliter possidet.
hoc dicit. Sed aduerte, quòd ideo text. dicit is, qui vsumfru. ha-
bet, & non simpliciter vsufructuarius, quia si esset vsufruct. &
non haberet vsumfructum, non procederet iste text. vel quia
vsusfructus nondum esset sibi actualiter ab hærede constitu-
tus. l. 3. §. dare. ff. de vsufru. vel quia eum deseruisset, vel quia ab
eo fuisset deiectus. iuxta. l. 3. §. vnde vi. cum. §. seq. ff. de vi, & vi
arma. non diceretur possidere, ideo tex. cum mysterio dixit is,
qui vsumfructum habet. Facit. l. stipulatio ista. §. habere. inf. de
verb. obli. & l. habere. infra de verb. sign. ¶ Secundò aduerte, quòd
iste tex. in duob. videtur esse incertus, & sic ambiguus. Primò
dum dicit naturaliter possidet, & non dicit quid, an fundum
an vsumfru. dic fundum, in quo habet vsumfructum propter
duo. Primò, quia vsusfruct. est ius. l. j. supra de vsufru. & institu.
eo. in prin. & iura non possidentur, sed quasi. l. 3. in prin. supra
eo. l. sequitur. §. si viam. ff. titu. 1. & l. seruus. §. incorporales. & ibi
glo. ff. de acq. rerum domi. Secundò, quia ipsum ius vsusfructus
possidet vsufructua. & naturaliter, & ciuiliter, vt est glo. in l. ait
prætor. §. item ei. ff. ex quibus causis maior. cum concordantijs,
quas allegat Barto. hic & infra dicetur. Ergo per ista apparet, quòd
text. non loquitur de vsufructu, sed de ipso fundo, in quo ha-
bet vsumfructum, quem naturaliter possidet. Secundò dato
quòd text. velit, quòd vsufructuarius possideat naturaliter ip-
sum fundum, non aperit, an eum possideat suo proprio nomi-
ne, an verò nomine domini. Sicut faciunt colonus, inquilinus,
& procurator. l. j. §. per procuratorem. & l. generaliter. supra eo-
dem. Attento, quod vsufructuarius dicitur procurator domi-
ni. l. j. in fin. supra vsufruct. quemadmodum caueat. & l. j. §. fin.
sup. de ope. nou. nunc. Sed contrarium tenet, cùm tex. simplici-
1 ter dicat, † quòd vsufructuarius possidet naturaliter, intelligi-
tur suo proprio nomine, & nõ nomine domini, quia verbum
possidet, debet intelligi in potentiori significatu. l. j. §. qui in per-
petuum. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. & l. quæritur. supra de
statu homi. & c. si pater. de testa. in 6. Item facit regula. l. & ma-
2 gis. infra de solutionib. vbi traditur regula, † quòd in dubio quis
censetur facere actum suo nomine, & non alieno. Et ex hoc se-
3 quitur † magnus effectus in practica, quia licèt excluso, vel ex-
pulso colono, vel inquilino dominus perdat non solùm natu-
ralem, quam tenebat corpore illius, sed etiam ciuilem, quæ illi
naturali videbatur adhærere. l. peregrè. §. quibus explicitis. infra
eodem. tamen expulso vsufructuario, vel vsuario à naturali,
proprietarius non perdit suam ciuilem, quæ illi non censetur
adhærere, nec in ea requiescere, vt est glo. solennis & ordinaria
in l. j. §. fin. supra vsufruct. quemadmod. caueat. & dicam infra.
4 ¶ † Nota primò ex isto textu secundum intellectum *Ioannis, &*
* *communem*, quòd vsufructuarius verè possidet naturaliter rem,
in qua habet vsumfructum. Ex quo correllariè collige, & be-
ne not. quod licèt tex. vtatur verbo videtur, dum dicit, natura-
a liter possidere videtur, tamen illud verbum videtur, [a] hic im-
portat propriè veritatem, & ad hoc notat istum text. Aret. hic.
Adde licèt ipse non dicat, quòd ante eum ponderat Bald. in
rub. extra de præscrip. in 2. colum. vbi dicit, quòd in ista. l. ver-
bum videtur non importat fictionem, quia quando potest si-
gnificare veritatem, significat veritatem, vnde debemus inspi-
cere materiam subiacentem secundum eum. sicut è contra
verbum affirmatiuum significat fictionẽ, vbi veritas adaptari
non

ADDITIO.

a ¶ Verbum videtur. Adde l. si pater. ff. de his, qui deiece. & effude. adde eundẽ
in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. col. 12. in prin. versi. vel dic, quòd imò. su-
pra isto tit. & idem de versi. intelligitur, vt ibi per eum.
* Et dic, quòd hoc verbum fictionem denotat. glo. in l. j. §. deiecisse. de vi, & vi
arma. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. In l. qui actionem habet. de
reg. iur. quandoque veritatem explicat, teste Dec. consi. 539. nu. 12. no. idem
Ias. in l. si quis filium. §. in omni. ff. de acq. hære. Dec, in l. qui per successionẽ.
de reg. iur. MASVER.

non potest, vt no. Bar. in rub. supra de oper. nou. nunc. secundũ eum. ad idem ꝙ verbum videtur, sit expressiuum veritatis, est tex. in l. seruum filij. §. j. & ibi gl. & Doct. supra de leg. 1. in l. 3. §. ex contrario. & ibi Ange. in fine ad hoc no. supra. eo. Item verbum videtur, non denotat fictionem, sed verborum debitam, & sanam interpretationem, ita no. Bal. in l. etiam. per illum tex. C. de iure do. facit tex. in l. qui liberis. §. hæc verba. supra de vulga. & pupil. & tex. in l. si quis filium. §. fin. supra de acqui. hæred. per quem tex. not. ibi Bald. ꝙ verbum videtur, non importat improprietatem, sed iuris intellectum. Alibi verbum videtur, non significat fictionem, sed præsumptione iuris aliquid esse factum. l. sciendum. & ibi Aret. in 2. not. ad hoc not. ꝭ. de verbo. obli. tamen verbum videtur, aliquando etiam importat fictionem. l. j. §. deiecisse. infra de vi, & vi arma. Barto. in l. si is, qui pro emptore. in 2. char. infra tit. 1. item importat improprietatem, vt hic expressè dicit gl. facit bene tex. in l. si pater filio. & ibi glo. infra de his, quæ infrau. cre. & in l. si duo. vbi habes gl. not. in gl. finali. supra de acqui. hæred. & dixi etiam in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. supra eod. ¶ Capio gl. vnicam. in ver. possidere, quam diuide in duas partes principales. In prima opponit ꝯ tex. & videtur quadrupliciter soluere, sed in effectu non sunt nisi tres sol. quia prima, & secunda ad idem tendunt, vt statim dicam. In 2. ponendo opinionem quorundam quã reprobat, respondet tacitæ quæstioni. Secunda est ibi prope fin. quidam etiam. ¶ In prima parte dixi, quòd prima, & secunda sol. gl. ad idem tendunt. Nam prima sol. est, quod verbum possidet, stat impropriè, quia text. dicit videtur, non autem dicit possidet. Sed verbum videtur, improprietatem significat. l. j. §. deiecisse. cum vulgaribus. infra de vi, & vi arma. & dixi in tex. Secunda
5 solu. † est, quòd verbum possidet, ponitur pro detinet, & sic impropriè, & sic est eadem solu. cum præcedenti. & licet gl. videatur ponere quatuor sol. tamen in effectu non sunt nisi tres. Pro istis duabus primis sol. quòd verbum possidet, ponatur impropriè pro detinet, adde bene facere. nam alibi dicit tex. *quod colonus depositarius, & commodatarius possident naturaliter.* ita dicit tex. in l. communi diuidundo. §. neque. supra communi diuidundo. allegata in glo. & in l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hære. & tamen constat, quòd isti non possident, sed tantum detinent. l. officiũ. ad fin. supra de rei vendi. & l. vni. §. illo proculdubio. C. de vsucap. transfor. ergo apud Iurisconsultos verbum possidere, sæpe ponitur pro detinere. Et non eundo per mendicata suffragia habes in specie in vsufructuario duos text. claros. Primò text. in l. j. §. quod ait prætor. inf. quorum lega. ibi, *quia neque vsusfructus, neque vsus possidetur, sed magis tenetur,* de quo tex. statim inf. dicam. Ad idem est text. clarus in l. Celsus. §. Iulianus. sup. ad exhiben. ibi, *qui vsusfructus nomine rem teneat, quamuis nec vtique hic possideat.* vbi tex. planus pro istis solu. quòd vsumfructum vsufructuarius non possidet, sed detinet, de quo text. statim etiam inf. dicam. ¶ Tertia solu. glo. quòd vsufructuarius possidet domino, & non sibi, potest optimè colorari. Nam procurator possidet domino, & non sibi, l. j. §. per procuratorem. & l. generaliter. sup. eo. sed vsufructuarius dicitur esse procurator domi
* ni, vt dixi in text. & dicam inf. *communiter tenetur vlti. solu.* Ioan. quòd vsufructuarius possidet naturaliter, vt hoc text. & l. possessio. in prin. infra eo. sed non ciuiliter, ita loquuntur tria iura alleg. in glo. pro contrarijs, patet, quia illa iura loquuntur respectu præscriptionis. & ciuilis est, quę causat pręscriptionem. glo. in l. 4. §. ex contrario. supra eod. dicam de hoc infra latius.
6 ¶ † Pro clara intelligentia text. & gl. reassumo in dubium, nunquid vsufructuarius, & vsuarius possideat naturaliter rem, in qua habet vsumfructum verè, & propriè, est subtilis articulus, & disputabilis ad vtranque partem, prout statim disputabo,
* *communiter tenetur per glo. & Doct. quod sic* sequendo opin. Ioan. communiter approbatam, quæ fundatur in duab. legib. & in vna ratione. ¶ Primò mouetur ex isto text. qui videtur ad literam dicere, vsufructuarium naturaliter possidere. Sed ad istũ text. glo. vt retuli, multipliciter respondet propter leges contrarias, & disputando posset optimè teneri 1. & 2. solu. & text. non simpliciter dicit, vsufructuarium naturaliter possidere, sed dicit, quòd videtur possidere, & verbum videtur, importat improprietatem, vt dixi in text. & hoc modo iste text. in ver. videtur, posset retorqueri ad oppositum, quòd non propriè possidet. ¶ Secundò allegat text. in l. possessio quoque. in prin. infr. eod. & ille text. potest dupliciter induci. Primò, dum dicit *naturaliter à fructuario tenetur.* Secundò & fortius dum text. dicit, quòd *possessio, quam habet vsufructuarius, habet plurimum iuris,* sed si solùm detineret, haberet plurimum facti, & parum iuris, vt declarat Barto. in l. j. in prin. supra eo. ergo per illum text. clarè patet, quòd vsufructuarius possidet naturaliter, & non detinet, cùm habeat plurimum iuris, vt ibi dicit text. Sed ad primam inductionem posses clarè respondere, dum text. dicit na
7 turaliter à fructuario tenetur. † Pondera, quòd potius facit in oppositum. cùm dicat naturaliter tenetur etiam non sine mysterio, quia verbum tenetur, magis refertur ad detentationem quàm ad veram possessionem, vt per Barto. in l. 3. §. ex contrario. sup. eod. Ad secundam inductionem, quæ fortius stringit,
* dum dicit, quia habet plurimum iuris, *Respondetur communiter,* quòd intelligitur respectu quasi possessionis, quæ est in totum iuris, & si dicas, quòd ille text. dicit plurimum ex iure possessio mutuatur, & sic text. videtur loqui de possessione fundi, quæ naturaliter ab vsufructuario tenetur, potes dicere, quòd ille text. dicit duo. Primò, quòd seruus vsufructuarius naturaliter ab vsufructuario tenetur. Secundò & plurimum iuris possessio mutuatur. illud secundum intelligitur de quasi possessione iuris vsusfructus. Ista communis solu. non satisfacit, quia tunc
8 non esset possessio, sed quasi posses. † Item de natura copulæ &, est cadere inter paritatem qualitatum, & non difformem. l. Seiæ. §. Caio. sup. de fun. instru. no. Bald. in l. in testamento. in 1. colum. C. de testam. milita. ergo copula &, ibi posita ostendit illum text. loqui de posses. vsufructuarij, & non de quasi pos-
9 sess. iuris. ¶ † Tertiò mouetur Ioan. tertio fundamento, quod multum stringit. nam vsufructuario competit interdictum vnde vi. l. 3. §. vnde vi. cum duob. §. seq. inf. de vi, & vi arma. & tamen illud interdictum non datur nisi possidenti. l. j. §. scire autem. infra de vi, & vi arma. Non autem competit ei, qui merã detentationem habet. l. j. §. dicitur. ꝭ. de vi, & vi arma. & l. si duo. §. creditores. inf. vti possi. ergo ineuitabiliter concluditur, quòd vsufructuarius verè possidet, & non habet solam detentationem, & istud fundamentum in omni parte est verum, & concludit. ¶ Huic fundamento respondent Antiqui, & Raph. Cuma. hic, quòd vsufructuarius non habet illud interdictum vnde vi ratione quasi possessionis iuris sui, secundum glo. in l. fin. inf. vti possi. & hoc modo euaditur ista inductio. Istam solu. impugnant Ioan. de Imo. & do. Alex. hic. Sed satis leuiter, quia text. in d. l. 2. §. vnde vi, dicit vsufructuario dari interdictum vnde vi, ergo in dubio debet intelligi de directo. l. j. §. qui in perpetuum. sup. si ager vecti. ergo non loquitur de interdicto vtili, quod datur ratione iuris vsusfructus. Confirmant, quia pro incorporalib. datur quasi interdictum, seu vtile. l. pen. ꝭ. de serui. titulo generali. not. in l. j. in prin. inf. vti possi. Bar. expressè in d. l. 3. §. vnde vi. sed tu dic, quòd ista responsio est bona, & & pro ea pondero ibi text. clarum in illa l. 3. §. vnde vi. in versi. qui vsusfructus. vbi text. clarè ad literam dicit, quòd illud *interdictum vnde vi datur vsufructuario ex quasi possessione vsusfructus,* & sic declarat præcedentia iura, quæ dicunt vsufructuario cõpetere illud interdictum, vt procedant ratione quasi pos. & sic quando ex priuatione posses. fundi prohibetur vti frui. ¶ Vltra glo. pro hac parte adde quartò text. in l. vti frui. in prin. in verbo possessores. sup. si vsusfru. peta. vbi text. appellat *vsufructuarios possessores.* ¶ Quintò adde tex. in l. fin. in verb. possessionem. ff. vti possi. vbi tex. vult vsufructuarium, & vsuarium habere possessionem fundi, tamen ad istum vltimum text. responde, quòd non loquitur de possessione fundi, sed de quasi poss. iuris, vt ibi dicit glo. & ita clarè tenui, & firmaui in l. 3. §. ex contrario. reprobando Barto. ibi, sup. eo. ¶ Contrariam opin. tenet Bald. hic in addi. Rapha. Cuma. Lud. Rom. & Arc. hic, scilicet, quòd vsufructarius possideat naturaliter domino, & non sibi, ipse verò vsufructuarius dicatur detinere, & non possidere, & ista opin. ante eos fuit Antiquo. Iac. de Raue. in l. j. in prin. sup. eod. & Gul. de Cun. in l. licet. C. eo. ¶ Pro ista opin. multum facere videntur tria iura alleg. in gl. quæ dicunt vsufructuarium non possidere. ita text. in l. j. §. per eum. sup. eod. in §. sed bonæ fidei. Insti. per quas perso. no. acqui. & in l. acquiritur. §. fin. sup.
* tit. 1. ad ista iura *communiter per omnes respondetur,* quòd loquunt
a de possessione ciuili, & sic vsufructuarius [a] bene possidet naturaliter, vt hic, sed non possidet ciuiliter, ita loquuntur illa iura, & si diceres, quis retulit Doct. quòd illa loquãtur de ciuili pos. ista videtur diuinatio, & restrictio ad illa iura, dic ꝙ istud bene pro-

ADDITIO.

a * Vsufructuarius. Adde facere, quæ scribit Nat. consi. 425. col. pen. cir. fi. vbi disputat, an sicut separata est causa possessionis & dominij, ita etiam sit vsusfructus & possessionis, & tandem post plura concludit, quòd vsufructuarius propriè, & strictè loquendo non dicitur dominus rei, sed tantum habere seruitutem in re, de quo vide etiam quæ ponit Host. in summa tit. de pig. §. quid sit vsusfructus. & §. seq. Bar. in l. si mihi vsusfructus. nu. 3. ff. de vsufruct. leg. & quòd vsufructuarius non sit propriè dominus, not. idem Bar. in Auth. hoc locum. col. 3. ver. circa hoc dico. C. si sec. nup. mul. Neuiz. consi. 40. nu. 2. quòd autem possideat naturaliter, non ciuiliter, & quasi possideat ius naturaliter, & ciuiliter, not. Boer. q. 28. nume. 1. 3. & 4. tex. in l. ait prætor. §. Item ei. ff. ex quib. cau. maio. Cast. in l. neque fructuarium. C. de vsufru. MASVER.

10 probatur, quia loquuntur respectu præscriptionis, † & ciuilis est illa, quæ causat præscriptionem, glo.in l.3.§.ex contrario.s̃. eod. *Ista communis sol.* videtur procedere quantum ad d. §. sed bonæ fidei,& d.l.acquiritur.§.fi.quia illi duo tex.expressè dicũt, ꝙ vsufructuarius non potest præscribere,quia non possidet,ergo loquuntur de ciuili pos. quia naturalis non causat præscriptionem,sed ista sol.non potest adaptari ad l.j.§.per eum.s̃.eo. vbi tex.nihil dicit de præscriptione, sed solùm de acquisitione possess.Præterea secundum Lud.Rom.& subtiliter, ibi vsufructuarius respectu serui comparatur patri respectu filij,sed pater nullo modo possidet filium,cùm sit homo liber.l. cùm hæredes.§.fi.j̃.eo ergo similiter vsufructuarius nullo modo possidet seruum. ¶Secundò pro ista parte fortius videtur stringere text.in l.j.§.quòd ait prætor aut dolo.j̃.quor.leg.vbi ad literam dicit tex. *quia neque vsusfructus neque vsus possidetur,sed magis tenetur.* sed ad illum tex. quia videtur stringere, responde & valde no.ꝙ ille tex. loquitur,ꝙ vsusfructus aut vsus alicui in testamẽto relictus fuit propria auctoritate,& sic illicitè occupatus, & non habitus per manum hæredis prout requiritur, vt ibi, & l. non est dubium. C. de leg. vnde cùm ibi non habeat ius vsusfructus constitutum sibi ab hærede prout debebat,iuxta l.3.§. dare. s̃. de vsufr. meritò ante non dicitur possidere, sed magis detinere. ¶Tertiò ad idem text. in l.certè. §.is qui rogauit.j̃.de preca.dupliciter inducendo illum text. Primò dicit ibi ad literam tex. *nam & fructuarius & colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident,* ergo ibi est text. ꝙ vsufructuarius non possidet,& pondera æquiparationem coloni,& vsufructuarij, nam clarum est,quòd colonus non possidet sibi,sed detinet.l. nemo. C. eo.de acqui.pos. & l.non solùm. §. quod vulgo. inf. tit.1.Secundò & fortius,nam tex.ille vult,quòd ille, qui precario rogat, vt in fundo moretur, licèt in fundo sit, tamen non possidet.& hoc probat argumento coloni inquilini,& vsufructuarij,qui in prædio sunt,& tamen non possident. sed argum. illius tex.non bene staret,si diceremus vsufructuarium naturaliter possidere, tunc non bene argueretur ad precario rogantem illo modo, qui nullo modo possidet, nisi dicas,ꝙ ibi vsufructuarius ex hoc solùm, ꝙ sit in fundo,non dicatur possidere, nisi quando ius vsusfructus est sibi constitutũ, & propterea iste tex. noluit dicere vsufructuarium simpliciter, sed dixit is, qui vsumfructum habet, vt denotet sibi constitutum, vt dixi in prin.huius. l. & ꝙ hoc sit verum,probo optimè per alium tex.in l.3.§.vti videmur.s̃.de itine.actuque priua.vbi tex.ponit differentiam inter colonos,& vsufructuarium..ergo tex.in d.§. is qui rogauit. intelligitur de vsufructuario simpliciter existente in fundo.Quartò ad idem tex.in d.l.sciendum.in fi.prin.sup. qui satisda.cog.vbi tex.dicit, qui tantum vsumfructum habet, possessor non est. sed responde clarè, ꝙ loquitur quantum ad euadendam satisdationem,quia ius vsufructuarij est debile,& de facili corrumpitur, & non transit ad hæredes, vt statim inf. dicam. Ideo non releuat ab onere satisdandi. & ista est verissima sol. ¶Quintò ad idem tex.in l.Celsus.§ Iulianus.s̃.ad exhiben. vbi dicit text. *qui vsusfructus nomine rem teneat, quamuis nec vtique hic possideat.* pondera illam vniuersalem nec vtique,ergo vsufructuarius non possidet, sed responde verum esse, quod non possidet ciuiliter,vt ibi,& l.pen.in prin.j̃.eo. Nec aliter potest responderi, ne videatur restrictio aut subauditio, quia ita habemus dicere propter iura, & rationes in contrarium superius adductas,& sic videas quomodo iura variant in isto disputabili arti.¶Sextò facit secundum Raph.Cuma.quia procurarator non sibi, sed domino rem quam tenet,naturaliter possidet.l.quòd meo.§.procurator.j̃. eo.l.j.§. per procuratorem. & l.generaliter.s̃.eo. sed vsufructuarius dicitur procurator domini.l.j.in fin.sup.vsufru.quemad.cau.& l.j.§. fin.sup.de ope. nou. nun.Sed ad istud fundamentum Raph. clarè responde, quòd iura præalleg.loquuntur in procuratore,qui possidet naturali-
11 ter domino, & non sibi, sed vsufructuarius † est procurator in rem suam,& ad suam vtilitatem,vt declarant Barto.& omnes in d.l.j.§.fin.sup.de ope.no.nun.¶Septimò & vlt.mouetur Rapha.Cuma.per text.in l.quisquis.& in l.si quis argentum.§.pen, C.de dona.vbi retinendo vsumfructum constituo me tuo nomine possidere, & hoc modo transfertur pos. l.quod meo.in prin. inf. eod. Per reseruationem ergo vsusfructus quis possidet alij,& non sibi, ergo apparet,quòd vsufructuarius nõ possidet naturaliter sibi, sed domino. Et isto modo respõdetur ad iura alleg.pro contraria opi. quæ dicunt,quòd vsufructuarius possidet,verum est domino,& non sibi,& fuit vna sol.hic relata in gl.per l.communi diuidundo. §.neque.s̃. communi diui.
12 Sed ad istud fundamentum Rapha.licèt videatur subtile,† rñdeo de plano, ꝙ per retentionem vsusfructus factam à domino,qui alienat,bene transfertur ciuilis pos. & dominium, non autem naturalis.ita declarat gl. in l.3.in prin. in ver. animo, &
13 ibi no.d.Alex.s̃.eo.& gl.in d.l.quisquis.† Similiter per retentionem pignoris si venditor rem venditam accipit in pignus, vr̃ tradere,& sic transferre ciuilem pos.& dominium.ita tenet gl. solennis in l.j.§.fin.in versi.emerit.s̃.de reb.eo. per d.l. quisquis quam sic singulariter extendit, & tamen ibi solùm transfertu. ciuilis,& dominium,non autem naturalis,de qua nos disputamus, ergo nihil ad propositum. ¶Si vellemus tenere istã opi. contra communem,quæ vt dixi, posset disputando facilè teneri,posses vltra præalleg. alio modo rñdere ad f̃m tex. hic alleg. in glo. qui vr̃ multum stringere pro communi.s. in l.possessio quoque.in prin. j̃.e.dum dicit, *& possessio plurimum à iure mutuatur.* ergo non est detentio,quæ est meri facti.Potes respondere f̃m gl.ibi,ꝙ tex.loquatur in illo dicto non de pos. serui vsufructuarij,qui naturaliter à domino tenetur,vt dicit tex.sed loquitur de possessione alterius rei, quæ acquiritur à seruo fructuario in duob.casib.habẽti vsumfructum,& talis poss.habet plurimum iuris, quia & possessio & vsucapiendi conditio acquiritur ex causa peculiari etiam ignorãti,& sic ius plurimum operatur,vt ibi declarat glo.& dixi in l.j.§.item acquirimus.s̃.eod. ¶Sed non recedas à communi opi.iudicando & consulendo,
14 † ꝙ vsufructuarius, & vsuarius possident naturaliter sibi rem, in qua habent vsumfru.quia si vsufructuarius,& vsuarius possiderent nomine domini,& non suo,prout volunt tenentes ꝯrium,certè sequeretur,ꝙ sicut colonus, & inquilinus, vbi dñs habet ciuilem nomine suo, & naturalem eorum corpore,illis expulsis etiã dominus priuaretur sua naturali. l. peregrè.§. qb. explicitis.j̃.eo.Eodem modo expulso vsufructuario, vel vsuario naturali,dñs deberet perdere suam ciuilem, si verum esset, ꝙ naturaliter possiderent nomine dñi,& tñ istud est falsum, vt est gl.ord.& approbata in l.j.s̃.vsufr. quemad.ca. Ergo non est verum,ꝙ vsufructuarius possideat naturaliter dño, & nõ sibi. confirmatur per tex.in l.si de fundo.j̃. de vi,& vi arm.hoc mõ inducendo, nam si vsufructuarius possideret naturaliter dño, sequeretur,ꝙ dño deiecto nõ perderet pos. ex quo vsufructuarius est in fundo.d.l.peregrè.§. quib. explicitis. & tñ ibi cõ̃nm perdere poss.& ibi gl.no.ex illo tex.ꝙ vsufructuarius non possi-
15 det dño,sed pro se.¶ † Aduerte tñ,ꝙ licet dubium sit disputabile, vt dixi in vsufructuario, & vsuario, an naturaliter possideant sibi,& suo proprio nomine,tñ in emphyteuta,feudatario,& conductore ad longum tempus expeditum est,ꝙ naturaliter fundum emphyteuticum,vel feudalẽ suo proprio noĩe possident,vt est gl.in l.3.§.ex ꝯrio.vbi Bar.no.& ibi dixi,& gl.in l.si quis ante.s̃.eo.& gl.in l. si vt certo.§. si duobus vehiculum. ff.commo.Ratio,quia isti habent vtile dominiũ fundi.§.adeo. Insti.loca.l.j.§. qui in perpetuum. s̃. si ager vect. vnde cùm habeant vtile dominium fundi,nimirum si etiam habent eius naturalem pos.sed vsufructuarius est dñs vsusfructus,sed non est dñs rei,seu feudi f̃m Bar.in l.in venditione.in prin.j̃. de bo. au-
16 tho.iud.pos.Bal.in l.qui vsumfr.s̃.si vsusfr.pet.hinc est,† ꝙ vsufructuarius non hr̃ pro possessore,quo ad euitandum onus satisdationis,& tñ secus est in emphyteuta, & similib. vt est text de vtroque in d.l.sciendum.in prin. & in ver. sed etiam qui vectigalem.s̃. qui satisda. cogan. Item ius vsusfructus est debilius & facilius finitur, nec transit ad hæredẽ,prout prædicta faciũt, vt per gl.& Bar.in l.j.§.vsufructuarius.vt dixi.s̃.de ope. no.nun. & ita habes perfectè, & ordinatè excussum præsentem articu-
17 lum.¶†In ea gl.ad fi. habes ex gl. ꝙ vsufructuarius non habet aliquam ciuilem pos.quia si vsufructuarius haberet ciuilem, cùm etiam dominus habeat ipse ciuilem,vt l.sciendũ. in prin. in ver.item qui solam.s̃. qui satisda.cog. certè duo possiderent ciuiliter eandem rem insolidum,ꝯ l.3.§. ex ꝯrio.s̃.eo.istud est, ꝙ voluit dicere gl.hic,ita etiam tenet glo.in l.j.in prin.in glo.2. magna circa fi.s̃.eo.ista gl.verum dicit respectu ipsius fundi,& sic respectu rei,in qua vr̃ vsusfructus, quia ciuilis est penes dominum,vt dixi,naturalis penes vsufructuarium.vt in præcedẽti parte gl. Sed ipsum ius incorporale vsusfru. quasi possidetur per vsufructuarium, & naturaliter, & ciuiliter, naturaliter per actus naturales,quos exercet in recolligendo fructus, ciuiliter animo, quia si recedat de fundo,retinet ciuilem animo. ita tenet gl.in l.ait prætor.§.item ei.s̃.ex quib.cau.ma.quam gl.Cyn. in l.vni.C.vti pos.reputat esse multum singularem,& non esse aliam in mundo.sed Bar.addit duas alias gl.vnam in l.si plures. §.deiectum.j̃.de vi,& vi arm.aliam in l. fi.in verb. possessionẽ. j̃.vti pos.quæ gl.ineptè allegantur pro concor.cum solum dicant,ꝙ vsusfructus quasi possideatur, prout etiã Bar. expressè fatetur.Sed non dicunt,ꝙ quasi possideatur naturaliter,& ciuiliter,prout expressè dicit gl.in d.l.ait prætor. §. item ei. Nec ad hoc,ꝙ vsusfructus quasi possideatur,debuit Bart.allegare illas duas gl.quia tex. est de hoc in l. 3. §. vnde vi.in ver.qui vsusfructus.j̃.de vi,& vi arm.Item est viua ratio, quia vsus fructus est ius incorporale,ergo quasi possidetur.l.3.in prin.s̃.eo.l. seruus.

18 §.incorporales.cum fi.s̃.tit.1.¶†Secundò aduerte, quòd idem Bar.sibimet contrarius in l.j.in prin.in 2.colum. infra vti.possi. dicit se legendo istam l. consueuisse reprobare istam opin. dictarum gl.quòd imò nõ sit dare quasi poss. vsusfructus,ᵃ nam sicut separata est proprietas à possessione,ita separatus est vsusfructus à pos.quia vsusfructus est pars dominij. tex.est in l.permisceri. in prin. infra eod. sicut ergo non est dare.quasi possess. dominij, ita simpliciter non rectè dicitur, quòd sit dare quasi possess.vsusfructus.ita ibi residet Barto.& istam op. propriè voluit formare Barto.hic,licet obscurius loquatur,sed ad hoc responde ex mente Barto.hic,quòd vsusfructus,& proprietas habent se eodem modo quo ad corporalem pos.rei,quia vtrunque istorum differt à vera rei pos. vt in §. seq. sed non eodem modo se hñt respectu quasi pos. iuriũ, quia licèt non reperiaẽ quasi possessio dñij,tñ bene reperiẽ quasi poss. iuriũ,& sic vsusfructus,quia in vsufructu & similib.patientia dñi ꝯstituit quasi pos.q̃ patientia non ꝯtingit in dñio,vt statim.j̃.plenius declarabo. & ita ẽt tenet Bald.in l.cùm res.C.de proba.& in l. si de proprietate.in pen.colum.C.si à non compe.iudi. & in cap. 1.in fi. prin. quid sit inue. quicquid dicat ipsemet Bald. in cap. 1. in 4. colum.qui feu.da.pos.Not.diligenter istam doctr.Bart.post gl. superius relatam,per quam ego optimè defendi Rogerium

* reprobatum per glo.Barto.*& omnes indifferenter*, in l.3. §.ex cõtrario.sup.eo.nam Roge.dixit feudatarium, & emphyteutam habere ciuilem ratione iuris, quod habent in re. habent enim quasi pos.naturalem & ciuilem ratione iuris, vt dicit Roge. & bene,licet ratione rei, seu fundi habeant solum naturalem, &

19 dominus ciuilem, vt prædixi. ¶† Item bene pondera rationẽ diuersitatis,quam vult assignare Barto. quare in dominio non sit dare quasi pos.sicut in iure vsusfructus,vel vsus,& in alijs iurib.incorporalibus.sed plenius, & clarius loquar quàm Barto. eo quia in vsufructu, & similib. datur patientia domini, quæ causat quasi pos. quod non contingit in dominio proprio, ꝙ sola traditione transfertur, nec requirit aliũ actum successiuũ. l.traditionibus.C.de pact.& § per traditionem.Insti.de re.diui. Item cùm dominium sit ius perfectum,non habet superiorẽ, qui patientiam præstet. ius ergo vsusfructus, & similium causatur à iure directo existente penes dominum, à quo dependet,& tunc ab eius patientia quæritur quasi pos. illius iuris, sed dominium directum non pendet à iure alicuius, ideo ex patientia alterius nõ potest haberi quasi pos. & isto modo habes

20 clarè mentem,& intentionem Barto.¶†Limitat Bar. mirabiliter suprascriptam conclu. quòd vsufructuarius habet quasi pos.naturalem, & ciuilem vsusfructus, verum est respectu solius domini, qui præstat patientiam,à qua causatur ista quasi pos.sed non respectu tertij,à quo patientia non est præstanda, ideo non potest turbari in illa quasi pos.naturali,& ciuili vsusfructus, nisi à solo domino, ideo ratione talis quasi pos. non potest agere interd. vti pos.nisi contra dominum, & non contra alium tertium & cum Bar.simpliciter transit Pau. de Cast. hic.& d.Alex.sibi contrarius in l.3.§.ex contrario.in 24.colum. vbi eum reprehendi.sup.eo.idem tenet Bar. in l. ait prætor.j.s̃. ex quib.cau.ma. istud reprobant Imo. & cæteri Mod. & bene, & d.Alex.hic sibi contrarius.d.Ant.de But.in repe.c.fi.in 7.col. de cau. pos. & propri. ꝙ imò etiam quo ad tertiũ dicatur vsufructuarius in quasi possess. naturali, & ciuili vsusfructus. sicut enim videmus, quòd per traditionem rei corporalis factam mihi à domino efficior possessor, non solùm quo ad dominum,sed etiam quo ad alios,ita ista patientia, quæ in incorporalib.habetur pro traditione.l.3.§. dare. supra de vsufruct.& l. quoties.la vlt.supra de serui. debet me constituere in quasi possess.non solùm quo ad dominum,sed etiam quo ad alios. facit bene tex.in l.fin.j̃. vti pos.Nec glo.in l.sicuti.§.Aristo. in ver.vti pos.supra si ser.vendi.dicit illud ad quod alleg.Bart. licèt enim dicat, quòd interdictum vti poss. ibi competat pro seruitute debita,non sequitur,ergo non competit nisi contra eum, qui seruitutem debet,& nõ contra alios. & propterea dicit Raph. Cuma.quòd non videt,quomodo illa glo.dicat illud,ad quod

21 eam alleg. Bar.¶†Istam limita.Barto.etiam reprobat Are. alio fundamento,quia sicut ex patientia resultat quasi pos.seruitutis,ita etiam constituitur ipsum ius seruitutis in re.d.l. pen.sup. de ser. & d.l. 3. §. dare. sicut ergo ius seruitutis,& sic actio confessoria competit habenti seruitutem contra quemcunque de mundo.l.via.§ si fundus.sup.de ser.rusti.prædio. l.j.in fi. cum l. seq. vbi.no. sup.de ope. no.nun. ita & ius quasi pos. causatum ex eisdem principis debet habere effectum contra omnes, ita in simili dicit Iuriscon.in ratione decidendi in l. j. §. competit. inf. de aqua quotid. & æstiua. sed aduerte, istud fundamentũ Are. mihi non placet, quia assumptum eius non est verum, quòd sicut ex patientia resultat quasi pos. seruitutis, ita etiam constituatur ius seruitutis, & sic ambo causantur ex eisdem principijs,hoc est falsum,quia imò ius seruitutis non constituitur ex patientia,imò requiritur titulus habitus inter viuos, vel in vltima voluntate.text.est in §. fin.Institu.de seruit. nec dicas saluando Aret. quòd ex patientia, & sic ex quasi pos. causetur ius vsusfructus mediante præscriptione.l.si ego.§.1.sup.de publicia.& l.j.& ij.C.de serui.& aqua.quia isto modo fundamentum Are. non esset generale. Item secuta præscriptione ibi ius non est acquisitum à principio,sed demum post perfectã præscriptionem,& sic tunc non cõstituitur ex sola patientia, pro-

22 ut arguit Aret.& non bene.¶†Vltra Scribentes tu aduerte, ꝙ doctr.Barto.nõn est perfecta nec generalis,quia non procedit, quando quis habuit vsumfructum à tertio, qui tanquam dominus fundi cùm non esset concessisset, vel vendidisset vsumfructum. Nam tunc præscribit vsumfructum vtendo, vt est text. no.in d.l.si ego.§.j.sup.de publ.in ver. patientiam, vel per traditionem vsusfructus constituti,& tunc etiam ignorãte domino vero præscribit, sicut præscriberetur ipsum dominium rei.l.fin. C.de præscrip. long.temp. nec tunc requiritur patientia veri domini, prout declarat Cyn. in l.2. in 7.q. C.de serui.& aqua. & expressius Pau. de Cast. in l.seruitutes. magna. in pen. colum.sup.de ser.vbi dicit,quòd est singularis limitatio,& perpetuò tenenda menti, & quòd pauci sunt, qui ad hoc aduertant.& dixi etiam aliàs hoc anno,& isto casu publiciana ei cõpeteret contra omnes nisi contra dominum.l. pen.& fi.de publicia. Et sic etiam competeret interdictum vti possidetis pro tali iure vsusfructus contra omnes. & in hoc fuit defectiuus Barto.& ita habes subtiliter expeditum subtile principium huius legis.

ADDITIO.

a ᵃ Vsusfructus. Adde,quæ scribit Nat.consi.425.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio non datur possidenti.*
2 *Qui est sibi contrarius,non est audiendus.*
3 *Rei vendicatio datur contra ciuiliter possidentem.*
4 *Qui dolo desijt possidere,potest adhuc conueniri rei vendicatione.*
5 *Rei vendicatio quomodo possit dari possidenti.*
6 *Verbum cœpit,denotat actum inchoatum.*
7 *Petere dicitur propriè,qui agit actione in rem.*
8 *Proprietas,& dominium capiuntur pro eodem.*
9 *Sicut est reperire pos. & quasi possessionẽ,ita proprieta. & quasi proprietatem.*
10 *Proprietas vult dicere propriè tuum.*
11 *Argu. ab ethymologia vocabuli negatiuè procedit.*
12 *Copula &,cadit inter diuersa.*
13 *Quæ differentia sit inter dominium & proprietatem.*
14 *Nomen proprietas est directum,& non obliquatur.*
15 *Appella.proprietatis semper intelligitur de directa.*
16 *Si quis dicat in libello se proprietarium,vel proprietatem ad se spectare,& probet de vtili dominio,an obtinebit.*
17 *Auctoritas Bal.est magna,vbi contradictorem non habet.*
18 *Verba libelli sunt improprianda,vt libellus sustineatur.*
19 *Quæ dicatur plena proprietas.*
20 *Proprietas nihil habet commune cum possessione.*
21 *Ex possessione an debeat induci præscriptio dominij.*
22 *Ex separatis non fit illatio de vno ad aliud.*
23 *Exclusus per statutum a potestate prosequendi causam,potest probare causam non comprehendi à statuto.*
24 *Qui egit rei vendi.potest intentare pos.retinendæ nomine eiusdem rei, ac etiam recuperandæ & adipiscendæ.*
25 *Intentans rei vendi.non videtur pos.suæ renunciare.*
26 *Rei vendicatio competit etiam possessori.*
27 *Agens rei vendi.non per hoc suspicatur se posse repelli.*
28 *Dominium & poss.an sint incorporalia.*
29 *Possessio est ius.*
30 *In incorporalibus an sit dare dominium & pos.*
31 *Proprietas,& poss.in quo habeant aliquid commune.*
32 *Dominium an causetur à possessione.*
33 *Iuri,quod quis ignorat se habere,nunquam intelligitur renunciare.*
34 *Iuri de futuro posteà quærendo nunquam intelligitur quis renunciare.*
35 *Sententia lata in petitorio quando præiudicat eidem agenti in pos.*
36 *Agenti interdicto retinendæ non obstat exceptio dominij.*
37 *In interdicto vti possid.quãdo probationes vtriusque partis sunt pares, qui docet de dominio obtinet.*
38 *Possessio est titulata,quæ habet titulum dominij.*
39 *Quando dubitatur de pos. antiquiori,qui probat iustiorem causam, ille vincit.*

Exceptio

138 *Exceptio executionis an sit dilatoria.*

139 *Quando reus conuentus rei vend. nō reperitur possidere tempore ferendæ sententiæ, nec de hoc fuit interrogatus, nec se obtulit liti, feretur sententia super petitorio declarando actorem dominum, & absolueretur reus, quia non possidet. & nu. 140.*

141 *Si post litem contest. super peti. reus nō interrogatus an possideat, proponat pos. adipiscendæ, procedit super vtroque iudicium.*

142 *Quando vnus, & idem intentat petito. & pos. magis impeditur concursus petitorij, & pos. retinendæ ratione contrarietatis, quàm petito. & poss. recuperandæ, vel adipiscendæ.*

143 *Si pos. primò proponatur, & per alium secundò petitori. an concursus admittatur.*

144 *Spoliatus potest conueniri, seu pacisci ne possit agere pro spoliatione iā facta super pos. recuperandæ, & sibi præiudicat.*

145 *Pos. retinendæ ab vno intentatum non concurrit cum petitorio ab alio intenta. respectu eiusdem pos. naturalis.*

146 *Si agatur diuersis respectibus respectu diuersæ pos. an possint concurrere petitorium, & possessorium.*

147 *Rei vendi. datur contra ciuiliter possidentem.*

148 *Quæstio spoliationis est priuilegiata, vt ante de ea cognoscatur.*

149 *An quando similiter & eodem tempore vnus proponit petitorium, & alius pos. concurrant.*

150 *Quando peti. & pos. proponitur ab vtroque, pos. primò expeditur.*

151 *Ratione contrarietatis, & ordinis iudiciarij debet præcedere pos.*

152 *In iuribus incorporalibus an possit vnus contra alterum, & alter contra alium agere, dicendo ius suum esse, & possidere.*

153 *Duo iudicia pos. an possint simul, & eodem tempore cumulari.*

154 *An ab eadem parte possint iudicia pos. cumulari.*

155 *A diuersis possunt cumulari ab vno interdictum recuperandæ, ab alio vti pos. super eadem re.*

156 *In casibus, in quibus non admittitur cumulatio petito. & pos. an sit necesse, quòd opponatur.*

157 *In remedijs, quæ electione tollūtur, si vnum proponatur in vno iudicio, & aliud successiuè in alio, secundum tollitur ipso iure.*

158 *An facta in primo iudicio inter easdem personas, & coram eodem iudice faciant fidem in alio.*

159 *Vno momento potest totus processus prius factus reproduci, & consensu partium confirmari, quando erat inualidus, quia fortè factus tempore feriato.*

160 *Quando peti. & pos. prohibentur ratione contrarietatis, etiam parte non oppo. sequitur absolutoria.*

161 *Regulariter pet. & pos. simul procedunt si à iudice, vel à parte non opponatur.*

162 *Quando ex actis apparet, quòd agens est sibi contrarius, potest iudex eum repellere.*

163 *Quando actor agendo vno ex duobus remedijs renunciat, iudex potest eum ex officio repellere.*

164 *Quando iudici delegato est commissum, vt primò de poss. deinde de peto. cognoscat, etiam si non opponatur à iudice, vel parte, si cumulatio est facta, iudicium est nullum.*

165 *An in pos. iudicio requiratur litis contestatio.*

166 *In pos. proceditur summariè, in summarijs requiritur lit. contest.*

167 *Quando intentatur remedium pos. c. redintegranda. requiritur lit. contesta.*

168 *Quādo lex dicit, quòd summatim procedatur, intelligitur præsente parte, & non fit litis contestatio.*

169 *Quando pos. non dirigitur contra certam personam, ibi non requiritur lit. contest.*

170 *Actus, qui de sua natura non habet aduersarium certum, an requirat lit. contest.*

171 *In poss. carbo. non requiritur litis contestatio.*

172 *Quando periculum est in mora, tunc in poss. non requiritur litis contestatio.*

173 *In causa damni infecti est periculum in mora, ideo celeritatem desiderat, & tamen requiritur litis contestatio.*

174 *Vbicunque est periculum in mora, recedimus à regulis iuris communis.*

175 *Dictio mox, & similes quid important.*

176 *In omni iudicio quantuncunque summario persona, quæ litigat, debet plene legitimari, quamuis causa principalis requirat summariam cognitionem.*

177 *Quando aliquid de necessitate non requiritur, si illud interueniat, & minus legitimè, aut minus solenniter, non vitiat actum.*

178 *An requiratur litis contest. in restitutione in integ. minoris.*

179 *Quando actor proposuit libellum, ex parte eius est lis quasi contesta.*

180 *Petito. & pos. an possint eadem sententia terminari.*

181 *Quis sit effectus cumulationis petito. & posses.*

182 *Interdictum de tab. exhiben. debet præcedere petitorium.*

183 *Verbum pleno iure, importat petitorium, & pos. intentatum.*

184 *Verbum pertinere, potest referri ad petito. & pos.*

185 *Verbum spectat, importat idem, quod verbum pertinere.*

186 *Qui petit declarari rem ad se spectare, & reum condemnari ad restitutionem, dicitur intentare petito.*

187 *Hæc conclusio libelli, peto rem restitui, adaptatur ad pos. & etiam ad petito.*

188 *Hæc clausula, reducas ad ius & proprietatem malè alienata, in rescripto posita, significat posse. & petito.*

189 *Vbi causa simpliciter est commissa, intelligitur commissum posses. & petito.*

190 *Hæc clausula per iudicem in sententia posita, saluo iure tertij, quia non intendit præiudicare in aliquo iuri suo, intelligitur reseruare per hanc petito. & possessorium.*

191 *Clausula petens de prædictis, &c. in libello posita operatur, q̄ si actor narrauit respicientia petito. & pos. & conclusit in possessorio, licèt conclusio sit attendenda, tamen operatur, q̄ poterit postea probationes inducere etiam super petitorio.*

192 *Si actor in libello agat de mutuo, & posteà probat solùm de confessione mutui, vel si egit ex naturali mutuo, & posteà probet de ciuili, succumbit, nisi in libello adiecisset clausulam petens super prædictis, &c.*

a **§. Nihil commune.** [a] Iste. §. est famosus, & difficilis, & habet materiam quotidianam, & Bar. ex sua solēni repetitione eam magis solennem, & magis famosam reddidit. ¶ Diuiditur secundum Bar. & alios in tres partes. In 1. præmittit vnum dictū in genere. In 2. infert ad speciem. In 3. respondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi, & ideo non denegatur. Tertia ibi, nō enim videtur. ¶ Post intentatum petitorium non prohibetur intentari possessorium retinendæ. h. d. ¶ Dubium faciebat, quia non debet quis pro eadem re diuersis iudicijs, & diuersis libellis vexari, cùm obstet pendentia litis in primo, & sic exceptio dupli citatis. l. vbi cœptum. ff. de iudi. Auth. qui semel. C. quomodo, & quando iud. notant Docto. in l. edita. C. de eden. Ad hoc respondet tex. q̄ hic primus libellus fuit datus pro proprietate, secundus pro possessione, quæ nihil habent commune, ideo licet ista iura intententur super eadem, tamen quia sunt diuersa, & separata, & diuersi effectus, ideo dicta exceptio nō obstat, & procedi potest super vtroque libello. In 3. parte ibi, nō enim videtur possessioni renunciare, text. vt dixi, remouet obiectionem, nam rei vendicatio præsupponit dominium in agente, & pos. in reo conuento. Et sic in rei vendicatione præsupponuntur duo extrema habilia ad hoc, vt competat. l. officium. & l. in rem. in prin. ff. de rei vend. & l. vni. C. de alie. iud. mut. cau. fac.
1 c. examinata. de iudi. vnde vendicatio † non datur possidenti. l. j. §. hoc interdictum. ff. vti pos. & d. c. examinata. vbi dicit text. cùm ius patronatus possidebas, nec rei vendicationem intentare potuisti. & tex. in §. æque. in ver. istæ quoque. insti. de act. vbi dicit text. q̄ actionib. realib. ille agit, qui non possidet; nam ei, qui possidet, non est prodita actio, vt ibi in text. Ergo cùm in isto tex. primò egerit rei vend. in qua præsupponit aduersariū possidere, certè ita agendo videtur possessioni renunciare, & pos. potest solo animo perdi. l. si quis vi. §. differentia. ff. eod. Ergo non debet posteà posse agere interdicto vti pos. in quo præsupponit se possidere, quia illud interdictum non datur nisi
2 possessori, ideo appellatur vti pos. † ergo est sibi cōtrarius, ideo cùm sit contrarius, non debet audiri. l. j. ff. de fur. c. vnico. in ver. omnib. vt eccl. benefi. sine dimi. confe. & c. pen. in fi. de offi. deleg. in 6. & in hoc consistit medulla huius tex. ad hoc respondet Iurifcon. in ista. 3. parte, q̄ qui intentat rei vend. nō renunciat poss. quia rei vend. potest competere pro sola detētatione, vel tenuta, quæ est apud aduersarium, vel pro sola naturali. d. l. offi
3 cium. in fi. vel † pro sola ciuili. & sic rei vend. datur cōtra ciuiliter possidentem tantum, vt est glo. in l. Pomponius. §. si is, qui precario. vbi dicam ff. eo. glo. in l. 2. C. vbi in rem actio. Bar. hic
4 in 4. combinatione. † Itē quando possidens dolo desijsset possidere, adhuc potest conueniri rei vend. l. sin autem. §. sed & si is. & l. is, q̄ de dolo. de rei vend. & l. partem. ff. de reg. iur. vnde intentando rei vend. nō videtur renunciare ciuili, quæ erat apud ipsum agentem, pro quo nunc intentat interdict. vti possi. nec etiam renunciare pos. quæ posteà ad eum peruenit. & hoc vo-
5 luit dicere Iurisconf. tollendo obiectionem sup. factam. † Et sic habes diligenter notare, quòd rei vend. potest dari etiam non possidenti. tex. est hic. & ita etiam no. ex isto text. Raph. Cuma. hic, & quando rei vend. datur possidenti, tūc appellatur causalis, quia est cum causa, & sic dominio. Sed q̄n datur non possidenti, appellat formalis, ita tenet Bald. in l. si de proprietate. in 2. col. in

ADDITIO.

a ¶ Commune. Ornat Deci. in l. non hoc. ff. no. C. vnde leg. Ias. super ff. Noui. PVRPV.

col.in prin.C.si à non compe.iudi. quamuis Rapha. Cuma.de
eo mentionem non faciat. Sed aduerte, quia gl. mag. hic circa
med.tenet contrarium, ꝙ rei ven.non potest dari possidenti; &
in contrarium vr̃ esse tex.clarus in d.c. examinata.de iudi.vt s.
retuli.ibi, *cùm ius patronatus possidebas, nec rei vend.intentare poteras.*
Sed declara, & intellige, vt s. proxime dixi, nam agens rei ven.
habet intus illud, quod petit, quia habet pos. ergo vr̃ esse in do
lo, & vr̃, ꝙ debeat repelli exceptione doli.l. dolo facit.j. de ex-
cep.doli. Tamẽ veritas est, ꝙ in rei vend. agens principaliter pe
tit se declarari dominum.d.l.in rem.& l.officium. & restitutio
pos.venit posteà per officium iudi. merc.l.qui restituere.cũ gl.
6 de rei vẽd. ¶ † In tex. ibi, *qui cœpit rem vendicare*, verbum cœpit,
denotat actum inchoatum.l.j.§.cœpisse.j.de pollicita.& l. vbi
cœptum.s.de iud.sed posteà in fi.dicit rem vẽdicauit. ꝙ vr̃ de-
notare rem perfectam, cùm sit verbum præteriti perfecti.l.j.§.
fi.s.quod quisque iur.c.in his.de verb.sig.ergo tex. vr̃ sibi ꝯrius.
Sed concorda, quia verbum cœpit, vult dicere, ꝙ inchoauit à
petitorio, & non à possessorio, posteà autem dicit iudicium
perfecit, & sic licèt tex.dicat iudicium à prin.fuisse cœptum in
rei vend.nõ per hoc excludit, quin posteà fuerit perfectum, si-
cut in simili dicitur in Euangelio. *valde mane vna Sabbatorum ve
nerunt ad monumentum orto iam sole*, ista videntur contraria, valde
mane, & orto sole.sed initium eundi fuit valde mane, & post-
eà peruenerunt ad locum orto iam sole.ita hic à prin.cœpit, &
7 posteà perfecit. ¶ † Item quia petitorium toties repetitur.j. dic
a ꝙ petere propriè dicitur ille, qui agit actione in rem [a] l.actio in
personam.j.de act.& obl.vbi dicit tex. Actio in personam, pe-
titio in rem, ideo iura & Doct.appellant iudicium petitorium,
in quo de dominio, & sic de proprietate agitur, quia tunc est
propriè petitio. ¶ Antequam veniam ad notabilia pro intelle-
ctu tex.qui dicit, nihil commune habet proprietas cum pos.vi
dendum est, quid sit proprietas propriè, & vnde dicatur. Et in
hoc faciam duo, ponam primò theoricam, posteà ponam pra
8 cticam, quæ erit valde vtilis. † Et in isto tex.proprietas intelligi-
tur, idest dominium, & sic proprietas, & dominium capiuntur
pro eodem.facit tex.in c.1.de cau.pos.& proprie.& ibi d. Abb.
in 2.not.notat, ꝙ proprietas capitur pro dominio, & ꝙ idem
est dicere causa proprietatis, quòd causa dominij.ad idem tex.
in l.j §.huius autem.ff.vti possid.vbi text. id, ꝙ prius appellauit
proprietatem, posteà appellat dominium.facit, quod not.Bar,
in l.locorum. C. de omni agr. dese.lib.11. vbi per illum text. in
verbo proprietas possessionis, notat, quòd tantũ est dicere pro-
9 prietas poss.sicut dominium possessionis. † ad idem facit, quia
sicut est reperire possessionem, & quasi pos.l.seruus.§.incorpo-
rales, cum gl.s.tit.1. & l.3.in prin.s.eo. & l.sequitur.§.si viam.j.
tit.1.ita est reperire proprietatem, & quasi proprietatem, vt est
glo.in l.2.§.quædam.j. de interdi. quam ad hoc reputant sing.
Bald.& Iac.Alua.in c.1.§.1.de inuesti.de re alie. fac.& est tex.in
10 c.fi.de iudi. † Item prædicta clarè confirmantur per etymolo
giam ipsius vocabuli, nam proprietas vult dicere propriè tuũ,
& componitur ex integro & corrupto, prout millies dicunt
11 Grammatici. † Et argumentum ab etymológia vocabuli ne-
gatiuè videtur procedere, prout arguit Iuriscon.in l.2. §.appel-
lata.s.si cer.pet.& dixi latè in l.j.in prin.sup.eod. ¶ In contrariũ,
ꝙ aliud sit proprietas, & aliud dominium est text. fortis. in l.si
procurator.j.s. de acqui.rer. do.in verbo dominium mihi, &
12 proprietas acquiritur. † Illa copula &, cadit inter diuersa, vt
est gl.in rub. s.de iu. & fac. igno.& glo.in c. querelam.de simo,
licet gl.in d.l.si procurator, exponat dominium, scilicet plenũ,
& proprietas nuda, quæ expositio non est bona, vt statim j.pa-
tebit. Et pondera, ꝙ ille est tex.Iurisc.qui semper propriè, & la-
tinissimè loquitur. Item ꝙ non sint idem, est tex.in l.proprieta-
tis.C.de proba. vbi dicit text. *proprietatis dominium*, ac si diceret
dominium dominij, si proprietas idem esset, quòd dominiũ, li
cet glo.ibi exponat, idest dominium, quod est proprietas, ꝙ ni
13 hil est dicere. ¶ † Quæ ergo sit differentia inter dominium, &
b proprietatem [b], laborauit multum insignis, & fundamentalis
Doct.Io.Fab.in §.sed istę.in 15.col.insti.de actio. Et tamen nihil
boni in effectu dicit, credo quòd differentia sit ista, nam domi-
nium est terminus magis latus, & comprehendit quodcunq;
dominium siue sit directum siue vtile, nam & vsufructuarius
dicitur habere dominium.l.3.§.1.sup.de vsuf.no.in l.j.§.fin. sup.
de iur. om.iudi. Sed proprietas nunquam capitur nisi solũ pro
directo, & vero dominio, prout ostendit etymologia vocabu-
14 li, quam dixi. † Nam dicitur proprietas quasi propriè tua. vn-
de dicit Bald.in l.cùm res. in fi.C. de proba. quòd istud nomen
proprietas, est nomen directum & non obliquatur, & nunquã
ponitur pro vtili dominio, & ideo emphyteuta, feudatarius,
superficiarius, & similes, qui habent vtile dominium. §. adeo.
instit.loc.non dicuntur habere proprietatem, sed directus do-
15 minus est, qui eam habet. † Alibi dicit Bal.in l.pen.in 2.col.C.
si à non compe.iudi.quòd appellatione proprietatis semper in
telligitur de directa.alibi dicit Bal.in c.1.§.j.de inuest. de re alie.
fac. ꝙ significatio proprietatis est magis nuda, & stricta, quàm
significatio dominij, & ita habes primum, quid sit propriè pro-
prietas, & vnde dicatur. ¶ Venio ad secundum, vt reducã præ
16 dicta ad practicam. † Et adduco in medium illud, quod singu
lariter dicit Bald.nec alibi legi.in l.2.sup.de condi.instit. ꝙ si ali-
quis in libello diceret proprietatem talis loci ad se spectare,
vel se esse proprietarium, & posteà in processu probaret de vti
li dominio, puta ꝙ esset emphyteuta, vel vasallus, debet suc-
cumbere, quia non est reperire nisi proprietatem directam.l.si
tibi proprietas.s.de vsufr.accres. Secus si dixisset se dominum,
quia dominium bene potest intelligi de vtili secundum Bar. in
l.sed & si possessori §.item si iurauero.per illum tex.s.de iureiu.
& ita limita ibi dicta per eum. ¶ Adde, ꝙ alibi ꝯrium tenet d.
Alex.nullam faciens de Bal.mentionem in l.si finita.§. si de ve-
ctigalib.in 2.col.s.de dam.infect. vbi tenet, quòd si emphyteu-
ta, vel alius habens vtile dominium, peteret in libello declara-
ri se proprietarium, vel proprietatem ad se spectare, & ex nar-
c ratis [c] in libello appareret, quòd ageret vt emphyteuta, sustine
retur libellus, & impropriarentur verba libelli trahendo ea ad
vtile dominium, cùm videamus, quòd proprietas largè refera-
tur etiam ad solam pos.l.interdum.j. de verb.signi. & l.2. C.de
proba.alibi idem.d.Alex.in l.si quis vi. §.differentia. in vlt.col.j.
eo.facit mentionem de decisione Bal.in d.l.2. s.de condi. insti.
& dubitat an sit vera, & dicit considerandum, ꝙ text.iuncta gl.
in d.l.interdum.j.de verb.sig.videtur accipere pro æquipollen
tib. proprietatem & dominium. Sed in libello latè accipitur
dominium pro vtili, vt sustineatur libellus, ergo idem in pro-
17 prietate. † Tamen dicit, ꝙ magna est auctoritas Bald.vbi non
habet contradictorem, & ꝙ eius decisionem alibi nõ reperies.
Credo, ꝙ iste passus sit valde ambiguus, & si contingeret in pra
ctica, esset quæstio pro amico. Tenendo tamen decisionẽ Bald.
in d.l.2.contra d.Alex.per ea, quæ dixi.s.quia istud nomen pro
prietas est nomen directum, quod nunquam obliquatur, & nũ
quam ponitur pro vtili dominio secundum Bald. in d. l. cùm
res.in fi.C. de proba.& in d.l.pen.in 2. col.C.si à non compe.iu.
& sequitur idem d.Alexan.in consi. 159.5. vol quod incipit, in
causa & lite vertente inter priorem. in vlti. colum. non obsta-
18 ret, † ꝙ verba libelli debeant impropriari, vt libellus sustinea-
tur, quia istud est verum, quando saltem ex larga significatio-
ne vocabuli possunt illud importare, aliàs secus secundũ Spe.
in tit.de offi.iud.§.deseruit.in versi.in sententiæ quoque.& ver.
seq.quem refert, & sequitur do.Alex.in consi.121. primi vol.ꝙ
incipit, viso processu causæ vertentis inter Morasium.in 7.col.
ad fin. Et no.quia si vera est ista decisio Bal.ex ea habes magnã
limitationem ad ea, quæ latè dixi post Bar.pro sustinẽdis libel-
19 lis in d.§.item si iurauero. ¶ † Quæ autem dicatur plena pro-
prietas, & quæ nuda, patet ex tex.in l.fœminæ §.illud. C. de se-
cun.nup.& ibi no Bal.& dicit, ꝙ non est alibi tex.in iure, qui ita
bene probet. Nam plena proprietas est dominium absolutè di
ctum cum alienandi potentia, & dicit, ꝙ fuit super hoc interro
20 gatus à domino Papa. ¶ † No.primò ex isto tex.illud vulgatũ,
ꝙ proprietas nihil habet cõe cum pos.facit.l.pmisceri. in prin.
j.eo.alibi dicit tex. ꝙ separata debet esse pos. à proprietate, in l.
j.§.huius autem.ff.vti possi. Alibi dicit tex.in l.si duo.§. fi.in fin.
eo. tit. *longè aliud est rei pretium, aliud possessionis.* Alibi dicit text.
ꝙ *alia est estimatio possess.alia proprietatis.* in l.si mulier.§. qui pos-
sessionem.sup.de eo quod met.cau. Item facit, quia proprietas
potest esse penes vnum, & possessio penes alium, quia sunt se-
parata, vt iurib.præalleg. Item proprietas causat petitorium, &
sic rei vendicationem.l.in rem.in prin.s. de rei vend. Possessio
autem causat interdicta possessoria, & sic quo ad effectus sunt
separata,

ADDITIONES.

a ¶ In rem. Adde Bar.in l.sed & si.§.j.ff.de reb.eo.
b ¶ Proprietatem. Adde Doct.in l.si procurator.ff.de acq.rer.dom.
* Cast.in l.proprietatis.in prin.C.de proba. Doct.in apost.ad Cępol. de ser. vr
ba.prædio.c.38.l.j.de vsufr.leg.l.repeti.§.rei mutatione.ff.quib. mod. vsusfr.
amitt.l.incerti.C.de interdic.l.pen.si à non compe.iud. MASVER.
c * Ex narratis. Adde, quòd non inspicitur, quid narretur, sed quid ex narratis
concludatur, quasi modus agendi stet substantialiter in conclu.test. Nat.qui
ad hoc plura notat.consi.120.col.3.& alibi etiam dixit Rol.consi.79.nu.37.
lib.1.vnum notab.prosecuta magis, quam petita attendi debere; secundum
communem ibi relatam, de qua etiam per Doct.in l.de rebus.ff.de arb. Paris.
consi.112.num.55.libr.1.consilio 113. nume. 7.lib.4. maximè in hac patria,
in qua ex Ducal. Decretorum dispositione lib.3. proceditur sola facti, &c.
cuius virtute quid possint iudices; no.Neuiz.consi.18.num.22. consi.80.nu.
39.consi.97.num.10.& sequen.Rol.consi.7.num.30.38.& seq.lib.3.D.Ozas.
Deci.2. MASVER.

separata, & nihil habent commune. Item proprietas solo animo amitti non potest,secus in possessione.l.si quis vi.§.differentia.ĵ.eo.& l.3.§.in amittenda.s̃.eo. Item alius est modus probandi in petitorio,alius in possessorio, & sic etiam reducendo ad iudicium nihil habent commune. nam possidenti regulariter non incumbit onus probandi.§.commodum.Instit.de interdi. Item vno ex eis in iudicium deducto,aliud tanquam non motum nec præparatum poterit in iudicium deduci,cùm sint diuersa & separata,vt hic. Item dominiũ, seu proprietas est ius, quo res est mea:possessio autem est ius,quo rem teneo secun-
21 dum Bald.in d.l.pen.in 2.colum.C.si à non compe.iud.¶† Vnde ex isto tex.& prædictis potest inferri,quòd ex pos.non debet induci præsumptio dominij, si nihil habent commune,præsertim quia licèt olim dominium cœpisset à pos. hodie est secus secundum Bar.ĵ.in j.gl.hodie enim potest esse dominium sine possessione,vt ibi per Bar.Item potest esse possessio sine dominio,& ita ꝙ ex possessione non præsumatur dominium tenet gl.in l.2.& in l.cùm res.C.de proba.de quo dic, vt latè per Bar. in l.pen.s̃.de condi.insti.cum suis concordantijs per Bald.in l.j.
22 & in l.non ignorat.C.qui accus.non possunt.¶†Secundò not. ex hoc tex. ꝙ ex separatis non fit bona illatio de vno ad aliud, neque quo ad positionem,neque quo ad remotionem,vt dicit gl.1.& ad hoc semper allegatur ista l.& lex Papi.exuli.s̃.de mino.& in l.fi.in fi.s̃.de calum.& in l.inter stipulãtem.§. sacram. in ver.sed hæc dissimilia sunt.ĵ.de verb.obli.Facit tex.in l.si maritus.1.in fin.in verbo separata sunt. C.de don.inter vir.& vxo. per quem tex.no.ibi Bal. ꝙ separatorum separata debet esse ratio.alibi no.idem Bal.in l.3.§.si tutor.per illum text.ĵ. iudicatũ
23 solu.ꝙ separatarum potestatum separata est ratio. † Item adde illud,quod in practica no.Gemi.in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti.de elect.in 6.ꝙ si statutum excludit quem à potestate prosequendi causam,si non seruauerit certas solennitates intra certum terminum,ꝙ elapso illo termino nihilominus auditur ille, qui vult probare, ꝙ sua causa non includatur sub tali statuto,sed sit separata,quod est no.secundũ eum , & quotidie pra-
24 cticatur in statutis,vt ipse dicit.¶†Tertiò no.in ver. & ideo, & sic in 2.parte tex.ꝙ qui egit in iudicio petitorio,& sic rei vendicatio.non impeditur intentare possessorium retinendæ nomine eiusdem rei,& in hoc iste tex.est sing.secundum Raph. Cuma.& d.Alex.hic.Amplia,ꝙ similiter non impeditur intentare interdictum recuperandæ,& sic vnde vi.l.cùm fundum.§.fi.ff. de vi,& vi arma.quam allegat pro concordanti gl.fi.hic in fin. Similiter non impeditur intentare interdictum adipiscendæ. l. j.§.quòd autem ait.ĵ.quo.leg.& de vtroque est tex.in c.pastoralis.de cau. pos. & propri. & ibi in text. datur vna limitatio , vt istud tantum procedat ante conclusionem in causa. de quo vlti.ponit Bar.ĵ.in 1.combinatione.Et sic habes,ꝙ petitorium,& possessorium possũt simul cumulari.& ita notat glo.fi. hic in prin.Et pondera ex prædictis, ꝙ istud procedit in omni interdicto possess.siue sit retinendæ, siue recuperandæ, siue adipiscendæ possessionis,de quo tamen plenius.ĵ.dicetur in materia cu-
25 mulationis.¶†Quartò & vlt.no.in ver.nõ enim.& sic ex 3. parte tex. ꝙ qui intentat rei vendicationem,non per hoc videtur possessioni suæ renunciare,& facit ratio,quia eundo ad iudicẽ debet conditio mea fieri melior , & non deterior.l. aliam. ĵ.de nou.& l.nõ solet.ĵ.de reg.iur.Item inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.l.legata inutiliter.s̃.de adimen. leg.& l.legata inutiliter.s̃.de leg.1.& l.fuit quæstionis. vbi dom. Alex.ad hoc no.s̃.de acqui.her.& c.ad nostram.de appel.Itẽ inducta ad augmentum non debent operari diminutionem , vt est tex.no.in l.si mancipia.in prin.s̃. de fun.instr. Item inducta ad conseruationem iuris sui nõ debent operari diminutionẽ, vt est tex.no.in l.cùm quidam.s̃.de bon.pos.Sed iste,qui agit rei vendi.agit pro conseruatione iuris sui.& vt effectualiter restitutionem rei consequatur.l.qui restituere.s̃.de rei vendi. ergo nõ debet operari contrarium effectum,vt vẽdicando rem videa-
26 tur renunciare possessioni suæ.Et ex hoc no.tex.† habes correlariè notare duo.Primò,ꝙ rei vendicatio competit etiam possessori,& sic illi,qui est dominus,& possessor, cùm detur contra nudum detentatorem , vt dixi latè. s̃.in euidentialib. huius
27 text. † Secundò habes , ꝙ agens rei vendicatione non per hoc suspicatur se posse repelli, & sic per hoc non perdit possessionem. idem no.Raph.Cuma.hic,& in l.clam possidere.§. fi.per gl.magnam ibi in vlt. parte, sicut etiam nunciando quis nouũ opus per iudicem non perdit possessionem , licet nunciando verbo tanquam timidus eã perdat.l.de pupillo.§. meminisse, vbi tex.de vtroque.s̃.de oper.no.nun.gl.& Doct.in l.j.§.in operis.eo.tit.¶Expeditis textualib. capio gl.primam,quam diuide magistraliter in tres partes. In j. exemplificat text. per casum à contrario in l.& an ead.§.fi.ĵ.de excep.rei iud.vbi est casus cõtrarius , quando primò fuit intentatum interdictum possessorium,postea rei vendicatio,& sic petitorium, vnde glo.nostra cautè dicit,pone exemplum ad principium huius.§.non ad secundam partem, ad quam melius facit tex.in l. cùm fundum. §.fin.ĵ.de vi,& vi arma.quam glo. fin.in fi. allegat pro concordanti.In 2.quæ est ibi,sed oppo. gl. miscet simul tria contraria, quæ sunt diuersa.In primo contrario ostendit , quòd imò dominium , & possessio habent communionem respectu iuris, quia vtrunque est ius incorporale.In secundo contrario ostendit,quòd habent communionem antecedentis,& consequentis,vt dicit Bar.vel melius,vt causæ,& causati.In tertio contrario ostendit,quòd habent communionem cõnexitatis, seu inseparabilitatis.In 3.parte prin.quæ est ibi,sol.nihil.gl. ponit tres sol. quæ licèt videantur tradi ad omnia tria contraria præcedẽtia,tamen non vadunt nisi ad primum. & ad alia duo glo.non
28 respondet,vt hic plenè declarat Bar.¶†Circa primam opp.gl. quia gl.non probat assumptum, ꝙ dominium & possessio sint incorporalia,Bar.conatur vtrunque probare, & ꝙ dominium sit ius,probat ex l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.Sed ille tex. nihil facit,quia licèt dicat, ꝙ dominium sit ex illo iure, non per hoc probatur,ꝙ dominium sit ius,patet, quia ille text. etiam dicit, ꝙ ex hoc iure sunt contractus,& tñ contractus nõ sunt ius,sed factum.l.consi.in fi.s̃. de cur.fur. licèt posteà ex contractu, qui est factum,oriatur posteà ius.Item tex. ibidem dicit, ꝙ ex hoc iure sunt bella,& tñ bellum non est ius. Melius ergo probasset Bar.ꝙ dominium sit ius ex diffinitione dñij,quam tradũt Bart. & Doct.in l.si quis vi.§.differẽtia.ĵ.eo. vbi diffiniunt, ꝙ dñium
29 est ius liberè,& perfectè disponẽdi de re sua,& dum Bar.† probat,ꝙ etiam possessio sit ius,per l.peregrè. in prin. in verbo ius possessionis.ĵ.eo.de hoc plenè tetigi in l.j.in prin.s̃.eo.vbi plenè examinaui,an possessio sit ius,an verò sit factum.Sed aduerte, quia imò possessio saltem naturalis vr̃ esse quid corporale, ergo non est ius,quod est incorporale,vt vr̃ esse tex.in l.ꝙ seruus. circa prin. in verbo corporalem possess. & in l. si id quod.§.fin. in verbo corporalis possessio. infra eod. nec dicatur , quòd sit corporalis, quia in ea acquirenda requiratur corpus, vt l. j. in prin.s̃.eo.quia possessio non debet cõsiderari prout in esse producitur,sed prout est inesse producta,vt declarat Bar.in d.l.j.in prin.in 2. col. s̃. eo. quia modus acquirendi possessionem non est possessio,sicut nec modus acquirendi dñium , vt est vsucapio,non est dominium.gl.in l.3.ĵ.tit.1.dic ꝙ in illis iuribus possessio capitur pro actuali insistentia rei,& illa est corporalis,vt dicit tex.in l.j.in prin.in verbo quia naturaliter tenet ab eo,qui ei insistit.s̃.eo.& horum veritas,vt dixi,pendet ab illo articulo, quem ibi tetigi an possessio sit ius,vel factum. ¶Item circa pri-
* mam sol.quæ exponit nihil,idest non omne. *Bar. & omnes dicũt quòd est* vera in se,sed ꝙ isto modo non bene sequeretur illatio ꝗ facit tex.Tu dic ꝙ imò ista solu.etiam nõ est vera in se,quia præsupponit directò contrarium eius,quod vult text.quia iste text.loquitur vniuersaliter negatiuè , & ista expositio loquitur particulariter,vt dicit gl. Et ista particularis sic exposita potest reduci ad contradictionem cum vniuersali, quia dicere nihil, idest non omne,est præsupponere, quòd in quibusdã habeant communionem.Sed habere communionem in aliquibus, & nihil habere commune,vt dicit litera,sunt contraria, ergo ista prima sol.nullatenus est tenenda, & dum gl. in ista prima solu.
30 † pro ea probanda dicit,ꝙ in incorporalibus hr̃ dñium, sed nõ possessio.gl.nihil allegat Sed Bar. & omnes , ꝙ in incorporalibus habeatur dñium,allegant tex.in l.qui vsumfructum. sup.si vsusfru.peta.¶Sed tu aduerte,ꝙ ille tex.probat de directo cõtrarium,quia appellat pos.vsusfructus & dominium. nam formaliter dicit,ꝙ absurdum esset, esse melioris conditionis pos. vsusfructus , quàm dominium vsusfructus , prout etiam est text. in l.penul.supra de serui.& in l.ædes.§. fin. supra de seruit. vrbano.prædio.& si tu subtilis diceres , quòd inquantum text. dicit possess.vsusfructus , capit impropriè poss. quia cùm vsusfructus sit ius,non potest propriè possideri , sed quasi. l. sequitur.§.si viam.infra titu.5.& l. seruus.§. incorporales. sup.titu.1. & l.3.in prin.supra eod.ego dico,quòd etiam dum text. ibi dicit dominium vsusfructus, etiam ibi ponit dominium impropriè, quia etiam dominium , quod habet vsufructuarius,non est verum,& proprium dominium,ex quo recognoscit alium dominum superiorem,vt declarat Bar.in l.j. in prin.in 2. char. sup.eo. & patet clarè , quia vsusfructus non est ius perfectè disponendi,prout diffinitur dominium proprium per Barto. & omnes in l.si quis vi.§. differentia.ĵ. eod. Sed est ius vtendi, & fruendi.l.j.sup.de vsufruct.ergo ista differentia glo.Bar. & om-
31 nium non est vera.¶†In ista 1.opp.Bar. tenet secundam opin. Io.tanquam notabiliorem,licèt dicat, ꝙ etiam tertia possit teneri.tu teneas tertiam solu. ꝙ proprietas , & poss.nihil habent commune respectu identitatis substantiæ,quia diuersa est substantia proprietatis à substantia pos. & sic in isto text. negatur com-

communio ſubſtantifica,& ſpecialis, nō autem negatur, quin ſit aliqua communio reſpectu generis, quia nullæ res ſunt in mundo,quæ reſpectu generalitatis non habeant aliquid commune:vnde homo & aſinus habent communionem reſpectu generis,hoc eſt habēt hoc commune, ꝙ vtrunque ſit animal. Tamen inſpectis terminis ſpecificis iſta eſt vera propoſitio,homo & aſinus nihil habent commune.Ita in propoſito licèt reſpectu generis vtrunque.ſ.proprietas,& poſ.ſit ius,cùm vtriuſque diffinitio debeat conſtare ex genere, & differētijs ſm Bar. in l.j.s̄.de teſt.& in l.j.in prin.s̄.eo.Tñ inſpectis terminis ſpecificis vtriuſque,iſta eſt vera propoſitio,proprietas,& poſ.nihil habent commune.

32 ¶†Circa 2.contrarium gl.ꝙ dominium cauſatur à poſſeſſione;& ſic poſ.ſe habeat vt antecedēs, dominiū vt ɔ̄ns,gl.non rñdet.Bar.ergo rñ.dupliciter, & alij cū eo tenent. Primò, ꝙ de iure primæuo bene proceſſit dñium à poſſ. Sed hodie poteſt haberi dñium ſine poſ.& ſine traditione, vt in legato.l.à Titio.in fi.j̄.de fur.& in eccleſia iuxta.l.fin.C.de ſacroſ. eccl.vnde hodie poſ.de neceſſitate non eſt antecedens ad dominiū. Sed aduerte, quia caſus allegati per Bar. ſunt ſpeciales, vnde oſtendunt regulam eſſe,vt dicit gl.ꝙ ex poſ. ſeu per medium poſſeſſionis acquiritur dñium,ſiue occupetur, qn̄ eſt in nullius bonis.l.j.in prin.s̄.eo.ſiue tradatur.§.ex his.inſti.per quas pſo.nob. acqui.l.traditio.in fi.s̄.tit.1.& l.traditionib. C. de pact. & eſt gl.magiſtra.in l.ſi ager.s̄. de rei ven. Secūdò modo rñdet Bar. ꝙ argm̄ procedit in actu acquiſitionis licèt non in actu retentionis, quia non poteſt retineri dñium abſque poſſ. Sed iſta ſol.non tollit argumentum, quia ex ea ſequitur, ꝙ habent aliquid commune. habent enim communionem, & connexitatem reſpectu acquiſitionis,ſeu generationis,ſicut etiam obligatio & actio.l.licet.§.ea obligatio.s̄. de procu. Sed quando oratio ſumitur negatiuè ex vniuerſo,vt hic,ſi aliquid ſit falſum,tota oratio redditur falſa.l.ſi is,qui ducenta.§.vtrū.s̄. de reb.dub. & ita eſt expedita prima glo.

¶Capio glo. 2. in verbo qui cœpit. Pro introitu huius gl.præmitte,ꝙ Bar. *& communiter Docto.* ex iſta glo. colligūnt quinque lecturas, & ſic quinque intellectus.Sed videtur,quòd mens glo.fuerit facere tantum tres lec. prin.patet,quia glo. in vlt.ſol. dixit,vel tertiò dic.Ideo videtur, quòd primæ ſolu.quas Bar. facit eſſe tres, ſunt in effectu tantū vna,ſcilicet,quādo finito petitorio proponitur poſſeſſorium. Finiri autem poteſt petitorium tribus modis,vel quia agēs ſuccubuit, vel renunciauit expreſsè, vel quòd renunciauit tacitè. Et de iſtis trib.modis Bar. facit tres lect. quæ tendunt ad idem, quòd hic non datur concurſus petitorij,& poſſeſſorij.Sed ſecūdum alias duas lect.bene datur concurſus. Iſto modo intelligēdo,iſta glo.diuiditur in ſex partes.In 1. opponit contra text. In 2.ponit tres ſolu. quæ tendunt ad idem, & aſsignat rationem tertiæ ſol.In 3.contra tertiam ſolu.opponit, & ſoluit.In 4. ponit aliam ſolu.In 5.aliam. In 6. & vltima alleg. duas leges concordantes ad tex.Secunda ibi,hic ergo dic.Tertia ibi, ſed certè ergo & èccontra agendo petitorio.Quarta ibi,vel dic agi. Quinta ibi,vel dic tertiò.Sexta & vlt.eſt ibi,& facit.s̄.eod.l.fin.

¶Sed aduerte, licèt aliàs legendo ſemper ſecutus fuerim declarationem Bar.& Doct.ad iſtam glo. quòd in iſta gl. formetur tantū vna oppo.& ponātur quinque ſolu. & ſic quinque intellectus,tamen glo. ponit vnam aliam principalem ſolu.ibi, ſed reſpōde,hic egit neſciens,de qua Bar. non facit mentionem.Pro ſolutione illius oppoſitionis, eo qùia talis ſolu. non vadit ad illā oppo.& ſic in glo.ſunt ſex ſol.& Bar.non facit mentionem niſi de quinque,ideo ego nunc teneo,quòd alia fuerit mens, & intentio glo.quàm Bar. & Doct.intellexerint, qui intellexerunt, quòd iſta glo.formet vnum contrarium tantum. ſ.quòd petitorium,& poſſeſſorium retinendæ non poſſunt ſimul concurrere,quia prius debet expediri cauſa poſſeſſorij,& poſteà cauſa petitorij,vt l.ordinarij.C.de rei vend.& l.incerti. C. de interdic. not. glo.in d.l. ſi de vi.s̄. de iud. contrarium de directo dicitur in iſto text.& ad iſtam oppo. vadunt quinque ſol. glo. ſecundum Barto. & ſcribent. Sed,vt dixi,alia etiam eſt ſolu.glo.quæ non faceret ad propoſitum iſtius opp.Ideo ego teneo,ꝙ gl.formet duas prin.op.Prima eſt, quam ſtatim formaui. Et iſta op. vadit ad ſecundam partem tex.ibi,& ideo,& ad iſtam opp.vadunt tres primę ſolu.gl.ſecundum quas non datur in hoc tex. concurſus petitorij, & poſſeſſorij, & ſic ceſſat oppoſitio. nam ſecundum primam ſol.agens petitorio, in eo prius ſuccubuit, poſteà egit poſſeſſorio.Sed ſecundum ſecundam lecturam ille,qui egit petitorio rei renunciauit expreſsè, vel tertio renunciauit tacitè ,& ſic ſecundum has tres lecturas non datur in hoc text. concurſus petitorij,& poſſeſſorij, & iſta ſunt plana in glo.¶Secunda principalis oppo. glo. eſt ibi, Sed certè, ergo & èccontra agendo petitorio.Et ad iſtam 2. opp. vadunt aliæ tres ſolu.glo. quæ ſequuntur.& ſic ſunt ſex ſol.Tres vadunt ad primam opp.& tres aliæ ad iſtam ſecundam,licèt Bar.& Doct.dicant,ꝙ ſunt tm̄ quinque ſol. quæ vadunt ad primam oppo. & malè.iſta ergo 2.oppo.vadit magis directò ad tertiam partem text.ibi,non enim vr̄,& ſic licèt Bar.dicat, quod ſimul & communiter proſequatur ſecundam & tertiam partem text. Dic melius, ꝙ imò glo. proſequitur ſeparatim ſecundam partem, & deinde tertiam partem tex.& licèt gl.videatur iſtam 2. opp. formare ad ea,quæ. s̄.dixi in 3. ſolu. præcedentis contrarij, & poſteà glo.j̄.in 1.ſolu.huius ſecundi contrarij dicat,ſed s̄.intellexi cùm ex certa ſcientia,& ſic non videatur glo. opponere ɔ̄ tex.tamen iſta 2. opp. venit propriè, & realiter contra tertiam partem text.vbi dicit text. ꝙ agendo petitorio non videtur renunciare poſſeſſorio. Contra,rei vend. non poteſt competere ei,qui poſſidet. §.ei vero qui. Inſtit. de actio. & l.j.§.perpetuò. infra vti poſſid. & c. examinata. de iudi. Nam agendo rei vendi.præſupponit reum conuentum,& ſic aduerſarium poſſidere.l.vnica.C.de alie.iud.& d.cap.examinata.ergo dato,ꝙ agens rei vendi. & ſic petitorio poſſideret, tamen ita agendo videtur poſſeſſioni renunciare,ex quo præſupponit aduerſarium poſſidere,& poſſ.poteſt ſolo animo perdi.l. ſi quis vi. §.differentia. j̄.eod.& l.3.§.in amittenda. ſup.eod. Si ſic eſt, ergo non poteſt procedere illud,quod dicit text.quòd agendo rei vendi.non videatur renunciare poſſeſſioni.Item nō poteſt procedere illud, quod dicit text. quòd poſſit etiam agere interdicto vti poſſid. quia illud non datur niſi poſſidenti. Vnde iſte intentans remedia contraria non eſt audiendus,vt dixi.ſup.in princi.tex. & eſt glo.in c.ſolicitudinem.de appella.facit l.ſcripturæ.C. de fide inſtru.Iſta eſt propriè 2.oppo. glo. quæ realiter, & fortiter tendit contra text.ad quam Bar.& Doct.non aduertunt,nec eam ſuper iſta glo.formant. Et ad iſtam 2. oppo. propriè vadunt aliæ tres ſol.gl.prima eſt,ꝙ iſte agēs neſciebat ſe poſſidere, quia poſſidebat per alium,ſcilicet per filium,vel ſeruum. Ergo agendo rei vend.non poteſt dici,ꝙ renunciauerit poſſeſſioni,q̄ ignora-

33 bat ſe habere,quia iuri, † quòd quis ignorat ſe habere,nunquā intelligitur renunciare.l.mater decedens.cum vulgarib.ſup.de inoffi.teſtam.Imò nec iuri,quod quis dubitat an habeat, nunquam intelligitur renunciare.l.fin.§.ſinautem neſcius, & dubitans.vbi Bart.multum not. C.de fur. & l. quandiu.vbi latè dixi. C.qui admit.Secunda ſolu.glo.eſt,quando agens rei vend.non

34 poſſidebat, ſed poſteà quæſiuit poſſeſſionem , vnde † iuri de futuro poſteà quærendo nunquam intelligitur quis renunciare.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione.s̄.de leg.2. gl.Bar.& omnes in l.j.C.de pact.& ſic in forma reſpondetur ſecundæ oppo. ꝙ agendo rei vendica.intelligitur renunciare poſſeſsioni, procedit ſi illo tempore,quo egit,poſsidebat.ſecus ſi poſtea acquiſiuit poſ.Tertia ſolu.glo. & vera eſt, quòd hic poſſeſſor egit rei vend. cōtra ſimplicem detentorem pro ſola tenuta, ꝙ poteſt. l.officium.s̄.de rei vendi.& ſic pręſupponit reum conuentum non eſſe poſſeſſorem, ſed detentatorem, ergo tunc non intelligitur ſuæ poſſeſsioni ciuili renunciare, ideo poteſt pro ſua ciuili agere interdicto vti poſ. ɔ̄ eundem,à quo turbatur in ſua ciuili,ergo rei vendi.& interdictum vti.poſsid.non ſunt remedia contraria, ex quo competunt diuerſis reſpectibus, vt dicit glo.iſta videtur mihi eſſe mens,& intentio huius glo. clara, & expedita,licèt Barto.& alij aliter intelligant, & inculcant ſol.gl. ad vnum contrarium,& malè,& ſecundum iſtam declarationem diuido hanc glo.in tres partes princip. In 1.format vnam oppo. contra ſecundam partem tex. & ponit tres ſol. & rationem tertiæ ſolutionis,& illæ tres ſol. tendunt ad idem,vt s̄.declaraui. In 2. format aliam ſecundam opp. propriè contra tertiam partem text. licèt videatur opponere ad præcedentia, & ponit tres ſol.In 3.alleg. duas ll. concor. ad text. & dum allegat l.fin.in prin.j̄.eod.eſt corrupta,debet allegare l.pen.ſ. permiſceri.& non.l.fin.quæ incipit aduerſus.Secunda ibi,ſed certè ergo & èccontra agendo petitorio.Tertia & vlt.eſt propè fin. ibi, & facit.j̄.eo.l.ſi.in prin. Rurſus prima pars prin.glo. poteſt ſubdiuidi in quinque particulas.In 1. opponit contra ſecundam partem tex. In ſecunda ſoluit vno modo. In 3.alio. In 4.alio. In 5. ponit rationem tertiæ ſol.partes patent in glo.Similiter 2. pars prin.glo. poteſt ſubdiuidi in quatuor,prout ſecundò opponit. Deinde tripliciter ſoluit, partes etiam patent in glo. Ita habes enucleatum proprium ſenſum huius glo. aliter, quàm Bart.& Doct.dixerint,ſequar tn̄ in ſequentibus legendo ordinem Barcuius veſtigia ſemper adoro.¶In ea.gl.ibi,hic ergo dic,ꝙ primo egi rei ven.& ſuccubui.iſta eſt prima ſolu.& ſic primus in-

35 tellectus ad iſtum text. ex quo habes, † ꝙ ſententia abſoluto-
a ria [a] lata in petitorio iudicio ſuper rei vend non præiudicat ei- dem

ADDITIO.

a ¶Sententia abſolutoria. Adde Io. And. in addi. Spe. in tit. de pet. & poſ. §.j. verſ. ſed quid ſi pro vno.

dem poſteà agenti poſſeſſorio, quod eſt verum ſecundum
Barto.& alios, quando reus fuit abſolutus, quia actor non pro-
bauit, quia tunc nihil eſt probatum de iure poſſeſſoris. l. ſi inter
me. infra de exceptio. rei iudic. & l. ſed & ſi poſſeſſori. in princ.
ſupra de iureiuran. Secus ſi eſt abſolutus, quia ipſe reus proba-
uit ſe dominum, tunc ſententia abſolutoria obſtat aduerſa-
rio volenti agere interdicto adipiſcendæ, puta quorum bono-
rum propter regulam, dolo facis, quia petis, quod mihi reſti-
turus es, quia ego ſum dominus, & res debet eſſe penes do-
minum. capitul. cùm dilectus. de cauſa poſſeſ. & proprieta. l.
36 bona fides. ſupra depoſit. † Secus ſi ageret interdicto retinen-
dæ,& ſic vti poſſidet. tunc non obſtat exceptio dominij ſecun-
dum gloſſ. in l. ſi de eo §. fin. in glo. mag. ad fin. infra eod. Sub-
37 dit Bart. ſaluando Dyn. † quòd in interdict. vti poſſid. quando
vterque prætendit ſe poſſidere, prout quotidie contingit, &
vterque habet pares probationes poſſeſ. ille debet obtinere,
qui de ſuo dominio docet, quando apparet, quòd poſſeſ. ſua
eſt iuſtior ſecundum Cyn. in l. vnica. in penult. quæſtion. C. vti
poſſide. idem repetit Barto. infra in ſequenti columna. not. be-
ne iſtam deciſionem Bartol. quia frequenter allegatur in pra-
ctica. Adde, quòd idem tenet Bartol. in l. ſi duo. in principio. in
* vltima columna. infra vti poſſide. vbi dicit, *omnes hoc tenere*.
38 ¶† Confirmatur optimè, quia poſſeſ. titulata, ideſt, quæ habet
titulum dominij, eſt potior, & præfertur, quia magis iuſtifica-
tur per viam rationis ſecundum Bald. in l. qui accuſare. in vlt.
not. C. de edend. vbi reputat hoc eſſe tenendum menti. Ad idē
39 bene facit, quia † quando dubitatur de poſſeſ. antiquiori, hoc
eſt quis eorum ſit in longiori poſſeſ. ille, qui probat iuſtiorem
cauſam, vincit, quia qualitas poſſeſ. facit vnam probationem
alteri præualere, & tanto iuſtior, & potior eſt poſſeſ. quanto
magis eſt à proprietate cauſata. Ita ſignanter tenet Bald. in
l. data opera. ad fin. C. de his, qui accuſare non poſſunt. Cuius
verba reputauit eſſe aurea ad practicam domin. Franciſc. de
Curte in conſilio 76. quod incip. ſuper motiuis redditis in fa-
40 uorem communitatis. in penul. columna. ad fin. † Item, quan-
do duo probant de poſſeſ. bona fide, & inſolidum, ille erit po-
tior, cui ius commune fauet, quia cum eo eſt iuris adminicu-
lum, ita ſignanter tenet Bald. in capitu. ſi diligenti. in vltima co-
lumna. per illum textum. de præſcrip. Et Bald. in capitul. licèt
cauſam. in octaua columna. de probationib. per illum text.
quem ad hoc reputat ſingular. & ſubdit fortius, quòd etiam
inter prædones ille vincit in interdicto vti poſſidetis, qui pro-
bat titulum. not. bene prædicta, quia ſunt vtilia, & quotidiana
41 ad practicam. ¶† Succeſſiuè per iſta Bartol. tradit intellectum
ad gloſſ. not. in l. ſi de vi. in gloſſ. magna. ad fin. ſupra de iudic.
quòd exceptio dominij obſtat agēti poſſeſſorio, ſi de dominio
quis eſt paratus docere incontinenti, vt illa gloſſ. procedat in
agente poſſeſſorio adipiſcendæ, ſecus ſi retinendæ, quòd pro-
bat, quia ibi glo. dicit exceptionem dominij opponi ſecundū
regulam, dolo facis, & ſic loquitur de eo, qui agit, vt poſſeſ. ac-
quirat de nouo, non vt acquiſitam retineat. cum Barto. ſimpli-
citer tenent alij hic. Adde, quòd eundem intellectum ad illam
gloſ. tenet Bald. in capit. 1. de reſtitu. ſpol. & c. in literis. eod. tit.
Sed dic, quòd illa gloſſ. loquitur in quocunque genere poſſeſ-
ſorij, vt clarè ſonant verba gloſſ. ibi. Nec obſtat fundamentum
Barto. quòd exceptio dolo facis, non obſtat agenti poſſeſſorio
retinendę, quia imò petens ſe nō turbari in poſſeſ. petit, quod
eſt reſtituturus, ſi conuentus offert ſe incontinenti paratum
probare de dominio, quia ſi poteſt poſſeſ. auocare, longè ma-
gis poteſt illam turbare. argum. l. nec in ea. §. primo. infra ad
legem Iuliam de adulter. & iſtud eſt fundamentum Paul. de
42 Caſtr. in dict. l. ſi de eo. §. final. infra eod. ¶† Limita concluſio-
nem Bartol. quòd in interdicto adipiſcendæ poſſit obijci exce-
ptio dominij, quando quis vult eam probare incontinenti. Fal-
lit not. quando poſſeſſorium adipiſcendæ concederetur ali-
cui in pœnam rei conuenti, qui primò negauit ſe poſſidere,
& poſteà conuictus eſt de mendacio, tunc propter odium de-
linquentis fit, vt non admittatur volens ſtatim probare de do-
minio. gloſſ. eſt ſingular. in l. final. ſupra de rei vendica. quam
ibi approbat Bartol. & ex ea infert ibi Angel. hanc limitatio-
nem, & ſequitur ſimpliciter Aret. hic. ¶ Iuxta hanc partem
gloſſ. quærit Bartol. an ſententia abſolutoria lata in petitorio
pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio ſecundo loco
intentato, & in hoc Bartol. in poſſeſſorio non habente anne-
xam cauſam proprietatis, quod eſt regulariter, facit tria mem-
bra, ſicut tres ſunt ſpecies interdictorum, quas declarat text. in
43 §. ſequens. Inſtitu. de inderdict. ¶† Circa primum membrum
inquantum concludit Bartol. quòd agenti interdicto recupe-
randę non obſtat exceptio rei iudicatæ, etiam ſi de ea ſtatim
fidem faceret, & etiam ſi eſſet lata abſolutoria, quia reus abſo-
lutus probaſſet de dominio, eo quia agenti tali interdicto re-
a cuperandæ[a] non obſtat exceptio dominij, quia ſpoliatus ante
omnia eſt reſtituendus. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul.
de vi public. c. ſolicitæ. & in capit. literis. de reſtitu. ſpol. adde, ꝙ
idem tenet glo. in d. capit. ſolicitæ. in gloſſ. 1. & glo. in capit. pa-
ſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprieta. idem tenet Bartol. in l. ſi de
vi. circa fin. ſ. de iudic. dom. Abb. in capit. literas. in 6. colum. de
reſtitu. ſpol. ¶ Contrarium tenent Angel. Imol. & indifferenter
omnes Moder. hic, & dicit Raph. Cuman. quòd habuit de fa-
cto iſtam quæſtio. & quòd ita obtinuit contra Bartol. Idem te-
net Paul, de Caſtr. in l. 2. C. de edict. diui Adri. tollen. & in l. per-
miſceri. in princip. ſ. eod. Canon. in capitul. 2. de cauſa poſſeſ. &
proprietat. d. Anton. de Butr. in c. cùm dilectus. & in capit. pa-
* ſtoralis. eod. titul. & in c. literis. de reſtit. ſpol. *& iſta eſt communis
opin.* contra Bart. ſecundum do. Alex. hic. contra Bartol. addu-
cuntur duo præcipua fundamenta. Primò, quia per ſentētiam
abſolutoriam latam in fauorem rei, qua pronunciatum eſt eū
eſſe dominum, notoriè conſtat de dominio rei, quia ſenten-
tia lata inter eaſdem perſonas facit notorium. capit. veſtra, &
capitul. fina. de cohabitatio. clericor. & mulie. Sed exceptio, de
44 qua † notoriè conſtat, excludit ſpoliatum agentem interdicto
recuperandæ, vt eſt text. cum gloſſ. in capit. ad decimas. de reſti.
ſpol. in 6. probatur in capi. ſignificaſti. de diuor. & ita reſponde-
tur ad regulam. d. l. ſi quis ad ſe fundum. quòd ſpoliatus ante
omnia eſt reſtituendus. nam procedit, niſi exceptio dominij ſit
notoria per ſententiam. ¶ Ego pro iſto primo fundamento
contra Bart. quòd quando notoriū eſt de dominio non admit-
tatur exceptio ſpoliationis, addo do. Abb. in capitul. cum dile-
ctus. in 9. columna. de ordin. cogni. not. Abb. in capitul. intelle-
ximus. in 3. & 4. not. per illum text. de adulter. latè Gemin. in c.
frequens. §. final. & in dict. capit. ad decimas. in penult. colum.
45 de reſtitut. ſpoliator. in 6. ¶† Item addo, quòd ſingul. tenet do.
Alexand. in l. ſi rem aliquam. in vltima columna. ſ. eodem. vbi
tenet, quòd exceptio notoria dominij impedit remedium. l. ſi
quis conductionis titulo. C. loca. quod remedium eſt ſimiliter
recuperandæ poſſeſ. allegat, quæ hic habētur. Eſt verum, ꝙ
alibi gloſſ. in capit. ex conqueſtione. de reſtitu. ſpolia. quam Bal.
ibi multum not. tenet, quòd de notorio impedimento non
poteſt excipi per ſpoliatorem, quod multum faceret contra
iſtud fundamentum. reperio etiam, quòd domin. Cardi. Flor.
de quo Scriben. mentionem non faciunt in clementi. vnica. de
cauſa poſſeſ. & proprieta. in vlt. colum. in 16. quæſtio. reſpon-
det huic fundamento, quòd notorietas dominij proueniens ex
tali ſententia nōn excludit poſſeſſorium, quod habuit ortum,
priuſquam ſurgeret talis notorietas dominij, quia iſto facto
ſuperuenienti nō debet tolli ius quæſitum parti, quia iſte prius
fuit violenter, & ſic de facto ſpoliatus, antequam ſpoliatus ob-
tineret ſententiam. capitul. audita. de reſtitu. ſpol. & ſic non ob-
ſtante ſententia lata in petitorio pro aduerſario, poteſt pars de
ducere poſſeſſorium recuperandę, quòd ſibi competit ex ſpo-
liatione prius facta. Sed iſta reſponſio confunditur apertè per
text. in d. capit. ſignificaſti. de diuor. vbi exceptio notoria adul-
terij vxoris ſuperuenit poſt ſpoliationem, & tamen facit, ꝙ
mulier ſpoliata non debeat ante reſtitui. Item confunditur per
capit. primum. de reſtit. ſpolia. vt ſtatim dicam in ſequen. fun-
damento, & ſic illud primum fundm̄ ↄ̃ Bar. remanet validū, &
inconcuſſum. ¶ Scd̄ò ↄ̃ Bar. facit, q̱a ex quo in iudicio peti. di-
ſputatum eſt, & lata ſn̄ia de iure dn̄ij ſpoliato tacitè ↄſentien-
te, q̱ non eſt vſus conſilio legis, is qui deſtinauit. ſ. de rei ven. vt
ab initio ꝓponeret poſſeſſorium recuperādę, ergo ↄ̃ cum po-
ſteà agentē ad reſtōnem poterit opponi exceptio dn̄ij iam co-
gniti, & ꝓbati, vt eſt tex. in c. 1. de reſti. ſpo. q̱a ex quo paſſus eſt
ita agi de dn̄io & ꝓnunciari, ex quodā tacito cōſenſu ſibi pręiudicat, vt ibi eſt tex. & in ſimili tenet Bar. in l. 1. §. ſed & ſi is cui.
46 ff. de ope. no. nun. ¶† Adde tertiò ꝓ iſta opi. ↄ̃ Bar. bene facere,
ꝙ tenet no. Bal. in l. ſi de ꝓprietate. in vlt. col. poſt medium. C. ſi
à nō ↄpe. iud. vbi tenet, ꝙ qn̄ exceptio, q̄ obijcit̄ ſpoliato, ꝓba-
tionem non requirit, vt in caſu noſtro, ille ſpoliatus nō debet
reſtitui. allegat ita tenere Oldra. Laud. in conſi. 271. eſt corru-
pta allegatio, & debuit allegare in conſi. 274. inc. in cā, quę ver-
tit̄ ſuꝑ diœceſano iure. in 2. col. idē tenet ipſe Old. in conſ. 224.
incip. iſte ſunt allegationes ſuper iure primogenituræ. ¶ Quid
tenendum? habeo iſtū caſum ꝓ valde ambiguo, & diſputabi-
li ad

ADDITIO.

a *Recuperandæ. Adde, ꝙ illud, ꝙ dr̄, ꝙ exceptio proprietatis non pōt opponi agenti poſſeſſorio recuperandę, procedit, niſi ſit talis exceptio, quę ita concludat in poſſeſſorio, ſicut in petitorio, exemplum in exceptione fraudis po nit Rip. rn̄ſ. 45. col. fi. in fi. declara, vt per Dec. conſil. 84. col. 3. in fin. Dy. in c. dolo facit, & in c. qui ad agendum. extra de reg. iur. eundem Rip. reſpon. 152. & 155. col. 7. conſil. 419. colum. 3. & 4. Rol. conſil. 1. num. 26. libr. 1. Dec. conſil. 424. colum. 2. 467. colum. 2.

li ad vtranque partem. *Et licèt omnes hic teneant contra Bart.* præſertim.d.Alex.& Aret.tu potes diſputatiuè attentare defenſionem opin.Bart.¶Primò per tex.optimũ in c.porrò. de diuor. vbi eſt text.bene ſignandus,quòd exceptio notoria non impedit,quin ſpoliatus ante omnia debeat reſtitui. Tamen contrarium videtur dicere text.in capit. ſequen. ſ.in capit. ſignificaſti. cod.titul.quod allegaui ſupra pro parte contraria, quod capit. allegatur per tenentes opin.contrariam contra Barto.Iſtud eſt difficilimum contrarium ſecundum domin. Abb. & Canon. in d.c.porrò, qui varijs modis conantur reſpõdere, & nõ bene eneruant difficultatem illorum iurium,pręſertim inquantum do.Abb.reſpondet,quòd in d.cap.porrò.non fuit oppoſita illa exceptio notoria conſanguinitatis. Et quòd ſi bene aduertatur ad illum text.non dicitur fuiſſe oppoſitam talem exceptionẽ, & ſic vult, ꝙ ſi fuiſſet oppoſita, mulier tanquam ſpoliata non fuiſſet prius reſtituta , quæ ſolu. videtur mihi truffa, quia eſſet imponere legem verbis & non rebus,contra.l.2.in fin.C.commun.de leg.& cap.commiſſa.in prin.de elect.in 6.Item reſpondete, vt facit dom. Abb. ꝙ illa exceptio licèt ſufficiat ad ſeparationem thori, non tamen ſufficit, quin talis mulier potuerit ſtare in domo, ſi non tanquam vxor, ſaltem tanquam ſoror, iuxta. c.conſanguinei. de frigi. & malefi. etiam non tollit difficultatem. Sed poteſt reſponderi, ꝙ in d.c.ſignificaſti.exceptio notoria adulterij , per quam maritus poteſt ipſo iure repellere vxorem , & petere ſeparationem mr̃imonij quo ad thorum, quia concernit poſſeſſorium, impedit reſtitutionem. Sed in d. c.porrò.exceptio conſanguinitatis, licèt notoria, quia concernit petitorium, & ſic proprietatem matrimonij , an valeat,vel non , tunc deiectio vxoris ex ea fieri non poteſt , quia eſt præiudicialis,vnde debet ferri ſententia per iudicem,& non poteſt maritus propria auctoritate facere , ideo non impedit reſtitutionem.ita propriè loquitur text.in d.c.porrò. vbi text.aſſignat dictam rãtionem.Et ita etiam videntur aliqui Canoniſtæ ibidẽ ſentire,licèt non exprimant. Modo in propoſito exceptio ſententiæ abſolutoriæ ſolùm reſpicit dominium, & ſic proprietatem, & nihil de poſſeſſione. Ideo licèt ſit notoria,nõ debet impedire reſtitutionem ſpoliati, vt eſt text.in d.c.porrò, qui iſto modo ſtringit pro Bart.& nihil obſtabit text.in d.c.ſignificaſti.

46 quem aduerſarij pro ſe alleg.ꝯ Bart.¶† Secundò pro conclu. Bar.ſtringit,quia ſtat ſimul,ꝙ reus pro quo lata eſt ſñĩa,ſit dñs, & tamen actor debeat poſſidere,quia vt dicit iſte tex. nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate.Ergo non vr̃, ꝙ ſñĩa lata ſuper vno debeat præiudicare ſuper alio, nam ſtat , quòd tuum ſit dominium tantum , & ego iuſtam poſſeſſionem habeam. Et ſtringe fortius reſpondendo fundamentis contrarijs, nam ſñĩa lata ſuper dominio facit notorium inter ipſas partes,vt dicunt aduerſarij, verum eſt reſpectu dominij, ſed non reſpectu poſſeſſi. niſi ſñĩa eſſet lata ſuper vtroque, & ſi tu ſubtilis diceres,iſtud fundamentum poſſet militare, quando conſtaret de iuſta poſſeſ.agentis,vt tenet Bart.ĵ.in 2.membr. princ. Sed hic propter ſententiam latam ſuper dñio pro reo, eſt præſumptio, quòd poſſeſ.non ſit iuſta. Item ille, qui ſuccubuit in dñio,tenetur ad reſtitutionem poſ.vt eſt text.in l.officium.ſ.de rei vend.Reſponde,ꝙ iſtud non videtur poſſe procedere in interdicto recuperandæ, cùm etiam prædo ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, a vt dicit tex.in cap.literis.in fi.de reſtit.ſpolia.Ergo in interdicto recuperãdæ, quod eſt ita priuilegiatum, non videtur illa reſponſio poſſe militare. Contra iſtud fundamentum turbat me multum vnus text. in capit.1. de reſtitut. ſpolia. vbi ſpoliatus paſſus eſt cognoſci de dominio , & lata ſit ſententia ſuper dominio,non poteſt poſteà ille ſpoliatus petere, quòd reſtituatur , niſi diceres, quod ibi ſententia fuerit lata ſuper vtroque,& ſuper dominio,& ſuper poſſeſſione, quæ ſol. non videtur mihi tuta ad illum text. & eſt omnino diuinare,

47 & reſtringere illum textum.¶† Tertiò pro opin. Bartol. facere videtur illud,quod tenet Bald. in l.ordinarij.in vltim. columna. circa medium. C. de rei vendicat. vbi tenet, quòd eſt ſpeciale in ſpiritualibus propter periculum animæ, quòd non ſit fienda reſtitutio ſpoliato, ſi eſt notorium de iniuſtitia agentis, ita intelligit Inn.in c. ꝯſtitutus.de fil.præſby.Sed caue per tex.in d. c.ad decimas.de reſtit. ſpol.in 6.in d. c. ſig.de diuor.Et contrarium tenet Saly.licèt de Bart.non faciat mentionem in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad legem Iul. de vi.¶Quartò , & fortius facere videtur , quia ſi ſententia lata in petitorio pareret exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio recuperandæ , quando reus eſt abſolutus , quia probauit ſe dominum, ſequeretur , quòd iſta duo remedia non poſſent ſimul cumulari,per reg.l.fundi , & l. fundum. infra de exception. & tamen iſtud eſt falſum. l. cùm fundum.§.final.infra de vi,& vi arma. & cap.paſtoralis.de cau-

48 ſa poſſeſ.& propriet. † Tamen ad iſtud fundamentum reſpõde,vt per Bartol.in dicta l. fundum. in ſecunda columna. infra de excep.vbi Bart. tradit not. doct. ꝙ quando abſolutoria lata in prima poſſibile eſt,ꝙ pariat præiudicium in ſecunda, ſecundum communem curſum cauſarum,& ſecundum communiter accidentia tunc non admittitur cumulatio,ſed in propoſito noſtro communis curſus cauſarum eſt , quòd reus non aſſumat in ſe onus probandi rem eſſe ſuam, licèt poſſit ſi vult. l.circa.vbi glo.not.ſupra de probationib.& tunc non facit præiudicium cumulationi,& ita etiam reſpondent Imol.& Mod. ĵ.ſuper prima combinatione Bart. vbi dicetur. ¶Et tenendo iſtam partem non obſt.text.in capit.ad decimas.de reſtitu.ſpo. in ſexto. ſuper quo ſe fundant tenentes contrarium, quia ibi exceptio notoria iuris communis,quòd prædia erant in aliena parochia conſtituta , ita concludebat ſuper poſſeſſione , ſicut ſuper dominio, & ſic ibi notoriè cõſtabat de iniuſta poſſeſſione. Item ibi eſt iuris communis præſumptio contra petentem reſtitutionem talis poſſeſſionis, de qua ibi, vt dicit ibidem

49 text.Nimirum ſi non auditur , quæ ratio ceſſat hic . ¶† Circa ſecundum membrum Bartol. in quo tenet, quòd agenti in interdicto retinendæ, puta , vti poſſidetis , non obſtat exceptio dominij,nec rei iudicatæ, ſi conſtat de iuſta poſſeſ. intentantis interdictum. per gloſſ. in l. ſi de eo. §. final. vbi etiam Bartol. idem tenet. infra eodem. Et per iſtum textum. iſtam concluſ. impugnat ſubtiliter.d.Alexand.hic dicens, quòd minus poteſt defendi,quàm præcedens concluſio, quia quando agitur poſſ. recuperandæ per ſpoliatum , quod eſt priuilegiatum , vt ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus , tamen ſi de dominio conſtat per abſolutoriam latam in petitorio , quia tranſit in notorium inter ipſas partes, hæc exceptio notoria dominij obſtat in poſſeſſorio recuperandæ , ergo multomagis debet obſtare, quando agitur poſſeſſorio retinendæ per turbatum,ex quo notoriè conſtat de dominio per ſententiam prius latam in iudicio petitorio , vnde quod concluſum eſt in concluſione præcedenti contra ſpoliatum , qui eſt priuilegiatus , fortius debet hic ſtatui contra turbatum agentem interdicto retinendæ, qui eſt minus priuilegiatus. ¶Sed tu aduerte , quòd iſta ratio nihil obſtaret tenendo concluſion.Bartol. prout tenenui in præceden.membr.Sed etiam tenendo aliam opin. *quæ eſt communiter contra Bartol.* adhuc dico, quòd iſta ratio.d. Alexand. licèt ſubtilis , & admodum coloratata, poteſt optimè euadi , quia facilius impeditur reſtitutio , quàm retentio per regul. l. patre furioſo.ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. & l.fina. vbi text.not. ſ. vnde liber.& c.quemadmodum.circ.med.de iureiur. & capit. ad apoſtolicam.de regular. quia in iſto poſſeſ. retinendæ nulla reſtitutio poſſeſ.petitur,ſed petitur ſolùm, quòd aduerſarius à turbatione deſiſtat.Et ſic non videtur obſtare except.rei iudic. per l.cùm quæritur.cum ſequen. ĵ.de exception. rei iudic. Niſi peteretur reſtitutio naturalis poſſeſ. vt per gloſſ. hic in vltimo intellectu,& gl.in l.clam poſſidere. §.qui ad nundinas. in gloſſ. mag.in vlt.parte.ſ.eo. Nam non poteſt deſiſti à turbatione, niſi naturalis reſtituatur , vt dicunt glo. præallegat. Tamen iſtud venit in conſequentiam . Ergo non eſt conſiderandum ad l. ſi quis nec cauſam.ſ.ſi cert.peta.& l.1.§.ſi te rogauero. ſ.depo. Aliàs diceretur poſſeſſorium recuperandæ , quòd eſt falſum, vt §.ſequens.inſti.de interdic.Item agens interdicto retinendæ, licèt apparẽter videatur actor, tamen potius in effectu eſt defenſor,ne turbetur.l.1.§.huius autem.ĵ.vti poſſid. vnde q̃uis aduerſarius ſit dñs,non tñ licuit propria auctoritate de facto moleſtare iſtum,qui eſt in poſ.bona fide, vt dicit Bart.in l. vim facit.ĵ.de vi,& vi arma.& l.1.C.qñ lice.ſine iud.ſed vind.Facit bene text.in l.1.§.fin.cum ſeq. ĵ.vti poſſidet. vbi quando poſſidet quis vi,vel clam,vel precario à domino,tunc licèt domino cũ turbare, ergo ſecus, qñ bona fide, & ſic quando iuſtificat poſ-

50 ſeſſionem,vt loquitur Bart. ¶† Circa tertium memb.Bar.not. bene dictum Bar.ꝙ ſi eſt lata ſñĩa in iudicio petitorio pro reo, per quam declaratus eſt dñs,ꝙ exceptio talis ſñĩæ, ita demum repellet agentem poſſeſſorio adipiſcendæ,ſi de tali ſñĩa doceat incontinenti,ſ'm gl. in l.ſi de vi. in glo.magn. ad fin.ſ.de iudic.

51 † Pondera ergo diligenter , quòd licèt ſententia lata faciat inter eaſdem perſonas notorium.capit.veſtra,& cap. fina. de cohabit.clericor.& mulier. not. Innocen. in cap. ex inſinuatione de appellation. & in capitul. per tuas.de teſtam. Tamen talis ſententia non facit notorium alij iudici,qui eam non tulit,niſi pducatur coram eo.Ita vult Bartol.& de hoc vide gloſſ. notab. in l.

ADDITIO.

a ¶Reſtituendus.Capit.1.2.q.1.Adde Card.Zab.in c.Abb.colu. 3, ꝙ met.cauſ.
* Et hanc reg.declara,& limita,vt per Catel.in verſ. ſpoliatus. Hipp. ſing. 16. & 199.Aym.conſi.124.num.4.& conſil.140.Rol.conſi.1.num.33.& 77.cõſ. 53.num.25.lib.1.conſil.6.num.10.& alijs ſequen.lib.2.Dec.conſil. 200. Gabriel.commu.opin.lib.5.tit.de reſti.ſpol.conclu.3.

in l. quoties. §. final. ff. de probationib. Et quod vult dom. Anto.
52 de But. in c. inter monastriũ. de re iudic. ¶† Iuxta prędicta quęrit Bartol. quid in casu ècontrario, an sententia absolutoria lata in possessorio praeiudicet agenti posteà petitorio. Aduerte inquantum Bartol. hic alleg. l. & an eadem. §. final. infra de exceptio. rei iudica. per quam gloss. 1. exemplificat princip. §. nostri, non videtur, quòd ille text. faciat ad propositũ, quia ibi de sententia absolutoria verbum nullum, sed solùm dicit de eo, qui egit possessorio, & posteà vult agere petitorio, an ei obstet exceptio, sicut nec in isto text. nostro aliqua fit mentio de sententia absolutoria, prout Bartol. met infra proximè per hoc reprobat primum intellectum gloss. Sed defendendo Bartol. responde, cùm ille text. ponatur sub titulo de exceptio. rei iudic. & dicat non repelli per exceptionem, ergo loquitur de ex-
53 ceptione rei iudic. † Et sic loquitur lata sententia, vt conueniat titulo sub quo est posita, argu. l. Imperator. ff. de in diem addict. glo. in c. tibi qui. in glos. prima. de rescrip. in sexto. Istud autem non potest dici ad tex. nostrum, & ita in hoc saluo Bar. ne videatur contrarius. Sed tu vltra Bartol. inducas subtilius illum text. in d. l. & an eadem. §. final. quia si sententia lata in possessorio posset parere exceptionem rei iudica. in petitorio, non admitteretur cumulatio, per regu. l. fundi, & l. fundum. infra de exceptio. Sed cotrarium decidit ille text. quòd admittatur cumulatio, ergo vult, quòd sententia lata in possessorio nõ
54 pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio. ¶† Item inquantum Bartol. vult, quòd quando esset possessorium habens annexam causam dominij, tunc sententia lata in possessorio bene parit exceptionem volenti agere petitorio, per l. secundã. §. quædam cum glos. prima. infra de interdict. Adde, quod idem tenet Bartol. infra in prima combinatione. Bald. in repeti. l. incerti. in quinta colum. C. de interdict. ¶ Istud reprehendunt do. Ant. de Butr. post Io. Cald. in c. cùm dilectus. 10. colu. de causa. pos. & propriet. & d. Alex. hic, fundamento satis colorato, quia cùm dominium veniat incidenter, sententia lata in possessorio, vbi dominium venit incidenter, non facit præiudicium, si in alio iudicio principaliter intentetur, prout fit in iudicio petitorio. l. sed si ante. ff. de excep. vbi est text. ꝙ si egi ꝯsessoria ad seruitutem viæ, & aduersarius excipit me non esse dominum, iuxta. l. 2. in prin. ff. si seru. vend. & succubui, non nocet mihi posteà agenti rei vendicatione, & ita declarat Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5. oppositio. ff. de verbo. obliga. ¶ Istas opi. concordat Lud. Rom. hic in 8. colum. super prima combinatione Bartol. & dicit, quòd aut iudicium possessorium habet principaliter annexam causam proprietatis, vt est iudicium de itiner. actuque priua. & de aqua quotidiana & æsti. Et tunc verum est illud, quod tenet Bartol. quòd sententia in illo lata parit exceptionem rei iudic. in petitorio. Aut habet incidenter annexam causam proprietatis, adeo, quod de ipsa in hoc possessorio iudicio summariè probatur, vt est in iudicio de liber. exhibend. & tunc sententia lata super hoc possessorio ex probatione summariè facta super dominio, non parit exceptio. rei iudi. in petitorio, vt probatur in l. pen. & ibi gl. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. à diuo Pio. §. si super reb. de re iudic. & in capitul. veniens. de testa. & ita procedit opin. dom. Anton. Tu aduerte defendendo Bartol. quòd in possessorio habente causam proprietatis dominium venit principaliter, & non in consequentiam possessionis. Nam in interdicto de itine. actuq; priuato debet ꝓbari dominium, vel ius seruitutis, vt competat istud interdictum de itine. actuq; priua. l. 3. §. hoc autem interdicto, & ibi Bart. ff. de itine. actuque priua. Ergo apparet, quòd probatio istius iuris, seu dominij venit principaliter, & non in cõsequentiam possessio. nam in isto interdicto non requiritur quem possidere, vel quasi, sed requiritur vsus facti, & dñium, vt declarat Bartol in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priua. per illum text. in versic. vsus sit, & hoc est, quòd voluit dicere Lud. Rom. quem statim proximè retuli. Ad idem bene facit tex. in l. 1. §. fin. de aqua quoti. & æsti. vbi dicit text. not. quòd interdicta possessoria, quæ habent causam proprietatis, non sunt sicut cætera possessoria, quæ iudicium petitorium præparant, sed ista totam quæstionem finiunt, & ibi gloss. dicit, quòd in istis quæstio proprietatis terminatur, in alijs reseruatur, & sic non obstat tex. in dicta l. sed si ante, quia ibi dominiũ fuit deductum incidenter, patet, quia ex sola possess. probatur. l. sicuti. §. sed si quæratur. supra si seru. vendice. & ita etiam effectualiter tenent Modern. Senen. hic, licèt alijs verbis, & alijs medijs vtantur. ¶ Item adde, quod Bald. in l. post sententiam. C. de sentent. aliud attentauit, quòd etiam si in possessorio iudicio esset dominium liquidatum, tamen non præiudicaret in petitorio, eo quia super dominio non potest ferri sententia, cùm non sit super dominio lis contesta. sed super possessione, ergo nec probatio. l. momentaneæ. C. qui legi. person. hab. nisi quatenus accedunt ad adminiculum possessorij iustificandũ, capitul. licèt causam. de probat. fallit in possessorio mixto iuris, & facti. l. final. C. de edict. diui Adria. tollend. secundum eũ. Sed istud non obstaret Bartol. in possessorio habente causam proprietatis, in quo dominium principaliter intentatur, vt sta-
55 tim deduxi. ¶† Item adde Bal. in l. fi. 5. colum. C. de codicil. vbi tenet, quòd aliquando possessorium est contrarium petitorio, & tunc præiudicat petitorio ratione contrarietatis, & electionis per illum text. Interdum non est contrarium, sed præparatorium illius, vel separatum ab illo, & tunc illi non præiudicat, quòd reputat bene notand. ¶ Ista prima lectur. gl. secundũ Bartol. est in se vera, sed quantum ad istam. l. continet diuinationem, cùm in isto text. nulla fiat mentio de sententia absolu-
56 toria, vel ꝙ actor succubuerit secundum eũ. † Tu dic fortius, quòd ista prima lectur. est contra istum text. qui dicit cępit *rem vendicare*. quod verbum cępit, denotat initium, & non perfectionem. l. 1. §. cępisset. ff. de pollicit. & l. vbi ceptum. ff. de iud. Nec obst. ꝙ text. in fin. dicat vendicauit, quod rem perfectam denotat. l. 1. §. fin. supra ꝙ quisque iur. c. in his. de verbor. signifi. quia dic, quòd text. ff. in verbo cępit, vult dicere, quòd iudiciũ sit incohatum à petitorio, & non à possessorio, non autem vult dicere, quòd iudicium sit inchoatum, & non perfectum. ¶ Tu considera bene circa illud verbum vendicauit, nam non infert sententiam, quia vendicare pendet ab actore. Sed sententiare pendet à iudice. Et si dicas verbum vendicauit, importat cum effectu, ergo importat sententiam, hic aduerte, cùm istud sit affirmatiuum, vendicauit, si intelligis vendicauit. s. cum effectu, ergo cùm sit affirmatiuum, importat sententiã pro ipso vendicante latam, ergo ꝯ istum primum intellectũ gl. quæ vult, ꝙ succubuit. ¶ Item ꝯ istam primam lectur. facit, quia si petitorium esset finitum, illatio text. non bene veniret ex dicto generali. s. quòd nihil habet commune proprietas cũ possessione. Ideo non denegatur interdictum possessorium ei, qui rem vendicauit. Sed ratio esset, quia primum iudicium esset finitum, ideo conceditur secundum, vt ergo illatio text. sit bona, & inferatur ex primo dicto generali, necesse est dicere, quòd vtrunque iudicium stabat, & quòd admittitur concursus. ¶ In eadem gl. ibi, petitorio renuncio expresè. Habes secundam lectur. quòd agens nunc possessorio, expresè renunciauit petitorio, & sic cessat concursus, & consequenter cessat
57 oppo. formata. ff. in prin. huius glo. ¶† Pro declaratione huius secundæ lecturę quærit Bart. de duob. primo, an per renunciationẽ iudicij petitorij factam ab actore quęratur dñium reo, ꝙ erat pęnes actorem, an solum paretur exceptio. Et concludit, quòd non acquiratur dñium reo, licèt intelligatur renunciasse instantiæ, & actioni. Sic intelligit glo. in l. postquam liti. in gl. 1. vbi etiam Paul. de Cast. idem tenet. C. de pact. Mouetur per text. in l. si pro fundo. in fin. vbi etiam Bartol. & Bald. idem firmant. C. de transactio. vbi ille, qui transigit, renunciat iudicio, patet, quia transactio dicitur esse exceptio litis finitæ. l. fratris. C. de transactio. & tamen per talem renunciationem non transfertur dominium, vt ibi est text. ¶ Adde, quòd idem tenet Imol. Raph. Cuman. dom. Alexand. & Aret. hic, Bald. in l. 1. in 4. colum. C. commun. de leg. do. Anton. de Butr. in capit. cùm dilectus. in quarta colum. de causa possess. & proprieta. & in c. literis. in 5. colum. de resti. spol. Pro ista opin. Bart. adducit Raph. Cuman. rationem, quam dicit esse meliorem quàm illa Bart. Nam ille, qui renunciat liti, renunciat quasi ius non habeat, nõ animo transferendi ius suum, & sic est solùm quædam protestatio iuris non competentis sibi. l. si maritus. la 2. §. si negauerit. & ibi gloss. mag. ff. ad legem Iuliam de adulter. Facit. l. si aduersarius. in fin. C. de fid. instrum. Vnde actus agentiũ non debent operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. in princip. supra si cert. peta. & l. obligationum substantia. §. fin.
58 ff. de actio. & oblig. ¶† Vltra Scriben. pro ista opin. Bart. adde facere text. quem Bald. ibi reputat singu. in l. si te. C. de ingen. & ma. vbi qui renunciat liti non videtur per hoc fateri, quod ad-
59 uersarius habet ius, quod est not. secundum eum. ¶† Secundò facit, quia qui renunciat liti non tribuit aduersario possessionem, imò si aduersarius apprehenderet possessionem propria auctoritate, posset renuncians agere contra eum interdicto recuperandæ, veluti spoliatus, secundum domin. Anton.
60 de Butr. in capit. tertio. in fin. de restitu. spoliator. ¶† Tertiò facit, quia qui renunciat liti, non videtur succumbere, & sic non cadere in statuto faciente mentionem de succumbente in lite. text. est in l. alia, quem Bald. ibi in vltim. not. reputat. not. & ibi Salicet. C. de his quibus, vt indignis. gloss. in l. is, qui contra. in glo. 1. & 2. supra de vulgar. & pupillar. Bartol. in l. post legatum. in princip. in 3. colum. supra de his quibus, vt indign. facit text. in l. destitisse. supra de iudic. & gloss. hic, quæ ponit vt diuersa succumbere, & renunciare. ¶ Quartò facit, quia ex quo hic re-

hic renunciauit petitorio, vt poſſet agere poſſeſſorio, non
videtur habuiſſe rem pro derelicto, qui intendebat eam poſ-
ſidere, quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in
agris. ſupra de acquirend.rerum domin.& l.age.C.de tranſact.
¶Iſtam conclu.Bar.impugnant Ang.Lud.& d.Iac.Pute.hic,&
Sal. in d. l. ſi pro fundo, quia ſi verum eſt, quòd videor renun-
re rei vend. & eam transferre in aduerſarium, vt dicit Bart.er-
go etiam videor renũciare dominio à quo oritur, & cauſatur
rei vendic. quæ datur domino. l. in rem. & l.officium. ſ. de rei
vend.Nam dñium eſt cauſa formalis rei vendicationis. l. vnic.
C.de alien.iud.& l.ex diuerſo.§.1. ſupra de rei vendic.c.exami-
nata.de iudic.Sed iſta ratio nihil valet, & eſt impertinens, quia
Bartol.non dicit,quòd acquiratur rei vendicatio reo, ſed bene
dicit, quòd acquiritur exceptio pacti, vel doli contra rei ven-
dicationem.Præterea ſecundum domin.Alexand. & Aret.qui
cedit rei vendicationem tibi, non per hoc cedit dominium,
61 † quod non poteſt transferri ſine traditione.l.traditionibus. C.
de pactis,& eſt glo.ordin.in l.planè.ſupra famil.erciſcund.not.
Bartol.in l.ſi culpa.ſ.de rei vendic.Angel.& alij in l.1. ʃ.pro em-
pto.& in l.in depoſi.ʃ.de re iudic.& glo.& Doctor.in l.fin.C.de
hæred. vel actio.ven. ¶Sed iſta iura ſecundum Moder. Senenſ.
nihil faciunt, quia loquũtur, quando poſſeſſio non erat penes
illum,cui fit ceſſio rei vendicationis. Nimirum ſi non transfer-
tur dominium nuda volũtate ſine traditione. l.ſi quis vi. §.dif-
ferentia.infra eod. iuncta dict. l.traditionibus. Secus eſt in caſu
nr̃o,vbi renunciatio vendicationis fit poſſeſſori,& tũc transfer-
62 tur dominium per ceſſionem abſque alia traditione, † quia
tantum operatur dimiſſio quantum traditio, quãtum ad trãſ-
ferendum dominium,vel vſucapionem.l.qua ratione. § inter-
dum.ſupra de acquirend.rerum dominio.& §.interdum.inſtit.
de rerum diuiſ.& declarat not. Salicet.in l.1. ad fin. C.de actio.
& obligat.& eſt de mente Bartol.in d.l.ſi culpa.Niſi tu diceres
defendendo fundamentum dom. Alexand. & Aret. quòd di-
miſſio idem operatur,quod traditio,procedit, quando dimiſ-
ſio fit ad fin.transferendi dominium, ſecus, quando fit,vt im-
63 ponatur finis controuerſiæ. ¶† Item adde pro Bartol. bene fa-
cere, quòd remittere litem non eſt dare, & ſic non eſt domi-
nium transferre.d.l.ſi pro fundo.in fi.Sed benè remittere rem,
vel actionem, ſi remittens eſt dominus,& iſtud agat,ſecundũ
Bald.in l.1.in prima columna de bon.mater.& in l.ſi inter vos.
64 C.commun.vtriuſque iud. ¶† Item inquantum Barto. alter-
natiuè dicit, quòd reus cui facta eſt renunciatio iudicij petito-
rij habet exceptionem pacti, vel doli. Intellige, quòd habet
exceptionem pacti,ſi fuit præſens renunciationi, quia tunc in-
teruenit conſenſus duorũ ſaltem tacitus, qui requiritur in pa-
cto.l. prima. ſupra de pact. ¶Sed ſi fuit abſens,competit exce-
65 ptio doli, † nam renunciatio iuris realis poteſt fieri in abſentia
partis ſecundum Bartol. in dict. l. non ſolùm. §. ſi liberationis
verba ſupra de liber.legat.Innocen. in capit. veniens. de renun-
ciatio. dixi latè in l. in duobus.§.fin. de pact. ¶Et vtilitas eſt, an
66 competat exceptio pacti, † an exceptio doli, quia exceptio
pacti tollit ipſo iure naturalẽ obligationẽ, & elidit ciuilẽ,ita ꝓ-
priè loquitur text. in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. ſupra de pa-
ctis.ſecus eſt in exceptione doli ſubſidiaria, ita ſingular. decla-
rat Bald.in l.pacta.quæ contra.in 6. & 8.columna. C.de pactis.
Salicet.in l.pacta nouiſſima.in duobus locis.in ſexta & in octa-
ua columna.C.eodem.Paul.de Caſtr.in d. §.pactus ne peteret.
dit de iure ciuili , ſed inſpeƈta diſpoſitione iuris canonici non
procederet illud,quod dicit Barto.per iura præallegata. & cap.
fin.de ordin.cog.& ſic dom.Alexan. inducit differentiam inter
ius canonicum,& ius ciuile, quod in dubio fieri non debet. vt
137 cap.1.& 2. de oper. nou. nunciatio. ¶ † Secundò reſpondet
Aret.quòd illa iura cano.habent locum de æquitate canonica

in cauſis beneficialibus,& ſpiritualibus,in quibus multa ſpecia-
lia ſtatuuntur , quæ non procedunt in alijs cauſis,prophanis.
rationem dixi.ſ.in 1.combinatione. Sed caue , ꝙ imò illa cle.
vni. habeat locum etiam in cauſis non beneficialibus , tenet
expreſſè.d.Abb.in d. c.paſto. in 7.col. prout etiam retuli.ſ.in 1.
combinatione.¶Contra Bart.etiam tenet d.Abb. in d.c.ex cō-
quæſtione.in 2.q.vbi mouetur fortiori fundamento ,nam licèt
ſecundum eum,ꝙ prius procedatur ſuper poſſeſſorio recupe-
randæ,ſit quædam exceptio dilatoria, quando proponitur via
exceptionis, propoſitio tamē poſſeſſorij per modum actionis
poteſt fieri quandocunque ante concluſionem in cauſa, quo
caſu in conſequentiā poſſeſſorij venit ſuſpenſio petitorij , ideo
non attenditur vtrum iſta ſuſpenſio ſit de natura dilatoriæ, ex
quo tranſit cum natura ſui principalis, cuius accidens eſt, arg.
l.qui habet.in prin.ſ.de tute.& l.1.in fin.ſ.de aucto.tuto. Tamē
iſta ratio videtur contra mentem.d.cle. vni. quæ dicit , ꝙ illud
inducitur in odium ſpoliatoris,ergo patet,ꝙ ſi non eſſet iſta ra
tio,ꝙ aliàs non ſuſpenderetur petitorium , & ſic habes relatos
* omnes , qui tenent contra Bart. Sed cum concluſione *Bart. te-*
nent commmuniter alij præſertim.d.Alex.& Aret.hic.Spec.in titu.
de pet.& poſſ.§.ſciendum.verſ.ſed pone.d.Ant. de Butr. in d.c.
cùm dilectus.in 10.col.& ſeq.Bald.in l.ordinarij.in 6. colu.C.de
rei vend. ¶Ego in iſto vtili paſſu pro concluſione Barto. ꝙ iſta
a exceptio , [a] ꝙ prius cognoſcatur de cauſa ſpoliationis , ſit di-
138 latoria, & ſic tollatur lit. conteſt. † addo ſimile in exceptione
excuſſionis, quòd prius excutiatur principalis, antequam poſ-
ſit conueniri fideiuſſor. Iſta exceptio ordinis ſimiliter eſt dilato
ria,& tollitur lit.conteſt. ſecundū Cyn. in Auth.præſente. C.de
fideiuſ.& in d.l.exceptionem.C.de proba.& ibi Bal.in pen. col.
in verſ.eſt quædam exceptio ordinis. & ibi etiam Saly.Idem te
nent Ang.& Pau.de Caſt.in l.decem.ꝟ.de verb. oblig. Bal.in c.
ex reſcripto..vbi not. limitat.de iureiur. Saly.in l.2.C.commu.
diui.& in Auth.hoc ſi debitor.in pen.quæſt. C.de pign. Pau.de
Caſt.in l.fin.in princ.ff.ſi cert.pet. Petr.de Anch. in conſ.283.d.
Alex.in conſ.78.in 1.vol.in vlt.col. quod bene nota , & iam ha-
bui de facto. ¶Sed contra concluſionem Bart. multum facit,
quia permittitur actori, qui intentauit petitorium vſq; ad cō-
cluſionem in cauſa, ſuperſedere in petitorio , & intentare poſ-
ſeſſorium recuperandæ, vt eſt text.in d.c. paſtora. ergo etiā de-
bet permitti reo vſque ad concluſionem in cauſa facere,ꝙ ſu-
perſedeatur in petitorio,& prius cognoſcatur cauſa ſpoliatio-
nis,vt in iudicijs ſeruetur æqualitas inter actorem , & reum, vt
l.fin.C.de fruct.& lit.expen.quia non debet licere actori, ꝙ reo
non licet,vt in regula, non debet.de reg.iur. præſertim cū cau-
ſa ſpoliationis ſit priuilegiata , vt ea prius cognoſcatur , & ſu-
perſedeatur in cauſa petitorij.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iu-
liam de vi.& l.1.C.ſi per vim , vel alio modo , & ſic in puncto
iuris videtur,quòd opi.Raph.Pau.de Caſt.& d.Abb.cōtra Bar.
& ſequaces ſit verior,præſertim per d.cle.vnicam,cui non be-
139 ne reſpondetur.¶†Quarta concluſio Bar.eſt,ꝙ quādo reus [b]
b conuentus rei vendicatione non reperitur poſſidere tempore
ferendæ ſententiæ,nec de hoc fuit interrogatus , nec ſe obtulit
liti,iuxta l.is, qui ſe obtulit.ſ. de rei vend. ꝙ tamen feretur ſen-
tentia ſuper petitorio declarando actorem dominum , & ab-
ſoluetur reus,quia non poſſidet,vt eſt glo.ſing. in l. ſi à te.§.1.ꝟ.
de excep. rei iud. Effectus eſt magnus, quia ſi poſteà poſſeſſio
peruenerit ad reum, poterit ei auferri virtute dictæ declaratio-
* nis, *& ita tenent omnes.*¶Contra iſtam conclu. & contra dictam
gloſ.in dicta.l.ſi à te.§.1.videtur eſſe fortis text.in c. examinata.
de iud. vbi ſi actor poſſidens intentat rei vendicationem , quia
petitio eius videtur inepta,abſoluitur reus ſimpliciter, & actor
repellitur,ergo ibi videtur de directo text.contra dictam gloſ.
Tamen do. Abb. in d. c. examinata.in vlt.not. ponderat illum
text.pro ſingulari vltra omnes , vt ipſe dicit per gloſ. in d. l. ſi à
140 te.§.1.& quod ibi not.Bart.¶†Breuiter dic,quòd illa ſingula-
ris glo.in d.l.ſi à te.§.1.& Bart.hic procedit,quando conuentus
rei vendicatione eſt lit.conteſt. & paſſus negotium pro actore
liquidari . Tamen in nulla parte iudicij fuit interrogatus , an
poſſideret, quo caſu non dicitur propriè ſe offere liti, iſto caſu
pronunciabitur actorem eſſe dominum , & reus abſoluetur ,
quia non apparet eum poſſidere: nam tunc iudicium rei ven-
dicationis fuit bene inſtitutum.ita declarant Barto. & Angel.in
d.l.is,qui ſe obtulit. do. Abbas in cap. aduerſario. de excep. ſe-
cus,quādo reus negauit ſe poſſidere, & actor poſſidebat rem,
quam vendicabat , quo caſu non potuit fundare actionē ſuā ,
tunc reus ſimpliciter abſoluitur , & nihil pronunciatur pro
actore,imò repellitur.ita loquitur text.in d.cap.examinata , &
ſic habes , quòd non videtur ſe liti offerre , qui ſuſcipit iudi-
cium,ſi non afferat ſe poſſidere.ſecundum gl.& Doct.in dicta.
l is,qui ſe obtulit.& in dicta.l.ſi à te.§.1.& ita etiam tenet dom.
Abbas in d.cap.examinata.in vlt. not. ¶Et ſi dicatur , quòd ex
quo reus non poſſidet , deficit vnum extremum formale re-
quiſitum in rei vendicatione , ſcilicet poſſeſſio in conuento. l.
vni.C.de alie.iudi.mutā.cau.fac.& ſic iudicium nullum,& ſen
tentia nulla. Aduerte,ꝙ text.in d.l. ſi à te.§.1. cum myſterio di-
cit ſi quis fundum,quem putabat poſſidere, defendit,& ſic ap
paret , quòd reus non oppoſuit exceptionem , quòd non poſ-
ſideret,& ſic reo non opponente, & non interrogato , an poſ-
ſideret,fuit iuridicè facta lit.conteſt. & factus proceſſus.¶Alio,
& ſecundo modo reſpondet do.Card.Floren.in d.c.examina-
ta, quod glo.in d.l. ſi à te.§. 1.procedit , quando rei vendicatio
actualiter competit actori , quia licèt reus conuentus nō poſ-
ſideret,tamen poſſeſſio erat penes tertium, & non penes acto-
rem . Secus ſi rei vendicatio actualiter agenti non competit,
puta , quia poſſeſſio ſit penes ipſum actorem , nec alius poſſi-
deat aut detineat , & tunc actor repellitur. ita propriè loquitur
text.in d.cap.examinata , & licèt Lud. Rom.hic in pen. col.re-
probet iſtam ſol. eo quia etiam ibi rei vendicatio actualiter
competebat actori , eo quia res erat poſita in ſequeſtro penes
tertium , vnde ratione detentationis poterat contra ſequeſtra-
rium intentari.l.officium.ſ.de rei vendi. Dic melius prout etiā
dicit Aret. hic , quòd tempore quo fuit actum rei vendicatio-
ne,non erat adhuc facta ſequeſtratio , & ſic à principio ineptè
fuit actum,& ſic tenet glo.in dicta.l.ſi à te.§.1. quæ eſt ſingula-
c ris , [c] *& communiter approbata* ſecundum Angel. in l. Pompo.§.
* ſed & is.ſupra de procura.& in dicta.l.is , qui ſe obtulit. & non
reperitur alibi in iure ſecundum Bald. in rub. extra de ſen. & re
iud. in 2. colum. & ita habes expeditum primum membrum
141 huius quartæ combinationis. ¶†In ſecundo membro huius
quartæ combinationis,in quo loquitur Bart. de interdicto adi-
piſcendæ, & tenet , quòd ſi poſt litem conteſt. ſuper petitorio
reus non interrogatus an poſſideat , proponat poſſeſſorium
adipiſcendæ,quod procederet ſuper vtroque iudicium. Iſtud
non videtur verum impediente regula contrarietatis , quia
agens rei vendicatione dicit aduerſarium poſſidere, & ille po-
ſtea agens poſſeſſorio adipiſcendæ negat, quòd poſſideat , ſed
dicit actorem poſſidere , ergo non procedit iudicium ſuper
vtroque, ſicut in ſimili dicit Bart. in ſequenti membro in inter-
dicto retinendæ ad fin.Salua , quòd Barto. hic loquitur quan-
do ſuper petitorio fuit lis conteſtata , & ſic illud iudicium ri-
142 tè,& rectè proceſſit.¶†Item ex his,quæ dicit Bart.in iſta quar
ta combinatione iuncto eo,quod tenet Bart. ſ.in prima com-
binatione, habes diligenter notare , quòd quando vnus,& idē
intentat petitorium, & poſſ. magis impeditur concurſus peti-
torij,& poſſeſſorij retinendæ ratione contrarietatis , quàm pe-
titorij,& poſſeſſorij recuperandæ,vel adipiſcendę.ita vult Bar-
to.ſ.in prima combinatione, & eſt text.in d.cap. paſtoral. Ta-
men quando iſta remedia intentantur à diuerſis , quia petito-
rium intentatur ab vno , & poſſeſſorium ab alio , vel èxontra,
eſt totum oppoſitum , quia facilius admittitur concurſus peti-
torij,& poſſeſſorij retinendę quàm petitorij,& poſſ.recuperan
dæ, vel adipiſcendæ . Sed in diuerſis perſonis eſt totum èxon-
tra. Ratio diuerſitatis eſt in promptu , quia in eadem perſona
eſt maior contrarietas in poſſeſſorio retinendæ quàm in alijs,
patet , quia ſi ago petitorio, aſſero aduerſarium poſſidere . Si
ago poſſeſſorio retinendæ, aſſero me poſſidere , & ſic ſum mi-
hi ipſi contrarius. Secus quando ago poſſeſſorio recuperan-
dæ , vel adipiſcendæ , quia in neutro aſſero me poſſidere , ſed
aduerſarium, ſed in diuerſis perſonis eſt totum èxontra , quia
nulla eſt contrarietas in poſſeſſorio retinendæ cum petito-
rio,in alijs ſic,nam ſi ago contra te rei vendicatione, & ſic peti
torio,aſſero te poſſidere . Si poſteà èxontra tu agis contra me
vti poſſidetis,& ſic retinendæ , tu etiam aſſeris te poſſidere , &
ſic inter nos nulla eſt contrarietas.not. quia boni ſunt termini,
143 & fundamentales in præſenti materia. ¶ † Quinta combina-
tio Barto.eſt,quando vnus primò proponit poſſeſſorium,alius
ſecundo loco petitorium , & ſic èconuerſo ad præcedentem ,
in qua Bartol. facit tria membra , vt hic per eum . ¶Adde ,
quòd Bartol. in primo membro eſt diminutus , quia non facit
illam diſtinctionem, quam facit in alijs duobus membris ſe-
quen-

ADDITIONES.

a ¶Exceptio. Adde d.Mar.Socin.conſ.24.col. 6. verſ. quartò videtur probari.
& per Alex conſ.34 vol.4.Fely.in c. exceptionem.col. 105. verſ. & iſta ex-
cep.de except. & an talis exceptio ordinis non oppoſita in cauſa principa-
li poſſit opponi in cauſa appellationis,vide per Iaſ. in l.ita demum. colu.1.
C.de procur.

b ¶Reus.Adde gl.in l.ſi à te.§.1.ꝟ.de except. rei iudic.pro qua vide , quæ ſcri-
bit Matheſil.ſing.137.Rol.conſ.56.lib.2.vbi diſſerit de communi, & ibi do-
ctè ac ſubtiliter ad praxim ſuo more loquitur. MASVER.

c ¶Singularis.Pro qua vide Math.ſing.137.Rol.conſ.56.lib.2.

quentibus, vtrum agatur diuersis respectibus; & sic respectu
diuersæ possessionis, an eodem respectu, vt in primo casu ad-
mittatur concursus vtriusque iudicij. Pro certo Bar. est in hoc
diminutus, quia ita debuit distinguere in isto membro, sicut
in duob.seq. & prout distinguit in alijs combinationibus, atten
to maximè, ꝙ ipsemet Bart.s̃.in præcedenti combinatione in
1.memb.ita formaliter distinguit in istomet interdicto recupe-
randæ, ꝙ si proponatur diuersis respectib. admittatur cumula-
tio amborum iudiciorum, per istum text. secundum quintã
lecturam glo. *communiter approbatam* non, scirem saluare Bart.
in hoc, sed puto, ꝙ fuerit inaduertentia Bart.hic, & idem Bart.
j̃.in 6.combinatione, licèt nemo aduertat. ¶Secundò, ꝙ Bart.
subdit, ꝙ spoliatus agens possessorio recuperandæ potest con-
sentire, ꝙ cognoscatur super exceptione dominij opposita per
144 reum, per c.1.de resti.spol. Adde, † ꝙ spoliatus potest conue-
nire siue pacisci, ne possit agere pro spoliatione iam facta pos-
sessorio recuperandæ, & sibi præiudicat secundum d.Abb.latè
in c.solicitæ.in vlt.col. de resti.spol. & in c. cùm dilectus.in 11.
col.de ordi.cog. & hoc not.quia iam habui de facto, & vt dicit
Bart. licitum est renunciare iuri suo. l. si quis in conscrib. C. de
pact.c.si diligẽti.de foro comp.nam remittentib. actiones suas
non est amplius dandus regressus, vt dicit text.in l.quæritur.§.
si venditor. s̃. de ædil. edic. & 7. q. 1.in c.quàm periculosum.
145 ¶†Tertiò inquantum Bart.in vlt.membro tenet, ꝙ si primò
intentatum est ab vno possessorium retinendæ, secundò inten
tetur ab alio petitorium eodem respectu. s. eiusdem naturalis
possessionis, ꝙ ista non possunt concurrere ratione contrarieta-
* tis.*cum Bart.omnes indifferenter transeunt.* idem tenet Bart. j̃. in 6.
combinatione, & etiam.s̃.in quarta combinatione ad fin.istud
non videtur bene dictum: nam qui intentat possessorium reti-
nendæ, dicit se possidere: alter, qui intentat secundò loco peti-
torium, fatetur aduersarium possidere. ergo hic nulla est con-
trarietas, vt vult Bart. nisi saluando Bart. consideres effectum,
quia vterque vult illam naturalem possessionem eiusdem rei,
vnus ratione dominij.l.officium.s̃.de rei vend.alius ratione in-
terdicti, & sic considerato fine, & effectu vtriusque iudicij dici-
tur resultare contrarietas. Secundò potes saluare Bart. per ea,
quæ dicit Bart. met.s̃.in 4.combinatione in fin. quando actor,
qui primò agit petitorio, posteà conuentus vti possid.asserit se
possidere eadem possessione qua conuenitur, & tunc est sibi
contrarius, vt ibi per Bart. & in istis terminis salua etiam Bart.
146 hic.¶†Item inquantum.s̃.in 1.memb.tenui, ꝙ Bart.sit defe-
ctiuus, ꝙ si agatur diuersis respectib. respectu diuersæ posses-
sionis dicta iudicia possint cõcurrere, istud patet, quia si actor
primò egit possessorio recuperandæ, ꝙ est priuilegiatum, vt
ante de eo cognoscatur, & dicit se spoliatum sua naturali pos.
reus verò posteà egit petitorio, & sic rei vendicatione, quia di-
cit aduersarium detinere, vel ciuiliter possidere, tunc vt dicit
Bart.s̃.in 1.membro præcedentis combinationis, ista duo iudi-
cia simul concurrunt.arg.huius.l. ſm quintam lect.gl.¶Et ad-
uerte, ꝙ tunc cessant fundamenta adducta per Bart. hic. pri-
mum, ꝙ actor intentans possessorium recuperandæ negat se
possidere, ergo non potest conueniri petitorio, & sic rei vendi-
catione. l.fin. s̃. de rei vend. respondetur, ꝙ negat se possidere
naturaliter, ex quo dicit se spoliatum sua naturali, sed potest
147 conueniri ratione detentationis.l.officium.s̃.de rei vẽd.†Itẽ
ratione ciuilis possessio, quia rei vendicatio datur contra ciui-
liter possidentem.gl.in l.Pomponius.§.si is, qui.& ibi Bart. vbi
148 alias dixi.j̃.eod.¶†Non obst.secundum fundamentum Bart.
ꝙ causa spoliationis est priuilegiata, vt ante de ea cognoscat̃,
respondetur verum esse respectu naturalis possessionis, in qua
actor dicit fuisse commissam sibi spoliationem, sed non respe-
ctu alterius, cuius respectu nunc conuenitur, puta detentatio-
nis, vel ciuilis possessio. & sic resideo in eo, ꝙ tenui supra, quòd
Bart. sit defectiuus in isto primo memb. & pondera, ꝙ Bart.
met.j̃.in 6.combinatione in fin. vbi etiam loquitur, quãdo pri-
mus proponit interdictum recuperandæ, & alius petitorium,
nam posteà Bart.ibi in fin. dicit prædicta vera, nisi diuersis re-
spectibus ageretur, tunc.n. dicta iudicia concurrunt, nec esset
aliqua regula impediens ſm eum, & sic tenet illud, ꝙ ego te-
149 neo, licèt hic sit diminutus. ¶†Sexta combinatio, qñ simul, &
eodem tempore vnus proponit petitorium, & alius possesso-
rium.Bart. bene dicit, adde, ꝙ statim dixi in præcedenti com-
150 binatione.¶†Septima combinatio Bart.est, quando vterque
proponit petitorium, & possessorium asserens se esse dominũ,
& possessorem, concludit secundum omnes, ꝙ præcedere de-
bet possessorium, & prius expediri ratione contrarietatis, & ra-
151 tione ordinis iudiciarij. & *cum Bart.tenent omnes.* ¶† Adde, ꝙ
per hoc puto alibi malè dicere Pau.de Cast.in l. si de vi.in pen.
col.in fin.s̃.de iud.vbi dixit, frequenter videmus in practica, ꝙ
duo contendunt de proprietate, & poss. & vterque eorum dat
libellum, in quo narrat se possessorem & dominum, & sic cu-
mulatur vtrunque iudicium, & vtrunque tendit ad declara-
tionem iuris agentis, quod fieri potest, vt ibi per eum, credo, ꝙ
erret, nam ista cumulatio non admittitur, vt hic per Bartol. &
omnes, quia debet præcedere possessorium ratione contrarie-
152 tatis, & ratione ordinis iudiciarij.¶†Istam conclu.Bart. limi-
tat Bald.in l.vnica. §.1.in vlt. colu.C. de cad.tollen. non proce-
dere in iuribus incorporalibus, in quib. vnus contra alterum,
& alter contra alium potest agere, dicendo ius suum esse, & se
possidere, vel quasi: nam isti duplices libelli procedunt in peti-
torio, & possessorio retinendæ rerum incorporaliũ, & est vti-
lis mutua petitio propter pleniorem victoriam, vt dicit singu-
lariter notari in l.1.§.1.j̃.vti posside. istam limitationem repro-
bat Aret. hic, quia non debent admitti libelli directò contra-
rij, quando per vnum iudicium intentatum idẽ omnino quis
potest consequi, alter agendo, alter per viam exceptionis. ita
dicit probari in l.quemadmodum, & ibi Bald.s̃. de iudi.sed nõ
reperio Bald.ibi hoc dicere.¶Tu tene limitationem Bald.quæ
videtur bona cessantib.rationib. Bart. cùm in iuribus incorpo-
ralib. cesset ratio contrarietatis & ordinis, si vterque vult assu-
mere in se onus probandi, vt declarat Barto. supra in 3.mẽb.
1. combinationis, vbi propriè loquitur in iurib. incorporalib.
sed vnum mihi obstat contra istam limitationem Bald. quia
iudicium debet constare ex trib. personis.c. forus.de verb. sign.
vnde etiam in tribus iudicijs, in quib.quilibet dicitur actor, &
reus, debet prius discuti, quis sit actor, & quis reus. l.in trib. & l.
seq ff.de iud. ꝙ non est hic, ex quo vterque est actor, & vterq;
153 agit, & proponit libellum. ¶†Vltra Bar.adde octauam com-
binationem, quam Bart.omisit, videlicet an duo iudicia pos-
sessoria possint simul eo. tempore concurrere, & cumulari, in
quo Bal.in repe.l.incerti.in 11.quæst.C. de interd. tenet, quòd
ab ea.parte non posint cumulari ratione contrarietatis, nam
intentans possessorium recuperandæ asserit se olim possedis-
se, & nunc esse spoliatum. c.olim. de restitut.spoliat. interdictũ
adipiscendæ præsupponit nunquam possedisse, interdictum
retinendæ præsupponit, quòd posideat, ergo imposibile est,
quod ab eodem posint simul cumulari, sed à diuersis partib.
tenet Bald. quòd fieri possit cumulatio excepto possessorio re-
cuperandæ, in quo reconuentio nõ procedit, nisi eodem pos-
sessorio pro alia spoliatione.c.fin. de ord.cog. licèt Bart.s̃.ante
primam cõbinationem dicat illud.c.fin.procedere de iure ca-
nonico tñ.Et cum illa decisione Bal.simpliciter transit. d.Ale.
154 hic.¶†Sed tu subtilius aduerte, ꝙ ẽt ab eadem parte vr̃, ꝙ iu-
dicia possessoria posint simul cumulari circa diuersa, puta re-
cuperandæ ratione naturalis spoliat. & possessorium adipiscen
dæ ratione ciuilis, vt hoc tex. ſm quintam lecturam gl. & tenet
Bart.in oĩb. combinationib. præsertim in quarta combinatio-
ne, & ego dixi in quinta combinatione in primo mẽbro Bart.
¶Similiter interdictum adipiscendæ, & retinendæ possunt cu-
mulari diuersis respectibus, per illud, ꝙ in simili tenet Bart in
tertio membro quartæ combinationis, & ita ẽt in specie repe-
a rio tenere Lud.Ro.hic, alij nihil tangunt.[a] ¶† An autem à di-
155 uersis posint cumulari ab vno interdictum recuperandæ, ab
alio vti posidetis super eadem re? Licèt Bal.simpliciter teneat,
ꝙ non, est longus articulus, quem plenè tangit Iun. & post eũ.
d.Ant.de But.in c. veniens. de præscrip. quos latè refert Lud.
Ro.hic, quem ꝑ te videas.Io.And.in addi.Spec.in tit.de pet.&
poss.§. 1.vers. sed an intentanti. & ita habes expeditam princi-
palem qõnẽ Bart. per septem combinationes, an petitoriũ, &
156 possessorium posint cumulari. ¶†Secũdò principaliter q̃rit
Bart.an in casibus in qbus dictum est non admitti cumulatio-
nem, sit necesse, ꝙ opponatur exceptio, & an si non opponat̃,
iudicia sint nulla, vel saltem reus veniat absoluẽdus, distinguit
faciendo quatuor membra, vt hic latè. per eum, & cum Bart.
transeunt hic Mod.Item tenet Bart.in l.edita.C.de eden.in vlt.
char.in vers.expeditis generibus cumulationum.Bald.in l.ordi-
narij.in 4.col.C.de rei vendi. d.Ant. de Butr.in c. cùm dilectus.
de cau.poss.& proprieta.¶Tu adde in secundo membro, quã-
do talia iudicia non concurrunt, eo quia absolutoria lata in
vno facit præiudicium in alio. Pro hoc Bart. alleg. l.generali-
ter.secundum secundam lect.glo.j̃.de excep.Tu dic, quòd illa
glo. melius fuisset allegata per Bart. in primo membro, quan-
do ratione prælationis, vel ordinis impeditur cumulatio. nam
ibi gl.propriè loquitur de exceptione, quòd prius procedatur
in rei vendicatione, quàm pro seruitutæ viæ. iuxta l.fundum.
j̃.de excep. nisi saluan. Bart. dixeris, quòd ibi duplex est exce-
ptio. s.ordinis, vt dixi, & etiam, quia sententia lata in vno pa-
rit exceptionem in alio.d.l.fundum, & propter istud secundũ
funda-

ADDITIO.

a ¶Tangunt. Adde Cast.cons.78.lib.2.

fundatur prima ratio, & istud etiam considerauit Barto. hic.
157 ¶† In 3. membro dum Bart. loquitur de remedijs, quæ electione tolluntur, & dicit, φ si vnum proponitur in vno iudicio, & aliud successiuè in alio, quòd secundum tollitur ipso iure, vt in casu l. fin. C. de codici. dic rationem esse, quia quando ex eodem facto, vel causa otiuntur diuersæ actiones, tunc vna electa tollitur altera. arg. l. si reus. ꝟ. de fideius. & ita magigraliter declarat Bar. in l. 1. §. vnde quæritur. in prima regula supra de publ. & per Doct. & Bart. ibi præsertim in prima, & secunda regula tolluntur tria iura, quæ alleg. Aret. hic contra
158 Bart. ¶† Item diligenter not. singularem doctri. Bart. quàm ponit in isto tertio memb. φ facta in primo iudicio etiam inter easdem personas, & etiam coram eodem iudice, quod est plus, non faciunt fidem in alio iudicio, etiam in causa reconuentionis, nisi pars producat illa acta in secundo iudicio, & sic non dicitur constare iudici, vt iudici de actis, nisi quo ad illam causam, in qua sunt facta. sequitur Bald. in l. ordinarij. in 4. col. C. de rei vend. d. Anto. de Butr. in d. c. cum dilectus. in 12. col. & seq. vbi per hoc dicit, φ cauti practici producunt acta vnius causę in alia. & est gl. not. in l. quoties. §. fi. in verbo, hærede. ꝟ. de proba. & ita etiam valde not. & sequitur d. Math. in not. 161. & istud dictum Bar. etiam notat, & reputat egregium do. Alex. in consi. 82. incip. in causa vertente inter Pet. & Io. in pen. col. in fi. in 1. vol. sequitur etiam d. Alex. in l. 2. ad fi. C. de eden. Accedat,
159 † φ vult glo. no. & ibi not. Bart. in l. mutari. ꝟ. de procu. vbi tenet, φ vno momento potest totus processus prius factus reproduci, & consensu partium confirmari, quando erat inuali-
160 dus, puta, quia factus tempore feriato, vt ibi not. per eũ. ¶† In quarto membro Bart. quando prohibetur concursus ratione contrarietatis, dato, φ iudex, & pars nihil opponant, si etiam in processu continentur contraria, sequitur absolutoria etiam parte non opponente, per regulam vbi repugnantia. ꝟ. de regu. iur. & l. scripturæ. C. de fid. instru. Adde, φ actum repugnantẽ etiam summus Deus non potest in esse producere secundum Ange. in consi. 182. incip. hic punctus prima facie videtur clarus circa fin. ¶ Sed vt istam materiam clarius habeas, fac regulam secundum Ioan. de Imo. & dom. Alex. cum trib. fallentijs.
161 † Regula est, quòd regulariter ista iudicia simul procedunt, & simul possunt cumulari, si non opponatur à iudice, vel à parte. l. si manci. in prin. & ibi gl. supra de euic. Item quia leges loquentes de cumulatione prohibita semper videntur se referre ad exceptionem, vt patet in iuribus hic alleg. per Bart. facit, φ etiam in criminalibus procedit cumulatio accusationis duorum, quando plures accusantur in eodem libello, si non opponatur à parte, secundum Bart. in l. hos accusare. §. lege. ꝟ. de accusa. & in l. 1. §. accusationem. ꝟ. ad Turpil. gl. & Bal. in l. si accusatoribus. C. de accusa. Bald. in l. cùm rationibus. in 2. q. C. qui accusa. non pos. Item regulariter iudex non debet impartiri officium suum, nisi parte petente vel excipiente. l. 4. §.
162 hoc autem iudicium. ꝟ. de dam. infect. ¶† Ista regula primo fallit, quando apparet ex actis, φ agens est sibi contrarius, quia sicut iudex potest ex officio libellum ineptum reijcere, vt est gl. in l. 1. & ibi dixi. ꝟ. de offi. asses. & in c. sacerdotibus. 11. q. 1. ita potest ex officio repellere eum, qui non est audiendus, quia est sibi contrarius. l. 1. C. de furt. & c. solicitudinem. de appel.
163 ¶† Secundò fallit, quando actor agendo ex duob. remedijs alij renunciat, vt quando intentando petitoriũ renunciat possessorio, vel ècontra, vt hic secundum tertiam lectu. gl. & l. fin. C. de codicil. tunc si intentat secundum, quia constat eum sine actione experiri, iudex ex officio etiam parte non opponente potest eum repellere secundum gloss. in l. vbi pactum. C. de transact. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in verbo in oppo-
164 nendo. ꝟ. de pac. ¶† Tertiò vltra Bart. limita in iudice delegato, cui commissum est, vt primò de possessorio, deinde de petitorio cognosceret, quia si fiat cumulatio, quamuis non opponatur per partem vel iudicem, tamẽ processus erit nullus. tex. est not. in c. venerabili. & ibi Docto. no. de offic. deleg. sequitur simpliciter. d. Alex. hic. ratio est, quia forma mandati diligenter est attendenda per delegatum. l. diligenter. in prin. ꝟ. manda. & c. cum dilecta. de rescrip. & ita habes expeditam istam 2. q. Bar.
165 ¶† Tertiò quærit Bar. an in iudicijs possessorijs requiratur lit. contesta. & concludit, quòd sic, in omnibus tribus retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ, vt hic latè per eum. licèt in interdicto recuperandæ videatur esse plus dubij odio spoliatoris, & cum Bar. tenet Imo. & alij Moder. hic. idem Bart. post gl. in l. 1. C. si de momen. pos. fue. appel. Bar. & Angel. in l. fin. C. qui legi. perso. hab stan. in iudi. vel non. gloss. in c. consultationibus. in gl. fi. & ibi Ioan. And. & Bal. in 1. col. de offi. deleg. Bald. in l. fin. C. si per vim vel alio modo. in repet. l. incerti. in 14. q. C. de interdi. vbi disputat, & non clarè firmat, quicquid teneat idem Bald. in quæst. per eum disputata, quæ incipit, accusatus de vi turbatiua. in 15. quæst. vbi tenet, quòd in interdicto recuperandæ, quod datur spoliato, non requiratur lit. contesta. ¶ Sed primam opinionẽ *quæ est communis*, ª tenet etiã Ang. in l. 1. §. annum. post glo. ibi. infra de itin. actuque priua. Salyc. in d. l. fin. C. si per vim vel alio modo. vbi dicit, quòd excepto Guliel. de Cun. Docto. communiter tenent, quòd requiratur litis contestatio. Idem tenet dom. Alex. in consi. 367. incip. consideratis his de quibus in themate fit mentio. in 4. colum. quod est consi. 2. in 3. volum. & pro ista communi opin. vltra allegata per Bar. est bonus text. in cap. 2. in versic. cùm igitur lis. & ibi Docto. vt lit. non contesta. vbi est text. quòd etiam in possessorio recuperandæ, in quo est maior dubitatio, tamen requiritur lit. contesta. Ad idem text. in l. properandum. in princip. in verbo possessionem, iuncto verbo post litem contesta. C. de iudi. & tex. in l. 1. §. necessario. in verbo ad ius ordinarium. supra si mulier ven. nomi. ad idem facit, quia sententia lata in possessorio dicitur esse diffinitiua, vt not. Bal. in l. quod iussit. infra de re iudi. & in l. post sententiam. C. de sentent. & interlocut. omnium iudi. & in l. 1. in glo. 1. in fi. C. si de momen. possess. fue. appel. Sed diffinitiua non potest ferri lite non contestata. l. prolatam. C. de
166 senten. ¶† Item pro communi opinio. facit bona ratio, quia in possessorijs proceditur summariè. l. 3. §. ibidem. cum glo. supra ad exhiben. Sed in summarijs requiritur litis contesta. l. tigni. §. idem scribit. & §. si quis non possideat. & l. Iulianus. §. proinde. supra ad exhiben. secundum Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, summariè, & l. 4. §. hoc autem iudicium. in vltim. colum. & in vltim. quæst. supra de damn. infect. Sicut etiam in nuncia. nou. ope. requiritur lit. contesta. glo. in l.
167 de pupillo. §. qui opus. supra de ope. nou. nuncia. ¶† Similiter quando intentatur remedium possessorium. c. reintegranda. 3. quæst. 1. requiritur lit. contest. secundum Archi. ibi, vbi refert idem tenuisse Gof. in c. 2. de offic. iudi. Idem tenet Salyc. in d. l. fin. C. si per vim vel alio modo do. Alex. in d. consi. 307. aliàs 2. in 3. volumi. & hic. Sed aduerte, quia in contrarium ego
168 † arguo sic, quia quando lex dicit, quòd summatim procedatur, intelligitur absente parte, & sic non fit lit. contesta. ita tenet Bar. met in l. Fulcinius. §. cum hoc. infra ex quibus cau. in pos. ea. arg. l. recusare. in princip. supra ad Trebel. & pondera istud idem velle Bart. hic in fallentia, quam ponit in carboniano edicto, vbi vult quòd non requiratur litis contestatio, quia summatim proceditur. idem vult Bar. ꝟ. in 4. q. φ vbi proceditur summatim, non requiritur lit. contestatio, quomodo concordabimus istam contrarietatem Bar. met? Tu potes saluare ex doctrina no. eiusdem met Bar. in l. 1. §. fi. in 1. col. ꝟ. de præto. stipul. vbi dicit, quòd quando lex dicit, summatim cognosci, vel procedi, & sumus in casu, quo sententia lata non parit plenum præiudicium, & tunc intelligitur summatim, tam in ordine, quàm in probatione, & tunc non requiritur litis contestatio, secus quando causa in qua summatim cognoscitur, plenum præiudicium parit, vt ibi per eum, sed carboniana non parit plenum præiudicium, igitur ibi summatim intelligitur sine litis contestatio. ita propriè loquitur Barto. hic in sua fallentia, & infra in 4. quæst. sed sententia lata in possessorio, facit plenum præiudicium, quia ab eo appellari non potest. l. vni. C. si de momen. pos. fue. appel. Bart. in l. 2. ꝟ. de appel. recipien. ibi igitur summatim intelligitur interueniente lit. contesta. Ista est
169 pulchra concordia, & pulchra doctrina, quam no. ¶† *Istam communem conclusionem* limitat Barto. duobus modis. Primò, quando possessorium non dirigitur contra certam personam, ibi non requiritur lit. contesta. l. fin. C. de edi. diui. Adr. tol. Istud
170 repetit Bart. in duobus locis. † Adde pro ista limitatione bonam gl. in l. quinquaginta. ꝟ. de excusa. tuto. per quam glo. not. ibi Bal. φ quando actus de sui natura non habet aduersariũ certum, non requiritur lit. contest. sed requirit propositionem, & probationem, & illa propositio habetur pro litis contesta.
171 per illum tex. cum glo. not. ¶† Secundò limitat Bart. in possessorio carboniano, in quo non requiritur lit. contesta. duplici
172 ratione, de qua hic per eum. ¶† Tertiò vltra Bart. singulariter limita, quando periculum esset in mora, tunc in possessorio non requiritur lit. contesta. secundum Bald. in d. l. incerti. in 13. quæstio. Istam limitationem reprobat dom. Alex. hic in vlt. colum. licèt dicat, quòd neminem inueniat facientem metio-
173 nem de hac limitatione. † Motus colorato fundamento, quia in causa

ADDITIO.

a ¶Communis. Adde quæ scribit Capel. Tol. q. 286. Alex. hic colum. 1. Salyc. in l. vlt. C. si per vim vel alio modo, & dic, quod hæc conclusio nõ procedit in possessorio edic. Carbon. vbi litis contestatio non requiritur secundum communem per Corass. hic nu. 37. vbi etiam Rip. colum. 34. qui ponit regulã cum ampl. & limit. vide Alex. consi. 2. colum. antepen. versi. & dato. lib. 3. vbi concordat cum opin. Ias. hic. MASVER.

in causa damni infecti periculum est in mora,& ideo celerita-
* tem desiderat.l.1.ſ.de damn.infecto.*tamen secundum communem conclusionem* requiritur lit.cōtest.ſm Bart.& Doct.in d.l.4.§.hoc
174 autem iudicium.in vlt.q.ſ.de dam.infect.¶†Sed tu tene limitationem Bal.q̄a vbicunque periculū est in mora, recedimus à regulis iuris communis.l.de pupillo.§.si quis riuos.& ibi do. Alex.ad hoc not.ſ.de ope.nou.nun. Et ibi multa cumulaui ad istam regulam.facit.l.ait prætor.§.si debitorem.ĵ.de his,quæ in frau.cred.Non obst.fundamentum d.Alex.q̄a licèt causa damni infecti celeritatem desideret.d.l.1.ſ.de dam.infect.tamē per hoc non tollitur lit.contest.q̄a si damnum pendente iudicio contingeret,potest agi pro illo damno.l.si finita.§.eleganter.ſ.de dam.infect.ita formaliter respondet Bart.in d.§.hoc autem iudicium.in vlt.q.& valde admiror,ꝙ d.Alex.non faciat de eo mentionem, cùm Bart.ibi ante eum formet illud fundamentum,& ei respondeat,vt dixi.¶Sed aduerte licèt opin.Gul.de Cun.sit re probata per Bar.& Scrib.hic,tn̄ ista opi.Gul.est multum æqua ſm Bald.in d.l.incerti.in 13.q.& ibi inter alia respondet ad.§.hodie.insti.de interdi.alleg.per Bart.ꝙ ibi sunt verba narratiua non autem dispositiua,ꝙ requiratur lit.cōtest.an autem verba narratiua Legislatoris disponāt,dixi aliàs plenè in l.qui se patris.C.vnde lib.idem etiam respondet Bald.ad l.3.§.pen.ĵ.de lib.exhib.allega.per Bart.vltra responsionem Gul.hic relatam per Bart.ibi reo absente proceditur ad missionem in possessio.bonorum,ideo non fertur diffinitiua,q̄a non liquebat de causa.Item,q̄a est in electione actoris,ꝙ velit ex istis remedijs admitti in possessionem bonorum contumacis,an ꝙ contra eum procedatur ad sententiam diffinitiuam. ¶Itē adde,ꝙ pro ista opi.Gul.contra communem facit bene text.in l.momentaneæ.in verbo,mox.C.vnde vi.vbi in possessorio recuperandę,in quo propriè consistit dubitatio,debet mox procedi,& sic sine lit.contest.sed ad illum tex.respondet Lud.Ro.
a hic,ꝙ dictio mox,[a] aliquando importat interuallum, vt not.
175 in l.1.& ibi dixi.ſ.si cert.pet.† Tu responde melius ſm Ioann.de Imo.ꝙ dictio mox,significat,ꝙ summariè debeat procedi,sed in summarijs requiritur lit.contest.vt supra proximè dixi,& limitaui.Probo assumptum,ꝙ istæ dictiones mox,statim,& similes important iudicium esse summarium.ita not Bart.in l.res,quæ.§.1.ĵ.de iur.fisc.vbi ad hoc punctualiter alleg.d.l.momētaneæ.C.vnde vi.idem etiam tenet Bart.in l.pen.circa princ.C.depo. ¶Item aduerte circa quartū fundamētum Gul.de Cun.
176 ꝙ est reale, † sed tu fortius inducas:nā in omni iudicio quantumcunque summario persona, quæ litigat,debet plenè legitimari, quamuis causa principalis requirat summariam cognitionem.ita singulariter not.Bart.in l.2.in fi.per glo.ibi.C.de edi.diu. Adri.tol.cum multis cōcor.quas aliàs ibi dedi.sequitur.d.Alex.in l.iudices.C.de iudi.modo si in casu nostro in iudicio possessorio in quo requiritur summaria cognitio, legitimatio personæ litigantis est sublata.l.momentaneæ.C.qui legi.perso.non hab.& l.1.& fin.C.si per vim,vel alio modo.Ergo à fortiori intelligitur remota lit.contest.quia si remouetur legitimatio personæ, quæ est fortior, & quæ in omni iudicio etiam summario requiritur, & debet plenè fieri, ergo fortius intelligitur remota lit.contest.Isto modo voluit arguere Gul.de Cun.& hoc modo inducendo non obstaret sol.Bart.¶Simiter circa octauum fundamētum Gul.de Cun.illud fortius inducas hoc modo.In possessorio recuperādæ licitum est spoliato propria auctoritate rem recuperare.l.3.§.cùm igitur.ĵ.de vi,& vi arm.Similiter si sum in possessione rei meæ, & tu aliquid in ea facias,possum propria auctoritate illud factum destruere.l.quēadmodum.§.1.ſ.ad l.Aquil.& l.si vitem.§.si ad ianuam.ĵ.ꝙ vi aut clam.Bart.not.in l.1.§.nunciatio.in 1.col.supra de oper.no.nun. Si ergo possum propria auctoritate facere omissa omni iuris solennitate,ergo licèt intentetur via iuris, & minus legitimè,quia sine lit.contest.istud non debet vitiare, cū habeamus
177 regulam,† ꝙ q̄n aliquid de necessitate non requiritur,si illud interuenit,& minus legitimè,aut minus solenniter, non vitiat actum.l.vni.in princ.C.de rei vxo.act.Bart.in l.1.ad fin.princi.supra de edeo.Facit,quòd vult.glos.not.in §.serui.in verbo,in transitu.Insti.de libe.vbi glos.tenet, quòd quando in aliquo actu non requirit præsentia iudicis, si interueniat, & nō solenniter, non vitiat actum. Sicut etiam in causis,in quib.non requiritur libellus, si porrigatur libellus, & non solennis non per hoc vitiat processum nec sententiam, vt vult glos.not.in l.vinum.in glos.magn.ad fin.vbi plenè dixi, supra si cert.peta.Ita voluit arguere Gul.de Cun. ¶Circa nouum fundamentum Gul.de Cun.in l.in causæ.§.causa cognita.supra de mino.vbi in impetratione restitutionis in integ.non requiritur lit.con-
178 test.Bart.† pro responsione dicit esse videndum Cyn.in Authen.si omnes.in vlt.quæst.C.si minor ab hæred.absti.Cyn.ibi distinguit, ꝙ aut minor petit se admitti ad aliquid dandum, vel faciendum per in integ.resti.& tunc opus est lit.contest.aut non petit aliquid sibi dari, vel fieri, sed petit aliquod obstaculum remoueri per in integ.resti.& tunc non est necessaria aliqua lit.contest.vt ibi per eum.¶Circa vltimum fundamen-
179 tum Gul.de Cun.inquantum Bart.respon.† quòd quando actor proposuit libellum, lis ex parte sua est quodammodo contestata, ideo eo absente potest tunc ferri sententia diffinitiua,per Auth.qui semel.C.quomodo & quando iud. Adde, ꝙ contrarium tenet ipsemet Barto.sibi contrarius in l.edita.in 4.col.ad fin.C.de eden.Eo quia si ista ratio esset vera,quòd quando actor obtulit libellum, ex eius parte esset facta lit.contest.sequeretur, ꝙ etiam de iure antiquo fforum potuisset ferri sententia diffinitiua contra talem actorem,quasi ꝯ cum sit lis cōtestata, ꝙ est falsum.l.& post edictum.in fin.ſ.de iud.¶Secundò, quia contestatio dr̄ simul attestatio, vt not.in l.1.C.de lit.contest.sed per solam propositionem libelli non fit attestatio simul,ergo ex nulla parte fit lit.contest.Ita etiam tenet Bart.in
* l.1.in 2.col.C.de lit.contest.*vbi refert omnes Doct.*ita tenere,ꝙ idē tenet Spec.in tit.de lit.contest.§.quando.in vers.nunquid absente. ¶Item adde, ꝙ istud, ꝙ tenet Bart.hic,etiam reprobat Bald.in q.per eum disputata,inc.accusatus de vi turbatiua.in pen.char.in 17.col.duplici fund.Primò,quia inter oblationem libelli,& lit.contest.est maximum interuallum.Secundò, quia actor habet exceptionem præiudicialem exceptioni declinatoriæ.l.quoniam Alex.C.de adul.quam non haberet si quo ad se diceretur litis contest.l.fin.C.de xxcep.& l.exceptionem.C.de prob.Quid tenendum?Teneas illud, ꝙ tenet Bart.hic, ꝙ est verius,ꝙ ex parte actoris, quando proposuit libellum, est inducta quasi lit.contest.dùmmodò posteà reus respondeat,antequam actor reuocet, dato etiam, ꝙ actore absente respondeat,eo quia scriptura libelli producti semper loquitur.l.arriani.C.de hæret.vnde si posteà reus respondeat, inducit vera lit.contest.aliàs si secus diceremus,nunquam esset contestatio,cū inter oblationem actoris, & responsionem rei à iure sit constituta dilatio.20.dierū.Auth.offeratur.C.de lit.contest.ita tenēt.d.Ant.de Butr.d.Card & Io.de Imo.in c.1.de lit.contest.& ibi.d.Abb.in 4.col.& seq.referens ita practicari, & ita habes bene expeditam tertiam quæst.Bart.in qua non recedes à communi sententia.¶Quartò quærit Bart.an petitorium, & possesso-
180 rium † debeant eadem sentētia terminari in casibus,in quib.possent concurrere,& tenet de iure cano.si ab eodem proponantur,ꝙ debeant simul eadē sententia terminari,secus de iure ciuili, quia prius debet terminari illud,de quo primò constat, & sic Bart.inducit differentiam inter ius can.& ius ciui.ꝙ in dubio fieri non debet.c.1.& 2.de oper.nou.nun. Vnde dic, quòd imò est idem etiam de iure cano. quia si prius constat de possessorio prius terminatur, prout est text.in cap.2.de cau.poss.& propri.vbi text.refert in hoc ius ciuile, & illi stat.& ita etiam tenet Ioann.And.in d.c.past.& licèt Bart.dicat, ꝙ glo.in d.c.2.sentit hanc differentiam inter ius ciuile, & cano.dic melius,ꝙ glo.ibi voluit dicere,ꝙ de iur.can.admittitur concursus petitorij, & possessorij, licèt de iure ciui.sit secus, secundum opin.Ioann.glo.licèt Mart.aliter tenuerit,& posteà gl.ibi in fin.tenet,quòd vnum potest terminari sine alio,& ꝙ in hoc ius ciuile non contradicit can.& ita tenent Imo.Lud.Rom.& in effectu Aret.hic,& ita tene, quamuis cum Bart.teneat d.Ant.de But.in d.c.cùm dilectus.in antepen.col.de cau.poss.& propri.& in c.1.de mut.peti.de quo vide Inn.& alios in c.veniens.de præscrip.Ale.in cons.410.ꝙ inc.visa facti narratione mihi trās-
181 missa ꝙ est in 3.vol.cons.45.¶† Item dum Bart.tangit, quis sit effectus vtriusque iudicij,& qualiter fiet executio,& remittit se ad Cyn.q perfectè locutus est secundum eū in d.l.incerti.in 2.q.tu vide plenius d.Alex.in cons.130.5.vol.inc.visa facti narratione, & cons.159.5.vol.inc.in causa, & lite vertente
182 inter priorem.in 1.col.& dic,vt ibi per d.Alex.¶†Quintò, & vlt.quærit Bar.an interdicta exhibitoria debeant præcedere iudicia petitoria.adde inquantum tenet Bart.ꝙ interdictum de tabulis

ADDITIO.

a ¶Dictio mox.Adde Bald.in l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.Eccles.Tu dic,ꝙ ista dictio mox, habet multas significationes. Aliquando denotat omne id, quod fit intra biduum,vel triduum.gl.est in l.post rē.in vers.mox.ff.transac.nonnunquam importat spatium 10.dierum, vt in l.ad per emptorium.ff.de iud.cum l.seq.ibi Angel.Spec.in titu.de appel.§.1.modo iudicat tempus duorum mensium.l.à diuo Pio.§.1.ĵ.de re iud.interdum denotat post annum.c.si in qualibet.vbi glo.2.q.2.c.si longinquitate.12.dist.Aliquando intelligitur.s.anno sequenti.l.sed & si quis.§.si operas.cum.§.seq.& ibi glos.1.vers.mox restituitur.ff.de vsufr.Interdum capitur pro triennio.l.sed & si sub cōditione.§.si seruo.ff.de hær.inst.Aliquando denotat tempus incertum iudicis arbitrio statuendum,vt l.si is à quo.in prin.ff.vt in poss.leg.
* Et vide eundem Ias.in l.si arrogator.nu.35.ff.de adop.in l.fructus.ff.sol.mat.in l.apud Iul.nu.6.ff.de leg.1. MASVER.

tabulis exhibendis debet etiam præcedere petitorium, adeo, q̃ fi fuper petitorio fit lis conteftata, non poterit amplius illo agi, per l.fi.ĵ.de tabu.exhib. dic iftud procedere fequẽdo intellectũ quem ibi gl. tenet, fed ille intellectus non eft bonus, vt ibi per Bart. ideo dic aliter, & melius, vt ibi per eum, & ita tenet Io.de Imo. hic in fi. & per ifta eft impofitus finis folenni repetitioni Bart. de qua nihil omnino fuit prætermiffum. ¶ Vltra Bart. & Docto. fextò quæro, quando dicatur intentatum petitorium, & quando poffefforium, & quando vtrunque fimul. In qua
183 quæftione pone infrafcriptas conclufiones. ¶ † Prima, q̃ illa verba, pleno iure, important intentatum non folùm petitoriũ, fed etiam poffefforiũ. c. querelã. de elec. & ibi in indiuiduo ita not. Inno. in gl. in verbo, pleno iure. ad idem text. in l. Iulianus. la 1. §. fi. in verfi. plenum, & ibi not. Ang. fupra de rei vendi. & tex. in c. cũ & plãtare. §. in Ecclefijs de priui. d. Alex. in cõf. 89. 5.
184 vol. inc. Excellẽtiffimi Iurifcon. in prin. ¶ † Similiter verbum pertinere, põt referri ad petitoriũ, & ad poffefforium. gl. eft no. in l. fi quis intentione ambigua. ŝ. de iudi. Spec. in tit. de cauf. pof. & propri. §. notandum. in verfi. alie. d. Ant. de Butr. in c. 1. de feque. pof. & fru. & ibi nota, d. Abb. in 4. col. & idem d. Ant. de Butr. & in c. cùm Ecclefia Sutrina. in 4. col. & ibi do. Abb. in vlt. colu. de cau. pof. & propri. Ang. vbi limitat. in d. l. Iul. §. idẽ Iulianus. ŝ. de rei vendi. facit text. in l. verbum illud pertinere. ĵ. de verb. fign. & in c. cùm ad fedem. de refti. fpol. ¶ Vnde reducendo ad practicam refcriptum Principis, vel Papæ continens, conqueftus eft talis de Titio, qui iniuriam fibi facit de re ad ipfum pertinẽte, propter illud verbum pertinente, includit petitorium, & poffefforium. ita not. tenet Bald. in l. pe. in vlt. col. C. fi à non compe. iudi. fue. iudic. ibidem etiam Bal. in pen. col. hoc ampliat, etiã fi adijciat dictio de iure, puta, quia in refcrito, vel in libello dicitur, In tali re ad eum, de iure pertinente, Tunc etiam venit petitorium, & poffefforium. alleg. Inn. in c. Epifcopi. de reb. Ecclefi. nõ alie. ¶ Sed q̃ verbum pertinere, verificetur etiam in folo poffefforio, probatur in c. querelam. de elect. iuncto eo, quod ibi tenet gl. antepen. & illum text. ibi ad hoc valde not. repu. d. Ant. de But. in 3. col. & 3. not. inducendo, vt ibi per eum, & no. d. Alex. quem omnino vide in confi. 98. 5.
185 vol. inc. vifis his, quæ eleganter, & copiosè. in 1. col. ¶ † Idẽ dic de verbo, fpectat, quòd idẽ videtur importare, q̃ pertinet, quia verbum fpectat, intelligitur refpectu proprietatis, & refpectu poffeffionis, Ioann. Andr. in c. dilecto. in verb. fpectantia. de offi. Archi. d. Abb. in d. c. cùm Ecclefia Sutrina. in vlt. col. Alb. de Rof. in dictionario fuo in verb. fpectat. & do. Petr. de
186 Ferra. in Pract. fua Papienfi in verb. fpectat, & pertinet. ¶ † Tamen petens declarari rem ad fe fpectare, & reum condemnari ad reftitutionem poffeffionis, dicitur intentare petitorium fecundum Feder. de Sen. in confi. 282. inci. conf. traditum per venerabilem virum. Io. And. in addi. Spec. in tit. de act. & peti. §. fequitur. in addi. quæ incipit, dicunt. n. fimplices. d. Ant. de But. in d. c. cùm ad fedem. in 3. col. de refti. fpo. d. Alex. in confi. 159. 5.
187 vol. inci. in caufa, & lite vertẽte inter priorem. in 1. col. ¶ † Itẽ ifta conclufio libelli peto rem reftitui, adaptatur ad poffefforiũ & etiam ad petitorium, etiam fi narretur in poffefforio. ita no. tenet d. Ant. de But. in d. c. cùm ad fedem. in 3. col. per illum tex. & ibidem Io. de Imo. & alij. Spec. in tit. de refti. fpo. §. 1. verf. & not. Bald. in l. pen. C. de fenten. quæ fine cert. quant. Fede. de
188 Sen. in confi. 283. inc. confi. latum. ¶ † Item illa verba ad ius, & proprietatem reducas malè alienata, q̃bus Papa frequenter in refcriptis vtitur, fignificant poffefforium, & petitoriũ. iuxta. c. cùm dilectus. de ordi. cogni. circa med. ibi, q̃ caftrum ad ius, & proprietatem fui monafterij pertineret. ita not. tenent Imo. & ibidem. d. Abb. in c. Epifcopi. de reb. Ecclef. non alie. Spe. in tit. de refcri. præfen. §. ratione quoque formę. verfi. item, q̃ in refcri. Arch. in c. & fi illi. 12. q. 2. & in c. re vera. in fi. 3. q. 9. Bal. in l. iubemus. fecunda in fi. C. de fac. fan. Eccle. & in l. fi mulier. §. qui poffeffionem. in fin. ŝ. quod met. cauf. & in l. 1. ŝ. de confti. princ. & l. fi quis ad fe fundum. per illum. text. C. ad l. Iul. de vi. d. Abb. in c. 1. in 3. col. de in integr. reftitu. Ludouic. Roman. in
189 confil. 244. in 6. columna. ¶ † Item vbi caufa eft fimpliciter commiffa, intelligitur committi non folùm poffefforium, fed etiam petitorium. text. eft valde not. in ca. 1. circa med. de fequeft. pof. & fru. & ibi do. Abb. in duobus locis in 2. colum. ad hoc multum not. illum text. & reputat tenendum menti.
190 ¶ † Item fi iudex in fententia dicat faluo iure tertij, quia non intendit in aliquo præiudicare iuri fuo, intelligitur iudex referuare non folùm petitorium, fed etiam poffefforium. ita fingu. tenet Bald. in confil. 397. 2. volu. incip. comparuerunt in
191 iudicio. ¶ † Vltimò tene perpetuò menti in practica pro condimento prædictorum, quòd fi actor in libello narrauit refpicientia petitorium, & poffeff. & concludit expreffè in poffefforio, licèt aliàs debeat femper attendi conclufio, & non illud, quod narratur in libello, fed illud, quod concludit fecũdum Inn. in c. fuper literis. de refcr. Bart. in l. Aurelius. §. idẽ. quæfijt. ŝ. de lib. lega. cum concordan. quas aliàs latè dedi in §. 1. infti. de actio. in l. 1. in prin. ŝ. de eden. Tamen fi libellans ad-
a didit in fi. libelli illam claufulam[a] generalem, quæ in libellis cõmuniter fubijcitur. f. petens de prædictis iuftitiam fibi fieri, & iuxta text. in d. c. cùm dilectus. circa prin. ibi, de quibus iuftitiã fibi fieri poftulabat, tunc poterit poftea etiam fuper petitorio probationes inducere, quia hæc regula generalis poteft complecti vtrunq; ex quo in inarratione fuit facta mẽtio de vtroque, licèt poftea conclufio facta fuerit in poffefforio, ita fingu. tenet Cal. in d. c. cùm dilectus. poft Inn. ibi, referens fe ita de facto obtinuiffe, & fequuntur ibi Can. præfertim do. Abb. in vlt. char. in 24. col. vbi reputat iftam decifi. Cald. effe bene no. eam etiam fequitur d. Abb. in c. pafto. in 1. col. de cã pof. & propri. & in fimili not. Io. de Imo. in c. fi cautio. in pen. col. circa fin. de
191 fid. inftru. vbi tenet. † q̃ fi actor in libello agat ex mutuo, poftea in proceffu probet folùm de confeffione mutui, & fic egit ex mutuo naturali, & poftea probat de ciuili, deberet fuccumbere, nifi in libello adieciffet talem claufulam, petẽs fuper prædictis iuftitiam miniftrari, & de ifta claufula, & de dicto in d. c. cùm dilectus. videas etiam Bald. in l. fin. in princ. C. de anna. exce. & not. eundem Bald. in l. 2. in 3. colu. vbi omnino videas. C. de proba. quia ibi Bal. ponit bonam limitationem in practica ad iftam claufulam, & ita teneas, quamuis aliter videatur tenere idem Bal. in d. l. incerti. in 15. q. C. de interd. vbi etiam facit mentionem de d. decifio. Inn. in c. cùm dilectus, & etiam videtur contrariari. Et ita remanet folenniter, & perfectè expeditus ifte folennis. §. & eius quotidiana materia die 28. Iunij. Anno 1508.

ADDITIO.

a ¶ Claufulam. Adde tu de hac claufula, & vide, quæ pofui in Practica Papienfi For. lib. Act. Real. verf. deducendo. poft nu. 9. vbi multa cumulaui, quæ hic non tranfcribo. * Et dic, quòd ea annotatio impertinens eft, vt lectori patet, melius tamen quadrant, quæ fcribit Dec. conf. 62. nu. 2. Neuiz. confil. 79. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Poffeffio rei mobilis perditur per naufragium feu fubmerfionem.*
2 *Facilius perditur poffefesfio quàm dominium.*
3 *Seruus fugitiuus quare non priuat dominum ciuili poffefsione.*

LEX XIII.

POmponius. Rei mobilis perditur poffeffio ciuilis, quando non poteft naturalis adipifci homine excepto.
1 dominium verò per hoc non perditur. h. d. ¶ † No. 1. quòd poffeffio rei mobilis perditur per naufragium feu fubmerfionem facit lex interdum. §. 1. ĵ. eod. titu. Adde idem effe in poffeffione rei immobilis. l. 3. §. Labeo. ŝ. eod. & l. qui vniuerfas. §. item, quod mari. ĵ. eod. & te ne glo. hic. adde etiam, quòd tunc perditur nõ folùm naturalis, fed etiam ciuilis poffeffio, vt differat à feruo fugitiuo, de quo fubijcit text. in quo folùm perditur naturalis, & retinetur ciuilis, quoufque ab alio
2 occupetur. l. 1. § per feruum. ŝ. eod. ¶ † Secundò not. quòd facilius perditur poffeffio quàm dominium. l. fi quis vi. §. differentia. ĵ. eod. vbi dicetur. ¶ † Tertiò not. rationem, quare fer-
3 uus fugitiuus non priuat dominum ciuili poffeffione, quam rationem plenius ponit text. in l. fi rem mobilem. ĵ. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Quæ vitia realia impediant præfcrip. vel vfucapionem.*
2 *Furtum eft improbifsimum.*
3 *Vitia quafi realia an impediant præfcriptionem.*
4 *Quare dicantur vitia perfonalia.*
5 *Quare furtum dicitur vitium reale.*
6 *Statutum loquens de furto an habeat locum in expilatione.*
7 *Expillatio non impedit præfcriptionem.*
8 *In re hære. ante aditam hæred. non poteft furtum committi.*
9 *Expilatio rei hæred. eft vitium perfonale, ideo non impedit præfcript.*
10 *Adita hæred. per hæredem ante apprehenfam naturalem pof. hæres habet dominium, fed non verum, & proprium de iure gentium acquifitum mediante actu corporeo, fed ciuile.*
11 *Qui vult vti aliquo iure ex fua perfona, vel facto alterius, debet vti cum qualitatibus, & vitijs fuis.*
12 *Qui approbat contractum alterius, & ex eo vult venire, tenetur approbare*

probare insolidum,& cum omnibus sui qualitatibus.
13 *Confessio acceptatur cum suis qualitatibus.*
14 *Filius non cogitur approbare fideicomis.in totum cum qualitatibus suis.*
15 *De posses. vitiosa datur accessio posses. non vitiosa cum qualitatibus suis.*
16 *Clandestina pos.& precaria dicitur vitiosa,sicut & violenta.*
17 *Auth.malæ fidei posses.C.de præscri.long. temp.an coorrigat ista iura, & in quibus rebus loquatur.*
18 *Statutum loquens de præscri.non trahitur ad vsucapionem.*
19 *Dispositio, quæ fit de primò successore immediatè in materia correctoria,non habet locum in successore mediato.*
20 *Mala fides auctoris nocet hęredi vniuersali; quòd fallit in hęrede volente presscribere ex titulo,quem testator non habuit.*
21 *Mala fides defuncti de iure can.an impediat hęredem presscribere.*
22 *In presscrip.longissima an requiratur titulus.*
23 *Hęres tenetur exonerare de iure can.animam defuncti.*
24 *Quod ad excusationem conscientię hęredis non sufficit,quòd credat defunctum bonam fidem habuisse.*
25 *De iure ciuili hęres non potest presscribere propter malam fidem defuncti.*
26 *Presscriptio.30.annorum non erat cognita iure Digestorum.*
27 *Successor vniuersalis in prelatura, vel dignitate ecclesiastica impeditur presscribere propter malam fidem prædecessoris ex persona sua.*
28 *Sucedens in beneficio non dicitur habere causam à prædecessore, sed à superiore conferente sibi.*

§. Cùm quis adminiculo.

Qui vtitur accessione sui auctoris, vtitur cum sua causa suisq; vitijs.h.d.& habet duas partes. Primò ponit dictum in genere.
1 Secundò in specie.Secunda est ibi,denique.¶†Ad euidentiam præmitte secundum Antiquos,& Bar.hic, ꝙ quędam sunt vitia realia, quæ impediunt vsucapionem, vel presscriptionem, vt furtum rei. l. sequitur §.ꝙ autem. & §.si tu vi.ꝟ.tit.1.l.1. §.ad hæc.C.de anna.exce.§.furtiuæ.insti.de vsuca.Multo fortius violentia.l.si quis emptionis tit.§.sed hoc super illis, quem Bar. ibi
2 ad hoc reputat singularem.C.de præscri.30.ann. eo quia † improbissimum est furtum,vt dicit gl.not.in l.si te. §.fi.& ibi Bar. C.ex quib. cau. infa. irroga. & ista dicuntur vitia realia ratione delicti,quod committitur in ipsa re.l.si partem.in fi.C.de vsuc. pro empt.& d.§.furtiuæ,& sic sequitur,ꝙ ad quecunq; trãseat illa res, transit cum illo vitio reali impediente præscriptionẽ, donec tale vitium fuerit purgatum per reuersionem in pote-
3 statem domini, vt iuribus præallegatis. ¶†Quædam sunt vitia quasi realia,non quia ibi committatur vitium in re,sed quodã priuilegio concesso personæ dicuntur quasi realia, vt etiam si per multas manus bona fide transirent, præscribi non possent, vt res pupilli,& res fisci,& similes. l.bonæ fidei. ꝟ.tit.1.l.vbi lex. §.fi.ꝟ.tit.1.& ita declarat gl.not.in l.vitia.C.de acqui.pos. & ita intellige voluisse dicere gl.in §.res fisci.institu. de vsuca. in ver-
4 bo vitium.dum subaudit,*idem si quasi vitium.* ¶†Quædam sunt vitia personalia, vt mala fides personæ, absque eo, ꝙ furtum aut violẽtia in re committatur, si res peruenit ad manus meas ex titulo, tamen ego scio, vel incipio posteà scire rẽ alienam.
5 ¶†Sed aduerte, quia hic cadit magnum dubium,quare furtũ dicatur vitium reale, & impediat præscriptionem, & vsucapionem, iuribus præalleg.& tamen crimen expilatæ hæreditatis, [quòd est furtum improbius,& sic grauius,vt inquit gloss.
6 not.in d. l. si te.& ibi Bart. intantum, † ꝙ statutum pœnale loquens de furto puniendo pœna furcarum,habet locum in expilatione secundum Bal.in d.l.de his.C.de furtis] non impedit vsucapionem,vel præscriptionem,vt l.si homo cuius.infra. de vsuca.quem Bar.ibi dicit esse ad hoc sing.eum etiam reputant sing.Bart.& Bal.in d.l.vitia.C.eo. ꝙ expilatio hr̃ditatis nõ impediat presscriptionem,tenent Iac.de Arc. Alb.Imo.Raph.& cęteri Mod.in d.l.si homo cuius Bal.in l.si adducta.C.de furt.aliàs visum est mihi difficile assignare rationem diuersita. inter furtum, & expilationem. vnde videbatur mihi, ꝙ imò expilatio esset etiam vitium reale,& faceret rem inusucapibilem,& impræscriptibilem, sicut & furtum, cùm sit grauius, & improbius furto,vt prædixi,& ad text.in d.l.si homo cuius.dicebam, quòd quicquid ibi dicat Bart.in summario suo, & Bald.in d.l.si adducta.ille tex.non probat nisi à contrario sensu,prout etiam exprèsè dicit ibi Pau. de Cast.& ideo illud argum.à contrario sensu non debet sumi, quando resultat absonus intellectus.l.
7 conuenticulam. C. de Epis. & cle. ¶†*Sed tenendo communem sen-*
* *tentiam,à qua nemo discrepat,*quòd expilatio nõ impediat præscriptionem,necessarium est scire rationem diuersitatis, quare furtum simplex, ꝙ est minus impediat, & non expilatio. Raph. Cu. in d.l. si homo cuius. breuiter se expediens dicit, ꝙ ratio quare expilatio nõ impediat pscriptionem,est,qa nõ afficit vitio rem ipsam,& plus non dicit.Sed istud nihil est dicere, quia istud est,de quo propriè dubitamus, quare expilatio non affi-
8 ciat rem ipsam sicut ẽt furtum. ¶†Tu dic rõnẽ diuersita. esse, qa in re hr̃ditaria ante aditã hr̃ditatẽ non põt furtum fieri, & sic cõmitti vitiũ reale duplici rõne. Prima, qa ab aliquo non possidetur. Istã rationẽ assignat Iurisconsultus in l. 1.§. Sceuo. ꝟ.si quis testõ liber esse iussus fuerit. Secunda, quia non adest verus dominus,quo inuito cõtrectetur res. Istam rationẽ assignat Iurisconsultus in l. fi.ff. de crimi. expil. hær. & Bar. non est recordatus de illo text.in l.hæreditariæ.ff.de fur. & licèt furtum sit directum circa rem, & non circa personã.l. itaque fullo. ff. de fur.tamen requiritur persona domini, cui fiat.l.falsus.§.qui alieni.ff.de fur.& sic stat, ꝙ rei hæreditariæ non põt fieri furtũ, & sic non põt committi vitiũ reale, ꝙ rẽ afficiat, sed bene põt cõmitti vitiũ,ꝙ afficiat personam facientis, & sic faciat eũ extraordinariè teneri crimine expilatæ hęreditatis.l.2.ff.de crimi.
9 expilatæ hæred. † Et sic habes signanter notare, ꝙ licèt furtũ sit vitiũ reale, tamen expilatio rei hæreditariæ est vitium personale,ideo non impedit præscriptionem,ideo si talis res expilata perueniret ad aliquem bona fide, ille posset præscribere. d.l.si homo cuius.est verum, ꝙ Ang.in d.l.hæreditariæ. reprehendit illã rationem Bart.quare in re hæreditaria non cõmittatur furtũ,quia nõ adest dominus,quo inuito contrectetur, dicit ipse,ꝙ ista ratio est falsa, quia si hæres adiuit hæreditatem, tñ nondum apprehendit possessionem rerum hæreditariarũ, clarum est,ꝙ est dominus.l.cũ heredes.in prin.ꝟ.eo.tñ post aditam hæreditatem ante apprehensam possessionem non põt committi furtum,sed expilatio,text.est in l.2. ff.de crimi.expil. hęr.ergo licèt ibi sit dominus,quo inuito contrectetur,tñ non cõmittitur furtum, ergo ratio Bart. est falsa, sed non aduertit Ang.quòd ante Bart.est ratio formalis Iurisconsulti in d.l. fi.ff. de crimi.expil. hæred. vnde ad fundamentum Angeli respon-
10 de,& not.ꝙ † adita hæreditate per hæredem antequam apprehendat actualem possessionẽ bonorũ, bene hr̃s habet dñm, sed non est verum, & proprium dñium de iure gentium acquisitum mediante actu corporeo, sed est dominium ciuile, vnde cùm furtum prohibeatur iure gen.l.1.& ibi gl. & Bart. ff. de fur.ergo requiritur verum, & proprium dñium,in quo ca-
11 dat propria diffinitio furti.¶†Not.1. ꝙ qui vult vti aliquo iure ex persona sua, vel facto alterius,debet vti cũ qualitatibus, & vitijs suis.facit regula,cùm quis in ius.de reg.iur.in 6.& sic,q vult vti commodo ex persona alicuius, debet etiam sentire incommodum ex eius persona.facit lex, qui in ius.ff.de re iud. & lex manifestissimi.§.sed cum in secundam.C.de fur. ad istud notabile adde bene facere, ꝙ ille cui acqritur ius ex ꝯctu alterius,puta serui,filij,vel procuratoris,debet acceptare cum omnibus clausulis,& pactis in eo appositis.ita not.Bal.in l.ꝯ ius ciui.§.fi.ff. de pact. p tex.ibi in l. seq. quæ incipit sinautem dñicã.
12 & per legem Caius.ff.de manumis.¶†Secundo adde, ꝙ similiter,q approbat ꝯctum alterius, & ex eo vult venire, tenetur approbare insolidum,& cum omnibus qualitatib. suis. l.cùm fundus.§.seruum tuum imprudens.vers.pen.ff.si cert.pet.& ibi
13 Mod.præsertim Alex.ad hoc not. illum text. ¶† Tertio facit, ꝙ dicimus in confessione qualificata, pars. n.non potest acceptare confessionem nisi cum omnib. qualitatibus suis, vt per Bart.in l.Aurelius.§.fi.ff.de lib.leg.do.Abb.in c.1. per illum tex.
14 vbi limitat.de postu.præla. ¶†Limita regulam prædictã non procedere in legitima filij, quia si filio sit relicta à patre tota hæreditas per fideicommis. sub conditione, vel in diem,filius debet habere legitimam suam purè, & in residuo tamen adhuc durat fideicommissum conditionale,vel in diem,& sic filius non cogitur approbare fideicommis.in totum cum omnib.qualitatibus suis,quia primò detrahit legitimam purè, deinde in reliquo approbat fideicommissum, secundum ꝙ est factum à testatore, vt est text. not.in l. scimus. §.cùm autem, & ibi Raph.Fulg.& Pau.de Cast. ad hoc not. C.de inoffi.testa.
15 ¶ † Secundo not. quòd de possessione vitiosa datur accessio possessioni non vitiosæ cum qualitatib.suis, eo quia sunt qualitates inseparabiles à subiecto, cùm sint reales. de quo etiam
16 in glo.2. ¶ † Tertio not.quòd possessio clandestina, & precaria dicitur esse vitiosa, sicut & violenta, cum ista tria sub vna oratione copulata ponantur. An autem sint in omnibus vitia realia,tangetur in glo.2. ¶Capio glos.1.in verbo,adminiculo, quam diuide in quinque partes.In prima ponit primum principalem intellectum ad tex.In 2.ponit fm intellectum ad tex. qui differt à primo in hoc, qa in primo vult iungere tempora, quib.possedit auctor suus cum temporib.suis, vt dicatur perfecisse præscriptionem, sed in secundo vult tantum allegare titulum auctoris sui. In tertia circa illud fm intellectum quærit. In quarta ponit exemplum secundi intellectus. In quinta ponit

ponit aliud exemplum.Secunda ibi,vel dicit ſe habere. Tertia ibi,quid autem ſi non vult.Quarta ibi,vel pone caſum.Quin-
17 ta & vltima eſt ibi,item poſſet poni.¶ † In ead.glo.ibi, ſed illæ corriguntur per Authenticam,vt ſponſa.largi.§.rurſus.colla.9. vnde ſumitur Auth.malæ fidei.C.de præſcrip.long.temp. Bar. hic melius dicit,ꝙ imò illa Auth.non corrigit iſta iura,ſed bene ea determinat,& limitat, & propterea ponit tres limitationes ad illam Authenticam.¶Prima eſt,quòd illa Auth.loquatur in rebus immobilibus, non autem in rebus mobilib. cum
* iſta limitatione *tranſeunt communiter Doct.* hic. idem Cyn. & Antiqui in d.Authen.malæ fidei.& ibidem Ange.& Ange. in l. quare.ꝟ.tit.1.Bald.in l.ancillæ.in 1.colum.C.de fur.Iaco.de Bel. in d.§.rurſus. Ange. de Are. in §.ſed iſtæ.in 16. colum.inſtit.de actio.& Canoni.in c.ſi diligenti.de præſcrip.do. Alex.in conſi. 134.2.volum.quod incipit,in cauſa,& lite vertente inter Albe. de Maynar.in vltim.colum.Pro iſta limitatione bene facit ſecundum do.Alex.quia text. in d.Auth. malæ fidei.loquitur in præſcriptione longi temporis, & ſic 10.vel 20.ann. quæ longa pręſcriptio non adaptatur ad res mobiles.l.1.C.de vſufr.transform.& inſtitu.de vſuca.§.& ideo. ergo illa Auth. quæ eſt correctoria,non debet extēdi ex identitate rationis. l. præcipimus. in fin.de appel.glo.& Doct.in Auth.quas actio.C. de ſacroſan.
18 eccleſ.¶ † Ex iſta limitatione Bart. colligit Aret. ꝙ in materia correctoria ſtatutum loquens de præſcriptione non trahitur ad vſucapionem,licèt ex lata ſignificatione vocabuli vſucapio appelletur præſcriptio,vt in multis.ll.titu.ſequen. Facit,quòd no.Bald.in l.quod eſt conſtitutum, per illum tex. C.ne de ſtatu defunctorum.vbi nota. ꝙ ſtatutum inducens præſcriptionem fauorabilem, non extenditur ad aliam præſcriptionem ſimilē. ¶Tu aduerte, quòd illud,quod præſupponunt dom. Alex.& Aret.hic,quòd d.Auth.malæ fidei.ſit correctoria,non videtur bene dictum, quia Bart.met,cum quo etiam ipſi tranſeunt,dicit,ꝙ nō eſt correctoria, ſed determinatoria,ſeu declaratoria. Iſtam primam limitationem Bar.reprobat Rapha.Cuma.hic, & bene manifeſta ratione,quia dato,quòd d.Auth.malæ fidei. non haberet locum in re mobili, tamen abſque illa Auth.mala fides auctoris in re mobili impedit vſucapionem, eo quia malæ fidei poſſeſſor non poteſt alienare rem mobilem, quin committat furtum, cùm contrectet inuito domino. l.1. ff. de fur.& per conſequens non poteſt vſucapi tanquam affecta vitio reali, ergo mala fides auctoris mei ratione vitij realis in re mobili nocet mihi.Idem contra Barto.per eandem rationem tenet Ioan.de Imo.in d.l.quare.ꝟ.titu.1. Tu dic, quòd ante eos iſtam rationem ponit formaliter tex.in §.furtiuæ, in verſic.vnde.inſti.de vſuc.iſtud magis ſtringit contra Bart.quàm faciant quædam leuia fundamenta Sal.in d.Auth. malæ fidei. vbi etiā ipſe tenet contra Bar.& ea refert dom.Alex.hic. Poſſet tamen limitatio Barto.ſaluari vno caſu,quando malæ fidei poſſeſſor alienaſſet rem exiſtentem penes emptores, quia cùm tunc nō interuenerit contrectatio, non committeretur furtum.l. alienum.& ibi gl.fin.C.de fur.& ita etiam tenet do. Alex. hic.item contra Barto. ꝙ d.Auth.habeat locum etiam in rebus mobilibus, ponderat d.Alex.auctoritatem Hoſtien.in titu.de præſcr. §.quæ ſunt neceſſaria.in verſic. 4. vt diſtinguatur an emerit.tu pondera contra limitationem Bart.glo.ordin. in d.§. furtiuæ.in verbo, competat, in fin.quæ glo.relata ad text.qui loquitur in rebus mobilibus, dicit per Auth.malę fidei.corrigi illa, de quo in illo text.¶Secunda limita.Bart.eſt,quòd illa Auth. loquatur domino ignorante,ſed illo ſciente nihil eſt immutatum,vt patet per illum text.ibi in verbo,ignoret.iſtam limitationem ſe-
* quuntur *omnes Doct.hic*, & in locis præalleg.iſta limitatio etiam non procederet in re mobili propter tex.in d.§.furtiuæ.eo quia malæ fidei poſſeſſor alienando committeret furtum,vt ibi eſt tex.in fin.& ſic ſemper impediretur vſucap.ſiue dominus ſciat ſiue ignoret.niſi ſalues in caſu ſuperius proxim. no.in 1.limitatione.¶Tertia limit.Bar.eſt in primo emptore,qui emit à malæ fidei poſſeſſore: ſecus eſſet in alio, qui poſteà emiſſet bona fide à primo emptore, & ſic illa Auth.procedit, quando immediatus auctor erat malæ fidei, ſecus ſi mediatus. Ex quo
19 † correlariè infert Aret. quòd in materia correctoria diſpoſitio, quæ fit de primo ſucceſſore immediato, non trahitur ad ſucceſſorem mediatum, ꝙ facit ſecundum eum ad legem, ſciendum.ff.de verb.ſign.& ad ea, quæ habentur in l.Gallus.§. etiam.ff.de libe.& poſthu.dic,vt ſupra proximè dixi, ꝙ iſta nō eſt materia correctoria,vt hic per Bar. ¶Quinque alias limitationes ad illam Auth.ponit d.Alex.hic poſt Doct. per eum relatos. Tu vide duodecim limitationes ad illam Authenticam poſitas per Ang.de Are.& collectas hinc inde à Doctorib.in §. ſed iſte,in 16.col.inſti.de actio.& in d.§.furtiuæ. ¶Capio glo.in verbo, [vitijs.] quam diuide in ſeptem partes principales. In prima remouet vnum contrarium.In ſecunda declarat tex. In tertia remouet aliud contrarium. In quarta per viam quæſtionis remouet aliud contrarium.In quinta aliud.In ſexta quęrit. In ſeptima & vltim. de diſt. ſe remittit.¶ Secunda ibi,[& ꝙ dicit ſua.] Tertia ibi, [ꝙ etiam ſecundum hæc iura] Quarta ibi, [ſed ſecundum hoc.] Quinta ibi, [& quòd dicit de vi.] Sexta ibi, [& ꝙ dicit de clam.] Septima,& vlt.eſt ibi, [& adde diſtin-
20 ctionem.] ¶ † In ea.gl.ibi. [ꝟ.de diuer. & temp.præſcrip.l. cū hæres.] habes ex gl.vnam concluſionem, ꝙ mala fides autho-
a ris [a] nocet hæredi vniuerſali,quominus poſſit pręſcribere,etiā ſi ipſe hæres eſſet bonæ fidei.idem tenet gl.in l.2. C.de vſucap. pro hæred.& in l.ſi ego.§.partus.ff.de publi. amplia iſtam concluſionem glo.etiam ſi velit incipere vſucapionem ex perſona ſua,& ſic nolit vti acceſſione temporis authoris ſui, ita tenet gl.præcedens in fi.& glo.in l.vitia.C.eo.& in l.fi.C.communia. de vſucap.¶Limita dupliciter. Primò niſi hæres vellet pręſcribere ex tit.quem non habuit à teſtatore, ſed à tertio extraneo, ſiue illum habuerit ante mortem teſtatoris ſiue poſt,tūc enim mala fides defuncti non nocet vniuerſali ſucceſſori, quia etiā ſi non eſſet hæres,poſſet præſcribere.tex.eſt not.in l.an vitium. §.fin.de diuer.& tempo.præſcrip.& refert Ludo. Rom. hic, ꝙ illum tex.Bal.ſemper exclamabat pro ſingulari, & mirabatur, quòd prædictæ glo.non perpenderint de illo text. & ita illum textum pro ſingulari non.ad hoc Bald.in l.eum qui.§. in hac.ff.
21 de public.Ange.in l.ait prætor.in eod.titu.¶ † Secundo limita iſtam concluſionem procedere de rigore iuris ciuilis, ſed de æquitate canonica eſt ſecus, quia ſi hæres ex perſona ſua tantum vult computare tempus præſcriptionis,iſte rigor iuris ciuilis, qui facit,quòd mala fides defuncti cenſeatur in perſona hæredis,de iure canonico non attenditur,& hoc vbi nullus titulus requiritur ad præſcriptionem, vt quia ius commune nō reſiſtat.cap.1.de pręſcrip.in ſexto.ita tenet Dyn.in regula, poſſeſſor,in fin.de regu.iur.in 6.quem refert, & ſimpliciter ſequitur Bar.in d.l.cùm hæres.Iſtam limitationē reprehendit Raph. Cuma.hic, quia ſi vera eſſet iſta limitatio, ſequeretur, quòd Authen.malæ fidei. C. de præſcrip.long. tempo.non procederet de iure canoni. quia ſi mala fides defuncti de iure canoni. non nocet hæredi volenti ex ſua perſona præſcribere, multo minus mala fides authoris nocet ſingulari ſucceſſori volenti ex ſua perſona pręſcribere,quia mala fides defuncti multo magis influit in perſonā hæredis,qui eum repræſentat,vt in Auth. de iureiuran.à morien.præſtito.in princ.colla.5. ¶Dicit tamen Rapha.quòd limitatio Dyn.& Barto. poteſt ſaluari in caſibus. d.cap.malæ fidei.quos caſus ſupra retuli. Aliter reſpondet do.
22 † Alex. ꝙ dictū Dyn. intelligitur in longiſſima præſcriptione, in qua non requiritur titulus, vt ſupra dixi. ſed Auth. malæ fidei. loquitur in longa præſcriptione, in qua requiritur titulus cum bona fide.vt not.in l.Celſus.ꝟ. titul.1. Iſte eſt dubitabilis paſſus, & vtraque pars diſputando eſt defenſabilis. Adde, ꝙ cum opin. Dyn.tenent etiam Cyn. & Bar.in l.vitia.C.eo.Ioan. And.in regula cùm quis in ius.in mercurialibus. Ang. in l.2.de pręſcrip.long.tempo.Ioan.de Imo.in l.ſequitur.§.hæres.ꝟ.titu. 1.Pau.de Caſt.in conſi. 188. quod incip. viſa ſupra ſcripta facti narratione.dom.Alex.in conſi.39.in 2.volum. quod incip.viſis ſcripturis,& in conſi.134.in 2.volum. qđ incip. in cauſa & lite vertente inter Albe.de Maynard.in vlti. colum. ¶Iſtam opin. Dy.tenet alibi Bald.in præſcrip.long.temp. in qua non requiritur titulus: ſecus in pręſcrip.long.tempo in qua requiritur titulus,& ſic oportet, ꝙ vtatur adminiculo authoris ſui, & tunc propriè loquitur lex,cùm hęres.de iure ſ[illegible]orum, quo iure non fuit cognita pręſcri.30.anno.vt eſt gl. in l.Iul.in princ. ff.ex qui. cau.ma.& gl in l qui occidit. §.ſed an.ff.ad leg. Aqui.& inſtitu. de perpe & temp.act.in princip.ita tenet Bal in l.eum qui.§. in hac.& in l.ſi ego.§ partus. ff.de publ. & in l.nihil. C. de vſucap. pro hærede.Iſtam diſtin. Bald.ſequitur Are.hic, & pro hoc eſt glo.in d.c.cùm quis in ius. Ang.in d.l.ſi ego.§.partus.tenet opi. Dy.de æquitate canonica. quam dicit etiam ſeruandam in terris Eccleſiæ,ſed contrariam opin.eſſe ſeruandam in terris Imperij.¶Contrariam opin.quòd imò etiam de iure cano.mala
* fides defuncti impediat hæredem, & ſic ſucceſſorem vniuerſalem

A D D I T I O.

a ¶Mala fides authoris nocet hæredi, & quando,adde Abb.in c. de quarta.de præſcrip.& ibi Felyn.

* Et dic,quod de æquitate canonica, quæ in materia præſcriptionis, & pacti præferri debet,mala fides authoris non nocet vniuerſali ſucceſſori exiſtenti in bona fide,& ex ſua perſona præſcribere volenti, quamquam rigor iuris ciuilis hoc non patiatur,teſte Alexan.conſi.4.colum.1.lib.9.Quid in hærede vniuerſali,& dic, quòd mala fides defuncti nocet hæredi vniuerſali, ſecundum magis communem per eundem Alex.conſi.11.colum.fin. libr.6. qua in re faciūt,quæ ſcribit Dec.in reg.l.quod ipſis.de reg.iur.Rip.Reſponſ.160. num.5.Quid in hærede poſſeſſoris malæ fidei, & vide Alexand.conſil.110. nu.7.lib.1.

salem præscribere etiam ex propria persona, tenent Anto. de But.Ioan.de Imol. & d.Abb.in c.si diligenti.de præscr.Imol.in repe.c.fi.in 28.col. & seq. eod.tit.Io. And.in addi.Spec.in tit.de præscr.§.fi.in addi.mag.Raph.Cu.Lud.Ro.& Alex.hic,& dicit d.Alex.quòd pro ista opin.sæpe consuluit contra Dyn.& Bart. istam opin.sequitur etiam Pau.de Cast in l.sequitur.§.hæres.ꝫ. tit.1.& in l.3.eo.tit.d.Abb.in consi.110.quod inci.Nitar in præsenti causa.in 14.q.& in consi.125.quod incip.Facti contingentia sic proponitur,& ibi dicit, ꝙ semper legendo, & consulendo tenuit ꝯ Dy idem tenet Lu.Ro.in consi.201.quod inci.pro decisione pͥsentis dubitationis primò pr̄emitto. d.Ale.sibi cōtrarius in consi.84.quod inci.in causa vertente inter cameram. in 2.col.& in consi.3.in 2.vol.ꝙ inci.videre̅ inspectis.in pe.col. & in consi.89.quod inci.viso puncto, & instrumentis.in 3.col. & in consi.203.in 2.vol.quod inci.viso, & opportunè discusso processu.in 5.col.& in consi. 62.in 4.vol. quod inci.stantib.his, quæ.s.narrata sunt.in 4.col.ad fi.& seq.& in consi. 99.in 4.vol. quod incip. videtur prima facie dicendum dictos reos. in pen. col.& in consi.2.5.vol.quod inci.Ex his,quæ in themate narrā-
* tur,in vlt. col. *& ista videtur esse magis communis opinio*. Pro ista opin.adducitur duplex fundamentum, primò secundum do.
23 Ant.in loco præallo. † quia de iure cano.hæres tenetur exonerare animam defuncti.c.fi.de sepultu.c. in literis. & c. super eo. de rapt.si ergo defunctus mala fide tenebat rē, ergo hæres eius tenetur restituere, ergo præscribere non potest. Tamen huic fundamento potest responderi,quòd imò heres præscribendo exoneret animam defuncti,cùm præscribens sit similis soluenti,ita inquit Iurisconsultus in l. si pupillus. ad fin. s̄. de admin. tut. saltem quo ad imputandum culpam ei,contra quē facto, & negligentia sua est præscriptum, vt ibi declarat Bart. in vlt. col.& ita etiam dicit Aret.hic, quæ solutio procedit in præscr. long. temp. quæ causatur ex mera negligentia non petentis,vt declarat Bart in l.fin.in prin.ff.de eo per quem fa.erit.& in l.naturaliter.ꝫ.tit.1. Tu autem pro confirmatione prædicti fundamenti.d.Ant.adde illud,quod tenet Bal. in Auth.ad hæc. C.de vsur.in antep.col.in versi.sed quid dicemus de hærede præscri-
24 bente. vbi tenet, † quòd ad excusationem conscientiæ hæredis non sufficit, quòd credat defunctum bonam fidem habuisse, eo quia hæres præsumitur in dolo, & mala fide, quia præscribendo locupetatur cum aliena iactura. l. si quis mancipijs.§.Proculus.ff.de instito.Secundò,& fortius,quia sufficit,ꝙ defunctus fuerit in mala conscientia, & mala fide, nam tunc ex hoc statim fuit acquisitum ius denunciandi de iure cano. quod trāsit contra hæredē. arg. capituli parochiano. de sepult. & capituli nouit.de iudi.¶Secundum principale fundamentū est secundum d. Abb. in locis præalleg. quia ex quo de iure ci-
25 uili est clarè decisum, quòd † hæres non potest præscribere propter malam fidem defuncti, eo quia est successor vitiorum defuncti.dicta.l.cùm hæres, & istud non reperitur mutatum de iure cano. ergo stabimus iuri ciuili etiam in terris Ecclesiæ, vt not. in capit. 1. de oper.nou.nuncia. Bartol. in l.priuilegia.C.de sacrosan.Eccle. Tamen ista ratio potest euadi,secundum, quod respondet Bald. quem superius retuli, quòd dicta lex, cùm hæres, loquatur in præscrip.long. temp.requirente titulum, & sic vbi oportet vti adminiculo tituli defuncti, vnde nimirum si ibi mala fides impedit hæredem præscri-
26 bere, & quòd istud sit verum, patet, † quia præscrip.30.ann. non erat cognita illo iure forum,vt superius dixi, & sic in d.l. cùm hæres.non videtur posse fieri tutum fundamentum contra Dyn.Tamen ista ratio do. Abb. absque d.l. cùm hæres.potest aliter confirmari.Nam de iure ciuili clarum est,quòd mala fides defuncti videtur inesse hæredi, vt in Auth.de iureiuran. à morien.præsti. in prin.& in l.in omnibus. §.non debeo. ff.de reg.iur. & l.ex qua persona.ff.eo.tit. & istud non reperitur correctum, vel immutatum de iure canon. stabimus ergo huic iuri ciui.etiam in foro canonico,vt predixi,presertim cùm lex canonica latius puniat hæredem ex facto defuncti quàm lex ciuilis. capitul. 1. de sepulturis, & magis prohibet lucrum iniustum, & magis aufert causam peccandi quàm lex ciuilis. §. hanc autem.in Authen. vt Ecclesia Romana. collat. secunda.
27 ¶†Ista conclusio limitatur non procedere in successore vniuersali in prælatura, vel dignitate ecclesiastica, quia si antecessor suus fuit in mala fide,non impeditur præscribere ex sua persona.capitul.cura.& ibi gloss. & Docto. de iure patro. cap.
28 de quarta.de præscri.& ratio est clara, † quia succedens in beneficio non habet causam ab antecessore præmortuo, sed à superiore conferente sibi beneficium, vt est gloss. in d. c. cura. & in d.c.de quarta.do.Abb.& alij.in c.1.de sol.not.in cap.quia. V.de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Venditor vtitur accessione emptoris facta redhibitione.*
2 *Redhibito est titulus habilis ad præscrip.sicut emptio.*
3 *Distractus est ita habilis ad præscrip. sicut contractus.*
4 *Quod iuris est de contractu,idem est de distractu.*
5 *Si ex forma statuti requiritur aliqua solennitas in contractu mulieris, an requiratur eadem in distractu.*
6 *Sicut ratione contractus quis sortitur forum, ita ratione distractus.*
7 *Cuius consensus requiritur in contrahendo, eius requiritur in distractu.*

1 §.Præterea quæritur. † Vēditor vtiť accessione em-
2 ptoris facta redhibitione.h.d.Facit,quia † redhibitio est habilis ad præscriptionem sicut emptio.l.si hominē.ꝫ.tit.1.l.si duob.ꝫ. de diuers.& temp.pręscri.& in d.l.si hominem.habes extensionem ad istum text.vt procedat nō solùm,quando venditio resoluitur per redhibitoriam,vt hic,sed etiam, quando resoluitur per actum addictionis in diem, & illum text. ad hoc not.
3 Bal.in l.1.C.de vsuc.transfor. & sic ex istis habes, † ꝙ distractus est ita habilis ad præscriptionem sicut contractus facit. §. in
4 dotem. ꝫ. ead.l.¶ † Ex hoc potes generalius notare,ꝙ iuris est de cōtractu,idem esse de distractu. facit. l. si ad resoluendū.C. de præ.min.notať in l.ab emptione. vbi dixi.supra. de pact.Fa-
5 cit, † quòd not.Bal.& Mod.in l.siue apud acta.C.de transa. vbi ponitur, si ex forma statuti requiratur certa solennitas in contractu minoris,vel mulieris,nunquid eadem solennitas requi-
a ratur in distractu. [a] ibi plenè dixi,& in l.si vnus.§.pactus ne peteret, vbi Bart. s̄.de pact. ponunt Moder. in l.more.s̄.de acq.
6 hære. Facit † ad prædictum notabile, quia sicut ratione con-
b tractus [b] quis sortitur forum.l. hæres absens. §.fi.s̄.de iudi. c.fi.de
* for.comp.ita ratione distractus.l.qui certo loco, *secundum com-*
7 *munem intellectum*.s̄.de cond.indeb.¶†Item facit, ꝗa cuius consensus requiritur in ꝯhendo,eiusdē ēt reqritur in distractu, & sic in relatione.tex.est in Auth.eꝫ si filij.& ibi Bart. ad hoc not. C.de repud.Item ad istum tex.adde tex. no.in l.2.§. si sub conditione. infra pro emptore, quæ limitat istum text. nisi emptor habuisset malam fidem,quando accepit.§. fin. infra ead.l. Vltimò contra istum text. fortiter opponit Bartol. de l. si à te. §.fi.ꝫ.de excep.rei iud.& remittit se ad gl.ibi,vbi gl.& Bar.laborāt in sol.vt hic per d.Alex.sed reiectis sol.gl.& Bar.ibi, q̄ nō videntur posse defendi nisi cum magna diuinatione,plus palcet sol.Ang.in §.si is,qui precario.ꝫ.ea.l.vbi dicit, quòd in hoc tex. poss.cępit hic initium à venditore, ideo coniungitur pos. emptoris secuta redhibitione, sed in lege contraria sententia non cępit habere aliquod initium à venditore,nimirum si facta redhibitione venditor ibi non potest vti exceptione illius sententiæ pro confirmatione istius solutionis.bene facit id, quod volunt Iac.de Ra.& Imo hic,qui tenet,ꝙ iste text.procedat,quando ceperat primò possidere, & vsucapere, aliàs facta redhibitione non posset vti accessione temporis emptoris. §. fi. ꝫ. ea.l. & licèt d.Alex.in fi.reprobet,eo quia sit violentia, & diuinatio ad istum text. qui præsupponit venditorem antea possedisse, tu dic, quòd imò text.istud præsupponit,cùm dicat, quòd ēt emptor potest vti accessione ipsius venditoris, ergo, præsupponit,quòd ipse venditor prius possederat.

ADDITIONES.

a Distractu. Adde, quæ idem Ias. scribit in l.si ego. column. 2.in princip.ff.si cert. pet.

b ¶Ratione contractus.Adde Barto.in l.1.C.vbi,& apud quem.Bartol.in l. qui certo loco.ff.de condi.indeb.Docto.in c.ex parte.M. de resti.spol. Docto.in c.1.de sponsali.

SVMMARIVM.

1 *Non vtitur quis accessione eius,à quo causam non habet.*

1 §. Si liber homo. † Non vtitur quis accessione eius,à quo causam non habet.h.d.& intellige istum text.q̄n liber homo,vel seruus bona fide possessus egit quærere poss.bonæ fidei possessori,sed nō dominium,aliàs si voluisset ei quærere, & eius nomine actum egisset,ita quæsiuisset dominium sicut & poss. gl.in l.1.§. sed & ꝑ eum.s̄. eo. & sic frustra tractaretur de successione temporis. l.sequitur.§.lana.ꝫ.tit.1.ita intelligunt istum tex.Ang.& d.Alex. hic. Iste intellectus licèt videatur prima fronte diuinatiuus, tamen suadetur ex text. dum dicit, & alij acquisierit posses. & sic præsupponit casum, quando solùm est acquisita possessio, quia in hoc. §. & præcedentib. & etiam in sequentibus vsque ad fin. intendit Iurisconsul. solùm tractare, quis possit vti

vti accessione temporis, quando poss. fuit apud alium, ꝙ cessaret, si dominium hic esset translatum.

SVMMARIVM.

1 *Non potest fieri accessio illius poss. quæ medio tempore fuit per alium occupata.*
2 *Medium impertinens impedit extrema coniungi.*
3 *Statutum disponens, quòd poss. defuncti continuetur in hæredem, intelligitur nisi medio tempore per alium fuerit apprehensa.*
4 *Medium impertinens impedit ratihabitionem retrotrahi.*
5 *Per matrim. sequens an legitimetur proles habita ex concubina postea in vxorem desponsata, cui præcessit aliud matrimonium post habitam prolem, an talis dicatur primogenitus, & nu. 7.*
6 *Dictio omnino. quid importat.*
8 *Titulus pro hærede est plenior titulo pro emptore.*
9 *Ille, in quem transfertur dominium ipso iure sine traditione, dicitur habere fortius, & plenius ius ex titulo, quàm ille in quem ad dominij translationem requiritur traditio.*
10 *Si vendatur alicui res, in quem transfertur ex priuilegio dominium sine traditione, deinde vendatur alteri, & tradatur, præfertur primus.*
11 *Successoris appel. tantum continetur vniuersalis.*
12 *An valeat argu. ab eo, quòd est minus ad illud, quod est maius, vbi est eadem ratio.*
13 *Mala fides here. an noceat in præscriptione inchota perficienda.*
14 *Mala fides hæredis impedit fructuum acquisitionem.*
15 *Facilius impeditur acquisitio fructuum, quàm impediatur perfici præscrip. inchota.*
16 *Error iuris impedit vsucapionem, sed non fructuum acquisitionem.*
17 *Posses. testamen. & ea, quæ fuit vacans post mortem testatoris, prodest hæredi.*

§. Quæsitum. Hæredi nō datur accessio possessionis defuncti, si res fuit alio medio tempore possessa, sed hæres potest coniungere suæ possessioni non solùm poss. defuncti, quæ fuit apud eum tempore mortis, sed etiam illam, quæ vacans apud nullum fuit post eius mortem. h. d. secundum verum intellectum vsque ad. §.
1 in dotem. ¶† Not. 1. quòd non potest fieri accessio illius possessionis, quæ medio tempore fuit per alium occupata, cōcor-
2 dantes sunt in gl. & ex hoc habes correlariè † notare, quòd medium impertinens impedit extrema coniungi, & istud per plura iura probat Io. And. in regula, sine culpa. de reg. iur. in mercurialibus in 6. col. præcipuè per text. in c. per tuas. de condi appo. sic etiam prædium, quòd non seruit impedit seruitutem. l. qui
3 sella. §. fin. ff. de ser. rust. præd. Istum text. † dicit Raphael. Cum. se aliàs allegasse in q. de facto. Statutum disponit, quod posses.
a defuncti [a] continuetur in hæredem, ꝙ talē statutum procedat nisi posses. fuerit per alium medio tempore apprehensa, cùm statutum recipiat interpretationem, & limitationem à iure communi. l. 2. cum simi. C. de noxa. alij nihil tangunt. Tu adde bonam gloss. in l. cùm miles. in prin. in gloss. magna in fin. ff. ex quib. cau. maio. vbi licèt posses. defuncti continuetur in hæredem quo ad vsucapionem complendam. l. nunquam. §. vacuum. & l. cœptam. ĵ. tit. 1. illud procedit nisi posses. fuerit per alium medio tempore apprehensa. ita ibi expressè dicit gloss. secundò facit, quia dictum statutum transfert possessio. per actum fictum, sed sic est, quòd per actum fictum non transfertur posses. quæ est penes alium non interueniente facto, vel consensu illius, penes quem est. l. 3. §. quod si seruus. ĵ. eo. vnde dicit dom. Abb. in capitul. 2. de consue. quod licèt aspectu, & verbis transferatur posses. l. 3. in princip. & ibi gloss. & Doct. s̄. eodem. tamen non transfertur, quando alius erat in posses. facit, quòd not. domin. Alex. in l. quod meo. in princip. in 1. not. infra eodem. Tertiò adde, quòd istud idem, quod Raphae. hic, quòd prædictum statutum intelligatur nisi posses. medio tempore fuerit apud alium, consuluit domin. Alexand. in cōnsilio. 83. in 2. volum. quod incip. visa facti narratione. in 2. colum. & idem domin. Alexan. in l. cùm hęredes. in princip. infra eodem, quamuis ibi non videatur bene firmare. facit etiam, quòd in
4 simili dicimus, † quòd actus medius impertinens impedit ratihabitionem retrotrahi. gloss. est not. in l. si indebitum. §. 1. ff. rem rat. hab. quam Bartol. ibi multum not. & in l. vxor. §. si quis vxorē. ff. de adulter. Bal. in l. fi. C. ad Macedo. sic ēt legitimatio non trahitur retro, quando bona sunt alij medio tempore. quę ita. gloss. not. in l. Gallus. §. & quid. si tantum, & ibi Bartol. & Doct. vbi dixi. supra de lib. & posthu. & est bonus text. in
5 c. quamuis, & in c. si pro te. de rescrip. in 6. ¶† Secundò principaliter iste text. videtur facere in argumentum secundum Paul. de Castro, quòd si aliquis susceperit prolem ex concubina, deinde cum alia contraxerit matrimonium legitimū, & posteà mortua legitima vxore desponsat concubinam in
b vxorem, quod matrimonium medium [b] impediat legitima-
* tionem filij. Tñ contrarium determinat. & melius, & *dicit communiter Doct.* ita tenere fauore matrimonij, & legitimationis filiorum, ita tenet Io. And. in d. reg. sine culpa. in mercurialibus. Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. & in l. pen. §. vxor. per illum text. ff. solu. mat. Bald. & Ang. in l. cùm quis. C. de natu. lib. Ang. in l. eum qui. ff. de stat. hom. de quo vide latè d. Ant. Rosel. in suo tract. legimationis in 1. lib col. 26. & octo seq. Et quòd medium matrimonium non impediat legitimationem fieri per subsequēs matrimonium, habes text. in §. si vero is, qui solummodo. in verbo omnino suis existētib. & in verbo primitus nati, & ibi Ang. ad hoc not. in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. colla. 7. idem tenet Ang. in consil. 17. ꝙ inci. Comes Brandisius. in 3. col. vbi dicit illū tex. non esse alibi in iure ad hoc. & licèt Aret.
c dicat, ꝙ ille text. nō ꝓbat, quia dictio omnino, [c] † ibi posita si-
6 gnificat, ꝙ quo ad omnē effectū efficiuntur legitimi, & hoc verū, vt capitulo tanta, qui filij sint legitimi. non per hoc infert necessario, ꝙ matrimoniū omni tpe secutum, legitimet filios. verbū aūt primitus nati, nō ponitur nisi respectu natorū post matrimoniū, vt dixerat in prin. illius Auth. ad ꝙ se refert. Tu dic, ꝙ ille tex. bene ꝓbat dū dicit, omnino. n. suis existentib. deinde naturalibus liberis creatis aut primitus natis, q̄ verba clarè demonstrant, ꝙ legitimuū matrimonium legitimat filios
7 q̄cunque cōceptos. † Adde ēt quęstionem q̄ format Bar. in l. cùm decē. §. fi. ff. de sol. vbi quærit, aliquis ex ꝯcubina suscepit filiū naturalē: iñ, posteà duxit vxore de qua suscepit filium legitimum, & naturalē, deinde mortua vxore, cepit concubinā in vxorē, quo casu filius primo natus legitimat, quis eorū succedit tanq̄ primogenitus? q̄ quæstionē disputat Io. And. in d. regula sine culpa in mercurialib. d. Abb. in ꝯsi. 85. inci. vī primo dictam donationē. dixi in l. quoties. C. de rei vend. vbi Bal. Sal. & alij ponūt, & sic p̄supponūt matrimoniū mediū non impedire
8 legitimationē, quæ fit per sequens matrimoniū. ¶† Tertiò no. ibi, ꝙ est plenius, ꝙ titulus pro hærede est plenior titulo pro emptore, rō est s̄m gl. paruā hic, quia ex titulo hæreditario transfertur dñium sine pos. l. cū hęredes. in prin. ĵ. eo. Et sic no.
9 † correlarie ex isto tex. iuncta gl. ꝙ ille, in quē transferī dñium, ipso iure sine traditione dr̄ habere fortius, & plenius ius ex titulo, q̄ ille in quem ad dominij trāslationem requiritur traditio.
10 Hinc † est, ꝙ si vendatur res alicui, in quem ex priuilegio transfertur dñium sine traditione, vt est Ecclesia. l. fi. C. de sacrosan. Eccl. deinde vendatur secundo, & tradatur, tñ præfertur primus p̄p titulum fortiorem. gl. est ord. in l. sine aūt. §. si duob. s̄. de publicia. gl. & Doct. in d. l. fi. C. de sacrosan. Eccl. Bal. & alij in l. quoties. C. de rei vend. Io. And. & Cano. in c. continebatur. de
11 his, quæ fiunt à maiori parte cap. ¶† Quartò no. ex tex. in ver
d bo successionis. secundū Aret. hic, ꝙ appellatione sucessoris [d] propriè continetur vniuersalis, non singularis successor. Tu dic, quod iste text. parum facit ad hoc. nam iste text. propter verbum hæredib. quòd præcedit, & verbum emptionis, quòd immediate sequitur, verbum successor intelligitur pro successore vniuersali, tamen notabile est in se verissimum, vt habes tex. in l. quidam. §. nihil interest. in verb. hoc autem, &. ibi Doct.
12 ad hoc not. ff. de edend. facit. l. id tempus in fin. ĵ. tit. 1 ¶† Quintò not. in versi. sed subtilius, quòd Iurisconsultus arguit hic ab eo, quòd est minus, ad illud, ꝙ est maius, & fortius, & arguit negatiuè. Nā s̄. proximè dixit, quod plenius est ius in hærede, quàm sit in emptore, & tamen decidit hoc ideo esse, quia est omnimo-

ADDITIONES.

a ¶Possessio defuncti. Adde Catel. versi. Decreto Medio. & vers. executores. Plot. de in lit. iur. §. 3. nu. 25.
b ¶Matrimonium medium. Adde Ia. Zoc. in repet. c. per venerabi. qui fil. sint legitim.
c ¶Dictio omnino. Adde de ista dictione per Felyn. in c. ex parte. el 1. de offi deleg. in 1. col. vbi ponit 12. significationes.
* Et dic, quòd præcisam habet naturam, teste Rol. consil. 84. nume. 23. libr. 1. Dec. consil. 1. num. 4. consil. 265. colum. 1. text. in l. in hoc. §. si conueniat. ff. communi diuid. & verbum omnino exponitur totaliter, & indistinctè, vt per Bartol. in l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. caus. Item est vniuersalis ex omni parte exposita, vt not. Ias. in l. 1. num. 5. ff. si cert. pet. de qua etiam per Alex. consi. 173. num. 6. lib. 7. Rom. sing. 1. eundm Ias. in l. 2. colum. 5. C. de iur. emphy. MASVER.
d ¶Successoris. Adde Bal. in l. emptorem. in pen. col. versi. quid si instrm. C. loc. Io. de Imo. in l. quod dicitur, in vlt. col. ff. de verb. oblig. & adde Soci. in consi. 257. col. 4. versi. aliqñ. & quartò. & adde quòd successore, dicitur ille, qui venit de iure prætorio. ita Imo. in l. quod dicitur. col. pen. versi. potest etiam dici, & ibi Alex. infra de verbor. oblig. & per Soci. consi. 275. colq. 5. circa finē.
* Et quod in dubio veniat vniuersalis non particularis, notat Rip. Respon. 183. nume. 17. de quo aliqua scribit idem Iason in l. quædam. §. nihil interest. ff. de edend. BELLAC.

omnimoda ratio, quia in præscriptione requiritur continuatio possessionis à principio, vsque ad perfectionem præscriptionis.l.naturaliter.j. titu. 1. Sicut ergo pos. quæ medio tempore fuit penes alium, interumpit in emptore præscriptionē, ita etiam in hærede vniuersali quāuis plenius ius habeat, & sic habes text. hic notabilem, quòd licitum est arguere de minori ad maius, quando est omnimoda ratio. ¶Capio glos.in versi. id quoque.quam diuide in duas part. In 1. declarat text. In 2.remouet duplex contrarium.Secunda ibi, non tamen est
13 idem. ¶† In ea.glos.ibi. §.si defunctus. habes ex gl. quòd mala fides hæredis non nocet in præscriptione inchoata perficienda,secus est in mala fide emptoris,ratio diuersitatis est,quia qn̄ defunctus cœpit ab initio bona fide præscribere, si sibi posteà superueniat mala fides,de iure ciuili non impediretur præscriptio.l.vni.C.de vsuc.transfor.Ita etiam non interrumpitur, si ei succedat hæres,qui sit malæ fidei,quia censetur eadem persona cum defuncto.in Auth.de iur.iur.à morien.prest.in prin.nō sic est in singulari successore,qui nō repræsentat personam sui auctoris, vnde in eo etiam inspicitur initium success.est verū quòd hodie de iur. can. ꝙ in persona eiusdemmet mala fides quandocunq; superueniens interrumpit præscriptionē, vt in regula possessor malæ fidei.de reg.iur. lib. 6. & c.fi. de præscri.
14 ¶†Limita etiā istam conclusionē gl.procedere, quo ad vsuc. siue prescri.complendam,secus est quo ad acquisitionem fructuum, quia mala fides hæredis impedit fructus acquiri, licèt defunctus esset bonæ fidei.l.quæsitum.§.1.ff.de acquir.rer.do.
* *secundum Bart. & omnes Doct.* † Et ex hoc pondera tu puecte, ꝙ
15 facilius impedit acquisitio fructuum,quàm impediatur perfici præscriptio inchoata.Sicut etiam in simili, quo ad impediēdum acquisitionem fructuum, paria sunt, vel quòd mala fides fuerit à prin.vel quòd posteà superuenerit.tex. est in l.sed & si lege.§.de eo aūt.ff.de peti.hære. sed quo ad vsucapionem de iure ciuili sufficit ab initio bona fides, & quamuis posteà superueniat mala fides nec ꝑ hoc interrumpitur vsucapio. d. l.vnica.C.de vsuc.transfor.& licèt Bart. in d.§.de eo autem.relinquat cogitandum de ratione diuersitatis, tamen, [vt dicebam his diebus.] ratio est,quia quò ad acquisitionem fructuū non attendimus nisi bonam fidem,vt statim dicā, & sic adest ius debilius,quàm in præscribente, in quo plura requiruntur, præsertim titulus,& bona fides,vt not.in l.Celsus, & l.naturaliter.per Bar.j.tit.1.nimirum si primum tanquam debilius faci-
16 lius impeditur.Sed caue, † quia alibi habes totum ècontra.nā error iuris impedit vsuc.l.nunquam.j.tit.1.& tamen non impedit acquisitionem fructuum.d.l.sed & si lege.§.scire,sed dic, ꝙ ibi loquitur à prin.præscriptionis, vbi etiam à principio mala fides impedit,quæ non impediret si posteà superueniat.d.l.vnica.Et ratio diuersitatis isto vltimo casu inter vsucapionem,& acquisitionem fructuum est,secundum Bart.in d.§. scire autē.& in rep.l.ꝙ Nerua.in 10.col. ff. deposi. quia ad vsucapionem requiritur titulus,vel saltem iustus error,vt habetur in d.l.Celsus.j.tit.1.sed error iuris cùm nō sit tolerabilis,non est iustus error, ergo non sufficit ad vsucapionem,sed quo ad acquisitionem fructuum non requiritur tit.sed sufficit,quòd non sit mala fides,quæ abest,vbi est iuris error,vt ibi.¶Capio gl.fi.in verbo nunquam,quam diuide in quinque part.In primis trib. ponit tres intellectus. In 4.circa tertium intellectum format.q.In 5.alleg.cō cor.Secunda ibi,vel dic testatoris.Tertia ibi,vel dic, ꝙ defunctus.Quarta ibi,sed an idem si venditor.Quinta ibi,&
17 facit j.eod. ¶†In fi.glo.reiectis istis tribus intellectibus gl.tu intellige tex.plenè, ꝙ non solùm illa pos. quæ fuit iuncta morti testatoris.i.quę fuit apud testatorem tempore suæ mortis,prodest hæredi, sed etiam illa, quæ nunquam fuit testatoris, sed post eius mortem fuit vacans ante apprehensionem hæredis, vt etiam est text.in l.nunquam.§.vacuum,& in l.cœptum.j.tit.1.& isto modo text.est planus, & ita etiam intelligunt Rapha. Cum.& Pau.de Cast.hic.

SVMMARIVM.

1 *Resolutio contractus dotis tribuit titulum habilem ad præscribendum vxori,cui dos restituitur.*
2 *Titulus dotis est vniuersalis.*
3 *De iure ciuili mala fides superueniens non impedit præscriptionem.*
4 *Titulus dotis dicitur vniuersalis, quando mulier daret omnia bona in dotem,vel vnam hæreditatem.*

1 **§.In dotem.** Maritus in dote vtit̄ accessione vxoris ex eius ꝑsona, & èꝫ.h. d. ¶† Not. ꝙ resolutio ꝯtus dotis tribuit titulum habilem ad præscribēdū vxori,cui dos restituitur, intellige nisi mulier, quæ dedit rē alienam & dotem,fuisset in mala fide, tunc restituta sibi illa re, non acquireretur sibi titulus:patet,quia cōuenitetur petitione hæreditatis.l.etiā.§.apud Marcellum,& ibi no.Ang. ff. de peti. hære. sicut petitio hæreditatis non datur contra titulo possidētem.l.regulariter.ff.de peti.hære.¶Capio glo.in versic.accepta. quam diuide in quatuor partes.In prima declarat text. In 2. ex text.colligit vnum arg.In tertia colligit aliud.In quarta quærit. Secunda ibi.Item ex eo.Tertia ibi,& argūm. ꝙ vir.Quarta ibi, item,quid si mulier.In ea.glo.in fin.ista glo.in hac vltima parte
* *communiter damnatur* per Bart. & alios per tex.in §.fin.j.ea. l.Salua tamen Bart. quando præscriptio ista esset iam completa per maritum,quæ saluatio est vera in se, sed non conuenit verbis glo.quæ dicit,ꝙ vir cęperat vsucapere,pondera illud verbū cœperat,ex quo apparet,quòd non perfecerat vsucapio.Item gl.dicit, quòd illa pos. viri accedit ipsi vxori;ergo præscriptio nondum erat completa à marito,aliàs frustra tractaremus de accessione.¶Aliter saluat istam gl. Aret.intelligendo eam,prout iacet, quando præscriptio erat inchoata per maritum, sed nondum completa, & reputat nouum, & singulare dictum: nam dicit aduertendum, quòd cum in mulierem soluto ma-
2 trimonio res transferatur ex tit.dotis,certè † titulus dotis est titulus vniuersalis.l.quod dicitur.ff.de impen.l.1.in prin.cum gl. in ver. vniuersæ. ff.de vsuc. pro dote.vnde sicut hęres succedēs defuncto ex tit. vniuersali potest præscribere, quando defunctus habuit bonam fidem,non obstante,ꝙ hęres sit in mala fide.l.2.§.si defunctus.j.de vsuca.pro emptore. gl.in §. præcedēti.ita vxor, quæ succedit ex alio tit. vniuersali,poterit similiter præscribere de iur.ciui.non obstante, quòd ipsa sit in mala fide.Tu dic, ꝙ ista saluatio non est vera.nam in d.l.2.§ si defunctus.ideo illud ibi est,qa defunctus cēsetur viuere in ꝑsona hr̄dis sui,q fingitur eadē ꝑsona cū defuncto,vt in Auth. de iureiur.à morien.præst.in prin.vnde sicut si defunctus,qui cœpit ꝑscribere,fuit à principio in bona fide, licèt posteà ei superuene-
3 rit mala fides,tn̄ † de iure ciuili ꝑficeret ꝑscriptionē.l.vni.C.de vsuc.transfor.ita si defunctus fuit à principio in bona fide,non impeditur hæres ꝑficere illam præscriptionem, quamuis ipse hæres sit malæ fidei, cùm in eius persona defunctus censeatur viuere.Et istam rationem assignat Pau.de Cast.s.in §.præcedēti,quæ ratio cessat in vxore sol. mat. quia maritus sol. matr.nō censetur viuere in persona vxoris, nec illo tempore censetur eadē persona, & sic arg. Aret. ab hr̄de vniuersali ad vxorem in dote restituta,non est bona. Præterea inquantum Aret. præsupponit pro constanti, quòd titulus dotis dicatur vniuersalis sicut titulus hæreditarius per glos. in l.1. in princ.in verbo vniuersę.ff.de vsucap. pro dote.dic, quòd imò ibi glos. quantum ad nostrum propositum dicit contrarium: nam dicit gl.
4 † quòd titu. dotis tunc demum dicitur esse titu. vniuersalis, quando mulier daret omnia bona in dotem, vel vnam hæreditatē,sicut si aliquis venderet,vel donaret omnia bona,vel hęreditatem,tunc.n.tit. venditionis diceretur vniuersalis.l. qui tibi hæreditatem vendidit.cum simi.C.de hære.vel act. vend.secus,quando daret vnam rem in dotem, tunc titulus dotis non est tit.vniuersalis.Sed iste text.& ista gl.videntur loqui,quando aliqua res fuit data in dotem. De hoc tamen,nunquid dos sit titulus vniuersalis,& an sit ius vniuersale,ponit Bar.in rub.ff.sol. mat.vbi dixi,ideo ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Qui concessit precario,non vtitur accessione recipientis,nisi precario reuocato.*
2 *Precaria possessio,quæ conceditur emptori, est potens ad producendum vsucapionem ipsi emptori.*

1 **§.Si is,qui precario.** Qui† cōcessit precario, non vtitur accessione recipientis, nisi precario reuocato.h.d.¶Capio gl. mag. in verbo accedere possessionē.quam diuide in sex partes. In 1.timore cōtrarij.gl.reprobat opi.Rog. In 2.opp.contra tex. & tripliciter soluit.In 3.quærit.In 4.idem facit.In 5.respon.tacitæ.q.In 6.idem facit.Secunda ibi, sed videtur.Tertia ibi, Item an durante.Quarta ibi,item an hoc concedens.Quinta ibi, de ciuiliter aūt possidente.Sexta,& vlt.est ibi,nec per huius restitutionē.¶In ea.gl.ibi,respōde nō est interūpta,nec procedit, sed cessat.adde,& sic in ꝯrium stat in suspēso, sicut prescriptio inchoata suspēditur durante pupilli ætate.l.sicut.§.pe.C. de prescrip.30.ann.allegata in gl.istā solutionē reprobat *Bart.& cōiter eum alij* sequuntur, quia si interim cessaret,non daretur posteà accessio, sicut in d.l.sicut, finita pupillari ætate, tamen posteà non reintegratur,nec accedit aliquod tempus.solus Raph.Cu. hic tenet istam solutionem, quam dicit magis conuenire literæ,& dicit,ꝙ Bar.non intellexit istam gl.quia gl.dicit, ꝙ cessat interim,sed posteà reuocato precario fingiturr nunq̄ cessasse, vnde, quia semper fingit̄ possedisse, ideo datur accessio.istud funda-

10 Si aliqui testium dicant aliquid factum ante usucapionem, & alij post, possunt reduci ad concordiam.
11 Citatio ad audiendam sententiam tali die ante nonam, quomodo intelligatur.
12 Per captiuitatem perdit quis possess. rerum, quas per se possidebat.
13 Tres rationes quare captus ab hostibus perdat possess. rerum, quas possidebat ante captiuitatem.
14 Dominium non perditur per capitiuitatem.
15 Lex non ita operatur circa ea, quae sunt facti, sicut circa ea, quae sunt iuris.
16 Per capitiuitatem interrumpitur usucapio.
17 An in possessis per seruum, vel alium etiam ex causa non peculia. interrumpatur usucapio per captiuitatem domini.
18 Haeres non potest habere plus iuris, quàm ipse defunctus.
19 Valet argum. de fictione postliminij ad fictionem legis Corneliae.
20 Vbi in fictione translatiua de tempore ad tempus non reperitur habilitas extremorum, ibi lex non fingit.
21 Usucapio in peculiaribus ante captiuitatem inchoata, per captiuitatem non interrumpitur.
22 In peculiaribus dominus ignorans possidet, & praescribit.
23 Sine possessione usucapio non procedit.
24 Reuersus ad ciuitatē fingitur semper fuisse in ciuitate, & in consequentiam possedisse.
25 An ad usucapionem sufficiat sola detentatio.
26 Si seruus capti ab hostibus emit ex causa peculiari rem aliquam, interim ius usucapionis dicitur esse in pendenti.
27 Ius usucapionis, & dominia rerum, & omnia iura captiui stant in suspenso.
28 Haereditas in quibusdam sustinet vicem personae.
29 Haereditas iacens an comprehendatur à statuto cridarum disponenti quem debere comparere cum iuribus suis intra certum tempus.
30 An in possessis per seruum, vel alium nomine domini ex causa non peculiari perdatur possessio per captiuitatem, quando ante captiuitatem domini ceperunt possidere.
31 Quando liceat sumere argum. ex legibus correctis.
32 An sit licitum arguere ex legibus habentibus plures, & varios intellectus.
33 Etiam voluntariè absens praesumitur ignorare ea, quae fiunt in ciuitate.
34 In his, quae veniunt in consequentiam, an requiratur habilitas, vt fictio interueniat.
35 Seruus, vel filius an extra causam peculiarem acquirat domino ignoranti.
36 Veritas saepius examinata magis explendescit.
37 Seruus non potest possidere, sed nudam tenutam solùm habere.
38 Captus ab hostibus, nec eius seruus non possunt possidere.
39 Duplex est ratio, quare in peculiaribus domino ignorante procedat usucapio.
40 In possessis per filium, vel alium ex causa non peculiari non perditur possess. per captiuitatem domini.
41 Captiuitas non nocet. vbi domini scientia in ciuitate non est necessaria.
42 Existens apud hostes nihil potest usucapere, nec etiam ceptam usucapionem implere.
43 Iura limitatoria, seu excep. ponentia extenduntur ex identita. rationis.
44 Conditio de sui natura importat causam finalem.
45 Qualitas posita in vna clausula an sit referēda ad praecedentē clausulam non habentem orationem perfectam.
46 Conditio adiecta in institutione, an intelligatur repetita in legato postea facto.
47 Aduersatiua eorum verò, denotat diuersitatem in iure, & in facto.
48 Ablatiui absoluti faciunt conditionem.
49 Vna pars alternatiuae, quae est dubia, declaratur per aliam.
50 Bona fides est facti, quae tamen sufficit à principio ad usucapionem.
51 Lex nostra in prima sui parte an procedat in rebus dominicis possessis, seu detentis per filium, vel seruum.
52 Vbi restabat modicum tempus ad usucap. dominus reuersus, an fingatur retro usucepisse fictione postliminij etiam in rebus extra causam peculiarem ante captiuitatem per alios possis.
53 Praescriptio intra paucissimos dies perficienda habetur pro completa.
54 Si praescriptio sit interrupta, ad cuius perfectionem restabant paucissimi dies, conceditur restitut. in integr. pro consequendo lucro praescriptionis.
55 An completa praescriptio domus, ex eius possess. dicatur esse completa praescriptio lapidum.
56 Haereditas iacens complet usucapionem.
57 Hreditas capti ab hostibus non est verè haereditas, sed fictè.
58 In his, quae sunt iuris, fictio postliminij, & legis Cornel. multum operatur, secus verò in his, quae sunt facti.
59 Fictio l. Corn. an operetur idem in extraneo haerede, quòd in suo, ad hoc, vt inchoetur usucapio rei acquisitae per seruum ex causa peculiari à praeambula hora captiuitatis.
60 In peculiaribus, & non peculiaribus quando incipit usucapio.
61 Lex fin. §. fi. infra eod. titul. & l. pen. infra de capti. qualiter redutantur ad concordiam.
62 Captus ab hostibus, qui per seipsum possidebat, & usucapiebat, perdit possess. per captiuitatem, & interrumpitur praescriptio, per cuius tamen regressum non integrantur p fictionē postliminij possess. nec usucapio.
63 Reuersus ab hostibus omnia recuperat iure postliminij.
64 Quae sit ratio, quare possess. perdita per captiuitatem, & usucapio interrupta per ius postliminij non restaurentur.
65 Postliminium restituit in integrum in his, quae sunt iuris.
66 Usucapio est iuris, & tamen requiritur possess. quae habet plurimum facti.
67 Fictio vt plurimum fingit circa facta.
68 Lex an fingat simpliciter super facto.
69 Dominium, libertas, obligatio, & ciuilitas sunt iuris, ideo restituuntur ipso iure per fictionem postliminij aequitate suadente, sed possess. quae habet multum facti, non restituitur.
70 Licèt lex in multis casibus transferat ipso iure dominium, in eisdem tamen casibus non transfert ipso iure poss.
71 Possess. quando à principio de nouo acquiritur, & sic prout est in actu acquirendi, & apprehendendi, dicitur esse facti.
72 Fictio postliminij, & l. Cornel. & aliae fictiones sunt fundatae in quadā naturali aequitate.
73 Usucapio est impium, seu iniquissimum praesidium.
74 Ratio ad hoc, vt sit bona, debet esse generalis.
75 In peculiaribus procedit fictio, quamuis videatur cum aliena iactura.
76 Vbi subest aequitas, an habeat locum fictio postliminij.
77 Fictio postliminij est translatiua de vno tempore ad aliud tempus.
78 Fictio postliminij habet duo capita.
79 Verbum videtur, importat fictionem.
80 Verbum creditur, importat fictionem.
81 Possessio perdita secundum veritatem non potest per ius restitui.
82 Possess. non potest trasferri sine actuali apprehensione.
83 Quae sit ratio, quare haereditas iacens non incipit de nouo usucapionem.
84 In fictione translatiua requiruntur duo extrema habilia, & ista habilitas extremorum acquiritur in his, quae finguntur in consequentiam.
85 Fictio postliminij, & fictio l. Corn. quid fingunt.
86 Vbi potest operari veritas, ibi debet operari fictio.
87 An iuris disposi. possit quaeri possess. nullo actu naturae intercedente.
88 Postliminium restituit omnia, quae sunt in rerum natura, non autem funditus mortua, quia lex non potest illa resuscitare.
89 Usufructus, qui omnino fuit extinctus per captiuitatem, non potest restitui iure postliminij.
90 Verba importantia fictionem, & veritatem.
91 Verbum videtur, aliquando importat veritatem secundum materiam subiectam.
92 Dictio quodammodo, importat fictionem, & quid quando est simul iuncta cum dictione quasi.
93 Verbum intelligitur, importat fictionem. & num. 156.
94 Captus ab hostibus, quando dicatur factus seruus hostium.
95 Captus ab hostibus, licèt nondum effectus sit seruus hostium, an perdat possess.
96 Qui est in vinculis publicis, vel priuatis, sed non in seruitute, potest possidere, & usucapere.
97 Captus ab hostibus intra eorum praesidia incontinenti est factus seruus.
98 Impedimentum personę, & non rei non causat amissionem possess.
99 Quot extrema requiruntur ad hoc, vt lex possit inducere fictionem translatiuam de tempore ad tempus.
100 Quod non est in rerum naturam, non potest fingi.
101 Licèt filij naturales ex concubina legitimentur per subsequens matrimonium, tamen si sint nati prima vxore viua non legitimantur ea mor-

ea mortua per ſubſequens matrimonium cum concubina.

102 *Duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere.*

103 *Licèt captus ab hoſtibus in veritate ſit ſeruus, & dominium, & ciuitatem, & libertatem perdat, tamen iura ipſius non totaliter ſunt perempta, ſed interim remanent in ſuſpenſo.*

104 *Poſſeſſio, quæ eſt facti, non poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

105 *An in fictione traslatiua de tempore ad tempus requirantur duo extrema habilia, adeo, quòd vno deficiente fictio ceßet.*

106 *Donatio inter virum, & vxor. ſequuta morte trahitur retro quo ad fructus, non verò quo ad dominium.*

107 *In extremo à quo in fictione translatiua non ſufficit potentia, ſed debet eſſe habilitas in eſſentia.*

108 *Interdum lex fingit ſuper impoſſibili de iure ciuili, licèt non de iure naturæ.*

109 *Donatio inter virum, & vxorem in quibus caſibus valet, & tenet.*

110 *Donatio inter virum, & vxorem trahitur retro morte ſequuta quo ad dominium.*

111 *Error iuris ſufficit quo ad fuctus.*

112 *Mulier præſumitur eſſe in mala fide conſtante matrim. ideo non poteſt facere fructus ſuos.*

113 *Vxor quando dicatur eſſe in bona fide, & quando in mala, & quando lucretur fructus, & quando non, remiſſiuè.*

114 *Translatio poſſ. conſtante matr. non eſt probita, ſed dominij ſic.*

115 *Sicut poſſeſ. eſt cauſa fructuum, ita eſt cauſa domnij, quia ſine traditione poßeſſio. non poteſt transferri dominium.*

116 *Quando vxori non eſt tradita poſſeſ. rei donatæ, non confirmatur talis donatio morte mariti.*

117 *Fictio an trahatur ad ea, quæ ſunt impoſſibilia ſecundum naturam.*

118 *Fictio imitatur naturam inquantum poteſt.*

119 *In extremo à quo vt fictio habeat locum, requiritur habilitas in eſſentia, in extremo ad quòd ſufficit in potentia.*

120 *Si legato proconſulis fuerit demandata iuriſdict. à proconſule, antequam ingreſſus fuerit prouinciam, talis delegatio nihil valet, quia pconſul ante ingreßum prouinciæ nullam iuriſdictionem habet, ſcilicet actu, habitu verò ſic.*

121 *An nepotes nati ex filio naturali legitimentur per ſubſequens matrimonium aui contractum cum concubina mortuo filio naturali. ſ. patre iſtorum, adeo, quòd ipſi auo ſuccedant ab inteſtato.*

122 *Filij nati ex matrimonio contracto inter probibitos, an ſi ſuperueniat diſpenſatio Papæ legitimentur.*

123 *An requiratur habilitas extremi ad quod in fictione translatiua, & numer. 156.*

124 *In fictione translatiua. an ſufficiat extremum ad quod eße habile circa ea, quæ principaliter finguntur, licèt non cira ea, quæ in conſequentiam veniunt.*

125 *Multa conceduntur in conſequentiam, quæ principaliter non concederentur.*

126 *An requiratur habilitas in extremo ad quod.*

127 *Seruitus non erat inuenta de iure naturali.*

128 *An in extremo à quo requiratur habilitas, & num. 142.*

129 *Ratihabitio per fictionem trahitur retro. item fingit ratificantem fuiſſe præſentem loco, & tempore actus ratificati.*

130 *Ad hoc, vt ratihabi. bon. poſ. petitæ p geſtorem poſſit retrotrahi, debet fieri. ĩ. tempus centum dierum, intra ꝙ bon. poſ. agnoſci debet.*

131 *Qui tacet per centum dies, videtur tacitè repudiare bon. poſ.*

132 *Hæres poteſt habere ratum nomine defuncti, ſi tamen illud poſſet fieri nomine ſui hæredis, & non aliter.*

133 *Quare fuit ſtatutum, vt infra centum dies petatur bon. poſ.*
Bonorum poſſ. ſi intra centum dies non fuerit petita, nec ratificata petitio, ſtatim eſt delata ſequenti in gradu.

134 *Rei non exiſtentis nulla poteſt eſſe emptio.*

135 *Conditio in contractibus exiſtens trahitur retro ad tempus ſtipulationis contractæ, ſi tempore exiſtentis conditionis reperiatur extremum à quo habile ad obligationem contrahendam, ſecus ſi inhabile ex parte rei.*

136 *Si captus ab hoſtibus reuertatur, nõ fingitur iure poſtliminij retro poſſediſſe rem, quæ erat ſua propria, quia noua apprehenſione opus eſt.*

137 *Fictio translatiua eſt contraria veritati.*

138 *Actio. l. Aquil. pro ſeruo legato occiſo non competit legatario, ſed hæredi.*

139 *Actio ſemel quæſita hæredi non poteſt ab eius oſſibus ſeparari, niſi mediante ceſſione.*

140 *An requiratur habilitas extremorum in his, quæ veniunt in conſequentiam.*

141 *Patre, & pupillo captis ab hoſtib. & ibi mortuis confirmatur teſtam. patris per fictio. l. Corn. non autem ſubſtitutio vulgaris.*

143 *Per repudiationem legatarij fingitur dominium rei legatæ nunquam fuiſſe legatarij, & in conſequentiam fuiſſe hæredis.*

144 *In fictione negatiua eius extremum habile, & conueniens eſt non eſſe, ſecus tamen eſt in fictione affirmatiua.*

145 *Si filius exheredatus decedat de liberante ſcripto hærede, qui poſteà repudiauit, nepos ex filio ſuccedet ab inteſtato vt ſuus, quia hæred. filio nunquam fuit delata.*

146 *In ſuis non habet locum ſucceßorium edictum.*

147 *Hæres fingitur eadem perſona cum defuncto.*

148 *In venditione conditionali re vendita perempta, conditio poſteà exiſtẽs non trahitur retro.*

149 *Filio exhæred. occiſo, ſi poſteà hæreditas patris adeatur, ſerui non torquentur, ſi verò teſtamentum fiat irritum repudiatione, tunc bene torquentur, quia filius videtur retrofuiſſe horum dominus.*

150 *Ratificatio homicidij nomine meo facti ita obligat, ac ſi ratificans feciſſet.*

151 *Fictio declaratoria non requirit extrema habilia.*

152 *Lex declaratoria trahitur retro etiam ad præterita.*

153 *In fictione translatiua etiam in extremo à quo non requiritur habilitas.*

154 *In fictione inductiua requiruntur extrema habilia, ſecus in declaratoria.*

155 *An poſſeſſa per ſeruum vel filium ex cauſa pecul. eo tempore quo pater vel dominus erãt captiui apud hoſtes, vſucapiãtur verè, an ſolàm per fictionem.*

157 *Fictio non procedit, niſi ſubſiſtente æquitate.*

158 *Vſucapio eſt contra æquitatem naturalem, cùm procedat cum alterius iactura.*

159 *Vſucapio verè procedit per ſerunm hæreditarium vnà cum hæreditate iacente, quæ ſuſtinet perſonam defuncti.*

160 *Hæreditas iacens dicitur habere dominium ſeruorum, & aliarum rerum hæreditariarum.*

161 *Serui hæreditarij acquirunt per ſtipulationem, & acceptilationem hæreditati iacen.*

162 *Aduerſatiua, ſed ſi, cum copula aduerſatur in facto, ſed idem ius ſtatuit.*

163 *Hæreditati iacenti poteſt dari curator.*

164 *Quod hæreditas iacens compleat vſucap. eſt receptum de iure ſingulari.*

165 *Fictio, & veritas non poßunt concurrere circa idem.*

166 *Hæreditas iacens poteſt complere vſucapionem cœptam, ſed de nouo poteſt inchoare vſucapionem, & quæ ſit ratio huius.*

167 *Quid ſit fictio, & quot diffinitiones ponantur per Doct.*

168 *Quæ differentię eſt inter fictionem, & præſumptionem.*

169 *Fictio ſemper eſt contra veritatem, & denotat improprietatem.*

170 *Caſus fictus non habet locum in ſtatutis, in quibus verba debent propriè acccipi.*

171 *Fictio conſonat cum decem prædicamentis, & quæ ſint decem prædicamenta.*

172 *Fictio operatur iuris effectus, ideo tendunt ad bonum effectum.*

173 *Quo iure fuit inducta fictio.*

174 *Fictio non poteſt induci ab homine quo ad effectum iuris.*

175 *Nomina appellatiua ſunt certa, & immutabilia, ideo prohibitum eſt homini ea immutare.*

176 *An pater poſſit emancipare filium ad vnum actum.*

177 *Patria poteſtas eſt indiuiſibilis.*

178 *In vna, & ead. perſona poteſt concurrere duplex qualitas contraria.*

179 *Si ſunt duo fratres in poteſtate patris, vnus poteſt dare alteri bona profectitia conſentiente patre.*

180 *Emancipatio ad vnum actum an poſſit fieri tacitè.*

181 *Quotuplex ſit fictio.*

182 *Permiſſum in vno, cenſetur in alio negatum, & hoc per viam præſumptionis, non autem fictionis.*

183 *Duplex eſt fictio vna ſubſtantiæ, alia accidentis.*

184 *Pater dicitur orbatus filio, licèt viuat, ſi eſt patri inutilis.*

185 *Priuilegia, quæ dantur mulieribus viduis, dantur etiam inutiliter nuptis, quæ habent maritum inutilem.*

186 *Fictio inductiua an cadat ſuper impoſſibili.*

187 *Conceptus habetur pro nato, & qualiter hoc intelligatur.*

188 *Impoſſibile eſt de natura, ꝙ aliquis in trib. menſib. naſcatur viuus.*

189 *Impoßibilitas, quæ videtur reſultare ex breuitate, & anguſtijs temporis, non habet vitiare.*

190 *Potius conſideratur natura, & conſuetudo generandi ſita in homine, quàm vitium accidentale.*

191 *Dictio perinde, & quodamodo, & pro iam nato, important fictionem.*

192 *Impoſſibile eſt in ſpecie, & in genere hominum, quòd aliquis in perpetuum viuat.*

193 *Longiſſimum vitæ ſpatium in homine eſt centum annorum.*

194 *Mortuus per quantum tempus poteſt fingi vixiße.*

195 *Dictio in perpetuum, quid importet.*

196 *Duo rei debendi poſſunt conſtitui in mutuo ex vna, & eadem numeratione pecuniæ.*

197 *De ſubſtantia mutui eſt, quòd transferatur dominium.*

198 *Habens actionem ad rem fingitur habere rem.*

199 *Duo possunt esse domini insolidum iu dominio connexo.*

200 *In dote dominium est penes patrem, & filiam insolidum.*

201 *Si vnus vulneret aliquem mortifierè, adeo, quòd certum est eum mori turum ex illo vulnere, & posteà ex interuallo alius eundem occidit, vterque tenetur de occiso.*

202 *Impossibile est de natura, quòd duo verè occidant eundem hominem diuersis temporibus, quia homo non potest bis mori.*

203 *De priuatione ad habitum non est possibilis regreßus secundum naturam.*

204 *Vnus bene potest mori vno tempore, & alio fingi mortuus.*

205 *Mutus potest contrahere matrimonium, & recipere dotem, & obligatur ad eius restitutionem, & fingitur dotem stipulatus.*

206 *Seruus, vel tabellio bene poßunt stipulari acquirendo domino suo, vel alteri non autem eum obligando.*

207 *Defectus solennitatis non impedit fingi stipulationem.*

208 *Verba quantuncunque ampla, & generalia semper restinguntur ad personas habiles.*

209 *Quod fictio non possit cadere super impossibili de natura, quomodo intelligatur.*

210 *Fictio non potest cadere super impossibili de iure.*

211 *Fictio non trahit se retro ad tempus de iure probibitum.*

212 *Fictio non cadit super impossibili de natura.*

213 *Adoptio est ficta filiatio.*

214 *Contra naturam est, vt cùm aliquid ego teneo, quòd tu quoque illud tenere videaris.*

215 *Fictio non habet locum super eo, quod est impossibile secundum fictionem.*

216 *Idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero.*

217 *Fictio inductiua an cadat in his, quæ sunt meri facti, vel facti, & iuris simul, nam in his, quæ sunt iuris tantum, non cadit.*

218 *Lex tunc demum recurrit ad mendicatum suffragium fictionis, quando alia remedia cessant.*

219 *Lex non fingit in facto, quod est ab omni iuris effectu remotum.*

220 *Facta pro infectis haberi non possunt.*

221 *Fictio cadit super his, quæ sunt facti, non super his, quæ sunt iuris.*

222 *Quando in l. apponuntur verba importantia fictionem, & improprietatem, si apponantur in his, quæ sunt iuris, & possunt esse vera secundum propietatem, dicũtur potius veritatis expressiua, quàm fictionis vel improprietatis.*

223 *Lex fingendo, vel loquendo per verba fictionis in actu pendente à potestate legis, facit verè, & non fictè.*

224 *Lex disponens super his, quæ sunt iuris etiam per verba importantia fictionem, dicitur verè facere.*

225 *Lex potest facere filium verè sui iuris, vel non legitimum verè legitimum.*

226 *Statutum, quòd filia nupta in omnibus habeatur vt sui iuris, intelligitur, quòd verè erit sui iuris.*

227 *An filius spurius, vel naturalis legitimus habeatur vt verè legitimus, & non per fictionem, num. 254.*

228 *Lex inanimata disponens circa ea, quæ sunt iuris, inducit veritatem, & non fictionem.*

229 *Omne legitimum est iuris.*

230 *Legitimati in nullo differunt à verè legitimis.*

231 *Vniuersitas negatiua debet intelligi vniuersaliter, aliàs oratio redderetur falsa.*

232 *In laudo appel. legitimorum, & naturalium veniunt legitimati etiam per Comitem Palatinum.*

233 *Legitimati sunt sui iuris, & habent extstentiam suitatis.*

234 *Legitimatis debetur legitima in bonis allodialibus patris, sicut verè legitimis.*

235 *Legitimati succedunt parentibus ab intestato simul cum verè legitimis, & naturalibus.*

236 *Legitimati præteriti in testamento patris habent ius dicendi nullum de iure ciuili, & contratab. de iure prætorio. item quærelam inofficio. testam.*

237 *Legitimatus potest hæres institui à patre in testa. cum duob. testibus.*

238 *Authen. si qua mulier. C. de sacrosact. Eccles. habet locum in habente filios legitimos.*

239 *Per filios legitimatos conseruatur agnatio, & familia patris.*

240 *Statutum, quod existentibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant, est inductum fauore agnationis, & familiæ, & habet locum in legitimatis.*

241 *Legitimati succedunt non solùm patri, sed etiam in hæredi. agnatorum iure agnationis, sicut verè legitimi, & naturales, nisi sit legitimatus per oblationem curiæ, quia tunc non succedit agnatis.*

242 *Legitimatus non debet à patre institui sub ignominia.*

243 *Legitimatus debet institui sub nomine legitimitatis.*

244 *Nullus est suprius, quin ei insit legitimitas naturalis.*

245 *Esse spurium est quoddam velamen, propter quod non dicatur filius, tamen ipsa generatio non potest aboliri.*

246 *Legitimati in quibus differant à legitimis. & num. 207.*

247 *Legitimati non succedunt in feudis, nec in emphyteusi ecclesiastica, nec admittuntur ad ecclesiastica beneficia, præsertim episcopatus.*

248 *Per adoptionem filius efficitur verè legitimus.*

249 *Legitimatio non potest fieri sine autho. principis.*

250 *Legitimatio est fortior adoptione.*

251 *Legitimatio an trahatur retro.*

252 *Legitimati non veniunt in dispositione testatoris appellatione filiorum legitimè descendentium.*

253 *Moriens cum filijs legitimatis non dicitur decedere cum filijs legitimè natis.*

254 *Legitimatus an sit verè legitimus, vel fictè.*

255 *Legitimatus fictione iuris dicitur legitimè natus.*

256 *Legitimi filij dicuntur, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.*

257 *Legitimatus à principe non habet omnia iura legitimorum.*

258 *Diuersitas nominum inducit diuersitatem effectuum.*

259 *Propriè loquendo aliud est quem eße filium legitimum, aliud filium legitimatum.*

260 *Legitimati sunt infames infamia facti.*

261 *Legitimati non veniunt in acquisitione emphyteusis facta pro patre, & filijs suis legitimis.*

262 *Legitimati non succedunt in relicto facto alicui in tempore filiorum legitimorum.*

263 *Non sufficit ciuiliter factum ad implendam conditionem.*

264 *Donatio omnium bonorum, vel maioris partis facta per carentem filijs reuocatur ipsis natis, sed non per legitimationem spuriorum.*

265 *Consuetudo præferens primogenitum, non habet locum in legitimato.*

266 *Legitimatio est fictio.*

267 *Si filius natura. legitimetur post mortem patris, valet substitutio pupillaris sibi facta à patre in testa.*

268 *Si pater instituit filium spurium, & posteà eo viuente fecit eum legitimari, institutio conualescit, quia retrotrahitur legitimatio.*

269 *Exhęredatio filij spurij est inepta, sicut exhæredá. extranei.*

270 *Semel spurius non potest desinere esse spurius.*

271 *Veritas naturalis non potest auctoritate legis immutari.*

272 *Quis non potest eße in duplici statu contrario.*

273 *Filius legitimatus non est verè legitimus.*

274 *Dictio perinde, denotat fictionem.*

275 *Etiam legitimatus per subsequens matrimonium non est verè legitimus.*

276 *Vitium illegitimitatis à quo iure procedat.*

277 *Statutum, quòd existentibus filijs masculis fœminæ non succedant patri, an procedat masculis legitimatis.*

278 *Legitimati succedunt ab intestato simul filijs legitimis, & naturalibus.*

279 *Legitimatus in parte hæred. excludit masculos legitimos, & naturales.*

280 *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.*

281 *Lex loquens per verba naturalia verificatur etiam in non legitimo.*

282 *Stante statuto, quòd pater teneatur emendare damnum datum per filium, habet locum in filio naturali.*

283 *Filius legitimatus an succedat patri stante statuto, quòd existentibus masculis fœminæ non succedant.*

284 *Statutum loquens de filijs legitimis non extenditur ad filios legitimatos etiam per subsequens matrimonium.*

285 *Filius legitimus, & natu. excludit nepotem ex se natum, si tamen filius ille fuit emancipatus, & deinde readoptatus, non excludit nepotem.*

286 *Statutum, quòd existentibus filijs masculis fœminæ non succedant, non habet locum in legitimis.*

287 *Magis communis opin. dicitur, in qua plures Doct. concordant.*

288 *Statutum limitans in fœmina filia quotam succedendi ab existentibus masculis intelligitur limitare in filio legitimo. & num. 289.*

290 *Filia dotata, quæ per statutum patri non succedit, non impedit, quin pater possit relinquere secundæ vxori, plusquam reliquerit ipsi filiæ dotatæ.*

291 *An statuta loquentia de ciuibus habeant locum in forensibus receptis in ciues.*

292 *Aliud est eße ciuem, aliud haberi pro ciue.*

293 *An ciues recepti ex forma statuti, vel reformationis intelligantur eße verè ciues, an per fictionem.*

294 *An sint ciues naturales, & ciuiles.*

295 *An statutum loquens de offendente ciuem habeat locum in eo, qui ad ciuitatem receptus est per priuilegium.*

296 *Vera ciuilitas ita potest induci per statutum, sicut per originem.*

297 *Quoties lex potest aliquid per veritatem introducere, intelligitur verè, & non fictè introducere.*

298 *Ciuitas quotuplex sit.*

299 *Nomine filiorum non continentur nisi naturales, & non adoptati.*

300 *Effecti ciues ex constitutione habent ius ciuium ex origine, quia sunt veri ciues.*

301 *Qui non participant in publicis honorib. non dicuntur propriè ciues.*

302 *Effectus ciuis in omnib. & per omnia continetur ciuium appellatione.*

303 *Statutum disponens, quòd mercatores forenses pro ciuibus habeantur, denotat similitudinem, & non vnitatem.*

304 *Ciuitas, & patria idem important.*

305 *Statuta, quod Doctores habeātur pro ciuibus originarijs, inducunt fictionem.*

306 *An priuilegiati vt tales, gaudeant beneficio eorum, qui propriè sunt tales.*

307 *Priuilegium æquipollet naturæ.*

308 *Si statutum dispon. quòd scholares habeantur, & tractentur pro ciuibus., an statuta in ciuibus habeant locum in scholaribus, & an tale statutum dicatur fictionem inducere.*

309 *Beneficia concessa ciuibus continentia honestatē, extenduntur ad illos, qui ex forma statuti debent tractari tanquam ciues, licèt non sint facti ciues.*

310 *Fictio translatiua trahens se retro, non comprehendit gesta medio tempore de necessitate.*

311 *In contractibus celebratis sub conditione casuali, vel mixta eueniente conditione trahitur retro.*

312 *In legatis conditionalibus eueniente conditione legati, non trahitur retro.*

313 *In vltimis voluntatibus conditio negatiua trahitur retro, secus in conditione affirmatiua.*

314 *In contractibus conditio trahitur retro quo ad omnia, quæ habuisset si contractus fuisset purè celebratus.*

315 *In legatis conditio non trahitur retro quo ad commodum rei legatæ, & eius acquisitionem, sed bene quo ad rescindendum alienationem medio tempore per hæredem factam.*

316 *Quæ sit ratio diuersitatis, quare in legatis conditionalibus quo ad acquisitionem inspicitur tempus existentis conditionis, sed in contractibus conditio initium, & sic tempus contractus quo ad acquisitionē, & vide alias rationes infra in versic. aliam rationem, & in versic. tertiam, & in versicul. quartam, & in versi. quintam, & vltimam. numer. 317. 318. & 320.*

317 *In contractibus conditio retrotrahitur.*

318 *Hæres adeundo quasi contrahit cum legatarijs.*

319 *Regula, quòd aditio hæredita. trahatur retro, non est semper vera, quia non trahitur retro quo ad omnia.*

320 *Contractu perfecto amplius reuocari non potest.*

321 *In sententia, an conditio trahatur retro.*

322 *Sententia, est stricti iuris.*

323 *Vltimæ volunt. an habeant instar contractuum bonæ fidei.*

324 *Verba sententiæ sunt strictè intelligenda, secus in vltim. voluntatibus.*

325 *Licitum est arguere a verbis prætoris seu iudicis, ad verba testato. & ècontra.*

326 *Factum iudicis, & testa. æquiparantur.*

327 *Bonum est argum. de iudicijs ad vltimas voluntates.*

328 *Sicut prohibitio de non alienando facta per testatorem impedit dominij translationem, sic etiam prohibitio facta per iudicem, vel per eius sententiam.*

329 *Iudicia an æquiparentur magis contractibus, quàm in vlti. volūtatib.*

330 *Si Episcopus excommunicauit aliquem sub conditione, qua pendente ille desiit esse subditus Episcopo, si posteà extitit conditio, an erit excommunicatus.*

331 *Excommunicatio est pœna grauis.*

332 *De condemnato pro maleficio ad centum, & si dicta non soluerit infra decem dies, &c.*

333 *In criminalibus est eligenda mitior pœna.*

334 *Statutum, quod priuatus vendens sal puniatur pęna capitali, si priuatus vendidit, sed antequam accusaretur, fit nouum statutum, quòd priuatus vendens sal puniatur in 30. libr. tantum, si accusetur qua pęna veniet puniendus.*

335 *An statutum concedens beneficium absolutionis extendatur etiam ad carceratos.*

336 *In dubijs est fienda interpretatio contra fiscum.*

337 *Carcer non est ad pœnam, sed ad custodiam.*

338 *Conditio an trahatur retro in contractibus, & vltimis voluntatibus, & in sententijs, & in rescriptis.*

339 *Quæ sit ratio, quare conditio potestatiua existens non trahatur retro.*

340 *... medius impedit coniunctionem extremorum.*

341 *Quando dicatur conditio potestatiua.*

342 *In fictione translatiua requiruntur duo extrema habilia.*

343 *Si filius capti ab hostibus fecerit testamētum, & moriatur antequam pater reuertatur ab hostibus, an eo reuerso rumpatur testamentum.*

344 *Si testator legat Titio fundum sub conditione, & adiecit, quòd si talis conditio extiterit, quòd ex nunc legabat Titio talem fundū, Titio mortuo conditione existente, an legatum habeatur Titij hæredib.*

345 *Testator potest facere, quod illud, quod est transmissibile ad hæredes, transmittatur, & ècontra.*

346 *Voluntas testatoris in vlt. volunta. tanquam regula prædominatur, & attendi debet.*

347 *Hæres in dubio debet præsumi minus grauatus à testatore.*

348 *Qui per alium facit, an dicatur ipse verè facere. & num. 351.*

349 *In his, quæ acquiruntur per actum naturalem, procurator nihil differt à nuncio, quia verè acquirit.*

350 *Licèt constitutum de possidendo sit ficta traditio, tamen ex eo acquiritur vera possessio.*

351 *Qui per alium facit, an dicatur verè facere, vel fictè.*

352 *Mandati turpis nulla est obligatio.*

353 *Statutum, quòd si quis produxerit exceptionem aliquam contra instrumentum confessionatum, & eam non probauerit, puniatur in tantum, an habeat locum, quando quis produxerit per procuratorem habetem speciale mandatum, & non probauerit.*

354 *Aliud est vendere, aliud mandare de vendendo.*

355 *Principium est spectandum, & non finis, quando finis trahit necessariā consequentiam à principio.*

356 *Directa actio vsufruct. & fideicom. acquisiti per procuratorem acquiritur domino.*

357 *Mandans an dicatur verè facere, quando mandat illicitum.*

358 *De iure can. nulla pęna est maior excōicatione, quæ morti æquiparatur.*

359 *Verbum committere, est commune ad comprehendendum verè tam mandantem, quam mandatarium.*

360 *Si procurator cum sufficienti mandato iurat falsum in animam domini, est verè periurus, & non fictè.*

361 *An faciens delictum per alium puniatur ex verbis statuti, sicut si ipse fecisset.*

362 *Naturalis ratio est potentissima in interpretatione statutorum.*

363 *Pœna extenditur, quando dispositio redditur illusoria.*

364 *In materia delicti lex loquens in persona comprehendit etiam mandantem.*

365 *Lex puniens portantes arma, vel merces prohibitas infidelibus, habet locum in mandantem.*

366 *Mandans clericum percutere incidit in excommunicationem, sicut faciens.*

367 *Lex puniens delicta est extendenda sicut fauor, cùm pertineat ad fauorem reipublic. delicta puniri, & num. sequen.*

368 *Statutum concedens præmium accusanti delinquentem, extenditur ad denunciantem.*

369 *Mandans dicitur etiam principalis causa delicti, cùm mandatarius in dubio non fuisset aliàs facturus.*

370 *Quælibet. l. non extendenda debet extendi, vt euitetur absurditas.*

371 *Mandans est plusquam homicida, & magis delinquit, quàm mandatarius.*

372 *In delictis considerantur duo extrema. s. animus delinquentis, & executio delicti.*

373 *Quando in statuto esset appositum verbum imponens vnicam personalitatem, tunc in tali statuto comprehenditur mandans, vel faciens.*

374 *Statut. puniens occidentem proprijs manibus non comprehendit mandantem.*

375 *Papa suis maibus Imperatorem consecrat, & coronam imponit.*

376 *Imperator Alemanus tenetur ire personaliter Romam ad suscipiendā coronam, nec posset ei mitti alibi.*

377 *Scribens alterius test. vel codicillos, si ascribat sibi legatum sua manu, punitur pęna falsi, & quæ sit huius ratio.*

378 *Statutum Mediolani, quòd nullus corporaliter puniatur, nisi lege municipali caueatur, sed aliàs pecuniariter arbitrio iudicis, si alio statuto caueatur, quòd homicida capite puniatur, faciens homicidium, tunc non comprehendetur mandans.*

379 *Statutum imponens pœnam pro homicidio, vel vulnere, non comprehendit mandantem.*

380 *Statutum prohibens fieri pacem homicidæ, non habet locum in mandante, cuius mandato factum fuit homicidium.*

381 *Statutum, quòd si quis inueniatur de nocte, puniatur tali pœna, non comprehendit mandantem.*

382 *Statutum puniens committentem delictum, indistinctè comprehendit mandantem.*

383 *An inhabilis possit esse procurator ad constituendum habilem.*

384 *Quæ fuit causa introducendi fictiones.*

385 *Filius exhæredatus in test. patris habetur pro mortuo, & sic licèt viuat naturaliter, fingitur mortuus.*

386 *An aditio hæredita. habeat vim solutionis, an simpliciter confusionis, quando debitor succedit creditori, vel ècontra.*

387 *Non sufficit ficta solutio per fideiussorem facta creditori ad hoc, vt competat actio mandati contra reum.*

388 *An plures fictiones possint circa idem concurrere.*

389 *Si procurator emat fundum, & venditor se constituat precario nomine procuratoris possidere, an ex hoc domino procu. quæratur directa possessio, & dominium.*

390 *Iurisconsultus non est verisimile, quòd incontinenti se corrigat.*

391 *Licèt per actum. l. commissoriæ, vel addictionis in diem in quib. transfertur dominium ipso iure ex resolutione tituli, tamen si tale pactū fiat procuratori resoluto posteà contractu, non acquiritur ipso iure posses. vel dominium per procuratorem ipsi domino.*

Primordia-

392 *Primordialis natura dispositionis est attendenda.*
393 *Statutum loquens in casu vero procedit in ficto subrogato loco casus veri.*
394 *Per constitutum, & sic per actum fictum non transfertur vera possessio, sed ficta.*
395 *Per actum fictum secundum magis communem opi. acquiritur domino vera possessio, & verum dominium.*
396 *Per inuestituram factam procuratori, acquiritur domino ius in beneficio.*
397 *Duæ fictiones bene possunt concurrere, quando oriuntur de diuersis fontibus.*
398 *Licet procurator possit acquirere per actum fictum domino verã pos. & verum dominium, non tamen potest transferre.*
399 *An plures fictiones possint circa idem concurrere.*
400 *Duo specialia possunt circa idem concurrere.*
401 *Rescripta, & priuilegia principum non valent si contineant duo specia cia, nam debent sic interpretari, ne contineant duo specialia.*
402 *Sicut vna petitio non potest operari plures compensationes, ita vna æquitas non potest parere plures fictiones.*
403 *Quando vna fictio venit in alterius consequentiam, bene possunt concurrere.*
404 *In fictionibus ordinatis ad finem, duæ fictiones ad finem coniunguntur ad vnum effectum.*
405 *Quando vna fictio dicatur venire in consequentiam alterius.*
406 *Duæ fictiones procedentes ex diuersis fontibus, & circa diuersa bene possunt concurrere.*
407 *Actio præscriptis verbis est subsidiaria, ideo non concurrit cum alia, quæ ex eodem fonte procedat.*
408 *Actio ex vendito oritur ex contractu nominato, sed actio præscriptis verbis ex contractu innomiaato.*

De vsucapionibus. Rubrica.

LEX XV.

SI is, qui pro emptore. Ista lex secundum Bar. est difficilis in tex. difficilior in glossis, & difficilima in materia extra glo. ideo Bar. eam solenniter repetijt, sed cùm virtus circa difficilia consistat, vt inquit Arist. in 2. Ethic. & quo difficilius eo præclarius, nos quoque eam pleno stylo quantum ingenij suppetent vires, pro communi vtilitate citra ostentationem & ambitum commentandam assumpsimus, quòd si minus opi. nostra assequemur, nobiscum saltem bene actum putauerimus posteris materiam vberius cogitãdi & acutius inuestigandi reliquisse, præsertim, quòd post Bar. cęteri ferè scriptores compendiosius processerunt. ¶ Inquantum tamen Bar. & etiam Ang. dicunt, quòd ista lex est difficilis in tex. & difficilior in glo. istud secundum non videtur verum, quia quasi omnes glo. sunt declaratiuæ tex. nec in eis reperitur, vbi ista maior glo. difficultas consistat. istud est tenue, sed ideo dictum, vt nihil ex dictis per Bar. intactum relinquatur. ¶ Cæterum, ne videar omissis initijs, & quasi illotis manib. protinus ad rem accedere, vt inquit Iuriscon. in l. j. ff. de ord. iur. Ideo ad euidentiam huius difficilis. l. & eius difficillimæ materiæ præmitte, quòd in capto ab hostib. qui reuera efficitur seruus hostium. §. serui. insti. de iur. person. habemus duplicem fictionem, & istæ fictiones prouident omni casu siue captus reuertatur ab hostib. siue apud eos dece-
1 dat. † Vna est fictio postli. quę procedit, si captus reuertatur ab hostib. & ista fingit eum nunquam fuisse captum, sed semper in ciuitate stetisse, vt l. retro creditur. j. de cap. & sic ex captura remanet illæsus, & per hoc recuperat omnia iura sua, vt §. si ab hostib. & §. seq. insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. vbi etiam text. declarat, quare dicatur postli. & ponit eius etymologiã, & ista fictio postliminij fuit inducta de iuregentium communi omnibus gentib. l. postliminiũ. in prin. & ibi gl. declarat. j. de capt. sicut etiam bella fuerunt à iuregentium inducta. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. ¶ Secunda est fictio. l. Corn. quæ fingit captum ab hostib. si penès eos decedat, fuisse mortuũ præambula hora captiuitatis, & sic eum decessisse liberum, licet in veritate sit mortuus seruus, ideo propter talem fictionem habet hæredẽ, sicut si in veritate mortuus fuisset in ciuitate liber existens, & ista fictio fuit inducta per l. Corn. & sic de iure ciuili, vt d. §. si ab hostib. & §. seq. institu. quib. mod. ius pat. sol. & l. postli. ius. in prin. & l. in omnibus. j. de capt. & l. lege Corn. ff. de testa. & l. lex
2 Cor. ff. de vulg & pup. ¶ † Secundò præmitte, ꝙ triplex est possessio: nam quædam est possessio, quæ habet multum facti, & parum iuris, vt est illa, quam per nosmetipsos habemus, quando quis possidet per seipsum animo, & corpore suo, nam habet multum facti, quia requiritur apprehensio corporalis, qui actus est facti. l. j. in prin. ff. tit. 1. requiritur etiã animus, qui similiter est facti. l. bonæ fidei. ff. de acq. re. dom. item habet parum iuris habito respectu ad factum, habet tamẽ aliquid iuris, quia lex ei assistit. item in retentione ipsius, quia si recedat de posses. mysterio iuris ciuilis retinet absens possessionem, ex quo habet facultatem ad eam reuertẽdi. l. 4. §. Nerua filius, & l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & l. id ꝙ. §. fi. ff. titu. 1. & de ista propriè loquitur iste tex. in 1. parte. ¶ Quædam est possessio, quæ habet multum facti, & multum iuris, vt est illa, quæ quæritur nobis per procuratores, vel per personas nobis subiectas, & sic per filium, & seruum ex causa non peculiari, sed ex re dominica, vel patris. Ista enim habet multum facti, quia eorum apprehẽsio corporalis requiritur, & sic animo, & eorum corpore acquiritur. l. quemad. ff. tit. 1. habet etiam multum iuris, quia circa factum nostrum nobis ignorantibus acquiritur. l. j. §. item acquirimus. & §. per procuratorem. & l. ꝙ seruus. & l. possessio quoque. §. fi. ff. tit. 1. & l. 2. j. pro soc. & l. j. C. de acq. poss. & sic ius ciu. operatur, quòd factum istarum perso. censeatur esse factũ domini, non tamen operatur ius ciuile effectus resultantes ex possessione, vt est vsucapio, quia tunc vsucapiendi conditio non acquiritur domino ignoranti, sed requiritur, quòd ipse dominus sciat, vt est text. in d. l. j. C. de acq. pos. de ista pos. loquitur ista lex in versi. quemadmodum enim, ibi, quæ serui egerunt, scilicet ex causa non peculiari secundum intellectum Iul. &
* text. ibi, *vel per seruum possidebat*, & hoc tene *sequendo communem*: an tamen verum sit, quòd filius, vel seruus ex causa non peculiari acquirant possessionem patri, vel domino ignoranti, est articulus disputabilis, in quo text. sunt multum varij. dixi latè post glo. & Doct. in d. l. j. §. item acquirimus. supra tit. 1. & ibi tenui contra communem opin. & in istis duab. pos. non habet locum fictio postliminij, nec legis Cor. quia si quis reuertatur ab hostib. ipso iure non acquiritur sibi possessio, nec vsucapiendi conditio, quæ fuit interrupta, vt dicitur hic in text. sine alio facto suo, imò requiritur eius scientia, & quòd talẽ pos. actualiter apprehendat. l. cùm hæredes. §. j. supra titu. j. & dicam. j. latius. ¶ Quædam & tertiò est possessio, quæ habet multum iuris, & parum facti, habito respectu ad ius, vt est illa, quæ nobis acquiritur per filios, & seruos nostros ex causa peculiari, nam in ista plurimum ius versatur, cùm nobis ignorantib. acquiratᷓ possessio, & eius retentio. item est effectus possessionis, & sic vsucapio. l. Labeo. supra. eo. & l. peregrè. §. quęsitum, & l. 3. §. saltus. supra tit. 1. & l. ij. j. pro sol. item habet multum iuris, quia corpus, & animus istarum perso. censentur corpus, & animus ipsius domini. d. §. saltus. & d. l. j. § item acquirimus. supra tit. 1. habet etiam modicum facti, quia quo ad ipsum dominum, qui possidet, nullum factum interuenit, cùm sit ignorans, sed debet interuenire factum ipsarum perso. nobis subiectarum, quia earum animo, & corpore nobis acquiritur. l. quemadmodum. & l. peregrè. § quæsitum. supra tit. 1. ¶ Et in hac tertia possessione bene procedit fictio postliminij, de qua loquitur ista lex in ver. quòd si seruus. item fictio. l. Corne. vt l. iusto. §. fi. inf. eo. & l. in bello. §. factæ. inf. de capt. & de ista propriè loquitur ista lex in d. ver. quòd si seruus. licet text. non exprimat de causa pec. sed aliàs non posset procedere iste text. quia in quæsitis per seruum etiam post captiuitatem domini ex causa non peculiari non posset habere locum fictio postliminij, nec Iulia. hoc dixit, vt habes in litera, imò dixit oppositum, quòd tunc non habet locum fictio postliminii in d. l. in bello. §. factæ. & sic vides, quòd licet in toto principio huius. l. non fiat aliqua mentio de causa pecu. nec de nomine peculij, prout fit in d. l. iusto. §. fi. & in d. l. in bello. §. factæ. tamen necessariò istud suppletur in isto versi. quòd si seruus. aliàs vt dixi procedere non posset. ¶ Et istam triplicem speciem possessionum ponunt glo. licèt non sic ex toto declarent, in d. l. 1. C. de acq. pos. & in l. possessio quoque. in prin. ff. tit. 1. & in l. denique. ff. ex quib. cau. ma. & latius Barto. j. in 4. char. in 2. oppo. ad ver. quòd si seruus. Pet. de Ancha. in regula sine possessio. in 2. char. de reg. iur. in 6. Are. in l. 1. in prin. in 8. colum. & seq. ff. tit. 1. ¶ Istis sic ad euidentiam pręmissis, diuiditur ista lex secundum Barto. Ange. Imo. Rapha. Cuma. & Lud. Rom. in 4. partes prin. secundum, quòd in fi. ha
* betur litera negatiua, scilicet locum non habere, *quæ est litera communis*. & ita etiam est in libro Pandectarum Pisis secundũ Ang. Primò loquitur de his, quæ captiuus possidebat per se, vel per alium suo nomine, puta seruum, vel colonum, vel filium extra tamen causam peculia. vsque ibi, quòd si seruus. Ibi est secunda, in qua ponitur opin. Iul. in his, quæ seruus captiui post captiuitatem cœpit peculiari nomine possidere, vsque ibi, Marcellus, vbi ponitur dictum Marcelli contradicentis Iulia. vsque ibi, quemadmod. vbi ponitur dictum Iul. reprehendentis

dentis Marcellum.¶Hoc dicit ſecundum Bar. Vſucapionem rerum,quas quis per ſe, vel per alium extra peculiarẽ cauſam ſuo nomine poſſidet,ſuperueniens captiuitas interrumpit,nec per fictionem poſtliminij,vel l.Corne.reſtauratur.ſecus in his, quæ peculiari nomine per alium poſſidentur, vel poſt captiuitatem cœpta ſunt poſſideri.hoc dicit quaſi cum tota materia, quare dixit Bar.quaſi cum tota materia,quia videbat,quòd totum non erat in text. ¶Aduerte,quia ſecundum iſtam diui. & & ſummarium Bar.& Doct. tex.iſte plenius diceret, quàm loquatur,nam in 1.parte ſolū videtur loqui de his, quæ captiuus ante captiuitatem poſſidebat, & ſic per ſeipſum animo & corpore ſuo, non autem loquitur de his rebus, quæ tenebat per alium,puta ſeruum,vel filium,aut colonum,ex cauſa peculiari,& ſic corpore alieno,nam de hoc in prima parte tex. verbū nullum,licèt Bar.& Doct.ita amplient primam partem tex. & iſtum intellectum etiam ponit glo.2.hic.& glo.magn.fi.in verbo non habetur,& facere videtur,quia text.in prin. generaliter loquitur de his,quæ captiuus ante poſſidebat,ergo intelligitur per ſe,ſiue per alium ex cauſa non peculiari. Item tex.in verſi. Marcellus.dum dicit in his,quæ per ſe vel per ſeruum poſſidebat, parificat iſtos duos caſus, vel quòd poſſideat per ſe, vel ꝙ poſſideat per ſeruum ex cauſa non peculiari,tamen congruentius videretur intelligere tex.in iſta 1.parte ſimpliciter, prout iacet de eo,qui poſſidebat per ſe tantum, prout expreſſius dicit tex.in d.l.in bello.§.factæ. vbi dicit,eorum quæ captiuus per ſeipſum poſſidebat. & ibi eſt in effectu idem text. cum iſto, nec de poſſeſſis per alium puta ſeruum,vel filium ex cauſa non peculiari in iſto tex.in prin.verbum nullum,& propterea,vt dixi, Bar.in fi.ſummarij non ſine cauſa dicit, hoc dicit iſte tex quaſi cum tota materia,ſed nos agimus de ſummando text. & non eius materiam. an tamẽ ſit etiam in ſe verum aſſumptum Bar. & Doct.quod prima pars huius text. procedat etiam in poſſeſſis per alium,puta per ſeruum,vel filium,aut colonum ex cauſa non peculiari, & ſic quod etiam iſto caſu per captiuitatem domini deſinat tunc dominus poſſidere, & ſic interrumpatur præſcriptio, quia tex.fortius videtur in contrarium facere in l. nunquam.§.ſi ſeruus.ꝭ.eo.reſeruo ꝭ.latius dicendum in gl. fi.in prin. Item in contrarium videtur fortiter ſtringere text. ſi non cauilletur,in d.l.in bello.§.factæ. vbi tex.primò loquitur de his, quæ quis poſſidebat per ſemetipſum,quod poſſeſſio,& ſic vſucapio interrumpatur per captiuitatem. poſteà formaliter ſubdit,eorū verò, quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſſidebat vſuque capiebat, vel ſi qua poſteà peculiari nomine comprehenduntur.ergo primò non erat ex cauſa peculiari.Subdit tex. Iul.ſcribit hæredi ſuo tempore impleri vſucapionem remanẽtibus iiſdem perſonis in poſſeſſione.Ergo vult non cauillando literam, quod in his, quæ poſſidebantur per ſeruum ex cauſa non peculiari,non interrumpatur poſſeſſio,nec vſucap.contra ergo illud quod tenet glo.Bar. & omnes indifferenter, & ſuper his duabus.ll.interim bene cogitabis, quia vt dixi, plenius infra diſcutietur iſte paſſus. ¶Vnde tu diuide iſtam. l. vſque ad §. ſi ſeruus.in duas partes prin.In j.loquitur de his,quæ captiuus ante capti. per ſeipſum poſſidebat vſq; ad ver.ꝙ ſi ſeruus,ibi inci. 2.pars.vbi loquitur de his,quę ſeruus captiui emit ex cauſa pe-
3 cul.† & iſta diuiſio probatur ex illa aduerſatiua,quòd ſi ſeruus, quæ denotat diuerſum factum,& diuerſum ius,vt per Bart.in l.hoc amplius.§.de his autem.ꝭ. de dam. infe. & ſic denotat ibi eſſe diuerſam partem prin.& ſeparatam à prima.¶Prima pars poteſt ſubdiuidi in aliquas particulas,& ſimiliter ſecunda,quæ patebunt ex declaratione tex. quam ſtatim faciam figurando caſum. ¶Hoc dicit.Vſucapionem rerū,quas quis per ſeipſum animo & corpore ſuo poſſidebat, ſuperueniens captiuitas interrumpit, nec per fictionem poſtli. reſtauratur, ſi reuertatur ab hoſtibus,nec fictio.l.Corn.prodeſt eius hæredi,ſi in captiuitate moriatur. hoc dicit. 1. pars, & illud vltimum vult tacitè text.vt ſtatim declarabo, ſed in rebus,quas ſerui peculiari nomine poſſidebant, aut poſt captiuitatem domini cœperunt poſſidere,talis captiuitas non impedit vſucapionem inchoari, & multominus inchoatam perfici, licet Marcellus vellet non eſſe differẽtiam, an captiuus poſſideret per ſe, vel per ſeruum, an verò ſeruus poſt captiui.domini cœperit ex cauſa peculiari poſſidere.hoc dicit totus text.tñ circa vltimam par. ſummarij,& ſic circa op.Mar.vltra dicta per glo.Bar. & alios referam. ꝭ.in figuratione caſus alium intellectum. ¶Iſta lex, vt dixi,eſt in tex.multum difficilis, & nodoſa, ideo glo. 1.Dyn. & plenius Bar.caſum in terminis figurarunt.Ego intendo iſtum tex. planè declarare cum eius rationib.& fundamentis, ideo pro declaratione totius tex.caſum ſic figuro. Titius emit à non domino quandam rem mobilem,vel immobilem,nō curo,bona fide, credens, eum eſſe dominum, & eam poſſidebat per ſeipſum animo,& corpore ſuo,& ſic cœperat vſucapere, licèt iſte text. communiter intelligatur per glo.& Doct. etiam quando poſſidebat per alium,puta ſeruum, filium vel colonū ex cauſa non pecul.& ſic ex cauſa dominica,ſed hoc nō dicitur in tex.poſteà fuit captus ab hoſtibus, & tandem in captiuitate hoſtium deceſſit.hæres Titij defuncti conuentus à domino rei vend. dicebat vſucapionem dicto tempore captiuitatis proceſſiſſe,puta trienniο ſi erat res mobilis, & ſibi hæredi prodeſſe.fundabat ſe hæres in fictione.l.Corn.quę fingit captiuum,quando mortuus eſt apud hoſtes,fuiſſe mortuum præambula hora captiuitatis, & conſequenter fingit hæreditatem iacuiſſe à tempore captiuitatis,ſed ſi verè fuiſſet mortuus vna hora antequam caperetur,fuiſſet mortuus liber homo,& ſic hæreditas eius compleuiſſet vſuca.vt l.cœptam. ꝭ. eo. ergo & nunc cùm fingatur retro mortuus eſſe. Quæritur quid iuris. Ad iſtam.q. Iuriſconſ. clarè non reſpondet, ſed præſupponit aliqua,ex quib. videtur ſequi,& inferri, quòd fictio.l.Corn. non habeat locum, & ſic quòd vſucap. non poſſit prodeſſe hæredi, & ſic videtur colligi deciſio in fauorem agentis cōtra hæredem prædictum,& hoc
4 duplici ratione.† Prima,nam certum eſt, quòd captus ab hoſtib.deſinit in vita ſua poſſidere,vt dicit text. quia cū ſit ſeruus, & poſſideatur ab hoſtibus, non poteſt ipſe poſſidere. l. neque ſeruus.ꝭ.eo.& l.quòd ſeruus.& l.cùm hæredes. §.j.ꝭ.titu.1. & l. qui in ſeruitute.ꝭ.de reg.iur.nam impoſſibile eſt ſecundum naturam,ꝙ poſſeſſus ab alio,quicquam per ſe aut per alium poſſideat.l.homo liber.in fi.ꝭ. de acq.re.do. cum concor. ibi alleg. in glo.ergo vſucapio fuit naturaliter interrupta, vt l.vſucapio. & l.naturaliter. ꝭ.eo. cùm deficiat vnum ſubſtantiale neceſſa-
5 rium ad vſucapionem.† Nam in vſucapione requiritur poſſeſſio continuata.l.fine poſ.ꝭ.e. & l.denique. ꝭ.ex quib. cau.ma. ¶Et rationem huius fundamentalem dixi vobis in rub. ſupra ti.1.ergo cùm vſucapio fuerit per captiuitatem naturaliter interrupta,non potuit ipſi captiuo continuari,ergo nec eius hęredi.Iſta ratio colligitur in iſto tex. in duob.locis, ibi,*nam interrumpitur vſucapio*,& ibi,*ſed verum eſt eum in vita ſua deſiiſſe poſſidere.* & iſta ratio etiam ponitur in d.l.in bello.§.factæ.Secunda ratio ponitur in ver.& ſi ipſi,qui ſtat interrogatiuè.& ratio eſt talis.ea quæ non proſunt ipſi capto,& reuerſo ad vſucapionem, minus debent prodeſſe eius hæredi, cùm veniat ex perſona de-
6 functi, † & non debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus,ſi viueret,vt l.in omnibus officijs. §.non debeo.ꝭ. de regu. iur.& l.cùm hæres.ꝭ.de diuer.& temp.pręſc.cùm hæres cenſeatur eadem perſona cum defuncto. vt in Authen. de iureiur. à mo.præſt. in prin.colla.5.& eſt glo.no.in l.2.& ibi Bar.ꝭ. de præto.ſtipu.ſed ſi captus ab hoſtibus fuiſſet reuerſus,& viueret, fictio poſtliminij ſibi non prodeſſet,vt videatur vſucepiſſe, quia cùm per captiuitatẽ deſierit in vita poſſidere, vt dicit hic text. & dictum eſt ſupra, fictio poſtliminij non poteſt facere, quin
7 deſierit poſſidere,†cùm iſtud ſit facti,& ea quæ ſunt facti poſtliminio non continentur.d.l.denique.ſupra ex quib. cau.ma.& d.l.in bello. §. factæ. item fictio poſtliminij non poteſt facere, quòd reuerſus ab hoſtibus recuperet poſſeſſionem, niſi eam de nouo apprehendat,quia poſſeſſio habet plurimum facti,& requirit animum,& etiam actum corporalem.l.3. in prin. & l. cùm hæredes.in prin.& §.1.ſupra tit.1.& d.l.denique.ergo ſi nō recuperatur poſſeſſio,per conſequens non reintegratur vſucapio per fictionem poſtliminij, cùm vſucapio non poſſit ſtare ſine poſ.vt dixi,& quia quando reuertitur ab hoſtib.cùm non reperiatur poſſidere, non poteſt fingi retro ſemper poſſediſſe,
8 †quia ad hoc,vt fictio locum habeat,& retrotrahatur, requiritur habilitas duorum extremorum, ſcilicet extremi à quo, & extremi ad quod.l.bonorum.ꝭ.rem ra.hab. & l.neceſſario.§.ꝙ ſi pendente.ff.de pericu.& com.rei vend.& dicetur. ꝭ.latè. Sed quando quis reuertitur ab hoſtib. non reperitur tunc poſſidere,ergo non poteſt fingi retro ſemper poſſediſſe, ergo ſequitur ſecundum Iuriſcon. in verſi. ideoque. ꝙ ſi fictione poſtliminii in ipſo reuerſo non reintegratur vſucapio, ergo etiam tacitè infertur,quòd non reintegratur vſucapio per fictionem.l. Cor. in perſona hæredis, ſi captus apud hoſtes moriatur,licèt de fictione.l.Cor.tex.iſte expreſsè nō dicat,quia in primo caſu ſubeſt perſona vera ipſius reuerſi,qui poteſt verè poſſidere, ſed in ſecundo caſu eſt perſona ficta,ſcilicet hæreditas, quæ non poteſt verè poſſidere.l.j.§.Scæuola.ꝭ.ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fue. & ſic cùm fictio poſtliminij non proſit ipſi reuerſo,non etiam proderit fictio.l. Corn. eius hæredi, quia vt dixi, non debet eſſe melioris conditionis ſucceſſor, quàm eius auctor. ¶Sequitur ſecunda pars prin.& ſic ver.quòd ſi ſeruus, qui loquitur quando tempore, quo Titius fuit captus, ipſe Titius non poſſidebat, ſed durante captiuitate ſeruus eius habens peculij adminiſtrationem emit ex cauſa peculiari rem à non domino, credens eum eſſe dominum.Dubitatur,nunquid iſto caſu procedat vſucapio. Iulianus reſpondet, quòd ex quo dominus eſt

apud

apud hostes, & dubitatur an reuertatur ab hostibus, an verò ibi moriatur, ideo interim in pendenti est vsucapio, quia ignoramus ex qua fictione dicta vsucapio sustentari debeat, an iure postliminij vel iure.l.Corn.non autem credas, quòd sit in pẽdenti substãtia vsucapionis, quia ipsa vsucapio sine dubio procedit, vt est text.in l.iusto.§.fin.j.eo.& d.l.in bello.§. factæ.& sic est in pendenti vsucapio quo ad modum, sed non quo ad effectum, nec quo ad substantiam. vnde si dominus reuertatur ab hostibus, intelligitur vsucaptum fictione postliminij. Et pondera, quòd tex. vtitur verbo intelligitur, quod importat fictionem secundum Bar.j.in tertia char. vbi dicetur. quasi dicat verè non fuit vsucaptum, quia durante captiuitate res non fuit verè possessa, vel vsucapta, quia non suberat tunc persona, penes quam possent esse ista iura.l.neque seruus.s. eod. Sed cùm reuertitur dominus ab hostibus, quia fingit semper retro fuisse in ciuitate, & nunquam captus, ideo fictione postliminij sustinetur vsucapio, ideo vt dixi iste tex. cũ mysterio dixit *intelligi vsucaptum*, & sic per fictionem, licet alibi glo. tenuerit in hoc contrarium, quia imò istud fit per veritatem, & malè, in d.l.iusto.§.fi.in verbo inchoari. si autem dominus moriatur in captiuitate apud hostes, quo casu per fictionem.l.Corn. fingit mortuus præambula hora captiuitatis, & sic liber, & sic consequenter eius hæreditatem fuisse iacentem, fuit dubitatum, an ad hæredes eius vsucapio pertineat. Iul.in hoc dubitauit, & reliquit in suspenso, an eo ibi mortuo ad eius successores vsucapio per l.Corn.pertineret. Ratio dubitandi potuit esse duplex, licèt
9 Iulia.non dicat. † Prima, quia licèt hæreditas iacens possit vsucapionem iam cœptam complere.l.cœptam.j.eo.non tamen potest eam inchoare, etiam in quæsitis per seruum ex causa peculiari post captiuitatem domini, quia tũc incipit vsucapio à die aditæ hæreditatis, vt l.fi.j.eo. Secunda ratio, quia si hæredi captiui non continuatur vsucapio iam cœpta, vt in 1.parte huius tex.vbi dixi, ergo fortius videbatur, quod isto casu non posset inchoari de nouo, & sic non posset per fictionem.l.Cor. ad hæredes pertinere, quia hæres adhuc non erat illo tempore, quo seruus emit, & dominus adhuc viuebat in captiuitate, & sic videbatur non posse retro fingi, cùm extremum ad quod non esset habile. ¶Et ista secunda potuit etiam esse subtilis ratio dubitandi. Sed licèt Iulia.in hac lege dubitauerit, tamen idẽ Iulian.in d.l.in bello.§. factæ. expresse decidit, ꝙ in isto casu vsucap. iuuetur fictione. l. Corn. sicut in præceden. casu fictione postliminij, & sic quòd vsucapio prosit hæredi fictione.l. Cor. & ita teneas pro constanti, vt ibi est tex.& in l.pen.eo.titu.& in d.l.iusto.§.fi.j.eo. In quibus iurib. dicitur, quòd iacente hæreditate in quæsitis per seruum ex causa peculiari potest inchoari, & finiri vsucapio, & quòd hæreditas ex ea augetur, & tunc adita postea hæreditate per hæredem, quia aditio trahitur retro ad tempus mortis captiui.l.hæres quandoque.s.de acqui. hær. fingetur hæres semper retro possedisse vero animo, & corpore serui. Et talis fictio, potest induci, cùm extrema sint habilia, licèt in contrarium fortiter obstet tex.in d.l.fi.§. fi.j.eo. de quo videbimus in glo.fin. ¶Sequitur ver. Marcellus, vbi Marcellus ait fictionem.l.Corn. plenius debere accipi, quàm voluit Iuli. qui de hoc dubitauit.& in isto ver. secundum glo.in verbo ple
* nius, *Bar. & communiter alios* Marcellus contradicit Iuliano in proximo præceden.casu, dum loquitur in quæsitis per seruum ex causa peculiari durante captiuitate domini. quòd in eis procedat vsuc.fictione postliminij, & de l.Corn. dubitauit. innuit ergo Iulia.secus esse in his, quæ acquisiuit seruus ex causa non peculiari, sed Marcellus tenet esse idem etiam quando serui acquisiuerunt ex causa non peculiari, & sic quòd fictio.l. Corne. debeat plenius accipi, vt etiam porrigatur ad ea, quæ serui acquisiuerunt post captiuitatem etiam ex causa non peculiari, & ita summaui.s.tex. Sed aduerte licèt glo.Bar. *& alij communiter* intelligant Marcellum contradicere Iulia.in omnibus, propter illam dictionem plenius, & velle, quòd idem sit quo ad istas fictiones postliminij, & l.Corn.quando seruus acquisiuit ex cã non peculiari, sicut quando ex causa peculiari, tamen videtur satis coloratè posse dici secundum Rapha.Cuma.& Lud.Ro. hic, quòd tantum ponatur decisio Marcelli circa dubitationẽ Iuliani in emptis per seruum ex causa peculiari, an per legem Cor.ad successores pertineat, & Marcellus determinat, quòd sic, fictionem. l. Cor. plenius accipiendo quàm voluerit Iul. & sic contradicit Iul.in differentia, quam faciebat inter postliminium & l.Corn.non autem contradicit in differẽtia, an seruus possideat ex causa peculiari, vel ex causa non peculiari, *prout gl. & communiter Scriben.* tenent, sed caue quia isto modo intelligẽdo non bene veniret ver.quemadmodum, siue sit pro Marcello siue contra. Item in d.l.in bello.§.factæ, apparet, quòd Marcellus etiam in hoc secundo contradicat Iul.vnde teneas communem intellectum. ¶Postea in ver. quemad. Marcellus probat opin.suam duplici ratione, intelligendo, quòd omnia sint verba Marcelli vsque ad fin. ¶Prima ratio est, quòd dominus non debet esse melioris conditionis in his, quæ serui egerunt ex causa peculiari post captiuitatẽ domini, quàm in his, quę per seipsum, vel per seruum ex causa non peculiari ante captiuitatem possidebat, sed in quæsitis per seruum ex causa peculiari habent locum dictę fictiones, & vsucapio prodest hęredi,
* *prout omnes fatentur*, ergo idem debet esse in his, quæ dominus per se, vel per seruum non peculiariter tempore captiuitatis possidebat, & vsucapiebat, ꝙ licèt fuerit per captiuitatem interrupta vsucapio, tamen reintegretur eo reuerso per fictionem postliminij, & eo in captiuitate mortuo per fictionem.l.Corn. Istud vltimum probat secunda ratione. nam hæreditas iacens vicem personæ sustinet, & sicut per personam vsucapio procedit, ita dicamus hic per hæreditatem processisse, & sic per l. Corn.ad hęredes pertinere. & sic intelligendo quòd in ver.quemadmo.sint verba Marcelli, dum tex.dicit in his, quæ serui egerunt, intelligitur ex causa peculiari, & dum.j.subdit, vel per seruũ possidebat, intelligitur ex causa peculiari, quasi inter hos casus non sit differentia secũdum eum. Sed caue, quia isto modo intelligendo versi. quemadmodum. Marcellus non probaret assumptum suum, scilicet, quòd dominus non debeat esse melioris conditionis quo ad vsucapionem in his, quæ serui peculiariter egerunt, quàm ex causa non peculiari, imò contrarium est verius, quia in peculiaribus potest inchoari & continuari vsucapio domino ignorante, & etiam eo existente in captiuitate, quod non est ex causa non peculiari, vt est tex.in l.iusto.§.fin.j.eo.& in l.pen.j.de capt.& l.3.§.saltus.s.tit.1.quia possessio peculiaris habet plurimum iuris, vt dixi.s.in secundo euidentiali.& dicam latius.j.in 6.no. Item inquantum Marcellus præsupponit, quòd etiam in his, quę per seipsum, vel per seruũ ex causa peculiari ante captiuitatẽ possidebat, quòd licèt per captiuitatem fuerit interrupta vsucapio, tamen reintegretur eo reuerso per fictionem postliminij, vel eo ibi mortuo per fictionem.l.Corne. Istud videtur de directo contra primam partem huius tex. Item secũdum intellectum Marcelli vsucapio etiam in hæredibus per legem Cor. indistinctè procederet, & tamen iste tex.in fi. decidit contrarium, scilicet vsucapionem in hęredibus locum non habere secundum literam *negatiuam, quæ est communis*. Item, & quartò inquantum Marcellus in fundamento suo vult non esse differentiam, an ipse dominus possideat an subiecta eius persona, reprobat expresse text. in d. l.in bello.§.factæ.& ibi approbat opin.Iuliani, & sic reijcit opinionem Marcelli. Ideo glo.Bar.& Doct. necessariò intelligunt tex. quòd à versi.quemad.vsque ad fi.principij sint verba Iulia. aut Pauli auctoris huius l. reprehendentis Marcellum hoc modo: nam nõ debet dominus plus iuris habere in quæsitis per seruũ durante captiuitate ex causa non peculiari, quàm in his, quæ per seipsum, vel per seruum similiter ex causa non peculiari ante captiuitatem possidebat, & vsucapiebat, & sic secundum istum intellectum iste ver.quemad. semper intelligitur ex causa non peculiari, tam ibi, quæ serui egerunt, scilicet non peculiariter, quam ibi, per seruum possidebat, scilicet non peculiariter. Sed isto vlt. casu per captiuitatẽ interrumpitur vsucapio, & non reintegratur per fictionem postliminij, si reuertatur ab hostibus, vt est tex.in 1.parte huius.l. nec per fictionem.l. Cor. si ibi decedat, vt ibi dixi, ergo similiter in quæsitis per seruum non peculiariter durante captiuitate debet impediri inchoatio vsucapionis, quæ facilius ab initio impeditur quã ex postfacto inchoata interrumpatur, per reg.l. patre furioso supra de his, qui sunt sui, vel alien.& cap. quemadmod.de iureiurando. Nec obst.si pro Marcello diceretur, ꝙ lex Cor.fingit eum, qui in captiuitate moritur, esse mortuum præambula hora captiuitatis, & sic liberum, & consequenter hæreditatem eius ab illo tempore iacuisse, sed hæreditas repræsentat vicem personæ. sicut ergo si persona fuisset, possedisset quęsita per seruum non peculiariter, ita hæreditas iacens dicatur possidere, & sic vsucapere, & sic per fictionem.l.Corne.vsucapio ad hæredes defuncti porrigetur. Ad hoc respondit Iuriscon.in versi.nam hæreditates, verum esse, quòd hęreditas verè iacens repræsentat personam defuncti in quibusdam, puta in retentione dominij, & actionum hæreditariarum, quę potest fieri sine animo vero, & sine actu corporali, ergo vult text. ꝙ non in omnib. repræsentet, quia non in his, in quib. factum personæ desideratur. vt l.hęreditas.s.de acq.re.do. & sic nec in retentione possessionis, nec in inceptione vsucapionis.l.j.§.Scęuola.s.si quis test.lib.esse ius sue. quia ista haberi non possunt sine vero animo, & sine actu corporali, qui non cadunt in hæreditate verè iacẽte, ideo multominus in illa, quæ fingitur iacuisse, vnde concludit Iuriscon. in ver.fi. ibi, *ideoque in persona hæredum vsucapionem non procedere*, & sic fictionem.l.Corn.successoribus non prodesse, intellige ex

causa

causa non peculiari, & sic pondera, ꝙ dubitatio principalis
huius text. in secunda parte princ. & sic in vers. ꝙ si seruus, fuit
an in quæsitis per seruum ex causa peculiari post captiuita-
tem domini, qui in ipsa captiu. defunctus est, fictio. l. Cor. pro-
cedat, & sic vsucapio hæredib. captiui prosit, & in fine conclu-
dit vsucapionem in successorib. locum non habere. s. ex causa
non peculiari, licèt text. non exprimat. vnde si intelligis, ꝙ ista
conclusio finalis text. veniat ad reprobationem Marcelli præ-
cedentem, prout est intelligenda, certè prædicta principalis du
bitatio huius text. remaneret indecisa, ꝙ videretur absurdum,
nisi sumas decisionem ex illa conclusione finali text. à con-
trario sensu, quia si ex causa non peculiari vsucapio non pro-
dest hæredib. ergo ex causa peculiari vsucapio per fictionem.
l. Corn. bene prodesset heredib. prout etiam Marcellus met fa-
tetur, & expressè decidit text. in d. l. in bello. §. factæ, & in d. l. iu-
sto. §. fin. vnde per illa iura ita teneas pro constanti, licèt verba
istius text. videantur circa hoc aliqualiter ambigua. Item con-
clusiuè tene, ꝙ in isto text. sunt necessariæ duæ suppletiones
diuersæ, vna affirmatiua, alia negatiua, quæ euitari non pos-
sunt, nec tamen sunt incongruæ, ex quo expressè fiunt per alia
iura, vna est in vers. quod si seruus. quãdo seruus captiui emit,
quia intelligitur necessariò ex causa peculiari, aliàs text. proce-
dere non posset, vt dixi supra in secundo euidentali, ad fin. Se-
cunda suppletio est in fin. huius principij, vbi concluditur in
successorib. non habere locum vsucapionem, quia necessariò
intelligitur ex causa non peculiari, nec aliter posset procede-
re, vt statim supra proximè dixi, & per ista habes bene enu-
cleatam medullam totius huius text. & bene explanatum to-
tum eius intellectum. ¶Not. 1. ex isto text. in princ. ibi, [ante
vsucapionem,] iuncta glo. prima, quæ exponit. s. completam,
erat tamen inchoata. Nam hic est casus directò secundum
istam expositio. glo. secundum Ang. Imo. & do. Petr. de Bexu.
pro concordia testium, quorum aliqui dicunt factum fuisse
10 ante vsucap. alij verò dicunt esse factum post. † Nam licèt
videantur contrarij, possunt reduci ad concordiam hoc mo-
do, vt illi, qui dicunt fuisse factum ante vsucap. intelligantur.
s. completam: alij verò, qui dicũt factum post vsucapionem,
intelligantur. s. inchoatam, & hoc modo erunt concordes, vt
hoc text. iuncta glos. parua. similiter concordantur testes, quo-
rum aliqui dicunt factum ante guerram, alij post guerram,
nam primi intelliguntur ante guerram. s. consummatam, &
qui dicunt post guerram, intelliguntur. s. inchoatam, & simili-
ter si aliqui dicerent ante matrimonium, vel ante nuptias, &
alij post matrimonium, vel post nuptias, & ita tenent Bart. &
Doct. in l. in insulam. §. 1. s̃. sol. matr. & in l. 2. §. fin per glo. ibi. s̃.
si cer. pet. vbi latè dixi de hoc, hic non repetam. & est bon. text.
licèt vulgatus, quem Bar. & alij allegant in c. cùm tu. de test. vbi
similiter concordantur testes, quorum aliqui dicunt factum
ante appellationem, alij post appellationem. & ad ea, quæ dixi
11 in d. l. 2. §. fi. † adde, ꝙ si statuitur parti terminus ad audiendum
sententiam tali die ante nonam, illa verba ante nonã, possunt
intelligi. s. inchoatam, item finitam, secundum Barto. in consi.
12 176. inci. pluries contingit, & variè iudicatum est. ¶† Secundò.
not. ex hoc text. ꝙ per captiuitatem quis perdit possessionem
rerum, quas possidebat per seipsum, & sic animo, & corpore
suo, & idem in reb. quas per alium extra causam peculiarem
13 possidebat. l. neq; seruus, & ibi glo. s̃. eo. † Ratio huius not. po-
test esse triplex. prima est, vt etiam aliquid tetigi. s̃. in figuratio-
ne casus, quia captus ab hostibus efficitur seruus hostium. l. ho
stes. s̃. de cap. l. libertas. §. serui. s̃. de statu hom. & §. serui. insti. de
iure perso. Sed seruus non potest possidere. l. qui in seruitute. j̃.
de regul iur. & l. neque seruus. s̃. eod. Secundam rationem assi-
gnat tex. in l. cùm hæredes. §. 1. s̃. tit. 1. quia cùm captus possidea-
tur ab hostibus, ergo ipse aliquid possidere non potest. ita ibi di
cit tex. Item quia nec possidere intelligitur, qui ipse possidetur.
dicit text. in l. homo liber. §. fi. s̃. de acquir. rer. dom. Facit tex. in
l. sic eueniet. j̃. de adult. Tertia potest esse ratio, quia captus ab
hostibus deponit animum possidendi, & ita præsumit lex, cũ
videat se esse captum, & non posse reuerti ad naturalem ap-
prehensionem rerum, quas possidebat, ergo perdit possessio-
nem. l. si id ꝙ. § fi. & l. clam possidere. §. fi. cum l. seq. s̃. tit. 1. facit,
ꝙ vult gl. in l furtum. §. 1. j̃. e. & in §. ꝙ autem. insti. de vsuc. Sed
14 aduerte, † ꝙ licèt per captiuitatem perdatur possessio rerum,
quas captiuus prius possidebat, nõ tñ perditur earum dñium,
quia durante captiuitate alicuius apud hostes dominia rerum
captiui, & iura sua interim stant in suspenso, vt est tex. in d. l. cũ
hæredes. §. 1. & ibi non ab re dicit tex. hoc esse iure singulari. &
ibi gl. declarat. Alibi dicit tex. in l. illa institutio. §. 1. s̃. de hære. in
stit. ꝙ iure postliminij omnia iura captiui in suspenso retinen-
tur, nec obrumpuntur, ideo interim potest hæres institui. & si
dicatur, quare etiam possessio interim non stat in suspenso, di-
co, ꝙ ratio diuersi. inter possessionẽ & dñium est, qa possessio
habet plurimum facti, cùm requirat animum, & etiam actũ
15 corporalem, vt declaraui. s̃. in 2. euidentiali. † ideo lex non ita
operatur circa ea, quæ sunt facti. l. denique. s̃. ex qui. cau. maio.
sicut operatur circa acquisitionem, & retentionem dñij, cùm
dñium sit eius, ꝙ sine actu corporali retinetur. item captus cũ
possideatur ab hostib. ergo ipse aliquid possidere non potest,
& per hoc extinguitur possessio, vt dixi. s̃. in 1. ratione, sed ista
ratio cessat in dominio, quod per captiuitatem non fuit extin-
ctum, sed remansit in supenso, vt iurib. supra proximè alleg. &
si dicas, ꝙ in acquisitione dominij requiritur traditio. l. traditio
nib. C. de pact. §. per traditionem. insti. de rer. diui. & l. si ager. vbi
gl. magistra. s̃. de rei vend. & traditio est facti. l. consilio. in fin. ff.
de cura. furio. Ergo lex non debet magis fingere circa conser-
uationem, & retentionem dominij, quàm faciat circa posses-
sionem. Potest responderi secundum d. Alex. in d. l. cùm hære-
des. §. j. ad fi. ꝙ licèt dñium à prin. ad acquisitionẽ requirat tra-
ditionem facti. d. l. traditionib. posteà non requiritur perseue-
rantia, quia solo animo potest retineri, & difficilius perditur, q̃
16 possessio. l. si quis vi. §. differentia. s̃. tit. j. ¶† Tertiò no. ex tex. ibi,
nam interrumpitur vsucapio, & ibi, *nam verum est eum in vita sua de-
siisse possidere.* ꝙ tex. iste formaliter assignat rationẽ, quare per
captiuitatem interrumpatur vsucapio, & ratio est, quia per ca
ptiuitatem perditur possessio, vt hic, & dixi in præceden. not.
ergo deficit vnum substantiale necessarium ad vsucapionem,
scilicet possessio continuata. l. sine possessione. j̃. e. ergo vsuca.
corruit. & istam rationem etiam assignat tex. in d. l. in bello. §. fa
ctæ. j̃. de capt. ista appellatur naturalis interruptio. l. vsuca. & l.
17 naturaliter. supra e. Ex his videretur posse attentari, † ꝙ in pos
sessis, vel per seruum, vel per alium etiam ex causa non pecu-
liari non interrumpatur vsucapio, eo quia tũc cessat ratio præ-
dicta assignata in tex. quia tunc per captiuitatem non perditur
illa possessio, quæ est apud seruum etiam ex causa non pecu-
liari, ergo vsucapio non interrumpitur, vt probat text. si non
cauilletur in d. l. in bello. §. factæ. ibi, vsucapionem impleri, &
ibi, ijsdem personis in possessione remanentib. Probatur etiã
& secundò assumptum, quia etiam non in non peculiarib. do
minus de possessione expulsus per corpus serui, vel coloni de-
tinentis rem, vtranque possessionem retinet naturalem, & ci-
uilem, vt l. peregrè. §. quib. explicitis, & ibi not. s̃. tit. & l. 1. §. nõ
autem. j̃. de vi, & vi arma. & tenendo istud est contra glo. *Bart.
& communicer omnes*, vt etiam dixi supra circa diuisionem text.
sed caue arguendo nunc ad oppositum pro communi, quan-
do dominus possidet per seruum, vel filium, aut colonum ex-
tra causam peculiarem, tunc possidet animo suo, sed corpo-
re alieno. text. est in l. 3. §. saltus. s̃. tit. 1. Ergo cùm captus est ab
hostib. necesse est, ꝙ deponat illum animum, cùm ab hostib.
possideatur, & non habeat facultatem reuertendi ad natura-
lem apprehensionem possessionis, & ita præsumit lex, ꝙ ani-
mus cesset ergo vr̃, ꝙ ẽt perdatur possessio per tertiam ratio-
nem q̃ assignaui. s̃. in 2. not. & per ꝯñs, ꝙ etiam tunc interrum
patur vsucapio, vnde de veritate huius pũcti veniet. j̃. plenius
dicendum in gl. fi. in prin. & vide, ꝙ statim dicam in 6. notab.
18 ¶† Quartò not. ex text. ibi, [Item, & si ipsi reuerso.] ꝙ illud, ꝙ
non prodest ipsi reuerso ad vsucap. minus debet prodesse eius
hr̃di, qa non põt hr̃s plus iuris habere ex persona defuncti q̃
defunctus, si viueret. d. l. in omnib. la. 6. §. non debeo. j̃. de reg.
iur. sed si viueret, & reuerteretur ab hostib. non redintegraret
sibi vsuc. interrupta, ergo nec eius hr̃di, & ex hoc tria correla-
riè inferuntur. Primò, ꝙ vbi nõ põt habere locum fictio post-
liminij in reuerso ab hostib. non quoque põt habere locum fi-
ctio legis Corn. in eius hr̃de, si captus moriatur apud hostes.
19 Et sic secundò not. ex hoc text. † ꝙ bonum est argu. de fictio-
ne postliminij ad fictionem. l. Corn. nõ enim vna magis q̃ alia
debet operari. Tertiò infertur, ꝙ vbi defunctus non posset vsu
capere, ibi nec hæres eius. hinc est, ꝙ mala fides defuncti no-
cet eius hæredi, ne possit præscribere. l. cùm hæres. j̃. de diuer. &
temp. præscrip. quia mala fides defuncti censetur inesse ipsi hæ
redi, cùm censeatur eadem persona cũ defuncto, vt in Auth.
de iureiur. à morien. præst. in princ. collat. 5. & d. l. in oĩb. §. non
debeo. & l. ex qua persona. j̃. de reg. iur. ¶ Quintò subtiliter no.
ex textu. ibi *ideo nec postliminium ei prodest, vt videatur vsucepisse,*
20 † ꝙ vbi in fictione translatiua de tpe ad tp̃s non reperitur ha-
bilitas extremorum, ibi lex nõ fingit, nam vides hic, ꝙ ex quo
captiuus p captiuitatem desiit possidere, & sic tpe quo reuer-
titur ab hostibus non possidet, per consequens per fictionem
postliminij non fingitur retro possedisse, qa extremum à quo
est inhabile, tamen ad istum text. & similes patet responsio per
Iurisconsultum in l. denique. s̃. ex quib. cau. maio. ꝙ isto casu
ideo nõ fingitur, eo qa possessio q̃ quis habet per seipsum, ha
bet plurimum facti, vt declaraui. s̃. in secundo euidentiali. Sed

ea, quæ

ca,quæ ſunt facti,nõ continentur poſtliminio, vt ibi dicit text.
hoc eſt, non finguntur ea,quæ ſunt facti, & veniunt in conſe-
quentiam, prout eſt poſſeſſio per fictionem poſtliminij. De
veritate tamen iſtius not.veniet.j̃.latius examinandum.¶Sex-
tò not.in verſi.[ꝙ ſi ſeruus.] ꝙ in his quæ ex cauſa peculiari ſer
uus capti ab hoſtibus acquiſiuit poſt captiuitatem domini,in-
choatur vſucapio,& multo magis ſi erat inchoata ante capti-
21 uitatem continuatur, ex quo corrolariè habes, † ꝙ vſucapio
in peculiaribus ante captiuitatem inchoatam per captiuitatẽ
nõ interrumpitur, & ſi dicis, ꝙ per captiuitatem perditur poſ-
ſeſſio,vt in prima parte huius.l.vbi dixi,ergo naturaliter inter-
rumpitur vſucapio,quæ ſine poſ.procedere non poteſt, vt di-
xi.s̃.in 3.not.Dic,ꝙ in peculiarib.per captiuitatem domini non
perditur poſſeſſio.Ideoque nec vſucapio interrumpitur, quia
in iſtis peculiaribus quantum ad poſſeſſionem, & vſucapionẽ
non requiritur ſcientia domini, nec aliquod factum domini,
imò dominus ignorans poſſidet,& pręſcribit.l.Labeo.in prin.
s̃.eo.& l.2.j̃.pro ſolut.& l.2.§. Celſus.j̃. de vſucap. pro empto.
22 l.& iuſto.§.fi.j̃.eo.& l.4.§.ſaltus ſupra tit.1. † Eo quia poſſidet
tunc corpore, & animo alieno, & hoc eſt iure ſingulari in pe-
culiaribus vtilitatis cauſa receptum, & ſic contra merum rigo
rem iuris.ita dicit text.in l.peregrè.§. quæſitum.s̃. tit.1. Si ergo
dominus capitur ab hoſtibus,in iſtis peculiarib. omnia cenſen
tur eſſe in iure ſuo, neq; ſi eſſet in ciuitate,eius ſcientia requi-
reretur,vt dicit tex.in d.l.iuſto.§. fi. quia vt dixi dominus igno-
rans poſſidet,& præſcribit, cùm poſſideat corpore, & animo
alieno,ergo captiuitas nihil immutat. Itẽ quo ad ea quæ poſ-
ſidentur ex cauſa peculiari, ſeruus habetur loco domini.l.ſe-
quitur.§.Labeo quoque.s̃.eod.& ꝙ habetur in l.1. in glo.mag.
C.de ſer.fug.Sed in his quæ poſſidet dominus per ſeruum, vel
colonum extra cauſam peculiarem requiritur ſcientia domi-
ni,ſaltem quo ad vſucapionem.l.2.§. Celſus. infra de vſucap.
pro emp.& l.1. C.de acquirend. poſſeſ. quia tunc poſſidet ani-
mo ſuo, licèt corpore alieno, vt eſt text.in d.l.3.§.ſaltus.vnde
videtur,ꝙ tunc interrumpatur vſucapio. de quo tamen plenè
dicam.j̃.in gl.mag.in prin. & tanto magis tenendo illud, quod
latè tenui in l.1.§.item acquirimus.s̃. tit.1. ꝙ extra cauſam pe-
culiarem non acquiratur etiam poſſeſſio domino ignoranti,
& vide quæ dixi ſupra in 3.no.& ſi iterum ſubtiliter dicas, pen
dente captiuitate patris vel domini quómodo poſſibile eſt, ꝙ
in iſtis peculiarib. habeat locum à partib. ſufficienter enume-
ratis,non quidem in perſona ſerui aut filij, quia ipſi rem pecu-
23 liarem poſſidere nõ poſſunt, † ſed tantum tenent,eo quia poſ-
ſeſſio non tantum corporis, ſed etiam iuris. Ita formaliter di-
cit tex.in l.poſſeſſio quoque.§.1.s̃.titu.1.& l. neq; ſeruus.s̃.eod.
Non quoque ex perſona patris vel domini, quia cùm ipſi ſint
apud hoſtes, & ſint ſerui hoſtium, & ab hoſtib. poſſideantur,
nihil poſſunt poſſidere.l.cùm hęredes.§.1.s̃.tit.1. & l.qui in ſer-
uitute.j̃.de reg.iur.& dixi s̃.in 2.not.& ſine poſſeſſione non po-
teſt procedere vſucapio.l.ſine poſ.j̃.eo.quomodo ergo proce-
det iſte tex.glo.in l.iuſto.§.fin.in verbo,inchoari. fortè ſentiens
hanc difficultatem videtur reſpondere, ꝙ ſi captus reuertatur
ab hoſtib.ſtatim incip.ipſe poſſidere, & tũc fit retractatio vſq;
ad tempus, quo filij vel ſerui emerunt. Si autem ipſe pater,vel
dominus apud hoſtes moriantur, tunc cúm eſt adita eorum
hæreditas,incipit hęres verè poſſidere,& per fictionem fingitur
retro poſſediſſe vſq; ad tempus, quo filius vel ſeruus rẽ eme-
runt.¶Et ſi iterum ſubtilius dicas,ꝙ fictio non poteſt trahi re-
tro ad extremum inhabile,quia tunc temporis non erat perſo-
24 na habilis,quę poſſideret,vt dixi.Potes reſpondere, ꝙ † fictio-
ne poſtliminij iſte reuerſus fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate,&
ſic in conſequentiam fingitur poſſediſſe,nec in his, quæ veniũt
in conſequentiã alicuius fictionis, requiritur ſemper tanta ha-
bilitas extremorum,ſicut requiritur in ipſa principali fictione,
prout declarat Bart.j̃. in proſecutione huius materiæ,vbi ple-
nius dicam, & iſtam differentiam etiam attingit Bart.in fin.4.
oppo.ad verſi. ꝙ ſi ſeruus.vbi circa eam multum inſiſtit. Tu
vltra Bar.poſſes planius reſpondere, ꝙ ſeruus dicitur quodam-
modo poſſidere,licèt non propriè.l. qui à ſeruo.in fin.de act.&
obli.ſecundum eundem Bar.j̃. in 1.oppo. ad verſi. ꝙ ſi ſeruus.
25 † Item ad vſucapionem ſufficit ſola detentatio,prout expreſ-
ſe tenet Bart.in l.neque ſeruus.s̃.eo.per d.l. qui à ſeruo.in fin.&
probatur in l.nunquam.§.ſi ſeruus. j̃. eod. & per captiuitatem
non fuit interrupta detentatio ſerui, qui habet ſimplicem de-
tentationem.l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoq; j̃.de verbo oblig.& l.
poſſeſſio quoque.§.qui in aliena.s̃.tit.1.& ſic ex prædictis pon-
dera,prout etiam no.Lud.Rom.hic, ꝙ hic eſt dare caſum ſo-
lennem,in quo ex mera naturali poſſeſſione,ſeu tenuta abſtra-
ctã ab omni vinculo iuris ciuilis procedit vſucapio,prout etiã
tenet Bar.in d.l.neque ſeruus.Sed aduerte, quia Bar. ibi hoc nõ
bene probat, quia text.in d.l.qui à ſeruo.§.fin. in quo ſe fundat
Bar.dicit, ꝙ ex cauſa peculiari etiam poſſeſſio acquiſita intelli-
gitur, verum eſt ipſi hæredi, vt etiam ibi glo.declarat, non au-
* tem acquiritur ipſi ſeruo. *Item communis opi.glo. & Doct.* in l.3.§.
ex contrario.vbi dixi.s̃.titu.1.eſt, ꝙ ciuilis ſola eſt, quæ cauſat
vſucapionem, non autem mera naturalis, & minus ſimplex
detentatio, & ſic dictum Bart.in d.l.neque ſeruus.non videtur
verum,quamuis alij Docto. ibi nihil penitus de hoc tangant
26 ¶Septimò no.ex tex.ibi,[in pendenti eſſe vſucapionem,] † ꝙ
quando ſeruus captiui ab hoſtibus emit rem ex cauſa peculia-
ri,ius vſucapionis interim dicitur eſſe in pendenti, quia igno-
ratur,an captus reuertatur ab hoſtibus, & ſic vſucapio ſuſti-
neatur ex fictione poſtliminij, an vero moriatur apud hoſtes,
& ſuſtineatur fictione.l. Corn. Certum tamen eſt, quod vſu-
capio interim procedit, vt etiam ſupra dixi per d.l.iuſto.§.fin.
& d.l.in libello.§.factæ. Et ſic not.duo correlariè. Primò,quod
quando aliquid poteſt in futurum perfici altero de duob.mo-
dis,dr̃ eſſe in pendenti,quouſque ex aliquo capite fuerit ſorti-
27 tum ſuum effectum.text. eſt hic. Secundò not. † quòd ſicut
aliquid poteſt eſſe in pendenti ſicut hic ius vſucapionis, ſic do
minia rerum, & omnia iura captiui interim ſtant in ſuſpenſo.
l.cùm hæredes.§.1.s̃.titu.1.& l.illa inſtitutio.§.1.ff.de hær.inſti.
ſimiliter ius liberorum,& ſic patria poteſtas interim eſt in pen
denti,donec pater eſt in captiuitate.§.ſi ab hoſtib. inſtitu.quib.
mod.ius pa.poteſta.ſol.& l.fi.§.ita tamẽ. C.de ſen.paſ.& l.pen.
s̃.de ſu.& legit.vbi text.in fi.dicit, *per ſuſpenſi iuris conſtitutionem.*
& in l.in bello.§.ſi quis capiatur.j̃.de capti.& in l.bona.§. quòd
ſi filius.ff.eo.vbi tex.dicit, *ſtatus omnium quorum patres, vel domini in hoſtium poteſtate ſunt, in pendenti eſſe*, & l.1.§. ſi pendeat.ff.ad
Maced.alibi dicit text. quòd multa dicuntur eſſe in pendenti,
quæ declarantur ex futuro euentu, qualia ante fuiſſe videan-
tur.in l.qui res §.rem autẽ. in fi.cum gl. plena.j̃.de ſol.Alibi di-
cit text.in l.fina.ſupra commu. prædi.*neque enim ſicut viuentium, ita defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt*, quod qualiter intelli-
gatur,dic vt ibi per glo.& melius Bar.¶Octauò & vltimò not.
28 in verſi. quemadmodum .ibi, nam hæreditas.† quòd hæredi-
tas in quibuſdam perſonæ vicem ſuſtinet,ſcilicet in quibus nõ
requiritur factum,nec opera aut ſubſtantia perſonæ.l. hæredi-
tas in multis.ſupra de acquir.rerum domi.& l.1.§.Scæuola.ſu-
pra ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. & l. vſusfructus. infra de ſtipu.
ſer.& l.mortuo.infra de fideiuſ.& inſti.de ſtipu.ſeru. in princip.
Bart.j̃.2.oppo.quartæ partis, quæ eſt vlt. oppoſitionum Barto.
¶Et vide no.quæſtionem,quam ponit Rapha.Cuma. & dicit
29 ſe habuiſſe de facto in l.1.§. fin. ſupra de acq.poſ.de † ſtatuto
Papienſi,quo cauetur,quòd ſi aliqua res vendatur, & expona-
tur ad cridas ſecundum formam ſtatuti, niſi infra ad certum
tempus compareat volens contradicere, & oſtendat ius ſuũ,
amplius nõ audiatur ipſe,etiam ſi ſit vniuerſitas, nunquid etiã
hæreditas iacens comprehendatur ſub tali ſtatuto, vt elapſo
dicto tempore etiam ipſa videatur excluſa, vide ibi per eum
arguentem ad partes, & concludentem,quòd non,præſertim
ex eo, quia contra hæreditatem iacentem non, currit præſcri-
ptio,& ita cum laude Dei ſunt bene expedita,vt puto,no.hu-
ius text. ¶Gloſſ. prima ponit caſum,quem ſupra latius figura-
ui,& ſecundum Albe.de Roſ. fuit additio, quæ non reperitur
in libris antiquis,tamen ſecundum eum eſt bona. Aliæ gloſſ.
quæ ſequuntur,tendunt ad declarationem tex.quem declara-
ui ſupra in figuratione caſus. ¶Gloſſ.2.in verſic. [poſſidebat.]
ampliat iſtum text.in prima parte,vt procedat non ſolũ quan-
do captus ante captiuitatem animo, & corpore ſuo, & ſic per
ſeipſum poſſidebat, ſed etiam quando animo ſuo,& corpore
alieno,puta ſerui vel coloni.Idem voluit glo.in prin. vbi reſer-
uo plenè diſputandum.¶Capio gl.fi.in verbo, [non habere.]
iſta gl. ponit magiſtralem diſtinctionem,in qua expediam ap-
paratum Barto.quatenus iſtam glo. tangit. Et prima pars di-
ſtinctionis gloſſ.loquitur de poſſeſſis ante captiuitatem domi-
ni,& ſic loquitur de prima parte huius tex. Secunda verò pars
diſtinctionis glo. ibi, *ſi autem poſt captiuitatem.* loquitur de his,
quæ ſeruus emit poſt captiuitatem domini, & ſic loquitur de
ſecunda parte text.& ſic de verſic. quòd ſi ſeruus. vſque ad fin.
huius principij.¶ In ead. glo. ibi, *duobus primis caſibus interrum-pitur vſucapio*, glo.æquiparat,& coniungit iſtos caſus, quando
ante captiuitatem quis poſſidebat per ſeipſum,vel etiam per
ſeruum,aut filium,vel colonum extra cauſam peculiarem,ꝙ
vtroque caſu interrumpatur vſucapio, & non reintegretur
per fictionem poſtliminij, ſi dominus poſteà reuertatur ab ho
ſtibus. Iſtam partem expedit Bart.† in 4.oppo.ſecundæ partis,
ſed hic ponam. ¶Pro clara intelligentia text. & glo.reaſſumo
30 in dubium, † an in poſſeſsis per ſeruum, vel filium,aut colo-
num ex cauſa non peculiari, quę ante captiuitatem domini
cęperunt poſsideri,& vſucapi, per captiuitatem poſteà ſecutã
perdatur poſſeſsio,& ſic interrumpatur vſucapio, nec reinte-
gretur

gretur per fictionem poſtliminij,& ſic correlariè erit videndū,
an ēt iſto caſu procedat prima pars huius.l. Iſtum articulū in-
tendo bene examinare tanq̄ neceſſarium ad intellectū text. &
gloſſarum. Partem affirmatiuā tenuerunt gl.hic. ſ.ſecunda, &
iſta gl.in prin.& gl.magna.in d.l.in bello.§.factæ.& gl.2.in l.de-
nique.s̃.ex quib.cau.maio.Iſtam partē tenet vbiq; in iſta.l.Bar.
in diuiſione text.in ſummario, in figuratione caſus, & latius in
* d.4.oppo.ſcđæ partis, & iſtā ſequuntur *alij Doct.cōiter.*¶Con-
trariam partem tenuit gl.in d.§.factæ.in gl. pen.in verſi. p̄ſona,
quæ voluit, quòd licèt in poſſeſſis per ſeipſum ante captiuita-
tem non procedat vſucapio,cùm per captiuitatem interrum-
patur,& ita procedit prima pars huius tex. ſecus tn̄ eſt, qn̄ poſ-
ſidebat per ſeruum,aut filium, vel colonū ex cauſa non pecu-
liari,tunc non habet locum principium huius. l.iſtam opin.ſe-
cuti ſunt Iac.de Are. And.de Piſis reprobantes glo. noſtras, &
caſus poſitionem in prima parte, ꝙ non procedat in poſſeſſis
per alios ex cauſa non peculiari. Nam ex quo vſucapio erat
iam inchoata ſciente domino,& bonam fidem habente, quia
ſine ſcientia dnmini inchoari non potuiſſet.l.1. C.de acquiren.
poſſeſ.& l.2.j̃.pro ſolu.& l.2.§.Celſus. j̃.pro emptore. certè ta-
lis vſucapio incepta deinceps continuabitur per detentatio-
nem ſerui, filij, vel coloni etiam ignorante poſteà domino,ex
quo à princip.ſciuit illos poſſidere, & vſucapere, vnde ex quo
à princip. vſucapio habuit ſua eſſentialia, non attenditur po-
ſteà illud,quod ſuperuenit.ſicut quando vſucapio inchoatur
bona fide, non attenditur mala fides, quæ poſteà ſuperuenit.
loquor de iur.ciui.l.vnica.§.hoc tantummodo.C.de vſu.tranſ-
for.vnde quando ad poſſeſſionem,& vſucapionem factum,&
ſcientia dn̄i non ſunt neceſſaria, ſi domiuus medio tempore
capiatur ab hoſtibus, & poſteà reuertatur, cùm nullum eius
factum ſit neceſſariū,fictio procedit,& vſucapio debet ꝓcede-
re.Pro hoc etiam adducunt bonum tex. ſimpliciter intelligen-
do in d.l.in bello.§.factæ. de quo tex. j̃.dicetur. Iſtam opin. re-
probat Bar.& ſequitur gl. noſtras in d.4. oppo. ſecundæ partis
per iſtum tex.in verſi.*quemadmodum enim*.vbi text. vult idem iu-
ris eſſe in poſſeſſis t̄pe captiuitatis per ſe, vel per ſeruum ex cā
non peculiari,ſed in primo caſu interrumpitur vſucapio, nec
habet locum fictio poſtliminij,nec legis Corn.vt eſt text. aper-
tus in 1.parte huius.l.ergo nec in ſcđo,& quia Bar. inducit iſtū
text. intelligendo, ꝙ ſint verba Iuliani, ꝓut ēt dicit intelligere
ipſos Iac.de Are. And. de Piſis, & Oldr. Laud.Tu ſtringe for-
tius ēt dato,ꝙ ſint verba Marcelli,& ꝙ eius opin.ſit reprobata,
31 † tn̄ ex legibus ēt correctis inſertis in corpore iuris licitum
eſt ſumere argm̄ in eo,in quo non corriguntur, vt eſt glo. not.
in l.1.in prin.& ibi Bart.in fi.not. s̃.de coniug. cum eman. lib.&
latius Bar.in l.fi.j̃.ad l.Cor.de falſ.& vtrobiq; Bar.allegat text.in
c.authoritate.de conceſ.præb.in 6.vbi Papa arguit ex legib.cor
rectis.ſed ad iſtū tex.rn̄de,quòd iſta parificatio,ꝙ nihil interſit,
an ipſe poſſideat, an perſona ſibi ſubiecta, fuit Marcelli, prout
refert tex.in d.§.factæ. in fin. & iſta æquiparatio ibi expreſsè re-
probatur in text.vnde non pōt ex ea ſumi argm̄,& cùm ibi ex-
preſsè reprobetur, ceſſat etiam argm̄, ꝙ ego proximè addidi.
32 Scđo poſſet dici,quòd iſte text.in verſi.quemadmodū. † cùm
habeat plures,& varios intellectus per gl.& Doct.hic,non pōt
ex eo ſumi argumentum, vt not.Bart. in l.in ambiguo.per illū
text.s̃.de reb.dub.Imol. & Mod.in l.cum prolatis. per illū text.
j̃. de re iudica. quia quod multipliciter exponitur,eius veritas
non hr̄,ſm̄ Boet.vt refert Bal.in l.precib. in 7.col. C.de impub.
& alijs ſubſti.& in l.data opera.in 11.col. C.qui accuſ. non poſ.
Sed caue, quia in æquiparatione,quam facit text. non vr̄ eſſe
varietas,ſed dic,ꝙ imò ēt eſt varietas, quia intelligendo,ꝙ ſint
verba Marcelli,trahuntur ad vnum ſenſum, & intelligendo,ꝙ
ſint verba Iuliani, trahuntur ad alium. melior tn̄ vr̄, & planior
ſol.præcedens. Scđo mouetur Bart. & rn̄det fundamento par-
tis aduerſæ, ꝙ licèt verum ſit,ꝙ ad continuationem vſucapio
nis non requiratur amplius ſcientia, vel factum dn̄i, non ta-
men ſequitur ergo fictio procedit, cùm extremum à quo ſit
inhabile, quod debet etiam eſſentialiter eſſe habile, & tale, ꝙ
actus, qui retrotrahitur,poſſet nunc inchoari. vt l.bonorum.j̃.
rem rat.habe. Sed hoc caſu dn̄s reuerſus ab hoſtibus non poſ-
ſet ſine ſcientia inchoare vſucapionem, vt in iuribus. s̃.allega.
Ergo ſine ſcientia non erit extremum ſufficiens in eſſentia, ſed
ſcientia ſicut & animus eſt facti. l. bonæ fidei. s̃. de acquir. rer.
do.ergo per fictionem poſtliminij non reſtituitur. d.l.denique.
33 in fin.confirmo vltra Bar. & alios, † quia qui eſt in captiuitate
apud hoſtes,vel in exilio, aut etiam voluntariè abeſt,præſumi-
tur ignorare ea, quæ fiunt in ciuitate, imò etiam banna gn̄alia
ciuitatis,vt l.planè. & ibi ad hoc pulchrè not. Bald. s̃.de excuſ.
tut.Idem Bal.& Ang.in l.tres fratres.s̃.de pact. Ad idem text.in
c.fi.& ibi d.Abb.in 3.no.ad hoc not.qui mat.accuſ. poſ.& idē.
d. Abb.in c.1.in tertia colu.de poſtu. prælat. imò, qui eſt in ci-
uitate,præſumitur ignorare ea,quæ fiunt in comitatu,& èco-
tra.ita no. Bal.& Ang.in l.Titius. §. Lucius.per illum text.s̃.de
lib.& poſth.Ergo dn̄s exiſtens apud hoſtes præſumitur ignora-
re, an ſeruus ſuus amplius poſſideat, vel præſcribat. ergo cùm
tunc qn̄ reuertitur ab hoſtibus,non habeat ſcientiam,& ſic nō
poſſet tunc inchoare vſucapionem,ergo etiam non poteſt fin-
gi.¶Sed huic fundamēto Bar. reſpōdeo multipliciter. Primò,
ꝙ ex quo dominus à principio ſciuit ſeruum poſſidere,& vſu-
capere, iſta ſcientia ſufficit ad continuandum vſucapionem,
licèt poſteà deſineret eſſe ſcientia,vt probatur per text.not.in l.
qui vniuerſas.§.ꝙ per colounm.ſupra tit. 1. vbi eſt text. ꝙ licet
hæres ſine animo,& ſcientia non poſſet inchoare poſſeſſio.nec
vſucapionem,tamen ſine animo, & ſcientia poterit quæſitam
retinere,& continuare.Ita ibi eſt text. nam facilius aliquid con-
ſeruatur & retinetur, quàm de nouo inducatur,per regulam.
l.patre furioſo.ſupra de his,qui ſunt ſui.& cap.quemadmodū.
de iureiu.& c.ad apoſtolicam.cum ſi.de reg.iu.Secundò dico,
ꝙ in caſu noſtro adeſt habilitas,ex quo ſumus in continuatio-
ne,vbi ſcientia non requiritur,vt dixi. & ſic extremum eſt ha-
bile,ergo ſtatim ipſi captiuo reuerſo,vel eius hæredi ignoranti
acquiritur poſſeſſio,& vſucapio.Tertiò reſpondet, & plenius.
Pone,ꝙ qn̄ reuertitur ab hoſtibus captiuus habeat de hoc ſciē-
tiam,extremum à quo erit habile,ergo ſm̄ Bar. & Doct.debet
fingi vſucepiſſe. & ſic dicas, ꝙ iſtud factum ſcientiæ debet ad-
eſſe ſtatim tempore reuerſionis, quod cùm non adſit,extre-
mum redditur inhabile. Reſpondetur ſufficere, ꝙ qn̄ erit re-
uerſus domum,& erit in propria ciuitate, habebit tūc de hoc
veriſimilem ſcientiam ad hoc,vt habeat locum fictio poſtli-
minij.probatur in ſimili per tex.in l.non vt à patre. & in l.cùm
duæ.j̃.de capt.vbi ſi maritus reuertatur ab hoſtibus, & poſtea
denuo conſentiat,recuperat vxorem,& fictione poſtlimij fin-
gitur retro habuiſſe, & tamen in ipſa reuerſione non habebat
illud factum mutui conſenſus.l.nuptias.j̃.de regu.iu.ſicut etiā
in reuerſo ab hoſtibus,ad hoc vt procedat fictio poſtlimij,ſuf-
ficit,ꝙ qn̄ eſt domi,habeat animum ibi remanendi, & non re-
deundi ad hoſtes, quamuis à principio tempore reuerſionis ta-
lem animum non haberet,vt l.poſtliminij ius.§.fin.& l.nihil.ff.
de capt.Quartò poteſt reſponderi, ꝙ cùm poſſeſſio & vſuca-
pio veniant in conſequentiam,vt hic per Bar.ergo non obſtan-
te,ꝙ extremum ſit inhabile,debet cadere fictio, vt hic per Bar.
in plurib.locis allegantem ad hoc text.in l.pen. s̃. de ſuis & leg.
34 † Et ſi dicas,ꝙ illa doct.Bar.ꝙ in his,quæ veniunt in conſequē-
tiam,non requiratur habilitas, procedit in his, quæ ſunt iuris,
ſed poſſeſſio poſtquam eſt in eſſe deducta eſt facti, ſecundum
Bar.in l.j.in prin.vbi dixi.ſupra tit.1.dic ꝙ iſta poſſeſſio,& vſuca-
pio multum iuris habet,maximè in continuando,cùm non re-
quiratur poſteà animus vel ſciētia, aut aliud factum domini,
vt s̃.dixi.Subdit Bar.ꝙ poſſeſſa per ſeruum ex cauſa non pecu-
liari in vno conueniunt cum his,quæ poſſidentur ex cauſa pe-
culiari,ſcilicet quo ad acquiſitionem poſſeſſionis, cùm in neu-
tro requiratur ſcientia domini.Tu dic iſtud procedere ſequen-
* do *magis communem opin.* ſed iſte articulus eſt valde dubius, † an
35 extra cauſam peculiarem per ſeruum aut filium acquiratur
poſſeſſio domino ignoranti,& multa iura ſunt aperta in oppo-
ſitum ego plenè diſputaui hunc articulum in l.j.§.item acqui-
rimus.ſupra tit.j.& ibi tenui contra communem,& credo, ꝙ
ſit veritas,eſt verum ꝙ in procuratore, quia adeſt mandatum
domini,per eum bene acquiritur poſſeſſio domino ignoran-
ti,vt eſt tex.in l.3.j̃.pro ſoc.& in l.j.C.de acq.poſ.¶Item inquā-
tum Bar.ponit diſconuenientiam in fictione,quia in peculiari-
bus procedit fictio quantum ad vſucapionē, in alijs ſecus per
rationem ſupra dictam ſecundum Iac.de Are.& And.de Piſis,
& hoc dicit Bar.ſibi placere.adde,ꝙ imò ipſi contrariū tenent,
ꝙ etiam in non peculiaribus procedat fictio, quo ad vſuc. per
rationem eorum,quam ſupra proximè retulit Bart. & ſic Bar.
videtur eos contrario modo referre. & per iſta habes expedita
omnia dicta Barto. in hoc articulo. alij hic nihil vltra dicunt.
36 ¶Ego vltra Bar.arguā pro vtraque parte,quia † veritas ſæpius
examinata magis explendeſcit in lucem,vt dicit text.35.q.9.in
c.grauè.gl.in c.inter dilectos.in gl.antepe.de fid. inſtru. Pro cōi
opi.glo.& Doct.facit illud, ꝙ etiam ſupra pluries fuit dictum,
quia per captiuitatem domini,cùm efficiatur ſeruus hoſtium,
& ab hoſtibus poſsideatur, deſinit poſsidere, & ſi reuertatur
ab hoſtibus,eſt opus noua apprehenſione poſſeſsionis. l. cùm
hæredes.§.j.ſupra tit.1.ergo interrumpitur vſucapio, quæ ſine
poſſeſsi. procedere non poteſt, ergo fictio non poteſt habere
locum,vt eſt tex.hic in 1.parte. & dixi ſupra in 2. & 3. no.con-
firmatur,quia poſſeſ. quam quis habet per ſeruum,vel filium,
aut colonum ex cauſa non peculiari,habetur, & retinetur ani-
mo dominij,vt eſt tex.in l.3.§. ſaltus.ſupra tit.1. ergo cùm per
captiuitatem interrumpatur animus, quem deponit, ex quo
non

non habet amplius facultatem reuertēdi ad actualem posses-
sionem. l. si id ꝙ. §. fi. s. ti. 1. per consequens perditur possessio, &
sic vsucapio interrumpitur. confirmatur, & fortius, quia nega-
ri non potest, ꝙ per captiuitatem dñi saltem interrupta est ci-
uilis possessio, cùm captus ab hostibus, qui est seruus hostium,
nihil potest possidere. d. l. cùm hæredi. §. j. & ciuilis sola est, quæ
causat vsucapionem s̃m glo. & Doct. in l. 3. §. ex ꝯrio. s. tit. 1. er
go non potest fingi vsucapio, vbi verè non potest habere lo-
cum. l. qui ad certum. s. loc. nec potes dicere, ꝙ ciuilis sit penes
37 seruum, quia seruus † non potest possidere, sed solùm habet
38 nudam tenutam. l. possessio quoque. §. j. s. titu. 1. Et qñ † quis est
captus ab hostibus, nec ipse nec eius serui possunt possidere.
l. neque seruus. s. eodem, & in specie de ciuili est text. in l. quod
seruus. s. tit. 1. vbi dicit text. quod etiam peculium seruus ciuili
ter possidere non potest, sed naturaliter tenet, quia quo ad ea,
quæ sunt iuris ciuilis, seruus habetur pro mortuo. l. quòd atti-
net. j. de reg. iu. nec etiam potes dicere, quod ex sola tenuta ser
ui procedat vsucapio, prout tenet Bar. in d. l. neque seruus. quia
hoc non est verum, & hoc reprobaui supra in 6. no. ad fi. & cō
trarium tenent glo. & Docto. in d. l. 3. §. ex contrario. & si tu sub
tilis diceres, istud fundamentum de interruptione ciuilis pos-
sessionis militat punctualiter in peculiaribus. Dico verum esse
secundum iuris dispositionem per ea, quæ dicta sunt, sed in pe
culiaribus aliud singulari iure statutum est ex quadam æquita
te vtilitatis causa, prout dicit tex. in l. peregrè. §. quæsitum. sup.
tit. 1. & statim infra subiungam. Confirmatur, & tertiò s. dictū
fundamentum, quia in peculiarib. tātum rebus inductum est,
ꝙ ignorante domino vsucapio procedat. l. 2. j. pro solu. & hoc
est iure singulari receptum, & sic contra regulas iuris, vt dicit
text. in d. l. peregrè. §. quæsitum, ergo contrarium est in alijs nō
peculiaribus, ꝙ cùm captiuus sit ignorans, ꝙ nō procedat vsu-
39 capio. Et ratio † quare in peculiaribus domino ignorante pro
cedat vsucapio, est duplex. Prima, quia tunc serui habentur lo
co domini. l. sequitur. § Labeo quoque. s. eo. quæ ratio cessat in
non peculiaribus. Secunda ratio, quia in peculiaribus in princi
pio adest consensus, & voluntas domini, ex quo concessit pe-
culium, vt dicit tex. in l. j. §. item acquirimus. s. tit. 1. secus in nō
peculiarib. Tamen ad istam vltimam confirmationem potes
clarè respondere, quòd procedat in vsucapione inchoanda,
quia in peculiaribus iure singulari fuit inductum, ꝙ à prin. in-
choetur vsucapio domino ignorante, & istud non habet locū
in non peculiaribus. ita procedunt iura præalleg. Sed quando
à prin. interuenit scientia, & bona fides domini, tunc idem est
ex causa non peculiari, sicut in peculiaribus. Item ad principa-
40 le fundamentum potes respondere, † ꝙ in possessis per filium,
vel alium ex causa non peculiari non perdatur possessio per
captiuitatem domini, & sic non interrumpatur vsucapio, pro-
ut est tex. non cauillando in d. l. in bello. §. factæ. quem statim. j.
inducam. item quia dominus de possessi. expulsus per corpus
serui, vel coloni detinentis rem, vtranque pos. naturalem, & ci
uilem videtur retinere. l. peregrè. §. quib. explicitis. vbi no. s. ti. 1.
41 & l. j. §. non autem. j. de vi, & vi arm. † Item captiuitas non
obst. vbi scientia domini in ciuitate non esset necessaria. ita di-
cit text. in d. l. iusto. §. fin. & l. pen. j. de capt. sed in possessis per
seruum, vel alium ex causa non peculiari, si dominus fuisset in
ciuitate, non fuisset amplius necessaria scientia domini, quia
sufficit, ꝙ à prin. dominus sciuerit, & fuerit in bona fide, vt sup.
pluries fuit dictum, ergo vsucapio continuatur etiam ignorā-
te domino, vt probat tex. in l. nunquam. §. si seruus. j. eo. vbi ēt
ignorante domino continuatur vsucapio ex causa dominica,
& sic extra causam peculiarem. Ad idem faciunt tex. quos al-
legabo. j. in 3. fundamento partis contrariæ. Item potest dici, ꝙ
non obstante interruptione poss. fingatur vsucapio sicut ex cā
peculiari, vt vult Bar. in l. naturaliter. in 4. col. s. eo. licet contra-
rium videatur dicere Barto. hic. in 2. opp. ad ver. ꝙ si seruus. &
etiam in 4. opp. quòd procedat fictio quo ad vsucapionem,
quia etiam fingitur possedisse. Secundò principaliter pro hac
parte communi adducitur tex. in l. ait prætor. §. is autem. ff. ex
42 quib. cau. ma. vbi traditur regula generalis, † ꝙ existens apud
hostes nihil potest vsucapere, nec cœptam vsucapionem im-
plere. Deinde in ver. hi plane, solum excipitur possessio ex cau-
sa peculiari. ergo in alijs debet remanere firma regula. l. nam ꝙ
liquidè. §. fi. cum vulga. s. de pec. leg. & hoc modo potest etiā
induci text. in l. pen. in prin. in versi. *nihil*. & in verbo *Paulus imo*.
infra de capti. Potes dicere, ꝙ licet ista iura generaliter loquan
tur, tamen debent restringi, & declarari per alias leges de mate
130 do in d.l.bonorum.dicitur, ꝙ † ad hoc, vt ratihabitio bono. poss.petitæ per gestorem possit retrotrahi, debet fieri intra tēpus centum dierum, intra ꝙ bon. possessio agnosci debet, & elapso dicto tempore ratificatio nō trahitur retro propter defectum extremi à quo, quia tempore quo actus non ratificatur,potuisset tunc geri. Ad idem alleg.Bar.in l.1.ff.de appel.rec. vbi dicitur, ꝙ negotium alienum debet per dominum ratificari mox,idest intra tempus debitum. Confirmatur vltra Barto. per text.in l.fin.§.fin.eod.tit.ff.rem ra.hab. vbi si debitor ad tempus soluat procuratori creditoris, & post transactum tempus debiti iam liberato debitore creditor ratum habeat, potest tamen debitor agere contra procuratorem cui soluit,& repetere solutum, & sic ibi ratihabitio non trahitur retro, ꝙ non fit ex alio,nisi quia facta post tempus habile.Ang.hic in 4 col. & etiam in vlt.arguit contra fundamentum Bart. factum super d.l. bonorum. vbi etiam Ang. idē repetit,nam si iudicium fuit agitatum per falsum procuratorem iam sunt decem anni elapsi,in die feriata in honorem Dei, potest dominus ratum habera,tamen illud iudicium in vno momento, & vno die feriato non potest explicari,ergo fundamentum Bart. non est verum, vnde sufficit secundum Ang. personam esse habilem vtroque tempore, & ita est in proposito.l.licèt.ff.de iud. & l. licèt. C.de procu.ꝙ non erat in d.l. bonorum. propter tacitam renunciationem iuris sui inductam ex cursu temporis cētum dierum, & h.d.expresse glo.in l.si ego.ff.de neg.gest. & Dyn. in d.c.ratihabitionem.& cum Ang.transit simpliciter.d. Petr.de Bel. hic. Ioann.de Imo.in 15. col. dicit clarius posse responderi, ꝙ vbi actus non est reiterabilis,vt in homicidio,ꝙ sufficit,ꝙ tunc potuerit fieri per ratum habentem.l.1.§.quoties, & §. deiecisse.ff. de vi,& vi arma.aut est reiterabilis, & tunc aut lex per lapsum temporis induxit tacitam renunciationem, & sic præclusit viā actui fiendo, tunc non potest retrohabitio fieri, & sic propriè loquitur d.l.bonorum,& lex.1.ff.de appel.reci.interdum autem lex non præclusit viam per lapsum temporis,& tunc licèt propter accidentiam breuitatis tēporis, vel qualitatis, vt quia dies sit feriata, non posset actus de nouo geri, tamen posset ratus haberi, vt dicit patere ex his, quæ habentur. in d. l.bonorum nam ibi si esset intra tempus petendi bon.poss. posset die feriata ratificari petitio, quæ facta esset per procuratorem die iuridica,quia illa.l.solùm prohibet ratificari, quando lex iam præclusit viam per temporis lapsum, sed quando bonorum possessio fuit petita die iuridica,prout dicit lex.2.§. dies.ff. quis ordo in bon.poss. ser. & intra tempus debitum, tunc potest ratificari etiam die feriata, dummodo ratificetur intra tempus petendi bon.poss. ꝙ solum impedit ratificationem per d.l. bonorum.Raph.Cum.hic in 9.col.dicit,ꝙ ad obiectum Ang. prompta est responsio,ꝙ in ratihabitione habilitas exigitur respectu personæ, non autem exigitur ita strictè habilitas respectu ipsius actus,& plus non dicit,alij nihil tangunt.Adde, ꝙ ad l.bonorum.potest plenius responderi alijs tribus modis considerando,ꝙ ex alia ratione causatur, ꝙ ratihabitio ibi fieri non possit quàm propter defectum extremi à quo, vt tenet Bart.& Doc. patet, quia ibi intra tempus centum dierum mortuo gerente, vel effecto furioso potest ratum haberi,quo tempore non poterat per eum actus geri,prout propriè dicit ille text. ad fin. ergo patet,ꝙ ibi non consideratur habilitas extremi. Vnde considera,ꝙ ratio illius text.fuit secundum glo.in l.si ego.ff.de neg. gest. quam sequitur Dyn. in dicta regula ratihabitionem.Cyn. in l.fin.C.ad Maced. & Ang.hic, ꝙ in d.l.bonorum. illud procedit propter culpam non petentis bon. poss. nec ratificantis
131 intra centum dies,†quia tacendo per centum dies videtur tacitè repudiare.l.1.§.ita autem.ff.si tabu.test.nul.exta. & l.alienationis.in prin.ff.de verb. sign. & sic ibi non procedit propter inhabilitatem extremi à quo, sed propter tacitam repudiationē resultantem ex lapsu temporis,nec obstat illud,ꝙ ad h.d.Bart. in d.l.bonorum,ꝙ si mortuus fuisset ille,cuius nomine fuit petita bonorum possessio, tunc nulla culpa potest sibi imputari nec eius hæredi, & tamen hæres eius non potest habere ratum, vt l.si is cui.ff.rem rat.hab. ergo ista responsio non est vera, dic, ꝙ ibi alia ratio reformat pactum, vt inquit text. in l.interpositas. C. de transact. Nam ideo hæres non potest habere ratum, eo quia bon. possessio non transmittitur ad hæredem, vt dicit text.in l.3.§.acquirere.ff. de bon.poss. & in l.emancipata. C.qui
132 admit. † & hæres potest habere ratum illud, ꝙ est gestū nomine defuncti,si posset illud fieri nomine sui hæredis, & non aliter.l.si sine.§.si procuratorio.ff.rem rat.hab.Secunda ratio illius.l.bonorum.esse potest,quam considerat text. in l.1.in prin.
133 ff.de succes.edi.vbi ideo fuit statutum, ꝙ † intra centum dies debeat peti bon. possessio ad hoc, vt creditores maturius scirent, & haberent cum quo congrederentur, & sic quem conuenirent. vnde si post centum dies posset fieri ratihabitio, fieret contra illud edictum, quia creditores non essent certi, quē conuenirent,sed deberent vlterius expectare, ideo introductū fuit post tempus centum dierum non posse fieri ratihabitionem, ergo non propter inhabilitatem extremi à quo, prout Bart.& Doct.volunt.Tertia ratio illius text.esse potest,ꝙ ibi nō potest fieri ratificatio vltra centum dies, & consequenter neque retrotrahi, quia istud tenderet in præiudicium tertij: nam
134 si † intra centum dies bon.possessio non fuerit petita neque ratificata,petitio statim fuit delata sequenti in gradu. l.1.§.si intra,& §.quib. ff. de succes. edic. & ideo non potest posteà ratificari in præiudicium tertij,cui ius est delatum.argu.l.si tempore.§.fin.ff.quemad.ser.amit.& l.1.§.si quis filium.ff.si tab.test. nul.exta. & voluit Ioann. And. in d. regula ratihabitionem. & Bart.in d.l.bonorum, & eo modo responde ad d.l.1.ff. de appel.reci. ꝙ si in præiudicium tertij fuit quæsitum ius ex sententia,non potest ratificatio fieri nisi tempore debito. ¶Secundò principaliter mouetur Bart.per text.in d.l.necessariò.§.ꝙ si pendente.ff.de peri.& commo.rei vend.vbi in contractu venditionis conditionalis,re vendita perempta, si existat conditio,non trahitur retro,quia deficit extremum à quo, sed ad illum text. potest dupliciter responderi. Primò, ꝙ ibi ideo conditio non trahitur retro, quia esset contra intentionem partium, quæ in contractib.attendi debent.l.1.§.si conuenerit.ff.depo. nam quando emptio fit sub conditione, partes intendunt emptionem perficere tunc, cùm conditio extiterit, & non ante.l.hæc ven-
135 ditio. ff. de contrahen. emp. sed rei † non existentis nulla potest esse emptio.l.nec emptio.in prin.ff. de contrahen.emp.vnde cùm tempore existentis conditionis res vendita sit perempta,non perficitur emptio, quia hoc esset contra intentionem partium,vt emptor fingatur emisse rem, quæ non extat, & sic soluat pretium pro re,quam non potuit habere. Secundò respondetur, ꝙ ibi non quæritur de retrotractione, sed solùm vtrum re perempta perficiatur emptio conditionalis, & ibi deciditur eam perimi. Et adducitur simile de legato conditionali,in quo certum est conditionem non trahi retro. l.1. §. serui.ff.ad Sylla.latè Bart.ff.in 5. quæst. princ. ideo potest dici idem ibi esse in emptione conditionali. Tertiò adducit Bart. text. in l.quoties,in prin.& in fin.ff. de noua. vbi conditio non trahitur retro re perempta,vel non existente persona,& est similis text. in l.eum, qui ita. §.fin.ff. de verb. oblig. & per illum text.in d.l.
136 quoties. §. fin.not. ibi Bart.ad fin.in vlt. not. † ꝙ licèt in contractibus conditio quandoque existens trahatur retro ad tempus stipulationis contractæ. l. potior, & l.qui balneum. ff. qui potio.in pign. hab. hoc est verum,si tempore existentis conditionis reperiatur extremum à quo,habile ad obligationē contrahendam,secus si reperiatur inhabile ex parte rei, vt ibi in secundo exemplo, vel ex parte personæ, puta, quia sit deportata, vt ibi in vltimo responso, ꝙ reputat Bart. perpetuò tenendum

dum menti, & ſequuntur Ang.Imo.& Raph.Cu.in l.ſi filius.ȷ̃.
de verb.oblig.& not.Bart.in l.poſtquam,in prin.ff. vt leg.nom.
cauea. Sed reſponde, ꝙ nouatio fieri non poteſt eius obligatio
nis,quæ verè non committitur. ita dicit text. in l. nouatio.ȷ̃. de
nouat. Vnde in dictis iuribus quæritur, an fiat nouatio obliga-
tionis puræ,& deciditur, ꝙ non. Ratio eſt,quia eueniente con-
ditione cùm res ſit perempta, vel deſijt eſſe perſona, non po-
teſt committi ſtipulatio ſequens, ergo non poteſt contingere-
re nouatio,per d.l. nouatio. neque fingitur retro fuiſſe obliga-
137 tio,quia requiritur rem adeſſe ad hoc,vt nouetur.¶†Quartò
mouetur Bart. quia ſi captus ab hoſtibus reuertatur,non fingi-
tur iure poſtliminij retro poſſediſſe rem, quæ erat ſua propria,
quia noua apprehenſione opus eſt,vt dicit text.in d.l. cùm hæ-
redes.§.1.Et ſic quia deficit habilitas in extremo à quo, cùm il-
lo tempore,quo reuertitur ab hoſtibus,non reperitur penes eũ
poſſeſſio. Sed de hoc,quare per fictionem poſtliminij non re-
ſtituatur poſſeſſio, dixi abunde.ſ̃. in 1.q. extra glo. & retuli ſe-
ptem principales rationes,per quas tollitur iſtud fundamentũ,
hic non repeto.¶Quintò Bart.ȷ̃.in 4.opp.huius.1. partis addu-
cit exemplum naturale in chordula, nam ſi vnam chordulam
velles extendere,vel trahere de vno loco ad aliũ,oportet chor
dulam eſſentialiter primò eſſe in loco à quo, & locum ad quẽ
oportet eſſe potentialiter aptum ad illam extenſionem reci-
piendam,& ſic in extremo à quo debet eſſe habilitas eſſentia-
liter,ſed in extremo ad ꝙ ſufficit, ꝙ potentialiter adſit,ſed mi-
randum eſt de Bart. quia iſtud exemplum chordulæ procedit
a ſecundum veritatem.Sed fictio,[a] de qua tractat,†eſt contraria
138 de directo veritati ſecundum glo. in l.vnica. §.accedit.C.de
rei vx.act.Bart.ȷ̃.in 1.quæſt.materiæ fictionum quando diffinit,
quid ſit fictio, vnde in propoſito noſtro non eſt propriè exten-
dere aliquid, ſed retro fingere,in qua retro fictione nihil vide-
tur obſtare,quin lex illa poſſit facere, etiam ꝙ extrema nõ ſint
habilia,vt patet ex his,quæ dixi.ſ̃.& infra dicentur: puta, ſi lex
vellet fingere aliquem retro fuiſſe dominum, qui non fuit, &
etiam in præſentiarum non ſit,iſtud poteſt facere. ¶Sextò ad-
ducitur text.in l.huic ſcripturæ,in princ.ſ̃.ad l. Aquil. qui vide-
tur melius quàm cæteri facere,quem text.ad hoc inducit Bart.
ȷ̃.in 5.quæſt.princ.verſ.2.reſtat videre de natura extremorum,
vbi ſi ſeruus legatus ante aditam hæreditatem occidatur,ſecu-
ta poſteà aditione per hæredem, non fingitur retro fuiſſe lega-
tarij à morte teſtatoris,prout aliàs fit,ſi res legata extaret.l.à Ti-
tio.in fin.ȷ̃.de furt.& l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.ſ̃.de leg.1.nec
hæres tenetur cedere actionem legis Aquiliæ ipſi legatario, eo
quia adita hæreditate ſeruus leg. non reperitur eſſe in rerum
natura,quia fuit occiſus,& ſic deficit tunc extremum à quo, &
ſic non poteſt dici, ꝙ tunc verè ſit legatarij, ex quo non eſt in
rerum natura, & per conſequens non poteſt fingi retro,ſecus,
ſi ſeruus legatus eſſet tantum vulneratus, quia tunc extremũ
à quo non deficit.ita ibi eſt caſus, & ita etiam inducit Cyn.in l.
fin.in 2.quæſt. C.de ſen. paſ. Sed ad illum text.reſponde dupli-
139 citer.† Primò, ꝙ in illo text. non quæritur de retro fictione.
Sed nunquid actio legis Aquiliæ pro ſeruo legato occiſo com
petat ipſi legatario, vel non, & decidit, ꝙ ſiue ſit occiſus ſiue
vulneratus,actio non competit ipſi legatario,ſed ſolùm hære-
di,ſed quando eſt ſolùm vulneratus,hæres tenetur legatario ce
dere actionem.Et ſic ibi quo ad actionem certum eſt,ꝙ extre-
mum erat habile,quia actio aderat, & tamen illa non fingitur
retro fuiſſe legatarij. Item exiſtente ſeruo licèt vulnerato non
competit actio legis Aquiliæ legatario, licèt extremum omni
reſpectu ſit habile, ſiue inſpicias perſonam ſerui vulnerati,quæ
ſupereſt, ſiue habeas reſpectum ad actionem, quia etiam illa
ſupereat,ratio ergo illius text.non eſt,quia deficit extremum à
quo,vt volunt Bart.& Doct.ſed quia actio legis Aquiliæ com-
petit ſolùm domino.l.item mela.§.legis.ſ̃.ad l. Aquil. vnde qñ
ſeruus legatus occiſus eſt ante aditam hæreditatem, acquiritur
actio ipſi hæreditati iacenti,quæ eſt domina. Et per hæredita-
tem acquiritur poſteà hæredi adita hæreditate,nec tenetur hę
res eam cedere legatario,ita dicit text.in d.l. huic ſcripturæ.ibi,
actio legis Aquiliæ per hæreditatem hæredi eſt acquiſita.Sed ſi
ſeruus legatus fuiſſet tantum vulneratus, tunc hæres tenetur
cedere actionem legatario, vt ibi. Ratio diuerſi. eſt in prom-
ptu,quia dies legati quo ad obligationem cedit ab adita hære-
ditate.d.l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.& l.eleganter.§.item ſi ſer-
uum legatum.ſ̃.de dolo.Bart.in d.l.vnica.§.1.C.de cad. tollen.
Vnde ex quo res legata iam eſt mortua adita hæreditate, non
ſupereſt res,in qua poſſit hæres obligari,ideo nec actionem ce-
dere debet,quia ſeruum legatum non debet,ex quo iã eſt mor
tuus.Item actionem non debet, quia legata non fuit. Sed vbi
ſeruus legatus eſt tantum vulneratus, tunc hæres obligatur le-
140 gatario cedere actionem rei,quæ extat,& actio † ſemel quæ-
ſita hæredi, per eius aditionem non potuit ab eius oſſibus niſi
mediante ceſſione ſeparari. l. quis ergo caſus.ſ̃. de peculio.glo.
not.in l. 3.in princ. in glo.magn. ſ̃. pro ſo. Secundò reſponde-
tur,ꝙ ibi ſumus in his, quæ veniunt in conſequentiam, nã ibi
principaliter fingitur circa perſonam hæredis, qui adeũdo fin-
gitur retro fuiſſe hæres, & ſic adiuiſſe tempore mortis teſtato-
ris, quo tempore ſeruus legatus extabat, qui poſteà fuit occi-
ſus. In conſequentiam autem fingitur rem fuiſſe legatarij, ſed
in his, quæ veniunt in conſequentiam,non curamus de habili-
tate extremorum,prout dixi in articulo præcedenti, ergo non
debemus curare inhabilitatem extremi à quo reſpectu ipſius
legatarij. Et iſto modo ille text. nihil videtur facere, tamen ad
hoc vltimum poteſt ſubtiliter replicari ſecundum Io.de Imol.
141 hic in vlt.char.in prin.ꝙ † in his, quæ veniunt in conſequen-
tiam,non requiritur habilitas extremorum, ꝙ procedit,quan-
do lex ſuper illo conſequenti principaliter non induxit fictio-
nem,de per ſe,vt eſt videre in caſu legis pen.ȷ̃. de ſuis, & legit.
De qua dixi.ſ̃.in artic.præcedenti. Secus eſt quando ſuper illo
conſequenti lex principaliter induxit fictionem de per ſe, vt
eſt videre in caſu dictæ.l. huic ſcripturæ, in princ. in re legata,
quæ efficitur verè legatarij ab adita hæreditate, & fingitur re-
tro fuiſſe eius à tempore mortis teſtatoris. l. à Titio in fin.ȷ̃.de
furt. & l. ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.ſ̃.de leg.1. nam tunc bene
inſpicimus,an extrema huius conſequentis ſint habilia, ex quo
lex principaliter ſuper eo conſequenti, de quo quæritur,fictio-
nem induxit, & bene not. quia eſt notabilis, & ſolennis limita-
tio ad limitationdm,quam dedi.ſ̃.in artic.præcedenti,ꝙ in his,
quæ veniunt ſecundariò, vel in conſequentiam nõ requiratur
habilitas extremorum.Et mihi multum placet. ¶Septimo vl-
tra Bart.& Scriben.adducitur fortis text.in l.ſi pater captus.ſ̃.de
142 vulg.& pupil.vbi†patre,& pupillo captis,& mortuis apud ho
ſtes confirmatur teſtamentum patris per fictionem.l. Corne-
liæ,non autem ſubſtitutio pupillaris, & ſic teſtamentum filij,
quia in eo non erat potentia conficiendi teſtamentum, & ſic
inhabilitas extremi,& fortius pondera, ꝙ ibi ſumus in his,quæ
veniunt in conſequentiam, quia teſtamentum filij pupilli, &
ſic ſubſtitutio pupillaris venit in conſequentiam ad teſtamen-
tum patris.l.patris,& filij.ſ̃.de vulg. & pupil. & tamen ibi habi-
litas conſideratur, ꝙ eſt contra limitationem, quam dedi.ſ̃.in
* art.præcedenti,nec dicatur, prout glo.Bart. *& communiter Doct.*
ibi dicunt,ꝙ ibi pater fuit præmortuus fictè, ideo filius nõ po-
tuit eſſe eius hæres.l.nec nos. C.de capt. & ſic nec per ſuitatem
nec per mixtionem filij potuit confirmari teſtamentum pa-
tris,ideo cùm teſtamentum patris ſit nullius momenti, etiam
ſubſtitutio pupillaris euaneſcit,quia dico, ꝙ cùm ibi pater ca-
ptus eſſet mortuus non ſolùm fictè, ſed etiam verè,& natura-
liter,nihil facit.d.l.nec nos, & d.ſolu. redditur falſa, quia filius
per fictionem.l.Corneliæ fuit hæres patri, prout etiam ibidem
plenius dixi.¶Octauò adducitur text.in l.diui.ȷ̃. de capt.& in l.
1.C.eod.& in l.1.§. ſed ſi apud.ſ̃.ad Tertul. In quib. iuribus ha-
betur, ꝙ ſi filius conceptus, & natus apud hoſtes exiſtente ibi
in captiuitate patre,& matre,poſteà reuertatur ab hoſtibus cũ
matre ſola patre mortuo apud hoſtes, non fingitur natus le-
gitimus, quia extremum quo ad patrem eſt inhabile, ſecus ſi
cum patre reuertatur, ſed reſponde, ꝙ ibi non fingitur natus
legitimus,non ex eo, quia deficiat extremum habile, ſed quia
induceretur repugnantia,& contrarietas fictionum, nam cùm
pater fingatur mortuus præambula hora captiuitatis, & con-
ſequenter fingatur mortuus ante conceptionem, & natiuitatẽ
filij, ergo filius non poteſt fingi ex eo natus legitimus. d.l.1. &
ibi glo.C.de capt.¶Nonò,& vlt.adducitur text.in l. ſeruum fi-
lij.in prin.ſ̃.de leg.1. vbi ſi pater legat alteri rem filij ſui caſtren-
ſis pecul.& filius viuo patre moriatur, fingitur retro res legata
fuiſſe patris, & dominium ſibi retro fuiſſe quæſitum, ſecus ſi
filius ſuperuiuat patri,tunc non fingitur, quia extremum non
eſt habile.Sed reſponde ideo eſſe,quia eſſet iniquum,ꝙ filio au
feratur ius ſuum,& res ſua,quando patri ſuperuixit, vnde etiã
patre ſuperuiuente non fingitur retro, quando filius eſt vſus
iure ſuo,vt formaliter dicit text.in d.l. ſeruum filij.in princ. niſi
fauore libertatis.l.pen.in fin.ȷ̃.de caſt. pec. & adde, quæ ſtatim
dicam circa.l.proponebatur. infra de caſtren. pecul. ¶Contra
143 concluſionem Bart.& communem, † ꝙ non requiratur ha-
bilitas extremi à quo, facit, quia iura loquentia de fictione non
ſe fundant in hoc, ꝙ extrema ſint habilia, ſed ſolùm conſide-
rant

ADDITIO.

a ¶Fictio. Adde tu,quòd fictio ſit contra veritatem, & quod ad caſum,ad quem veritas non extenditur,nec ipſa habet locum.Soz. conſ. 116.colu.3.verſ. ad quartum.

* Et dic,quòd fictio,& veritas,quando tendunt ad idem, & fictio coadiuuat veritatem,tunc veritas præualet, teſte eodem Iaſ. in l. filio quem pater.col. fin. in fin.ff.de lib.& poſth.

rant in fictione postliminij, ꝙ captiuus reuersus ab hostib. ea omnia fingatur retro habuisse, quæ habuisset, si semper fuisset in ciuitate, in his, quæ sunt iuris, & subsistente æquitate. l. postliminium, in princ. & l. in bello. §. codicilli. ff. de capt. & l. denique, & l. sciendum. §. ex quib. cau. maio. Item in fictione legis Corneliæ, vbi omnia quæruntur hæredi capti, qui est mortuus apud hostes, quæ acquisita fuissent ei, si captiuus in ciuitate decessisset, dummodo simus in his, quæ sunt iuris. l. 1. & l. bona, in princ. & in fin. ff. de capt. ¶ Secundò adducitur text. in l. quædã sunt. in fin. §. de reb. dub. vbi si hæres mutuauerit tertio pecuniã alteri legatam, & posteà legatarius eam repudiet, videtur hæres pecuniam suam credidisse, etiam si pecunia sit consumpta, & sic non extante pecunia, sed ea consumpta fingitur hæres retro fuisse dominus, & tamen ibi deficit extremum, super quo fingitur, quia super re, quæ non extat, fingitur. Barto. hic in 5. q. prin. vers. secundo restat videre de natura extremorum. & idẽ Bart. in d. l. quædam sunt. vbi dicit se facere magnum festum
144 de illo text. in materia fictionum, respondet, † ꝙ quando legatarius repudiat, fingitur retro nunquam fuisse legatarij, & in
145 consequentiam retro fuisse hæredis, eo quia ibi sumus † in fictione negatiua, in qua fingitur aliquid retro non esse, & tunc eius extremum habile, & conueniens est, non esse sicut videmus in fictione legis Corneliæ, quæ fingit mortuum præambula hora captiuitatis, & sic fingit retro non esse: nam extremum habile est non esse. i. mortuum esse. Secus est in fictione affirmatiua, quæ fingit aliquid retro esse, tunc requiritur rem extare, vnde super eo, ꝙ est, nõ potest fingi affirmatiuè aliquid retro esse, vel fuisse, & eo. modo respondet Bart. in d. vers. secũdo restat videre. ad text. in l. in ratione la. 1. §. ad l. falc. vbi fingit retro super seruo mortuo, cui erat relicta libertas sub conditione, nam eueniente conditione libertatis fingitur retro non fuisse hæredis, quia ista est fictio negatiua, cuius extremum habile est non esse, & sic esse mortuum. ita subtiliter respondet Bart. hic, & dicit, ꝙ istud non tangunt Doct. & sequitur Ioann. de Imo. hic, & ita teneas, licèt aliter respondeat Ang. ad d. l. in ratione. §. 1. & malè, & eius sol. reprobat Imo. & etiam Bart. in d. l. in ratione. §. 1. dicit, ꝙ ibi non est fictio, nec ibi fingitur retro, prout etiam dicit Ang. hic, quæ responsio videtur contra illũ text. qui loquitur per verbum videbitur, ꝙ fictionem importat. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. dixi late. §. super tertia opp. Bart. huius primę partis. ¶ Tertiò adducitur text. fortis in l. proponebatur. ff. de castren. pecul. vbi filiusfam. miles condidit testamentum de castrensi pecul. in quo instituit extraneum hęredem, & patrem pręterijt. mortuo filio posteà pater decessit deliberante hærede instituto an adiret, vel repudiaret, deinde hæres institutus hæreditatem repudiauit, decidit text. in vers. quibus ita præmissis. ꝙ peculium fingitur retro accessisse bonis patris, & tamen pater tunc erat mortuus, & sic extremum à quo erat inhabile, & tamen fingitur patri iam mortuo retro fuisse quæsitum, & subdit ibi text. non esse nouum, vt ex postfacto aliquis retro successorem habuisse videatur, prout in filio captiui, qui mortuus est patre existente apud hostes: nam tunc fingitur filius vsque retro habuisse legitimum hæredem, licèt etiam ibi extremum sit inhabile, quia filius iam erat mortuus. Bart. ibi conatus fuit respondere ad illum text. ꝙ ibi non fingitur patri quæsitũ, sed bene fingitur in bonis patris semper fuisse, vnde sufficit extare bona patris, licèt persona defecerit, & vltra Bart. istud propriè videtur velle text. ibi, dum dicit, cùm hæres non adijt hæreditatem, retro illud peculium bonis patris accessisse. vnde potest dici etiam patris bona aucta per hãc repudiationem, ita ibi dicit text. Sed ista sol. non videtur posse stare propter illud, ꝙ subiungit text. nec est nouum, vt ex post facto aliquis successorem habuisse credatur, & sic videtur, ꝙ ibi fingatur pater retro fuisse successor. Item ibi fingitur acquisitum patri, & posteà hæredi patris. ¶ Secundò, & fortius obstat simile, quod subiungit text. vbi fingitur circa personam filij mortui, nam fingitur paterfam. retro habuisse legitimũ successorem, & tamen filius iam retro erat mortuus, vnde videretur secundò, & subtilius posse responderi vltra Bart. quia alij nihil dicunt, quòd ibi principaliter repudiatio hæredis scripti trahitur retro, quòd autem pater fingatur retro fuisse successor, istud venit in consequentiam, sed in his, quę veniunt in cõsequentiam, non requiritur habilitas extremorũ, vt dixi. §. in art. præcedenti. ista solutio, licèt prima fronte videatur colorata, tamen nihil penitus valet, quia illud quod dicitur, quòd in his, quæ finguntur, in consequentiam non requiritur habilitas extremorum, procedit nisi etiam lex fingat de per se super eo, quod venit in consequentiam, tunc etiam in illo consequenti super quo fingitur, requiritur habilitas extremorũ, prout not. dixi supra in sexto fundamento partis contrariæ. Sed ita confingit in d. l. proponebatur, vbi lex expresse fingit etiam super patre, & fingit de per se, ergo debet esse habilitas in eo. Præterea non est verum assumptum, ꝙ repudiatio hæredis scripti fingatur retro, nec ibi dicitur in text. Et videtur confundi per text. in d. l. si quis filio exhæredato. in princ. §. de iniust. rup. & in l. scripto. §. vnde lib. & in l. 1. §. sciendum. §. de suis, & legi. in gb.
146 iurib. habetur, ꝙ † si filius exhæredatus decedat deliberante scripto hærede, qui posteà repudiauit, quòd nepos ex filio succedit ab intestato vt suus, quia hæreditas filio nunquam fuit delata, ergo apparet, quòd repudiatio hæredis scripti non trahitur retro, quia si traheretur retro, filius fingeretur fuisse suus,
147 & non succederet nepos, † quia in suis non habet locũ successorium edictum. d. l. 1. §. sciendum. & l. defunctus. C. de legi. hær. & plenè habetur in l. qui se patris. C. vnde lib. & sic d. l. proponebatur. videtur fortiter vrgere contra istam communem conclusio. Bart. & Doct. Ego tertio modo respondeo, quod ibi licèt pater sit præmortuus, tamen non deficit in totum extremum à quo, ex quo superest hæres patris, qui eum repræsen-
148 tat, † quia hæres fingitur eadem persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiur. à morien. præsti. in prin. & l. vnic. C. vt actio. ab hæred. quod non potest dici in d. l. huius scripturæ. in princ. §. ad l. Aquil. in seruo occiso, qui cùm non possit habere hæredem, in eo bene deficit in totum extremum à quo, & sic deficit fictio translatiua, vt ibi, & idem est in deportato, in l. quoties. ff. de noua. Et pro ista sol. pondero tibi optimum text. in d. l. necessario. §. quod si pendente. §. de pericu. & commo. rei
149 vend. quem adduxi supra, † vbi in venditione conditionali re vendita perempta, conditio posteà existens non retrotrahitur, quia deficit extremum à quo, & tamen ibi interim mortuo emptore, vel venditore conditio eueniens bene trahitur retro, quia eorum hæredes obligantur, vt ibi dicit text. & sic non deficit extremum in totum, tamen huic sol. videtur obstare simile, quod ponitur in d. l. proponebatur. in vers. nec est nouum in filio prius mortuo. ¶ Quartò contra communem conclusionem videtur esse bonus text. in l. si exhæredatus. §. ad Sylla.
150 † vbi filio exhæredato occiso, si posteà hæreditas patris aditur, serui non, torquentur. Si verò testamentum patris fiat irritum, quia hæres scriptus repudiet hæreditatem, tunc serui bene torquentur, quia filius videtur fuisse retro eorum dominus. Et tamen extremum est inhabile mortuo filio. Et illam l. quæ non obstante morte eius, qui si viueret succederet, fingit mortuum retro dominum, & hæredem, reputat ad hoc vnicam, & sing. in iure Bald. in cons. 69. primæ partis incip. Antiquum statutum ciuitatis Perusij. in 2. col. in fin. Bart. ibi respondet ad illum text. ꝙ ibi filius non fingitur retro fuisse dominus illorũ seruorum, quia cùm filius esset mortuus, deficit extremum à quo. Et sic non potuit cadere fictio. l. huic scripturæ. in princ. §. ad l. Aquil. sed serui verè erant filij eo modo, quo per Senatusconsul. Sylla. serui patris dicuntur esse serui filij. l. 1. §. domini. 2. §. ad Sylla. ideo filius dicitur retro fuisse dominus. Sed ista sol. videtur contra illum text. qui loquitur secundum fictionem, ibi, *omnia perinde aguntur, acsi dominus esset*. Præterea, & fortius si vera esset responsio Bart. sequeretur, ꝙ etiam adita hæreditate per institutum, serui deberent torqueri tanquam serui filij, cuius contrarium ibi deciditur. Et ideo considerat ibi text. ꝙ irritetur testamentum ad hoc, vt filius videatur retro successisse ab intest. & fuisse dominus. nec obst. text. in d. l. 1. §. domini. secundo. alleg. per Bart. quia nihil facit in proposito: nam loquitur in filijs non exhæredatis, in quib. serui patris bene censentur illo modo serui filij. ¶ Quintò adducitur text. quẽ alleg. Raph. Cu. hic in ult. col. & in l. si filiusfam. in prin. ff. de verb. oblig. vbi si filiusfam. existens in potestate patris stipuletur sub conditione, deinde emancipetur à patre, existente posteà cõditione, trahitur retro, & acquiritur patri actio, & tamen filio existente sui iuris non potuit per filium emancipatum quæri patri. l. ꝙ dicitur patrem. ff. de verb. oblig. & sic extremum à quo erat inha-
151 bile, & tamen ibi fingitur retro. ¶ † Sextò facit secundum eũdem Raph. Cum. ꝙ si feceris homicidiũ meo nomine, & ego ratum habui, perinde teneor, acsi egomet homicidium fecissem. c. cùm qs. de sen. exc. in 6. & l. 1. § deiecisse. & §. quoties. in vers. sed & si cum qs. vbi per Bart. ff. de vi, & vi arm. & tñ tpe ratificationis extremum à quo est inhabile, qa homicidium amplius fieri non poterat, cùm non sit reiterabile, nec dicatur, ꝙ ibi sit habilitas in genere, & in potentia, qa in extremo à quo requiritur habilitas in veritate, & in essentia sm Bart. hic in 4. opp. huius primæ part. ¶ Septimò facit text. in l. si dñs. §. 1. & in l. Titio cũ. l. seq. & seq. §. ad l. Aquil. vbi si seruus legatus duob. occidatur, & posteà per vnum legatarium repudietur, fingitur retro dñium alteri insolidum quæsitum, & tñ tpe repudiationis seruus legatus iam erat mortuus, & sic dñium extinctũ. §. deinceps. in Auth. de nup. collat. 4. nisi dicas illud ibi esse pp legem Aquiliam, quæ datur ad interesse, & competit soli dño. l. item

item Mela.§.legis.ſ.ad l.Aquil.¶Octauò, & vlt.adducitur tex.
not.in l.ſed & ſi quis ſtipuletur.§.1.in verſ.quid ergo ſi omiſſio.
cùm l.ſeq.ſ. de vſufr. vbi ſeruus fructuarius emit rem non ſo-
luto pretio,poſteà amiſſo,vel ſoluto vſufructu talis ſeruus ſol-
uit pretium de pecunia vſufructuarij, ibi deciditur, ꝙ acquiri-
tur vſufructuario, & videtur ei retro facta venditio,& tñ tem-
pore factæ ſolutionis extremum erat inhabile,cũ extincto vſu-
fructu ſeruus non amplius quærat illi,q prius erat vſufructua-
rius, & hoc ibi de equitate decidit,licèt de rigore iuris contra-
rium videretur dicendum,vt ibi in text.& ſic ibi videtur proba
ri, ꝙ attenta æquitate fingatur retro non obſtante inhabilitate
extremorum. Bald. ibi ſingulariter not. illum text. ꝙ loquitur
152 † in fictione declaratoria,quæ inductum declarat,& trahitur
retro,& non requirit duo extrema habilia,ſecus ſi de nouo in-
ducat.d.l.huic ſcripturæ.refert, & ſimpliciter ſequitur Aret.in
l.1.§.ſi quis ita.in 6. colu.ꝭ.de verb. oblig. & facit ille text.in d.l.
ſed & ſi quis in verbo declaraturam, & in verbo declarabitur.
Not.quia eſt pulchra,& ſing.limita.ad iſtam concluſionẽ. pro
153 qua adde bene facere in ſimili, † ꝙ lex declaratoria, quæ pro
cedit interpretando & declarando, trahitur retro etiã ad præ-
terita, quamuis de natura legis, vel conſtitutionis ſit trahi ſolũ
ad futura negotia.ita not. Bald. in l. non dubium.in 3. not.per
illum text.in l.leges,& conſtitutiones.in 1.& vlt.col. & ibi Pau.
de Caſt.C.de legi. Bart. in l. omnes populi. in 2.q.quintæ quæ-
ſtionis prin.ſ.de iuſti.& iur.& eſt text.in c.aqua. & ibi multum
notat.d.Abb.in vlt.not.de conſec.ecc. vel alta. Gemi. vbi not.
ampliat in c.1.per illum text.de conſue.in 6. & in c.fin. de cen-
ſib.in 6.facit text.in §.fin.& ibi glo.ordi.in Auth.de fil.ante do-
ta.inſtru.na.Lud.Rom.in conſ.65. ꝙ inc.viſo themate propo-
154 ſito circa id de quo quæritur.Can.in c.fin.de conſti. † per iſta
apparet diſputatiuè poſſe teneri contra Bart. & Doct. ꝙ in fi-
ctione tranſlatiua etiam in extremo à quo non requiratur ha
bilitas. Tenendo tñ communem opi. à qua non eſt diſceden-
dum,eam ex prædictis limita duob.not.modis.Primò, vt pro-
cedat in fictione affirmatiua, quæ retro fingit aliquid eſſe, &
tunc requiritur extremum habile,& non poteſt fingi ſuper eo,
ꝙ non eſt.ſecus in fictione negatiua, in qua fingitur aliquid re-
tro non eſſe,vt dixi.ſ.in ſecundo fundamento partis contrariæ.
155 Secundò nos limita, vt procedat † in fictione inductiua,quæ
aliquid de nouo inducit,ſecus in fictione declaratoria,quę tra-
hitur retro,licèt extrema non ſint habilia,vt dixi.ſ.in vlt. funda
mento partis contrariæ, & ita habes plenè, & ſubtiliter diſpu-
tatam iſtam materiam habilitatis extremorum. ¶Nunc circa
ſecunnam partem prin. text. & ſic circa verſ. ꝙ ſi ſeruus, vt ni-
hil omittatur, attingo illud,ꝙ ponit Bart.in 3.opp.huius ſecun-
156 dæ partis, † nunquid poſſeſſa per ſeruum,vel filium ex cauſa
peculiari eo tpe,quo pater,vel dñs erãt in captiuitate apud ho-
ſtes,vſucapiantur verè, an ſolùm per fictionem, eſt neceſſariũ
ſcire pro intellectu iſtius text. & quamplurium iurium. ꝭ.alle-
gandorum,& eorum,quæ ſuperius in text.dicta ſunt, ꝙ gl.in l.
iuſto.§.fin. in verb inchoari.ꝭ.eod.refert Vgo.gloſſatorem an-
tiquum,qui non eſt auſus firmare, ꝙ vſuc. tunc per veritatem
inchoetur,ſed gl.ibi dicit,ꝙ audet hoc firmare. verùm ad pau-
ca reſpicientes, vt inquit Ariſt.de facili enunciant, ſed Bart.in
iſta 3.opp. huius ſecundæ partis tenet primam opin. illius gl. ꝗ
etiam dicit ſequi Iac.de Are. ꝙ interim in veritate non vſuca-
pitur,ſed dño reuerſo ab hoſtib. ſ'm fictionem intelligitur vſu-
capta.& hoc dicit probare iſtum text.ad literam ibi, *nam ſi do-*
157 *minus reuerſus fuerit,intelligitur vſucaptum.* † nam verbum intel-
ligit, denotat fictionem, nihil allegat,& plus nõ dicit ſup hoc.
Et ita leuiter pertranſiuit. alij nihil tangunt, & de verbo intel-
ligitur,an importet fictionem dixi plenè.ſ.in 3.opp.Bart.ad pri
mam partem adde ad idẽ text. in l.qui à ſeruo.in fi.ꝭ. de actio.
& oblig.ibi, *nam ex cauſa peculiari etiam poſſeſſio acquiſita intelligi-*
tur,vbi etiam eſt verbum intelligitur importans fictionem. ad
idem text. in l. bona.§. pen. in verbo intelliguntur. ff. de capti.
¶Sed in contrarium conſidera aliqua iura loquentia de poſ-
ſeſſis per filium,vel ſeruum ex cauſa peculiari, quę dicunt do-
minum captiuum vſucapere per verba denotantia veritatẽ,
prout in ſimili conſiderat Bart.ſ.in 3.oppo.primæ partis.ita eſt
text.in l.pen. ꝭ. de capti. ibi, *ſi quid ſeruus tuus peculij nomine dum*
apud hoſtes eſſes, poſſederit. ideo quocunque tempore vſucapere
poteris, quoniam eas res etiam inſcientes vſucapere ſolemus,
ibi ſurſum omnia verba importantia veritatem. ad idem text. in
§.rurſus.inſtit.de act.ibi, qui in hoſtium poteſtate eſt,vſucepe-
rit. alia verò iura dicunt ſeruum ex cauſa peculiari vſucapere
per verba denotantia veritatem, vt eſt text.in l. ait prætor.§.hi
planè. in verbo vſu rem acqrere poſſunt.ſ. ex quib. cau.maio.
quædam iura loquuntur imperſonaliter per verba tamen ve-
ritatis expreſſiua, vt eſt text. in l. iuſto.§. fin. in verbo inchoari
vſucapionem. ꝭ.eod. ibi, *ſi quidem ſeruus,aut filius ex cauſa peculij*
poſſedit, vſucapionem inchoari, nec impedimento domini captiui-
tatem eſſe,cuius ſcientia non eſſet in ciuitate neceſſaria.Et tex.
in l.in bello. §. facta in verbo *impleri vſucapionem.* ꝭ.de capti. &
text.in d.l.bona § pen.in verbo ad hæredes pertinebunt iſta iu-
ra videntur vigere contra concluſionem Bar.hic. Et pondera,
cùm iſta iura dicant,quod vſucapio procedit vere, ceſſare vi-
detur illa difficultas,quæ mouebatur.ſ.contra Bart.in 1.oppo.
primæ partis, & tangit etiam Bart. in prima opp.huius ſecun-
158 dæ partis: † nam fictio non procedit niſi ſubſiſtente æquita-
159 te.l.ſciendum.ſ.ex quib.cau.maio. † Sed vſucapio eſt contra
æquitatem naturalem,cùm procedat cum alterius iactura,er-
go non debet habere locum fictio quo ad vſucap. etiam in pe
culiaribus, nam poteſt dici, quòd in peculiarib. procedit vſu-
capio verè, vt dicunt iura prælleg. ergo fictio non habet lo-
cum, & ſic ceſſat prædicta difficultas. ¶Pro concordia prædi-
ctorum iurium,quæ in iſta materia diuerſimodè,& vario mo-
do loqui videntur,nec Bart.aut Doct. aduertunt, poſſet ſic di-
ci,& erit noua conſideratio,quòd tempore captiuitatis domi-
ni vſucapio verè procedat per ſeruum capti vnà cum bonis
160 captiui. † Sicut videmus, quòd vſucapio verè procedit per
ſeruum hæreditarium vnà cum hæreditate iacente, quæ ſuſti-
net perſonam defuncti.ita videtur eſſe text.not. in d.l.pen.ad fi.
ꝭ. de capti. dum dicit, & eo modo etiam hæreditas nondum
adita augeri per ſeruum hæreditarium ſolet. ſ. ſicut augentur
bona ipſius captiui per ſeruum in peculiaribus,& hęreditas ia-
cens verè vſucapit, & complet vſucapionem. l.cœptam. & l.
nunquam.§.vacuam.& l.iuſto.§.nondum.ꝭ.eod. & l. cùm mi-
161 les.in princip.ſ.ex quib.cau. maio. † vnde conſidera, ꝙ ſicut
hæreditas iacens dicitur habere dominium ipſorum ſeruorũ,
& aliarum rerum hæreditariarum, vt l.liber homo.§. ſi ſeruus
hæreditarius.ſ.ad l. Aquil. ita bona ipſius captiui dicuntur reti-
nere dominium ſeruorum,& alia iura. text.eſt de hoc not.in l.
in bello.§.ſi quis capiatur.ad fin. ꝭ.de capt.ibi, quia hi ſerui bo-
162 norum captiui fuerunt, & eſſe perſeuerant. † Item ſicut ſer-
ui hæreditarij per ſtipulationem, & acceptilationem acquirũt
hæreditati iacenti,ita per ſeruum capti acquiritur bonis capti-
163 ui,vt.l.ſpecies.§.fin.ꝭ.de accep.in verbo,ſed & ſi.†nam illa ad-
uerſatiua cùm ſit cum copula,aduerſatur in facto, ſed idẽ ius
ſtatuit.gloſ. in l. ſed & ſi lege.in princ. cum vulgarib.ff.de peti.
hæred. Bart. in l. hoc amplius.in princ.ſ. de damn.infect.Et ſic
bona captiui cenſentur quodammodo quaſi quædam hære-
164 ditas iacens ipſius captiui. Item, & tertiò.† ſicut hæreditati
iacenti poteſt dari curator.l.1.& per totum. ſ.de cur. bon.dan.
ita poteſt dari curator bonis captiui.l. 3.C. de capt.& l.mutuo.
165 in fin.ſ.de tut. † Item, & quartò ſicut in hæreditate iacente il
lud de vſucapione ſingulari receptum eſt, vt inquit text. in l.
iuſto.§.nondum.ꝭ. eod. Bart.ꝭ.in pen. opp. quam facit ad verſ.
Marcellus.& idem Bart.in l.naturaliter. in 4.col. ſ.eo. ita etiam
in peculiarib.iſtud.iure ſingulari receptum eſt,vt inquit text.in
l.peregre.§.quæſitum. ſ.tit. 1.vnde iura prælleg. quæ loquun-
tur in perſona ſerui aut imperſonaliter, procedunt ſecundum
veritatem.Sed iura,quę loquuntur in perſona domini captiui,
procedunt per fictionem, quia dominus poſteà reuerſus finge
retur poſtliminio vſucepiſſe, & ita propriè procedit iſte text.
in ſecunda parte, quam ponderat Bart. dum dicit, nam ſi do-
minus reuerſus fuerit, intelligit vſucaptũ.ſ.poſtliminio, & ſic
per fictionem.Sicut etiam dicimus in hęrede,qui fingitur vſu-
cepiſſe ante aditam hæreditatem.l. qui cùm pro hærede. §. fin.
& l. qui fundum.in princ. ꝭ. pro emp. & tamen ipſa hæreditas
verè vſucapit implendo vſucapionem iam cæptam, vt ſupra
dixi. ¶Et ſi dicis,iſto modo reuerſus ab hoſtibus fingitur poſt-
liminio vſucepiſſe illud, quod verè erat vſucaptum per ſeruũ
166 vnà cum bonis captiui. † Et ſic fictio, & veritas circa idem
concurrunt,quod non videtur poſſe procedere,vt l.filio quem
pater.ſupra de liber.& poſthum.Bart.in l.1.§. hoc autem Sena-
tuſconſul.ſ.ad Syl.dic, quòd concurrunt diuerſo reſpectu, &
diuerſo tempore,& ad diuerſos effectus. Et tunc bene toleran-
tur ſecundum Bart.in d.§.hoc autẽ Senatuſcõſ.qa veritas pro-
cedit quo ad acquirendum vſucapionem in bonis captiui, ſi-
cut hæreditati iacenti,vt dixi. Ex quo ad priuandum dominũ
dominio rei ſuæ ſecundum Ioann.de Imo.in l.iuſto.§. fin.infra
eod. vbi tenet, quòd in peculiaribus verè procedat vſucapio
per ſeruum detinentem quo ad hoc, vt ille contra quem præ-
ſcribitur, perdat ius ſuum per eius negligentiam, & per deten-
tationem ſerui: quo autem ad acquirendum domino non ve-
rè vſucapitur niſi ex tempore reuerſionis captiui, per fictionẽ
poſtliminij,aut mortis in captiuitate per fictionem legis Cor-
neliæ, vt hoc text. in hac ſecunda parte. ¶Caue tamen ſuper
167 vno in prædictis de hæreditate iacente, quia † illa bene po-
teſt complere vſucapionem iam cęptam, vt in iurib.prælleg.
ſed de nouo non poſſet inchoare vſucapionem, & rationem
huius

huius fundamentalem aſſignat Bart.ſupra in 3.opp.primę par-
tis ad fin.vbi retuli.Secus eſt in hoc in peculiaribus,in quib.ſer-
ui poſſunt vſucapionem inchoare,dicta. l. iuſto. §.fin. in verbo
inchoari vſucapionem. ỹ.eod. & in dicta. l. in bello. §.factæ.in
verbo impleri vſucapionem. item ego reſideo in hac difficul-
tate,cogita tamen ſi melius dici poſſit pro concordia, & intel-
lectu dictorum iurium.Ad quæ,vt dixi,nec Barto. nec Docto.
aduertunt.Condeſcendo nunc ad materiam fictionum,quam
Barto.ſecundo loco princip.tractauit per quinque princ. quæ-
ſtiones.Prima eſt,quid ſit fictio. Secunda,quo iure fuerit intro-
ducta. Tertia,quotuplex ſit ſpecies fictionis. Quarta,quæ fuit
cauſa fictionis inducendæ. Quinta, & vltima,an plures fictio-
168 nes poſſint circa idem concurrere. ¶Circa primum, † quid
eſt fictio.Cyn.in l.ſiue poſſidetis.in 2. quæſt. C. de proba. diffi-
nit, quòd eſt in re certa contraria veritati pro veritate aſſum-
ptio.Et iſtam diffinitionem ſequitur Ioann.de Lig.in cle.quod
circa.de elect.Reprobat Barto.hic.& dom. Card.Flo. in cap.is,
qui fidem.in 1.quæſt.de ſponſa. & in d.cle. quod circa.in 13.q.
quia omnis bona diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.
l.1.§.dolum,& ibi Barto.not.ſupra de dolo.gloſ. in l. nihil aliud
eſt hæreditas,& in l.fin.infra de verb.ſign.& gloſ.in rub.extra de
ſumn. Trin. Item diffinitio à nullo diffinito ſeparari poteſt,ſe-
cundum Bald.in §.ex parte.M.in penul.colum.de appel. quòd
non eſt hic,quia nos tractamus de illa fictione, quæ eſt iuris di-
ſpoſitio,& habet effectus iuris,vt patet in fictione poſtliminij,
& legis Corneliæ, & alijs ſimilibus, ſed illa verba pro veritate
aſſumpta ſapiunt factum potius quàm ius,& comprehendunt
etiam ea,quæ non habent effectus iuris, & quib. ius reſiſtit, vt
ſtatim dicam. Item iſta diffinitio competit alteri diffinito. ſ.
mendacio, & falſitati:nam omnis falſitas eſt contraria veritati
pro veritate aſſumptio,vt in Authen. de inſtrum.cau. & fid.in
princip. collat. 6. & tamen non ſunt propriè fictio niſi largiſſi-
mè loquendo. l. hæc venditio.in princip. ſupra de contrahen.
emp.Item bona diffinitio debet ponere ſubſtantiam diffiniti.l.
omnis diffinitio. cum gloſ. infra de reg. iur. Sed de ſubſtantia
diffiniti eſt,quod illud,quod diffinitur,non ſit impoſſibile, ſed
hic in diffinitione non ponitur,igitur,&c.¶Secũdò modo dif-
finit Bart. quòd fictio eſt in re certa eius, quod eſt poſſibile,cõ
tra veritatem pro veritate à iure ficta aſſumptio, & declarat
ſingula verba, vt hic per eum. ¶Tertiam diffinitionem ponit
hic Angel. quod fictio eſt indubitatæ falſitatis pro veritate aſ-
ſumptio in caſu poſſibili, & ex iuſta cauſa ad inducendum ali-
quem iuris effectum ęquitati naturali non repugnantem,ideo
dixit iuris effectum, quia nulla fictio in vanum induci debet.
probatur in l. 1.§. ſi vir vxo. ſupra titu.1. Item addit non repu-
gnantem æquitati naturali propter contrarium. l. denique. ſu-
pra ex quib.cau. & iſta duo non ſunt poſita in diffinitione Bart.
quæ tamen ſunt neceſſaria ad eſſentiam diffiniti ſecundum
eum,& cum Angel.tranſeunt Imo.Raph.Cum.& Lud.Rom.
hic.Et inquantum fuit dictum, quòd fictio debet induci ad ali
quem effectum iuris,& non ſine cauſa, vel incaſſum.Ioann.de
Imo.per hoc reprehendit Barto.in tertio contrario primæ par
tis, & in diſtinctione,quam ponit antequam intret materiam
fictionum,vbi tenet, quòd fictio poſtliminij inducit recupera-
tionem rei extra cauſam peculiarem, & fingit retro poſſediſ-
ſe,licèt non quo ad effectum vſucapionis. Nam ſi non opera-
tur effectum vſucapionis, in vanum fingitur retro poſſediſſe,
contra.d.§.ſi vir vxo.Lud. Rom.dicit Bart. poſſe optimè ſuſti-
neri, quia cùm iſta poſſeſſio quantum ad ſe quæratur domino
etiam ignoranti, licèt non quo ad effectum vſucapiendi,con-
cludit gloſ.in l.1.§. Item acquirimus.ſupra titu.1. & videtur in
text.in l.peregre.§.quæſitum. ſupra titu.1. ideo cùm in hoc ha-
beat multum iuris,nec aliquod factum domini requiratur, er-
go ſequitur,quòd ius poſtliminij reſtitutionem ipſo iure indu-
cit.Sed præſuppoſitum Lud.quòd in non peculiaribus acqui-
ratur per ſeruum poſſeſſio domino ignoranti,non eſt expedi-
tum,& contrarium per multa iura tenui in dicta. l.item acqui-
rimus. vnde reſponde melius defendendo Barto. quòd finga-
tur retro poſſediſſe,quamuis ſit ſine effectu vſucapionis,tamẽ
non eſt in vanum, quia alios effectus iuris poteſt poſſeſſio ſola
operari, vt patet in l.ſi duo. in princip.ff. vti poſſid. & vidimus
in l.naturaliter.§.nihil commune. ſupra titu.1. Item magnum
eſt commodum poſſeſſionis. §. commodum. inſti. de interdi.
nam beati ſunt poſſidentes ſecundum gloſ. in capit. 1.§. ſi res.
de pace tenen. in vſib. feud. ¶Quartò modo diffinit Bald. in l.
ea quidem. in 2. colum.C. de accuſ. quòd fictio eſt falſitas pro
veritate accepta ex ſpecialiſſima, & iuſtiſſima cauſa iur. ex-
preſſa, vt dicit patere ex not.in l. non eſt veriſimile. in princip.
ſ. ꝙ met. cau. ¶Quintò modo diffinit idem Bald. in l. ſiue
poſſidetis. in 2. colum. in princip. C. de proba. quòd fictio eſt
contra veritatem naturalium terminorum ſuper eo tamen,
quod quandoque fuit poſſibile, ſed non verum, vt ibi per eũ.
¶Sextò modo diffinit [illegible] Card.Flo.in d.clem. quod circa. in
14.quæſt.de elect.quod fictio eſt iuris diſpoſitio, per quam nõ
verum,poſſibile tamen eſſe verum, pro verò accipitur, decla-
rando ſingula verba diffinitionis, vt ibi per eum. ¶Septimò
modo diffinit idem Card.Flor.in cap.is, qui fidem. in 1. quæſt.
de ſpon. quòd fictio eſt in re certa ad vtrumlibet poſſibile in
contrarium veritatis legis auctoritate pro veritate accepta,
declarando etiam ſingula verba,vt ibi per eum.Teneas quam
vis,nam quælibet diffinitio eſt in iure periculoſa. l.omnis diffi-
169 nitio.ỹ.de reg iur.¶†Item adde, quòd differentia [a] eſt inter fi-
a ctionem,& pręſumptionem,nam fictio eſt ſuper eo, quod cer
tum eſt eſſe falſum,ſed præſumptio eſt ſuper eo, quod eſt du-
bium,& incertum, & ſic ſuper certo fingitur, & ſuper incerto
præſumitur,vt eſt gloſ.ordi. in l. vnica.§. accedit.in verbo præ-
ſumitur C.de rei vxo.actio.not.in l. non eſt veriſimile.in princ.
ſupra quod met.cauſa.& in dicta.l.ſiue poſſidetis. & in d.capit.
is, qui fidem. Item fictio dicitur, vbi lex figit pedes contra cer-
tos terminos veritatis ſecundum Bald. in l. non ignorat. in 1.
colum.C.qui accu.non poſ. nam reuerſus ab hoſtibus fingitur
poſtliminio nunquam fuiſſe captus, & tamen certum eſt hoc
eſſe falſum. Similiter lex Cornelia fingit mortuum apud ho-
ſtes fuiſſe mortuum domi præambula hora, qua caperetur,
& tamen certum eſt,quod hoc eſt falſum. Item lex fingit mu-
lierem ſtipulatam fuiſſe dotem ſibi reddi, cùm tamen ſtipula-
ta non fuerit. l. vnica. in princip. C. de rei vxo. actio. facit. l.his
verbis.& l. non aliter. ſupra de adop. Item finguntur verba ſo-
lennia interceſſiſſe, quæ in veritate non interceſſerunt. l. ante-
pen.ſupra de manu. vind. Item fingitur viuere, qui verè mor-
tuus eſt. l. in bello. ſupra de excu. tut. & ècontra fingitur mor-
tuus,qui verè viuit.l.1.§.fin.ſupra de contratab.& l.cùm hic ſta
tus.§.ſi ſeruus. ſupra de don. inter vir. & vxo. & idem in ſimili-
bus.fictio.n.eſt ſemper contra veritatem l.in reb. C.de iur.dot.
170 † Item adde,quòd fictio denotat improprietatem, vt eſt tex.
in l.lege Cornelia.in verbo *licèt minus propriè*, & ibi Bal. ad hoc
not.& dicit eſſe expreſſum.ſ̃.de teſt. Facit text. in l. Gallus.§.vi
dendum. in verbo, *per interpretationem induci.* ſupra de liber. &
& poſthum per quem not. ibi Pau. de Caſtr. quòd caſus fictus
non venit ex proprietat everborum, ſed per interpretationem
171 extenſiuam,vt ibi.¶†Hinc eſt,quod caſus fictus non habet lo
cum in ſtatutis,in quib. verba debent propriè accipi. l. 3. § hæc
verba,cum gloſ.& ibi not.Bart.ſupra de neg.geſt.pulchrè Bart.
in l. 1.§.hoc interdictum. per illum text. infra de fonte.latè do.
Alex.poſt Imo.in l.1.§. lex falcidia.in 4. colum. & duabus ſeq.
172 ſupra ad l.falc.cum concor.ibi per eum ſignatis.¶† Item ad-
de, quòd fictio reperitur conſonare cum decem prædicamen-
tis, ſecundum quòd 10. ſunt prædicamenta,de quibus in libro
prædicamentorum Ariſt. ſecũdum Azo.in ſumma.C.in prin.
Archi.50.diſtin.in capit.ferrum.do. Card. Flo.in d. clem.quod
circa in 15.quæſt. Alber. de Roſ.in dictionario ſuo in verbo fi-
ctio. Fingitur.n. primò in prædicamento ſubſtantiæ aliquis eſ-
ſe,qui nõ eſt, ſicut Iacob fingit ſe eſſe Eſau apud patrem Iſaac.
22.quæſtio 2 in §.item opponitur.gloſ. in l. quoties. in princ.ſ̃.
de hæred.inſti. Secundò in prædicamento quantitatis fingitur
quis eſſe minor quam ſit.2. quæſtio.7. capit. quanquam. & ibi
ponitur exemplum de Auguſtino, & Hieronymo,& qui ma-
ior eſt,fiat ſicut miniſter,& minor.93.diſtin.capit.diaconi. Ter
tiò in prædicamento qualitatis fingitur quis eſſe talis, qualis
non eſt,& èconrra.30.quæſt.5.in capit.aliter. & 23.quæſt.5. in c.
ſi homicidium.vbi iudex, & eius miniſter, qui hominem no-
centem occidunt, vel ſuſpendunt,finguntur non eſſe homici-
dæ,quamuis verè homicidium committant. Quartò in præ-
dicamento relationis fingitur eſſe pater, qui non eſt, vt.27.q.3.
§.iuxta. ſub capit. inſtitutum.vbi Ioſeph dicitur pater Chriſti,
qui non eſt,& in Euangelio, *pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*. Quintò in prædicamento actionis fingitur quis agere,
quod non agit.22.quæſtio. 2.capit. cùm humilitatis. & capitu.
mulieres. §. illi verò. de ſenten. excom. in mandante fieri ho-
micidium, qui fingitur illud feciſſe. Sextò in prædicamento
paſſionis fingitur quis pati,qui non patitur.32.quæſt. 5.in capit.
propoſito. Septimò in prædicamento temporis, quando fin-
gitur eſſe eo tempore quo non eſt.de pœn. diſtin. 1. in cap. pe-
riculoſè.

A D D I T I O.

a ¶Differentia.Adde tu, quid differat fictio à præſumptione,& quis poſſit eam
inducere,& vide per Alex.in conſ.156.col.pen.in 2.vol. & per Fel. in capit.
quanto.col.1.de præſum.& ibi,quòd vbi lex fingit,non admittitur probatio
in contrarium.de quo etiam per Mari.Soc.in conſ.33. colu.6.verſ. 11.pro-
batur,& col.ſeq.

• Differentiam autem fictionis, & præſumptionis vide per Abb.in cap. is cui.
nu.6.de ſponſal.

riculosè. Octauò in prædicamento loci, vbi fingitur quis eſſe in loco, in quo non eſt.7.quæſt.1.in c.mutationes. & in Euangelio, fingit ſe longius ire. Nonò in prædicamento ſitus, fingitur eſſe ſitum, quod non eſt.13. diſtin.c. nerui. ad fin. Decimo, & vlt.in prædicamento habitus, fingitur quis habere, quod nō haber, & èontra.31.diſtin.cap.lex continentiæ, & in cap.Nice-
173 na. ¶ † Item adde dum dixi, quòd fictiones operantur iuris effectus, ideo tendunt ad bonum effectum, illud egregium, ꝙ in contingentia facti refert And. de Iſer. ſummus feudiſta in c. 1.§.publici latrones.ad fin.de pace tenen.quod diuæ memoriæ Rex Caro.mag.cùm pater, & filius arguerentur de homicidio probato, quòd alter eorum percuſſerat, de quo ictu mortuus erat, nec conſtaret, quis percuſſiſſet, licèt vterque fuerit tortus, finxit ambos ſuſpendi, qui credentes in pede furcarum mori, pater dicit, amodo non eſt remedium, quia non poſſumus amplius euadere, & confeſſus eſt pro certo, quòd ipſe pater percuſſerat, & ſic ipſe tantum fuit ſuſpenſus filio liberato, iſta fuit bona fictio, & bonus dolus Regis tendens ad bonum effectum.l.1.§.1.ſupra de dolo, & fuit ſicut Regis Salamo. in mulieribus certantibus de puero, quarum quælibet dicebat ſe eſſe matrem. Rex Salomon finxit debere diuidi infantē viuū, & eum dedit illi mulieri, quæ hoc recuſabat, tertio Regum.3. cap.& cap.afferte.de præſum. & iſtud valde not.ad materiam legis fi.cum glo.vbi no.Bar.ĩ.de ſicar.per Cano.maximè Mod.
174 in cap. ſignificaſti. ſecundo.de homi. & † Secunda quæſtio Bartol. eſt, quo iure fuerit introducta fictio, & tenet, quòd fictio poſtliminij fuit inducta à iure gentium, quòd eſt commune omnib.gentib.l.poſtliminium.in princip.& ibi glo.declarat, infra de capt.ſed fictio.l.Corneliæ fuit inducta per legem Corne.& ſic de iure ciui. ſicut & aliæ fictiones, quæ etiam per ſtatuta, & conſuetudines induci poſſunt, quæ quandoque fingunt ſuper eo, quod eſt iuris naturalis, prout etiam dicit Bald.in l. ſi non ſpeciali. circa fin.C.de teſt.& cum Barto.etiam tenet do. Cardi. Flo. in d.clem. quod circa.in 4. quæſt. confutata repro-
175 batione Ioann.de Ligna. ibi tanquam verbali. ¶ † Fictio autem ſecundum Bartol. non poteſt induci ab homine quo ad effectum iuris, vnde teſtator non poteſt facere, quòd ſi dicat de equo, fingatur dictum de mulo, cùm nomina appellatiua ſint immutabilia. l.ſi quis in fundi vocabulo. in princ. ſ. de leg. 1.& eſt expreſſum ſecundum eum in l.ſi forte.ff.de caſtrenſi pecu.Nota, quia ſæpè allegatur doctr.Barto. quod fictio non poteſt induci ab homine, vt habeat effectum iuris ſine auctoritate legis. Facit text.notat.in l. codicillis.§.fin.ff.de lega.2.Adde, quod contrarium tenet gloſ.ordina.quam Barto. met, & Doctores ibi ſequuntur in dicta. l. ſi quis in fundi vocabulo, quæ vult, quòd teſtator poteſt facere, vt cùm dixerit de equo, intelligatur mulum legare, & pro illa gloſ.addit hic Lud. Rom.rationem, quia cùm teſtator potuiſſet ſine verbis ſolo nutu legare.l.nutu.ſupra de legat.3.non videtur referre, an legetur per verba apta, vel inepta, dummodo conſtet de voluntate teſtatoris, quæ inſpicienda eſt.l. vnum ex familia.in princip. & l.peto.in princip.& l.cùm pater. §.cùm imperfecta. ſupra de leg.2. Sed tu caue, quia text.in dicta.l.nutu.procedit, quando teſtator propter infirmitatem non poteſt articulatè loqui, tunc ei permittitur, quòd poſſit legare nutu, aliàs ſecus, ita ſingulariter limitat Sal.in l.& in epiſtola.C.de fideicom. reputans ſingulare, & notatu dignum pro limitatione. dictę. l. nutu.Et eſt de mente Barto.in d.l.nutu.Ioann.de Imo.hic tenet, quòd illud, quod vult hic Barto. ſit de iure verius, quia cùm effectus iuris ſint in poteſtate iuris, videtur, quòd homo non poſſit per fi-
176 ctionem inducere in non permiſſis à lege, † ideo ex quo nomina appellatiua ſunt certa & immutabilia, prohibitum eſt homini, quòd illa non poſſit immutare, vt patet in d. l. ſi quis in fundi vocabulo.in ratione literæ, ideo imputet ſibi teſtator, qui voluit facere illud, quod à iure ſibi permiſſum non reperitur, & pro Bart.adducit illud, quod vult glo.ſing.in §.ſed hæc ſolennia.in verbo quibuſcunque.inſtit. de verbor.oblig. vbi gl. ſingulariter tenet, quòd non valet ſtipulatio, ſi partes inter ſe agunt, quòd cùm vnus dixerit.A.fingatur dixiſſe promittis, & alter dixerit. B. fingatur dixiſſe promitto, quia per.A. & B.non poſſet fieri ſtipulatio, ſed ſecundum Lud. Rom. hic. illa gloſ. loquitur in ſtipulatione, quæ requirit pro forma expreſſionem verborum, & verba apta, & congrua. vt ibi dicit text.ideo non poteſt fieri nutu annuendo cum humeris, vel cum capite. l.1. §.ſi quis ita. infra de verbor. oblig. Secus in vltima voluntate, de qua loquitur gloſ. in dicta.l. ſi quis in fundi vocabulo. breuiter tene gloſ.in dicta.l.ſi quis in fundi vocabulo, quæ *communiter tenetur*, & quam ibi tenui cum concordan. quas ibi dedi. & tenendo illam gloſ.reſponde ad doctr.Barto.hic, quòd illud ibi non inducitur vi fictionis, quam homo facere non poteſt, ſed vi declarationis propter voluntatem præcedentem declarantem ſequentem, vt ibidem plenius dixi. ¶ Item iſta doctr. Bart.facit ad quæſtionem, quam ipſe indeciſam relinquit in l.
177 1.§.in filij.infra ad Trebell. † An pater poſſit emancipare filium ad vnum actum tantum, puta quo ad facultatem teſtandi tantum, & videtur, ꝙ nō per doctr.Bartol. hic, quia iſtud non poſſet fieri niſi per fictionem, quia in alijs verè eſſet in poteſtate patris. Et quo ad illum actum teſtandi fingeretur non eſſe. Sicut in ſimili tangit Barto. infra circa examinationem fictionis inductiuæ de filiofami. qui per fictionem in caſtrenſib. cenſetur eſſe ſui iuris. In alijs verò eſt in poteſtate patris. l. 2. in princip.ſupra ad Maced.& idem tenet Barto. in l. ſi maritus. la 2.§.legis Iuliæ.infra de adul.& patet, quia text.in dicta.l.2. dicit vice patrisfamiliàs funguntur, quæ verba important fictionē. l.cùm oſtendimus.§.fin. ſupra de fideiuſ. tut. ita iſto caſu diceretur fictè emancipatus, & non verè, ideo cùm talis fictio non reperiatur ſibi permiſſa à iure, videtur, quòd talem emancipationem facere non poſſit, & ita determinauit Bald. in l. ſeniū.
178 in pen.quæſt.C.qui teſt.fac.poſ. † Motus, quia patria poteſtas eſt indiuiſibilis, & quis non poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario.l.vni.§.1. qui incipit, cùm igitur.in fin. C.de lati.lib.tollen. Pro hoc adducit Ioann.de Imo.hic. l.quæſitum, aliàs eſt.l.ſi tibi.ſupra de adop. vbi quis non poteſt adoptare filium ad tempus, ergo nec ad certum actum, arguēdo de tempore ad actū. l. vinum.ſ. ſi cert. pet. ergo idem videtur dicendum in emancipato, ſed iſtud fundamentum facit ſatis à longe ſecundum Lud.Rom.hic.nec obſt.ſecundum Imol.l.ſi ab eo. de legi.hær. & l.communium.C.de natu.lib. in quibus videtur fieri emancipatio, & legitimatio reſpectu certi actus, quia in illis caſibus fit permittente principe, vel lege.Ergo in alijs caſibus, in quibus hoc non reperitur permiſſum, videtur eſſe ſecus, licèt dicat aliquos valentiſſimos Doct.conſuluiſſe contrarium per dictas leges, & malè ſecundum eum, & ita etiam refert Imo. in dicta.l. 1.§.in filij.idem confirmat Lud. Rom. hic per l. ſi pariter. & l. duobus. ſupra de lib. cauſa. vbi quis non poteſt eſſe pro parte liber, & pro parte in alterius poteſtate. Tu ſtringe fortius illa iura æquiparando emancipationem libertati ſeu manumiſſioni, vt facit text.in l.1. ſupra ſi à pa. quis fuerit manu. Sed aduerte contra prædicta ſecundum Aret. in l. qui in poteſtate. in
179 penul.colum.ſ. de teſt. † quòd imò in vna, & eadem perſona poteſt concurrere duplex qualitas contraria, vna & quidē verè, alia fictè, vt per Barto.in l.ſi maritus.§.legis Iuliæ. ſupra de adul.& probatur in l. cùm ex oratione.in verbo ob hanc conditionum diuerſitatem. ſupra de excu.tut. in l.pen.ſ. de iur.au. ann.vnde in propoſito emancipatus ad vnum actum tantum, erit quidem in poteſtate verè, ſed fictè quo ad hoc cenſebitur
180 emancipatus. Item adde, † quòd ſignanter decidit Io.Andr. in addi.Specu. in titu. de inſtrum. edit.§. porro. verſ. quid ſi filiafami. vbi tenet, quòd ſi ſunt duo fratres in poteſtate patris, vnus poteſt donare alteri bona perfectitia conſentiente patre. l.ſi permittente.C.ad Maced.& l.tam is.ff.de don. cauſa mort. quia pater conſentiendo videtur emancipare filium quo ad
181 illum actum donationis, vt ibi per eum.Et ſic vult fortius, † ꝙ emancipatio ad vnum actum poſſit fieri etiam tacitè, & ita ante eum, & plenius tenet Old. Lauden. in conſil.25. quod incip. pater conſenſit filiæ. & illam deciſi. Ioann. Andr. reputat nouam, & ſingu. Aret. licèt de ea dubitet, in l. placet. ſupra de acquir hæred. reliqua circa iſtum articulum plenius dixi in d.l. 1.§.in filij. vbi eum diſputaui ad vtranque partem, ad ibi dicta
182 me remitto. ¶ † Tertio principaliter quærit Bartol.quotuplex ſit fictio, vel quot ſint fictionis ſpecies. Et ponit triplicem ſpeciem, quædam eſt inductiua, quædam priuatiua, & quædam translatiua, quod ſic declarat: nam homo triplici modo agit, & iſtud exemplificat in contractibus: nam quandoque contractum de nouo facit emendo, vendendo, locando, ſtipulando, & in ſimilibus.quandoque factum deſtruendo, vt per pactum, vel acceptilationem, quandoque transferendo vnum contractum in alium, vt per nouationem, vel delegationem. Sic etiā in alijs actib. triplici modo agitur, aut aliquid de nouo inducendo, aut quod factum eſt deſtruendo, aut quod factum eſt vno modo in aliam formam tranſmutando. Ita fictio, quæ naturam imitatur, quandoque fingit eſſe id, quod non eſt, & iſta appellatur fictio inductiua. quandoque fingit id, quod eſt non eſſe, & iſta appellatur fictio priuatiua, quandoque id, quod eſt vno modo, fingitur eſſe alio modo, & iſta appellatur fictio translatiua.idem in effectu paucis verb.dicit Bartol.in l.nec vtilem.circa med.ſupra ex quib.cau. maio. vbi dicit, quòd ſicuti naturaliter aut res, quæ non eſt in eſſe, producitur, aut producta deſtruitur, aut vno modo producta transfertur in alium, ita triplex eſt fictio, quædam inductiua, quædam priuatiua, & quædam translatiua. addit Angel. hic duas alias ſpecies fictionum, quarum vnam appellat permiſſiuam, aliam prohibitiuam,

uam,nam permiſſum in vno fingitur in alio negatium,& ècõ-
uerſo. l. cùm prætor. ff. de iudi. & l.maritus. C.de procu.l.rele
gatorum.§.ad tempus.infra de interdic. & releg. & cap.nonne
benedicimus.de præſum.ſubdit Ange. poſſe teneri, quòd vnā
ſola eſt fictio. ſ. inductiua . Sed effectus iſtius inductionis ſunt
diuerſi,prout ſe habet ratio ſubiectæ materiæ, nam interdum
inducit aſſumendo falſum ens pro vero, interdum vetando,
quòd verè non eſt vetitum,interdum permittendo, quod ve-
rè non eſt permiſſum, interdum transferendo vnum ad aliud.
Et cum Angel.videtur Raph.Cum. ſimpliciter tranſire, ſed ſe-
cundum Imo.& Lud.Ange.ratio videtur bene dicere, quia in
183 d. iuribus,in quib.† dicitur, quòd permiſſum vno caſu cen-
ſetur in alio negatum,procedit per viam præſumptionis, non
autem per viam fictionis. Item illud procedit per viam regu-
læ à iure traditæ,non autem per viam fictionis. Item ſecundũ
Lud.Rom. ex quo talis diſpoſitio cadit in his, quæ ſunt iuris,
cenſetur lex procedere per viam veritatis, & non fictionis ſe
cundum Barto.hic circa fictionem inductiuam. argum.l.quia
ratio.ſupra de condi.inſti.¶ Adde, quòd Ioann.de Ligna. in d.
cle. quia circa.de elect. reprobat iſtam diſtinctionem Bart.aut,
n.ſecundum eum vocat fictionem inductiuam, eo quia indu-
cit factum,& hoc non eſt verum,quia factum aliter ſe habet:
aut quia inducit ius,& tunc etiam priuatiua,& tranſlatiua ſunt
inductiua fictio.quę inducit ius.vnde ipſe Ioann.de Ligna.vti-
tur alijs vocabulis, quia quædam eſt fictio exiſtentiæ, quam
Barto.dicit inductiuam,quædam non exiſtentiæ, quam Barto.
dicit priuatiuam.de tranſlatiua conuenit cum Barto.ſed Card.
Flor.in d.clem.quia circa.in 15.quæſt. dicit, quòd cum in acti-
bus humanis duplex tantum ſit variatio.ſ.ſubſtantiæ, & acci-
dentium,& omnia ex his duobus compoſita conſtant.capitu.
184 cùm Matthæ.§. quæſiuiſti.de celeb. miſſa.† ideo duplex tan-
tum eſt fictio, vna ſubſtantiæ, alia accidentis. fictio ſubſtantiæ
eſt duplex, quædam affirmatiua, quædam negatiua: affirma-
tiua eſt, per quam non ens affirmatur eſſe, & ſecundum hoc
fingitur ſtipulatio pro dote intercesſiſſe,quæ tamen non inter-
ceſſit.l.vni.in princ. C. de rei vxo. act. Item fingitur eſſe in Ec-
cleſia,qui non eſt.cap.ad audientiam.de cle. non reſi.quamuis
iſtud exemplum poſſit concernere accidens ſecundum eum.
negatiua eſt,per quam negatur eſſe id, quod eſt, & diſponitur
de iure,acſi non eſſet,vt quando Eccleſia habet prælatum inu-
tilem,fingitur eum non habere. cap.2. quod incipit, inter cor-
poralia.verſ.ſed neque.de tranſla. præla. Fictio accidentis po-
teſt multipliciter ſubdiuidi ſecundum varietatem accidentiũ,
& ita etiam effectualiter tenet idem dom. Card.in cap. is per
fidem.in vlt.quæſt.de ſponſa.cuius dictis adde gloſ.not. in l.fin.
185 in verbo orbitates. C.ad l. flauiam de pla. quæ dicit, † quòd
pater dicitur orbatus filio,licèt filius viuat, quia eſt ſibi inuti-
lis, & idem ſecundum gloſ. in marito, quòd vxor dicitur eſſe
vidua,quæ habet maritum inutilem. ex qua gloſ. not.ibi Bald.
186 & eſt notabile verbum, † quòd priuilegia, quæ dantur mu-
lieribus viduis,dantur etiam inutiliter nuptis,quæ habent ma-
ritum inutilem,puta damnatũ ad perpetuos carceres.l.vni.C.
quando impe.inter pupil. & viduas, & cap. ſignificantibus.de
offic. deleg. licèt quantum ad fędus matrimonij non ſit vidua.
l.ſi cùm dotem.§.ſi autem in ſęuiſſimo.ſupra ſol.matr.tene di-
187 uiſionem Bart.quæ eſt cęteris congruentior,& aptior.¶ † Cir-
ca fictionem inductiuam inquantum Barto.tenet, quòd fictio
non cadit ſuper impoſſibili in ſuo genere,ſed bene cadit ſuper
impoſſibili in illo indiuiduo, de quo quæritur, & declarat per
duo exempla,vt hic per eum.Not. iſtam doctr. Bart.quam in-
tendo planè,& ſubtiliter examinare, quia eſt de principalib. &
neceſſarijs in materia huius.l.eandem doctrinam tradit vbique
Barto.ſcilicet in l.eandem.in princip. in 1.colum. infra de duo.
reis. & in l.conditione.in 1.colum.de ſol.¶ Contra iſtam doct.
opponit hic Angel. de l.1. C. de capt. ibi, poſtliminium con-
ceditur illi,qui nunquam fuit captus ab hoſtib. ſed fuit conce-
ptus,& natus apud hoſtes, & tamen impoſſibile eſt in ſuo ge-
nere talem fingi non fuiſſe captum, qui verè nunquam fuit
captus,& reſpondet,& benè,quòd ibi non eſt fictio, ſed lex ſe-
cundum veritatem concedit beneficia cõceptis, & natis apud
hoſtes,qui reuertuntur cum patre, vel matre, licèt nunquam
capti fuerint,quæ conceduntur captis,& reuerſis ab hoſtib.iu-
re poſtliminij,& ſic eſt extenſio,& non fictio,& ſequuntur ſim
pliciter Ioann.de Imo.& Lud.Rom.hic.¶ Secundo, & fortius
188 obſtat text.in l.qui in vtero. ſupra de ſtat. homi. † vbi dicitur,
quòd conceptus habetur pro nato,& intelligendo ſimpliciter,
& indiſtinctè illam. l. prout loquitur, qui eſt in vtero conce-
ptus etiam intra.40. dies à tempore conceptionis habetur pro
nato. Facit. l.cùm quidam.§. ſuum hæredem.ſupra de acquir.
hæred. & tamen in ſuo genere eſt impoſſibile ipſum tunc na-
ſci, cùm nondum fuerit informatus,nec animam habeat, ſe-
cundum ea,quæ habentur per glo. & Doct. in l.diuus.j. de ex-
189 traord. crim. † Item impoſſibile eſt de natura, quòd aliquis
in duob.vel tribus menſibus naſcatur viuus, & habetur in l.ſe-
ptimo menſe.s̃.de ſtat.homi. & ille, qui naſcitur mortuus,ha-
betur pro nõ nato.l.qui mortui.ff.de verb.ſign.& l.vxoris abor-
tu.C.de poſth.hæredi. inſtit.& l.1. C.de liber. præte. & ſic tunc
nec in ſpecie nec in genere aliquis ſimilis in tali tempore naſci
potuiſſet. Ergo videtur, quòd lex fingat ſuper impoſſibili in
ſuo genere, ergo directo contra doct. Bart. reſpondent Ioann.
de Imo.& Lud.Rom.hic,quòd vbi natura à principio produ-
cit quem habilem, licèt ex aliquo accidenti poſteà contingat
inhabilitas, illa non curatur quominus fingi poſſit, vt in mulie
re prægnante intra 40.dies, nam ventrem mulieris peperiſſe in
ſe ſecundum naturam non eſt impoſſibile, cùm natura pro-
duxerit eam habilem ad pariendum, licèt propter accidẽs hoc
eſt propter temporis anguſtias non poſſit venter tunc parere.
facit,quòd habetur in l.ſi mihi, & tibi.§.ſi quis ſeruos s̃.de leg.
190 1. † vbi impoſſibilitas, quæ videtur reſultare ex breuitate,&
anguſtijs temporis,non habet vitiare. Sic etiam ſpadones poſ-
ſunt adoptare in filium, & tamen non poſſunt tunc naturali-
ter filios habere, quia natura à principio produxit eos habiles,
licèt ex accidenti inhabilitas ſuperuenerit, ſi autem naturali vi-
tio impediantur, vt caſtrati ita nati, adoptare non poſſunt. l.2.
§.illud.ſupra de adop.& §.ſed & illud.inſtit.eo. & l.ſed eſt quæ-
191 ſitum.in princip.ſupra de lib.& poſthum. quia † potius con-
ſideratur natura,& conſuetudo generandi ſita in homine quã
vitium accidentale, vt inquit text. in l. ſi quis poſthumos. in
princip.ff.de liber.& poſthum.Iſtam ſolutionem reprobat, &
benè dominus Alexan.in l.Gallus.§.ſi eius. circa fin. ff.de libe-
ris,& poſthumis,quia eſt contra text.in l. qui ad certum.ſupra
loca. vbi propter accidens furoris erat impoſſibile conſentire,
& tamen lex non fingit ſuper eodem . Nam furor ſolet ſępiſ-
ſimè ex accidenti contingere.l.diſcretis C.qui teſt. fac.poſ.& ta
men natura à princip. produxerat habilem . Secundò modo
reſpondet Ioann.de Imo.hic,quòd in dicta.l. qui verò.lex non
fingit eum, qui eſt in vtero,eſſe natum ante tempus,ſed bene
diſpenſat,& facit,quòd ille, qui eſt in vtero, ſi poſteà naſcatur,
habeat idem priuilegium,acſi fuiſſet verè natus tempore con-
ceptionis. facit.l. emancipatum. §. 1. ſupra de Senatorib. &
ſic tex.in d.l.qui in vtero, qui dicit, ꝙ qui eſt in vtero, habetur
pro iam nato,intelligitur, ꝙ ſi naſcitur habet poſteà commo-
da,quæ haberet, ſi natus fuiſſet tunc cùm erat in vtero, & iſto
modo intelligendo ibi non fingitur ſuper impoſſibili, & ita ẽt
reſpondet Ioann.de Imo.& d.Alex.in d.l.Gallus.§.ſi eius.¶ Ad-
de pro iſta ſol.bene facere, q̃a ei, qui eſt in vtero,lex conſeruat
omnia iura in tempus natiuitatis ſuæ. Ita dicit text. in l. antiq.
in prin.s̃.ſi pars hær.peta.Item facit text.not.in l. cùm pater.ibi,
& in ea vtrunq;. tp̃s eueniat s̃.de neg.geſt.¶ Iſta ſol. Io.de Imo.
& do. Alex.licèt videatur colorata,& aliàs cum ea ſimpliciter
tranſiuerim in d.l.Gal. §.ſi eius.Tamen nunc puto, ꝙ ſit falſa.
dum dicunt, ꝙ in d.l. qui in vtero.illud non ſit per fictionem.
iſtud confunditur per illum text.ibi, *perinde acſi in rebus humanis
eſſet cuſtoditus*.Nam dictio perinde, importat fictionem.l.niſi.§.
item ſciendum.s̃. ſi cui pluſquam per l. fal. & l. iure ciuili.ff.de
cond.& dem.Bart.s̃.in 3.opp.1.part. Secundò, & fortius con-
funditur per text.ineuitabilem in l. vel ſi viuo eo. s̃. de ſuis, &
legiti.ibi, *quodammodo in rerum natura eſſe exiſtimantur*. Illa verba
quodammodo exiſtimantur, important fictionem, vt dixi in
d.3.opp.Bart.ad primam partem text.& facit. l. in ſuis. ff.de lib.
& poſth.& §.fin.inſti.de hęr.quali.& diffe.ibi, *viuo patre quodam-
modo domini exiſtimantur*.ſ.per fictionẽ. Tertiò confunditur per
text.in l.cùm quidam.§.1.s̃.de acq.hær.ibi, *pro iam nato habetur*,
quæ verba important fictionem.l.1.§.fin.s̃.de bon.poſſ.ſm ta-
bu.l.actione.§ publicatione.s̃.pro ſocio.l.mercis appellatione.
cum gl.1.j̃.de verb.ſign.Bart.j̃.in iſta fictione inductiua.in ver.
pone ergo ſtatuit ciuitas.¶ Tertiò modo reſpõdet Io.de Imol.
hic,& iſtam ſol.refert d.Alex.in d.§.ſi eius, ꝙ ſufficit extremũ
eſſe habile in potentia aliqualiter variatis terminis,licèt eiſdem
retentis non ſit poſſibile. Nam in d.l.qui in vtero. non eſt impo
ſſibilitas, ſi varientur termini aliquo modo, quia bene verum
eſt ſtantibus terminis, quòd illa mulier conceperit ſolum per
duos menſes,impoſſibile eſt, quod nunc pareret. Sed volens
fingere ipſam peperiſſe, variabit terminos, & finget iſtam ci-
tius concepiſſe, & iſtud erat poſſibile in genere per rerum na-
turam,& ideo poſteà bene ſtabit, quòd fingi poterit nunc pe-
periſſe. Iſta ſol. Imo. minus valet quàm præcedens, quia iſto
modo variatis terminis lex ſemper poſſet in omni caſu ita fin
gendo omnem impoſſibilitatem reducere ad poſſibile, cõtra.
l.adoptio.cum ſeq.ſupra de adop.& l.qui ad certum. ſupra lo-
ca. vnde oportet retinere terminos ſaltem in genere, & quali-
tatem perſonæ, & ſi ea retenta poſſibile eſſet illud in veritate

eſſe,

esse, tunc lex potest fingere, aliàs secus, vt est de mente Bart. in
l. sub conditione. ĩ. de solu. Tertio contra istam doctr. Bart. facit
tex. in §. sed si in bello. inst. de excu. tut. quem corruptè allegat
Bart. hic, vbi dicit text. *quod illi, qui pro republ. ceciderunt, in perpe-*
tuum per gloriam viuere intelliguntur, & sic fictè. verbum enim in-
telliguntur, ibi positum importat fictionem; vt dixi supra in 3.
192 opp Barto. ad primam partem text. † & tamen impossibile
est & in specie, & in genere hominum, quòd aliquis in perpe-
193 tuum viuat, † cùm longissimum vitæ spatium in homine
a sit centum annorum. [a] l. si vsusfructus municipib. s̃. de vsufr.
leg. & l. an vsusfr. in fin. s̃. de vsufr. & l. fin. C. de sacro. san. Eccles.
194 Bart. hic respondet, quòd ille text. † debet intelligi de tali tẽ-
pore, quo posset homo viuere, & ideo si transiuerunt ducenti
anni, ex quo est mortuus, tunc per fictionem non posset am-
plius viuere, & quòd ille text. ita necessariò intelligatur, probat
Bart. quia tractat ibi de excusando patrem filij defuncti à tute-
la, ergo cùm ibi pater superuiueret, fortius eius filius potuisset
tunc per naturam viuere, & sic illa verba generalia in perpe-
tuum viuere creduntur, intelliguntur dummodo in veritate
195 possent adhuc viuere. † Adde vltra Bart. bene facere, quia di-
ctio, in pertuum, ibi posita, habet multas significationes, & in-
ter cæteras illam, quæ vitam hominis importat, & sic donec
viuam. l. 1. & ibi glo. ord. s̃. pro socio. Sed ista sol. Bart. videretur
restrictio, & violentia ad illum text. qui re vera vult, quòd mor
tui in bello pro repub. in perpetum per gloriam viuere intel-
ligantur, sic etiam multo vltra. 200. & mille annos, & amplius,
ideo intellige dictum Bart. sanè, prout eum limitant, & decla-
rant Ange. & Imo. hic, quòd qui decessit iam ducentis annis,
non potest fingi hodie viuere, istud est verum quo ad ea, quæ
exerceri possunt in hoc mundo, & sic quo ad effectus, qui ex
hoc sequi possunt in mundo. Sed quantum ad gloriam abstra
ctam ab omni exercitio, etiam per annos mille, & vltra fingun
tur perpetuò viuere, vt dicit tex. in d. §. sed si in bello. ¶ Quartò
vltra Scriben. contra doctr. Bar. fortiter vrget text. in l. eandem.
in princ. cum glos. & ibi Barto. infra de duob. re. & clarius in l.
propter mutuam. C. de duob. re. & in l. si non singuli. & in l.
196 cùm te in Gallia. C. si cert. pet. † In quib. iurib. habetur, quòd
duo rei debendi possunt constitui in mutuo ex vna, & eadem
numeratione pecuniæ, vnde si numero tibi, & Titio centum,
hoc expressè acto, quod vterque vestrum sit obligatus insoli-
dum, constituuntur duo rei debendi, & vterque eorum inso-
lidum ex mutuo obligatur, & tamen hoc videtur impossibile
& in specie, & in genere, quia mutuum est contractus, qui re
celebratur, & potius sidera de cęlo caderent, quàm obligare-
tur quis in plusquàm ad eum de pecunia peruenerit, & ideo
dicitur contractus, qui re celebratur. l. rogasti. §. si tibi. supra si
cert. pet. & l. si tibi. in princip. supra de pact. sed impossibile est;
quod eadem pecunia insolidum ad ambos peruenerit, & q̃
ambo insolidum efficiantur domini. l. si vt certo. §. si duob. ve-
hiculum. supra commoda. & l. hæreditate. §. pater. infra de ca-
stren. pecul. & l. quod contra. §. vni duo. infra de reg. iur. & nisi
vterque efficeretur dominus pecuniæ insolidum, non possent
constitui duo rei, quia vnusquisque eorum efficeretur solùm
dominus pro parte pecuniæ; certè pro parte solùm obligare-
tur, ergo non efficerentur duo rei debendi, vbi quilibet eorum
obligetur insolidum, cuius contrarium dicitur in iurib. præ-
alleg. istud est difficillimum contrarium, in cuius sol. multum
insudarunt ingenia Doctorum. Respondet gl. in dicta. l. si non
* singuli. C. si cert. pet. *quam Bart. & cæteri* in d. l. eandem. in princ.
sequuntur, quòd licèt in veritate pecunia nõ perueniat ad om-
nes, tamen fingitur ad vnumquemque insolidum peruenisse,
ex quo interuenit omnium voluntas, sed caue, quia hoc mo-
do sequitur, ergo lex fingit plures effici dominos eiusdem pe-
cuniæ insolidum, & tamen istud est impossibile, & in specie, &
genere, vt dixi. Barto. in dicta. l. eandem. in 1. colum. respondet
tenendo eandem doctr. quam hic, quòd licèt sit impossibile in
specie in his terminis specialibus, q̃ vna pecun. sit penes duos
eodem tempore insolidum, tamen possibile est in genere suo,
quia vnusquisque de per se est aptus, & potens habere illam
pecuniam. item possibile est in genere suo, quòd talis pecunia
peruenerit ad me. item, quòd peruenerit ad te, & ad alium, vn
de sufficit illa possibilitas in genere, vt hic inducatur per fictio-
nem, licèt in casu, in quo sumus in specie sit impossibilitas, si-
cut impossibile est, quòd filius Titij sit filius meus, tamen quia
in genere possibile est, quòd habeam vnum filium talem, &
eius ætatis, ideo potest per ius fingi, quod talis sit meus, vt l. si
pater. in fin. cum l. seq. de adop. sic etiam est impossibile, quòd
qui fuit apud hostes, semper fuerit in ciuitate, tamen quia in
genere suo possibile est, quòd talis semper fuerit in ciuitate, iõ
lex potest fingere. ista sol. Barto. non satisfacit, quia vt etiam ibi
dicit Aret. imò est impossibilitas etiam in genere suo per regu-
lam dictę. l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. & l. 3. §. ex contra-
rio. supra titu. 1. nam certum est, quòd non possent esse in veri-
ritate ambo domini insolidum, & sic non solùm est impossi-
bilitas in specie, quia verè non sunt domini, quæ non impedit
fictionem, sed etiam est impossibilitas in genere, quia non pos-
set ita esse, prout lex fingit, quod ambo eodem tempore essent
domini insolidum, & ista est illa impossibilitas, quæ impedit
fictionem, vt sentit Barto. in l. sub conditione. infra de sol. Aret.
ibi conatur defendere sol. Bartol. quòd saltem erat possibilitas
in genere suo superiori, quia possibile est vnicuiq; insolidum
numerari aliquo modo. s. diuisim, quæ sol. non probatur iure,
& confunditur, quia isto modo furiosus posset fingi contrahe-
re contra. l. qui ad certum. supra loca. si vellemus considerare
in genere superiori, quòd ipse sit homo, & quòd homo in ge-
nere potest contrahere, sed non debet fieri tanta variatio ter-
minorum, nec substantiæ, nec qualitatis personarum, sed so-
lùm debet considerari, an ita possit esse in veritate, & tunc nõ
obstante, quod ita non sit, potest tamen fingi ita esse. Secundò
modo respondet Bart. in dicta. l. eãdem. quòd licèt eadem pe-
cunia non possit esse penes duos insolidum, & in effectu, tamẽ
numeratio potest fieri plurib. & effectus translationis dominij
in vnum solum fiet, & ita fingit ibi lex pecuniam esse plurib.
numeratam, tamen dominium solum esse in vnum transla-
tum. ista sol. secundum Aret. ibi posset sustineri, quando con-
staret in quem esset facta translatio dominij, vel si esset ordina-
tè vnus post alium nominatus, puta Titio, & Sempronio mu-
tuo ista centum, quia tunc in primum nominatum censetur
translatum dominium, & attenditur ordo scripturę. l. quoties.
in princiq. supra de vsufruct. & l. qui soluendo. supra de hæred.
instit. Sed vbi non constaret in quem esset facta translatio do-
minij, tunc propter incertitudinem vitiaretur constitutio duo
rum reorum, vt ibi, per eum. ¶ Vltra Aret. ista sol. Bart. ex alio
non satisfacit, dicere, quòd dominium pecunię sit solum tran
slatum in vnum, sed fingatur alijs facta numeratio, istud non
potest procedere, quia non sufficit, quòd sit facta numeratio
197 ad hoc, vt quis obligetur ex mutuo. † Imò oportet, quòd
sit translatum dominium, & istud est de substantia mutui. di-
cta. l. rogasti. §. si tibi, & nisi fiat de meo tuum nunquam erit
mutuum, ita negatiuè ab etymologia vocabuli arguit Iuris-
consul. in l. 2. §. appellata. supra si cert. pera. hinc est, quòd si pe-
cunia alicui numeretur ex causa mutui non oritur obligatio
ex mutuo, nisi secuta consumptione. l. si quis pro eo. §. si num-
mos. supra de fideius. & l. nam, & si furt. in princip. supra si cert.
peta. glos. in dicta. l. 2. §. appellata. ¶ Considerabam, si posset sal-
uari prima sol. Barto. hoc modo, quòd ibi non sit aliqua im-
possibilitas eo modo, quo lex fingit, nam. l. fingit pecuniam
eandem esse penes duos insolidum eodem tempore. Consi-
deremus vnamquanque fictionem de per se, & sic primò
consideremus, an possibile esset pecuniam illam penes vnum
esse, & certum erit, quòd sic, & ideo quantum ad ipsum pro-
cedit fictio in eius persona, similiter si consideremus ex perso-
na alterius certum erit, quòd possibile esset etiam alium ha-
bere, ideo etiam ex sua persona fictio procederet. Sed si con-
sideremus simul, & semel, quod l. fingat esse penes duos ean-
dem rem insolidum, & istud est impossibile. Si verò conside-
remus separatim vniuscuiusque personam, & in cuiuslibet
persona, planè procedit fictio, & istud est, quòd voluit dicere
Bartol. in 1. sol. & quod ita debeant prædictæ fictiones consi-
198 derari, probatur. † Nam quando aliquis in veritate est domi-
nus alicuius rei, & alius habet actionem personalem ad ipsam
rem, ille, qui habet actionem, fingitur habere rem. l. qui actio-
nem. infra de reg. iur. & tamen hic videtur esse eadem impos-
sibilitas, quia præsupponemus alium esse verè dominum, er-
go iste non potest fingi dominus, quia duo non possent esse in
veritate domini insolidum. Sed debemus considerare, quòd
iste alius posset esse dominus considerata qualitate personæ
suæ, & rei, & isto modo iudicamus possibile. Sicut dicit Barto.
quandò aliquis est mortuus nunc, & l. fingit ipsum retro mor-
tuum, vt in fictione legis Corne. nam consideramus solùm,
quòd potuisset tunc mori, & ita fingitur, & tamen si attende-
remus,

ADDITIO.

a ¶ Centum annorum. Adde, quòd quis præsumitur viuere vsque ad centum
annos. l. fi. C. de sacr. san. Eccl. l. si vsusfructus. de vsufruct. leg. contra. l. hære-
ditarium. ad l. fal. sed pro concordia vide Dec. & Cagnol. in l. si emancipa-
ti. C. de colla. Opin. autem prædictam etsi communem, sunt qui impugnent,
quos vide apud Viui. com. opin. libr. 2. concl. 318. vbi affirmatiuam, & ve-
riorem sustinet, quam declara, vt per Paris. consil. 86. colu. fin. lib. 4. vbi po-
nit pract. notab. Qua in re plura etiam scribit Por. libr. 1. concl. 11. Gabriel.
com. opin. lib. 1. tit. de præsump. concl. 16. Coras. Miscella. lib. 5. c. 18. Pract.
Pap. for. lib. ex testam. vers. possidebat. vbi dixi. MASVER.

rem us, ꝙ mortuus esset nunc, non posset fingi retro mortuus, cùm nõ posset bis mori. Eodem modo secundum Bar. si adopto filium alterius, istud videtur impossibile, quòd ego habeã aliquem in filium, qui habeat alium patrem. & sic quòd filius Titij sit filius meus, sed hoc non consideratur, ꝙ habeat alium patrem, sed solùm an esset possibile ipsum esse filium meum considerata ætate mea, & sua. ¶ Posses alio, & quarto modo respondere, & erit noua consideratio ad illum tex. quòd ibi non
199 sit aliqua impossibilitas, † quia duo possunt esse domini insolidum in dominio connexo propter connexitatem, quæ est in duobus reis, in quib. licet singuli insolidum obligentur, tamen in vtraque obligatione vna res vertitur, & in effectu vna est obligatio, tanquam vna sit persona, licet plures liget. *& ideo vnius solutio, vel acceptilatio omnium perimit obligationem, & omnes reos li-*
200 *berat.* Ita dicit tex. in § pen. insti. de duo. re. † sicut in dote dominium est penes patrem, & filiam insolidum, quia est dominium connexum. l. 3. & ibi Bal. ff. sol. mat. licèt Imo. & Aret. ibi leuiter reprobent, quia iure non probatur, & quia impossibile est, ꝙ aliquo casu duo insolidum possint esse domini. d. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. sed potes dicere hoc esse verum in dominio non connexo. ¶ Quintò contra doct. Bart. stringit text. in l. ita vulneratus. s. ad l. Aqui. quem Bal. Ang. & Antiqui ibi ponderabant contra *istam communem sententiam*, vbi est tex.
201 † ꝙ si vnus vulnerauit seruum mortiferè, adeo quòd certum esset ipsum ex illo vulnere moriturum, vt ibi text. dicit in prin. posteà ex interuallo alius eundem seruum vulnerauit, & occidit, dubitatur quis eorum teneatur de occiso. decidit, ꝙ vterq;
a teneatur [a] de occiso, quia vterque eorum diuersis temporib. occidisse hominem intelligatur, & sic vult tex. ꝙ duo fingant occidisse eundem hominem diuersis temporibus, cùm verbũ intelligatur ibi positum importet fictionem, vt dixi. s. in 3. op.
202 po. Bar. ad primam partem text. † Et tamen istud est impossibile de natura, & in specie, & etiam in genere eundem hominem bis mori, & quòd duo verè occidissent eundem hominẽ diuersis temporibus, quia quamprimũ vnus occidit, non posset amplius alius occidere, cùm per primam occisionem fue-
203 rit separata anima à corpore. † Nec de priuatione ad habitũ sit possibilis regressus secundum naturam. l. qui res. §. aream. ff. de sol. & 7. q. 1. c. quàm periculosum. & sic impossibile est, ꝙ occisus amplius occidatur, cùm occisio tanquam priuatio præsupponat vitam tanquam habitum. l. decem. cum vulg. ff. de verbo. obl. & cap. ad dissoluendum. de despon. impub. Ang. in d. l. eandem, dicit, ꝙ in d. l. ita vulneratus. est casus specialis, vbi ius fingit impossibile de natura in suo genere, scilicet hominẽ bis mori, & ratio illius specialitatis est fauore publicæ vtilitatis, ne delicta remaneant impunita, vt ibi dicitur in tex. Sed secundum Imo. & Are. in d. l. eandem. potest melius dicit, quòd ibi hoc non inducitur per medium fictionis, quia fingatur bis mori, aut quia fingatur vtrunque occidisse. Sed quia duo vulnerarunt vnum, qui mortuus est, & est incertum quis eorum occiderit, ideo vnusquisque punitur de occiso, acsi solus occidisset, & hoc ne delicta remaneant impunita, vt ibi dicitur in tex. sed certè ista solutio confunditur per illum tex. in ratione decidendi ibi, *cùm vterque eorum diuersis temporibus occidisse hominem intelligatur*; & sic per fictionem, & sic fingit impossibile de natura in genere, ꝙ vterque diuersis temporib. eundem hominẽ occiderit, vnde posset attentari, ꝙ ibi solùm vnus fingatur occidisse, scilicet primus vulneran. secundus autem verè interfecit. nam dicit ibi tex. quòd alius ex interuallo ita percusserit, vt maturius interficeretur, quàm ex priore vulnere moriturus fuerat. & sic cùm ibi sit veritas, non cadit fictio. l. filio quem pater. s. de lib. & posth. Solùm ergo cadit fictio in persona primi vulnerantis, nam ipse verè non occidit, licet fingatur occidisse, qui causam mortis præbuit, & taliter vulnerauit, vt certum esset ex illo vulnere moriturum, vt dicit text. in prin. tamen non punitur nisi secuta morte, quia ante non est verum eum occidisse. Sed secuta morte fingitur occidisse vsque retro, quando mortiferè eum vulnerauit, & condemnatio refertur ad tempus vulneris illati, vt ibi dicit tex. vnde cùm secundus ei vitam abstulerit, non potest primus vulnerans dici verè occidisse. Tamen quia certum erat ex illo primo vulnere illum omnino moriturum, ideo lex fingit primum vulnerantem occidisse, li-
204 cet verè non occiderit. † Et isto modo non est ibi aliqua impossibilitas, quoniam bene potest vnus vno tempore verè mori, & fingi mortuus alio tempore, vt patet in fictione legis Cor. quæ fingit eum, qui nunc mortuus est, fuisse mortuum retro præambula hora captiuitatis. l. retro. ff. de capti. & l. lege Cor. s. de test. & l. lex Cor. s. de vulg. & pup. Ista consideratio in se planè procedit, sed confunditur per illum tex. in ratione decidendi, cùm vterque eorum diuersis temporib. occidisse hominem intelligatur, & sic fingit super vtroque, nisi dicas, quòd illud verbum intelligatur, respectu vnius stat propriè, & respectu alterius impropriè iuxta glo. in l. 2. §. de offi. procon. & lega. item verbum intelligitur, aliquãdo etiam est veritatis expressiuum, vt dixi. s. in 4. opp. Bart. ad primam partem text. ¶ Sextò, & vlt. contra doct. Barto. fortiter facit tex. in l. vnica. in prin. C. de rei
205 vxo. actio. in verbo *omnes dotes*, hoc modo inducendo. † nam certum est, quòd mutus potest contrahere matrimonium, & recipere dotem, & obligatur ad eius restitutionem. l. mutus. s. de iu. dot. l. nupt. ff. de reg. iur. glo. ord. in l. si. C. de præscr. 30 ann. item certum est, quòd mutus non potest stipulari, quia non potest loqui. l. j. in prin. ff. de verbo. ob. & tamen dicit text. in d. l. vnica. in prin. quòd omnes dotes exiguntur per actionem ex stipulatu fictam, quæ fingitur interuenisse etiam si nihil sit dictum, ergo si mutus contrahat matrimonium, & recipiat dotem, obligabitur ad restitutionem dotis per stipulationem fictam. ergo mutus fingitur stipulatus, & tamen istud est impossibile, & in specie, & in genere omnium mutorum, cùm non possint loqui. Istam difficultatem mouet Barto. in l. j. in 2. col. s. sol. mat. & respondet, quòd lex fingit mutum stipulatum eo modo, quo potest, scilicet per seruum suum, & sequuntur alij Doct. & d. Alex. ibi. Io. de Imo. in l. j. in prin. ff. de verbo. obli. & si dicas vltra Bart. si mutus non haberet seruum, non procederet sol. Bar. quia non esset generalis. potest dici quòd mutus fingatur stipulatus eo modo, quo potest, scilicet per seruum proprium, quando eum haberet, vel si non haberet, fingeretur stipulatus per seruum publicum, scilicet notarium, iuxta. l. his verbis. & l. nõ aliter. s. de adop. & l. 2. & 3. s. rem pupi. sal. fo. Sed
206 caue, quia seruus, † vel tabellio bene possunt stipulari acquirendo domino suo, vel alteri, non autem eum obligando. l. seruus paciscendo. C. de pact. & l. si seruus vetante. cum si. ff. de verb. obli. sed ad hoc respondet d. Alex. in d. l. j. s. sol. mat. quod fingitur mutus per alium promisisse, & mãdatum de promittendo dedisse. Ego vltra Scriben contra istam sol. Barto. arguo fortiter, quia vbi non posset persona de se aliquid facere, propterea quòd posset per alium facere, non sufficit, vt dicatur esse possibile fingi: istud patet in l. qui ad certum. s. loc. vbi possibile esset furiosum locasse per alium, scilicet curatorem suũ, & tamen illud non fingitur, vt ibi, ergo apparet, quòd solùm consideratur possibilitas in persona propria illius, in cuius persona inducitur fictio, non autem quòd possit per alium. ¶ Adde etiam, quòd Io. Fab. in §. fuerat. in 6. col. insti. de act. de quo alij non faciunt mentionem, simpliciter tenet, quòd si contrahentes matrimonium essent muti, vel alter eorum, credit stipulationem fingi, cùm inter absentes fingatur. d. l. his verbis. s. de adopt. quamuis non possit esse expressa & vera, & licèt ipse non dicat, adde de hoc glo. not. in d. l. vnica, in verbo inutiliter. C. de rei vxo. act. quæ no. tenet per illum tex. quòd non obstante absentia, vel interuallo fingitur stipulatio, secus vbi esset
207 defectus consensus, & per illam gl. no. ibi Bald. † quod defectus solennitatis nõ impedit fingi stipulationem, sed defectus substantiæ. & sic consensus, tamen per hoc non bene tollitur difficultas. s. mota, vnde considera, si tutius esset tenere, quòd illa dictio vniuersalis omnes dotes, posita in d. l. vnica, intelligatur de personis habilib. in quib. possit adaptari ratio illius legis, quæ fundatur in hoc, quia semper fingitur interposita stipulatio, etiam quòd non sit interposita. ista cessat in muto, qui non
208 potest fingi stipulatus, vt dixi. † Nam verba quantumcunq; ampla & generalia restringuntur ad personas habiles. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. & l. j. cum gl. C. de sac. san. eccl. l. j. § nuncia. vbi gl. Bar. & ibi latè dixi. s. de ope. no. nun. præsertim cùm persona inhabilis nunquam intelligatur habilitata per verba quantumcunque lata & vniuersalia. l. ij. § fina. vbi Barto. & ibi dixi. supra qui satisda. cogan. vel posses dicere, quòd illa vniuersalis omnes dotes, ponat genera singulorum, & non singula generum, prout facit in §. 1. & ibi glo. institu. de suspec.

ADDITIO.

a [a] Teneatur. Adde, quòd si vulneratus mortaliter, ab alio realiter interficiatur, quòd primus vulnerator non tenetur de morte, vt scribit Rom. sing. 260. vbi inter alia alleg. tex. in l. item Mela. §. Celsus ait. ff. ad l. Aquil. & fac. quæ no. Crem. singu. 56. Felyn. in cap. de cætero. de homicid. Ias. in l. si ab hostibus. post Alexand. ff. soluto matrimonio. Imbert. in Enchirid. iuris Galliæ. versic. causæ duæ. vbi quando causa prior, vel posterior sit attendenda, & ibi, quando vulnus & mors vt causa, & effectus se habent: qua in re distingue, vt per Bos. tit. de homicid. nu. 21. 24. & an accusatus de vulnere simpliciter possit etiam de morte secuta puniri, dic, vt per pract. Bal. tit. de lib. crim. q. 8. Quid in casu, vbi duo simul aliquem vulnerauerunt, nunquid ambo vti principales de occiso, vel de auxilio puniri possint: & dic, vt per Bar. in l. qui seruo. §. si. & in l. qui ope. ff. de furt. Cast. in l. Reos. in prin. de duob. reis. Bal. in l. si quis id quod. in fin. de iur. om. iud. in l. non ideo minus. C. de accus. Bar. in l. si adulterium cũ incest. ff. de adul. in l. Senatus. ff. de accus. Saly. in l. vnic. col. pe. ver. quæro sextò si plures. C. de rap. virg. MASVER.

Ias. super j. ff. Noui. R 2

suspec. tu. & sic in omni genere dotium exiguntur dotes per
actionem ex stipulatu fictam, non autem in omnibus, & singu
lis casib. & sic etiam in muto, quando seruus suus, vel seruus
publicus pro eo stipulari potuisset, aliàs tenebitur mutus actio
ne ex stipulatu datiua ex æquitate, vel condictione sine causa,
cùm sit finita causa matrimonij, propter quam dos fuit data.
209 ¶ † Ex prædictis habes, quomodo intelligatur regula, quæ ha
bet, quòd fictio non potest cadere super his, quæ sunt impossi-
bilia de natura, vt est glo. not. in l. Gallus. §. si eius. in glo. magna.
vbi Bar. & alij. supra de libe. & posthu. quam glo. allegat Barto.
hic. s. in 3. oppo. 1. par. & idem Bar. s. in 1. q. prin. & est similis gl.
in l. 3. in prin. & ibi Bal. s. pro soc. Bar. in l. eandem. in 1. col. & ibi
Ang. Imo. & Are. j. de duo. reis, Bart. in d. l. si sub conditione. in
210 1. col. † Similiter, & fictio non potest cadere super impossibi
li de iure, vt est glo. no. in l. talis scriptura, in ver. hanc autem. &
ibi Bar. & alij no. s. de leg. 1. & illam glo. reputat sing. Bald. in c.
cùm consuetudinis. in 2. col. de consuetu. quòd fictio non tra-
hitur ad ea, quæ de iure impossibilia sunt. & idem Bald. in cap.
innotuit. in 2. col. de elect. & in c. contingit. in 3. col. de dolo &
contu. & in l. siue possidetis. in 2. col. C. de proba. in l. fin. C. pro
don. vbi dicit illam gl. esse ad hoc elegantem. eam etiam repu-
tat not. & sing. Pau. de Cast. ibi, & per illam glo. dicit Bald. in l.
211 Paulus. s. de statu homi. † quòd fictio non trahit se retro ad
tempus de iure prohibitum, & pro illa glo. sunt duo boni tex.
vnus in l. lex Corn. & ibi Bald. in vlt. not. ad hoc no. s. de vulga.
& pup. alius text. in l. j. §. si quis quasi tutor. s. de eo, qui pro tut.
vbi lex non fingit eum esse tutorem, qui de iure esse non po-
test, vt conueniatur ex illo edicto, & illum text. ad hoc allegat
Are. in l. 3. §. ex contrario. in 1. no. s. tit. 1. & ita teneas, quamuis
glo. in l. sub conditione. circa fi. 1. gl. j. de sol. teneat contrarium
& malè, scilicet, quòd fingatur impossibile, sed etiam reprobat
212 Bar. hic, & ibid. & vbique. ¶ † Et ad primum, ꝙ fictio non ca-
dat super impossibili de natura, Bar. in d. l. eandem. & in d. l. sub
conditione, & hic adducit duo principalia iura, scilicet. l. qui
ad certum. ad fi. s. loc. & l. certè. in prin. j. de preca. & l. si tibi ele-
ctio. §. vnius. s. de optio. lega. in quibus iurib. habetur, quòd vbi
aliàs ex patientia adhibita, finito primò termino ad quem fa-
cta erat locatio, vel concessio in precarium, lex fingit nouam
a locationem, [a] vel precarium, vt ibi in verbo, intelligitur enim
dominus cùm patitur. nam verbum intelligitur, importat fi-
ctionem, vt dixi. s. in 3. oppo. Bar. ad 1. par. text. istud non fingit
lex, quando concedens medio tempore efficeretur furiosus,
quia sicut effectus furiosus non posset verè locare, ita etiam
non potest fingi locasse. & sic ficta locatio non posset habere
locũ, vbi non posset verè interuenire. & consequenter lex non
potest fingere, vbi non posset illud, quod fingit in veritate esse,
vide tamen tex. in l. 2. §. fi. vbi dixi. supra sol. mat. ¶ Secundò per
Bar. adducitur tex. in l. si paterfa. § fi. & in l. seq. quæ incipit ado
213 ptio enim s. de adoptio. & in §. minorem. institu. eo. † Nam
adoptio est ficta filiatio. l. adoptiones. in verbo *perinde*. & in ver-
bo *videtur*. supra de adop. & l. mulierem. in verbo *perinde ac si ex
ea natus*. C. eo. quæ verba important fictionem, vt dixi supra in
3. opp. Bar. ad primam partem tex. Facit. l. filio quem pater. sup.
de libe. & posthu. in verbo imagine naturæ, ꝙ importat fictio-
nem. §. item per acceptilationem. instit. quib. mod. tol. obl. Mo
do dicit tex. in d. l. adoptio. ꝙ adoptio solùm habet locum in il
lis personis, in quib. & natura potest habere locum, ergo ado-
ptio, quæ est ficta filiatio, non posset habere locũ, vbi non pos-
set habere locum veritas, & natura, & sic fictio non fingit su-
per impossibili de natura, & dicit text. in d. §. minorem. ꝙ pro
monstro est, vt minor sit pater quàm filius, caue tamen quia
tex. in d. §. minorem. vult, ꝙ ad hoc, vt quis possit adoptare, est
necesse, ꝙ sit maior adoptato plena pubertate, scilicet 18. an-
nis. & tamen secundum naturam in 14. ann. potest quis gene-
rare c. puberes. de despon. impu. ergo non est verum, ꝙ fictio,
& sic ars imitetur naturam, quia deberet sufficere, ꝙ excede-
ret. 14. ann. nisi dicas, ꝙ lex considerauit magis communiter
accidentia. l. nam ad ea. & l. seq. supra de leg. ¶ Tertiò vltra Bar.
& Scribentes bene facit tex. in l. 3. §. ex contrario. in prin. & in fi.
214 sup. tit. 1. † Nam in prin. *cotra naturam, quippe est, vt cum aliquid
ego teneam, tu quoque illud videaris tenere*. & in fi. dicit, *non potes vi-
deri stare, vel sedere in loco, vbi ego sto vel sedeo*. & ibi Iurisconsu. loqui
tur de fictione per verbum, videtur, ter repetitum, ꝙ fictionẽ
importat, vt dixi. s. in 3. opp. 1. par. & sic quia vbi est impossibile
de natura, ibi non potest fingi. Tu strictius inducas illum text.
sm̃ Imo. & d. Alex. & Are. ibi. Nam ille tex. in generalitate, seu
in prin. vult, ꝙ plures non possint eandem rem in solidũ possi-
dere non solùm naturaliter, sed nec etiam ciuiliter, quia cùm
simpliciter loquatur de possessione, intelligitur de ciuili sicut
de naturali, sed qui ciuiliter possidet, fingitur corporaliter insi-
stere illi rei, quam animo retinet. arg. l. nihil. j. de capt. & probat
ille text. subtiliter inducendo, ꝙ fictio non solùm fingit super
eo, quod est impossibile de natura, videlicet, vt tu fingaris tene
215 re illud, ꝙ ego verè teneo, † sed nec etiam super eo, quod est
impossibile secundum fictionem, videlicet, vt tu fingaris tene-
re illud, quod ego fingor ciuiliter tenere, & sic nedum nõ pos-
sum fingi stare, vbi tu verè stas, sed nec etiam possum fingi sta
re, vbi tu fingaris stare. & istud reputat esse valde nouũ in ma-
teria fictionis Aret. ibi in 1. no. vbi dicit, ꝙ non inuenies alibi de
claratum: & multum gloriatur de hoc. Adde vltra eum ratio-
nem esse, quia paria sunt, vel ꝙ tu verè stes in aliquo loco, vel
216 fictè, † quia fictio idem operatur in casu ficto, ꝙ veritas in
casu verò. l. si filiusfa. supra si cer. pet. & l. lex Corn. s. de vulg. &
pupil. l. bona. in fi. infra de capti. ¶ Quartò adde bonum text. in
l. 2. supra de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. & tex. in l. si pupilli. §.
quid ergo. in ver. nec possit. supra de nego. gest. quem ad hoc
217 alleg. Aret. in d. §. ex contrario. in 1. not. ¶ † Secundò princi-
paliter circa istam fictionem inductiuam aduerte ad aliam
pulchram, & vtilem doctr. Barto. quòd ista fictio aut cadit su-
per his, quæ sunt meri facti, aut super his, quæ sunt simul iuris
& facti. sed in his, quæ sunt meri iuris, regulariter non cadit ista
fictio, quia istud quod est iuris, per veritatem inducitur, & nõ
per fictionem. Mouetur Bar. quia fictio est remedium subsidia
rium inductum ex æquitate. l. sciendum. & l. nec vtile. supra ex
218 quib. cau. ma. † ideo lex tunc demũ debet recurrere ad men-
dicatum suffragium fictionis, quando alia remedia cessant. l. in
causæ. la 2. in prin. supra de mino l. quoties. supra de præscrip.
verb. & l. in prouinciali. §. quòd si socius. cum si. supra de ope.
no. nun. ideo cum ea, quæ sunt iuris, lex possit secundum veri-
tatem inducere, ideo ad fictionem non recurrit per l. quia ra-
tio. supra de condi. institu. quam l. dicit Barto. ad hoc optimè
facere. item lex non debet fingere, nisi vbi subest necessitas fin-
gendi. l. non dubito. in prin. j. de capt. nec obst. text. in l. j. §. si vir.
supra titu. 1. quia non debet intelligi, quòd fictio non cadat su-
per his, quæ sunt facti, prout ibi voluit glo. & malè. sed quòd
fictio non cadit super facto, quando non induceret aliquem
iuris effectum, prout est casus ibi, vbi secundum veritatem nõ
potest fieri, quod donatio prout est facti, non sit facta, sed secũ
dum fictionem hoc facere non releuaret, quia posito, quod
vxori non acquireretur, maritus tamen amitteret possessionẽ,
vt ibi dicit text. & sic ius non haberet suum effectum, qui est,
ꝙ donans non efficiatur pauperior. & iste est verus intellectus
219 illius text. secundum Bar. & Imo. hic. ¶ † Adde Bald. in l. siue
possidetis. in 2. colum. in 1. q. C. de prob. vbi tenet, quòd lex nõ
fingit in facto, quod est ab omni iuris effectu remotum, quia
fictiones propter ius sunt introductæ d. l. j. §. si vir. & l. denique.
ff. ex quib. cau. ma. sed si est factum habens in se iuris effectum,
& tunc. l. bene fingit, vt l. lex Cor. sup. de vul. & pup. & l. j. §. lex
fal. sup. ad l. Fal. & l. in bello. §. factæ. cum infinitis si. j. de cap. Ad
de etiam, quod no. glo. in l. verum. infra de reg. iur. quæ etiam
220 respondet ad illud, † quod factum nõ potest fieri infectum.
d. l. in bello. §. factæ. quia illud procedit secundum veritatem,
sed per fictionem potest fingi non factum, & sic haberi pro nõ
facto. l. non dubium. circa me. C. de legib. ibi, *vt ea quæ fieri pro
hibentur, si fuerint facta, habeantur pro infectis*. & est glo. no. in cle. j.
in verbo pro infectis. de immu. eccl. & no. Bal. in c. contingit. in
4. colum. de do. & contu. vbi ponit, an & quando lex fingat con
221 tra factum. ¶ Contra istam doctr. Bar. dum vult † quod fictio
cadat super his, quæ sunt facti, non autem super his, quæ sunt
iuris, videtur facere text. in d. cle. quod circa. de elect. ibi, quæ
in facto non fictione, vel iuris effectu consistunt. d. Car. Flo. ibi
post alios. in 16. quæst. & seq. multum insistit pro solu. huius cõ
trarij ad hanc doct. Barto. Tu dic paucis, quòd ille tex. nihil ob
stat, quia vult dicere, debere attendi illud, quod in veritate fa-
cti, & non in fictione, vel iuris effectu consistit, vt ibi. l. fin. C. de
his, qui ve. æta. impe. Adde, ꝙ fortius tenet signanter Bart. ad fi-
222 nem huius fictionis inductiuæ, † quòd quando in lege appo
nuntur verba importantia fictionem, & improprietatem, si ap
ponuntur in his, quæ sunt iuris, & possunt esse vera secundum
proprietatẽ, magis dñr verba veritatis expressiua, q̃ fictionis,
vel improprietatis, nihil tñ sufficiens ad hoc allegat. Adde, ꝙ
tenet idem Bar. in l. si maritus. secũda. §. legis Iuliæ. j. de adult. ꝙ
in his, quæ sunt iuris, idem est esse talem, vel haberi pro tali, li-
cet aliàs ista verba haberi pro tali, importent fictionẽ. l. mercis
223 appellatione. la 2. cum gl. j. de verbo. sign. Item adde, † ꝙ lex
fingendo, vel per verba fictionis loquendo in actu pendente
à potestate

ADDITIO.

a [a] Locationem. Adde, quæ scribit Catel. ver locaui vineã. col. fi. Ias. in l. diuor-
tio. §. quod in anno. col. pen. circa fi. ff. sol. mat. Bard. de temp. vtil. c. 4. nu. 10.

à potestate legis, verè facit,& non fictè secundum d. Anto.de But.in consilio 20.quod incipit æquitas valdè suggerit.& licet Bart.& Doct.pro ista solenni doctrina nihil allegent, tu allega text.in l.in prædijs,ibi, *tacitè pignori esse intelliguntur.* & in l.eo iu re.ibi,*pignori esse creduntur.* supra in quib. cau. pign. taci. contra. vbi sunt verba importantia fictionem,scilicet intelliguntur,& creduntur, vt supra dixi in 3. oppo. Barto. ad primam partem, & tamen ibi non important fictionem,cùm in veritate sint ob ligata illa bona pignori,vt l.2.ff.eod. quod est ex eo, quia illud
224 est iuris. ¶ Per istam not.doctrinam, quòd † lex disponens super his,quæ sunt iuris etiam per verba importantia fictionē, dicitur verè facere, & non per fictionem, sequitur vtilitas in practica secundum Barto.quòd lex volens facere filium in po testate esse sui iuris,vel filium non legitimum vult facere legitimum, quia ista sunt iuris, nam aliquem esse filium legitimū, vel illegitimum est iuris,non enim hoc ab ipsa natura introdu cebatur,vt §.liceat Authen.quib.mod.na.effi.legi.colla.6. & §. natura.& §.quis igitur.in Authen.quib.mod.natu.effi.sui. col-
225 lat.7.istud faciet † non secundū fictionem,sed secundum puram veritatem,quia verè erit sui iuris,& verè erit legitimus per titulum in Auth.const.quæ de dignita.colum.6.vnde sumitur Auth.sed episcopalis dignitas. C. de epi.& cler. sic in Authen. quib.mod.na.effi.sui.Adde bene facere illud,quod tenet idem
226 Barto.in d.l.si maritus.secunda.§.legis Iuliæ. quòd † si statutū dicat,quòd filia nupta in omnibus habeatur vt sui iuris, quod ista est verè sui iuris,quia statutum disponit super his,quę sunt
227 sui iuris, licèt vtatur verbis importantibus fictionem. ¶ † No. diligenter, & perpetuò teneas cordi illud, quòd singulariter vult Barto. quòd filius spurius, vel naturalis legitimatus sit verè legitimus,& non per fictionē,& sic quòd legitimatio est veritas, & non fictio, est vtilissimum verbum ad statuta loquentia de filijs legitimis,quòd veniant legitimati, & frequenter allegatur in practica, & super hoc dicto multæ decisiones in varijs locis fundantur. Intendo plenè examinare, cùm sit locus suus principalis, licèt aliquid tetigerim in l. filio quem pater. supra de libe.& posthum.& istum passum reputaui semper esse valde dubitabilem.idem quod Barto.tenet etiam Bald. in l. nuper.C.de natu.lib.Pau.de Cast. in consi 233. quod incip. super eo,quod primo loco quæritur.in vlt. colum. & aliqualiter latius dom. Alexan. in consi. 2. 1.volum. incip. visis codi.in 2. colum.& in colum. 8. & sequen. punctus ergo est videre,nunquid spurius legitimatus à principe, vel Comite palatino habente auctoritatem ab eo sit verè legitimus an fictè. ¶ Pro par te affirmatiua,quam tenet Barto.quòd sit verè legitimus,bene facit, quia aliquem esse filium legitimum, vel illegitimum est iuris,quia ab ipsa natura non inducebantur, vt statim supra dixi.& patet,quia legitimatus dicitur quasi secundum legem na tus,prout etiam dicit dom.Alexan.in consi.25. primi volumi. quod incipit circa primum dubium,in quo quæritur an per
228 existentiam.in 2 colum.¶ † Sed lex inanimata disponens circa ea, quæ sunt iuris, veritatem inducit non autem fictionem. l.si vnus.§.pactus ne peteret.supra de pact.ibi, *quia in stipulationibus ius continetur,in pactis verò factum*, vt hic latè per Bart. ergo idem quando princeps, vel habens ab eo auctoritatem legitimat,quia princeps est lex animata in terris.§.fi.in Auth.de con su.colla.4.glo.in l.& quia.supra de iurisdi. om. iud. Confirma-
229 tur, † quia omne legitimum est iuris.l.legitima.s.de pact.l.3. & l.si quæramus.s.de testa.& §. liceat autem patri. in Authen. quib.mod.na. effi.leg. colla.7. sed ea quæ sunt iuris per l.inanimatam verè inducuntur,& nō fictè,vt dixi, & facit.l. causam. §.j.s.de manu.& l.j.2.& 3.C.si manci. ita fue.aliena. ergo idem
230 fiet per principem,qui est lex animata in terris,vt dixi. ¶ † Secundo bene facit, quia legitimati in nullo differunt à verè legi timis.tex.est in §.liceat igitur.in verbo nihil à legitimis filijs dif ferentes.& in §.reliqui.in Auth.quib.mo.na.effi.leg.& §. si quis igitur filios legitimos non habens.in Auth. quib.mod. nat.effi. sui.colla.7.cùm ergo in nullo differant, & æquatio per omnia facta sit, ergo quicquid statutum inuenitur in legitimo,attribuitur legitimato.l.j.& ibi Bar.& alij.s. de leg.1. & l.2.C. com-
231 mu. de leg. † Item pondera vniuersalem negatiuam positā in dictis iuribus, quæ debet vniuersaliter verificari,aliàs oratio redderetur falsa.l.si is,qui ducenta.§.vtrum. supra de reb.dub. & per illa iura consuluit no.Ang.in consi.71. quod incip. arbi-
232 ter,& arbitrator,&c. q † si arbitrator laudauit, q Titius toto tempore vitæ suæ daret, & solueret centum florenos Caio, & filijs suis legitimis,& naturalib.q intelligitur etiam de filijs legi timatis per Comitem palatinum,cùm in nullo differat à verè legitimis,vt dicunt iura prealle. Adde ad idem tex.in §.& quo niam variè in verbo nihil dissimilis legitimis. in Authen. quib. mod.na.effi.sui.colla 7.& in §.reliqui igitur.eo.tit.vbi dicit tex. *semel enim efficientes legitimos damus habere etiam successiones illas,*
233 *quas habent hi, qui ab initio legitimi sunt.* ¶ † Confirmatur optime,quia legitimati sunt sui, & habent existentiam suitatis, vt est text. in §. quibus connumerari. in verbo suorum iura nanciscuntur.institu.de hære.quæ ab intest. & in §.liceat igitur. ibi, *& suos de cætero*, & sub potestate habere. in Auth.quib. mo.na. effi.leg.& patet ex rub.in Auth.quib.mo.na.effi. sui.pondera il lud verbum sui.& ita etiam tenet Bal.in l.eam quam. in 1.col. in fi.C.de fideic.licèt nihil ad hoc alleg.Secundo quia legitima
234 tis debetur legitima † in bonis allodialib.patris,sicut filijs verè legitimis.secūdum Bal.in c.de causis.in pe.col.de offi. deleg. & in addi.Spe.in tit.de succes. ab intest.circa fin.do. Benedi.de Plumbi.in disputatione sua, quæ incipit statuto Pisano caue-
235 tur.in secundò, & tertiò dubio. † Tertiò filij legitimati a succedunt parentibus suis ab intest.simul cum filijs verè legitimis, & naturalibus.l.si te parens.& ibi Bal.ad hoc no.C.de iur.& le
236 gi. ¶ † Quartò legitimati præteriti in testamento patris habēt ius dicendi nullum de iu.ciu. & ius contratabulādi de iure præ to.item habent querelam inofficiosi testamenti,si sint iniustè exhæredati,sicut filij verè legitimi secundum Bald. in l. cùm in adoptiuis.in 3.col.C.de adop.& in addi. Spe.in tit. de succes.ab intest.in ver.sed an legitimato debeatur legitima.Bald. & Ang. in l.certum.in prin.per illum text.s.de iniusto.rup. cum multis alijs concord.quas dedi in rub.s. de lib.& posthu. vbi latè istud
237 vltimum examinaui. ¶ † Quintò cum spurius legitimatus comparetur legitimè nato,potest in testamento institui hæres à patre cum duob.testib.iuxta.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de test.secundum Bal.in c.de causis.in pen.col. de offi.
238 delega. ¶ † Sextò Auth.si qua mulier.C.de sac.san.eccl.permit tens monacho habenti filios in seculo,vt possit inter eos testari, procedit in habente filios legitimatos, vt tenui in d. Auth. si
239 qua mulier.in pen.col. ¶ † Septimò per filios legitimatos con seruatur agnatio & familia patris. Ita in discursu dicit d. Alex. nihil allegans in prædicto consi.2.1.vol.in 9.colum.sed tu istud
240 proba hoc modo, † quia statutum disponens, q existentib. filijs masculis filiæ fœminæ non succedant,est inductum fauo re agnationis,& familiæ.l.j.§.pen.in verbo vt familiarum digni tas salua sit.s.de ventre inspi.Io.And.in addi.Spec.in tit.de suc ces.ab intest.super rub.Cyn.& alij.in l.j.C.de adul.cum suis cō cordantijs, & tamen habet locum in filijs legitimatis secundū Bal.in l cùm acutissimi.C.de fideicom.de quo tamen an sit ve-
241 rum,statim.j. latius dicetur. ¶ † Octauò legitimati succedūt non solùm patri, sed etiam in hæreditatibus agnatorum iure agnationis,sicut faciunt legitimi,& naturales secundum Ioan. And.in addi.Spe.in tit.de succes.ab intest. §.j. ver. sed ex facto. in pen.col.& expressius do.Ant.de But.in c.per venerabilem.q filij sint leg.post medium, dum tractat an legitimatus habeat pro legitimo quo ad agnatos,& eos refert,& simpliciter sequi tur.d.Alex.in prealle.consi.2.1.vol.in 9.col.sed miror de dom. Alex.qui alios non adducit.ego allego in terminis Bart.& Bal. in l.communium.C.de natu.lib.Bald.in l.cùm in adoptiuis.C. de adopt.& in terminis Ang.in §.filiū verò.in Auth.quib.mo. na.effi.sui.coll.7.vbi per illum tex.tenet, q legitimati indistinctè succedunt agnatis,& cognatis,& est etiam de hoc text.expressus in §. quapropter his à nobis.in Auth. quib. mo.na.effi. sui,per quem tex.ita etiam tenet d.Marti.Lau.in q.per eum disputata,quæ incipit Augerius. in 20.col.Iac. de Bel. in disputatione sua quam ponit in Auth.quib.mo.na.effi.legi.do.Abb.in consi.87.incip.in q.quæ vertitur inter Iulianum. in 2. col. licèt secus sit in legitimato per oblationem curiæ, qui soli patri succedit,& non alijs agnatis,vt est tex.qui ita propriè loquitur. in d.l.cōium.& ibi Bar.& alij,& text.in §.filium verò.in Auth. quib.mo.na.effi.sui. ¶ Nono spurius legitimatus nō debet amplius vocari spurius,nam perinde est ac si esset legitimè conceptus sm Bal.in l.imperialis.C.de nup.arg.illius tex.in §.1.ibi,*omni macula penitus detecta*, neque vocabulum inhonestum inhæ-
242 rere. † Item legitimatus non debet à patre institui cum ignominia sub nomine spurij, nec sunt legitimati deinceps turpes personæ.ita per d.l.imperialis.tenet Bal.in consi.146. primi vol.
243 quod incip. titulus principis Achaiæ.in vlt. col. † Sed debet institui sub nomine legitimati,sm eundem Bal.in consi. 388. 5. vol.q incip. respondendo ad dubia, seu puncta. ¶ Decimo,& vlt.prædicta confirmantur per illud,quod not. dicit Bald. in l. manumissiones.in 2.oppo.s.de iusti.& iur.per text.& gl.ibi,vbi
244 dicit, † q nullus est adeò spurius,quin ei insit legitimitas naturalis.& cùm legitimatur est legitimus, nō factus, sed natus.i. non de nouo factus, sed detectus,& sic Imperator legitimando re-

ADDITIO.

a *Legitimati. Adde, q clericus legitimatus à principe temporali non succedit patri nec agnatis, secundum Dec.consi.150.*

do remouet nubeculam, quæ dicebatur ſpurietas. ita ibi not.
Bald. quamuis contrarium in hoc vlt. dicat idem Bald. in addi.
Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. circa fin. vt ỹ. ſtatim referam. ſed
pro primo facit, quod tenet Bal. in l. ſi parens. C. de ſuis, & legi.
245 vbi dicit, † ꝙ eſſe ſpurium eſt quoddam velamen, propter
quod non dicitur filius, tamen ipſa generatio non poteſt abo
246 leri, vt no. in d. l. manumiſſiones. ¶ † Sed aduerte inquantum
ſ̄. dixi, ꝙ legitimati in nullo differunt à verè legitimis, intellige
ſanè procedere quantum ad ſucceſſionem bonorum allodia-
247 lium, † ſecus eſt in feudis, in quib. legitimati non ſuccedunt.
c. naturales. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. quia ex hoc
poſſet contingere fieri præiudicium domino feudi. item quia
non eſt veriſimile principem concedentem nobile feudum de
tali prole ſenſiſſe, ſecundum Ang. in q. per eum diſputata, quę
incipit nobilis quidam genere. in ſecundo dubio. d. Ant. de Bu.
in d. c. per vene. do. Alex. in conſi. 25. 1. vol. incip. circa primum
dubium, quo quæritur per exiſtentiam. in 4. col. ſimiliter nec
in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt legitimati, quia eccleſia
tales abhorret, cùm non poſſint haberi ſine peccato mortali ſe
cundum Bal. Sal. & alios in l. generaliter. §. cùm autem. C. de
inſti. & ſubſti. cum alijs concordantijs quas ibi dedi, ſicut nec
admittuntur ad beneficia eccleſiaſtica pręſertim Epiſcopatus.
cap. cum in cunctis. & c. innotuit. vbi gl. no. de elc. & c. pe. & fi.
de fil. presby. ſed iſti ſunt caſus ſpeciales, qui in alijs firmãt æqui
parationem. ſupra factam. l. nam, quòd liquidè. §. fi. ff. de penu.
248 leg. & c. 2. de coniug. lepro. † Tertiò principaliter pro iſta par-
te facit, quia per adoptionẽ filius efficitur verè legitimus, licèt
non efficiatur naturalis, quia non habet primordia naturæ, vt
inſtit. de adop. in prin. & ibi gl. & gl. in l. qui ỹ. in verbo acerrimè
circa fi. C de inceſt. nup. ergo fortius per legitimationẽ, quia le
gitimatio eſt potentior, & efficacior actus, quàm adoptio. §.
trib. in ver. ſi veſtri enim patris. in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. quod
etiam patet, quia adoptio poteſt fieri auctoritate magiſtratus.
249 l. 2. de adop. † ſed legitimatio nõ põt fieri niſi auctoritate prin
cipis, vel habentis poteſtatem ab eo. § fi. Auth. qui. mo. na. effi.
ſui. & l. prohibere. §. planè. in fin. ỹ. quod vi aut clam. item plus
eſt eſſe legitimatum, quàm adoptatum, quia legitimatus habet
naturalia primordia, quæ non habet adoptatus ſecũdum Bal.
in l. ſi te parens. C. de ſuis, & legiti. item fauorabilior eſt legiti-
matio, quàm adoptio ſecundum Bald. in l. neque abſens circa
fi. ſ̄. de adopt. ergo arguendo à maiori, & fortiori, Auth. multo
250 magis. C. de ſac. ſanc. eccl. cùm per † adoptionem efficiatur
251 filius verè legitimus. ergo fortius per legitimationẽ. ¶ † Quar-
tò facit, quia ſi legitimatus per fictionẽ efficeretur legitimus,
ergo traheretur retro, quemadmodum & aliæ fictiones. l. re-
tro. & l. in omnibus. & l. poſtliminium. in prin. ỹ. de capt. & l. ſi
quis filio exhæredato. §. pen. ſ̄. de iniuſto rupt. & tamen legiti-
matio non trahitur retro, ergo non eſt fictio, vt eſt text. in §. li-
ceat. in Auth. qb. mo. na effi. leg. col. 6. ibi, ſuos decætero. & ibi,
& hoc facto exinde filios, & ibi Ang. ad hoc no. & text. in §. il-
lud. in fin. eo. tit. ibi, *quo facto ex hoc filios fieri.* & ibi glo. parua in
verbo, ex hoc. exponit *ex hoc tempore efficiuntur legitimi, & non re-
tro.* ad idem tex. in c. tanta. qui filij ſint leg. vbi ꝙ eſt fortius etiã
legitimatio facta per ſubſequens matrimonium non trahitur
retro, de quo tamen vide, quæ dicam. ỹ. in quarto fundamento
partis contrariæ. ¶ Tenendo iſtam partem, ꝙ legitimatus ſit ve
rè legitimus, & non fictè, eam no. limita non procedere redu-
252 cendo rem ad practicam, † quando teſtator faceret mentio-
nem de filijs legitimè deſcendentib. tunc non venirent legiti-
mati, quia teſtator reſpexit ad modum deſcendendi naturalẽ,
& non ad fictionem iuris, ſecundum Bald. no. in l. Gal. §. ſi eius.
253 ad fi. ff. de lib. & poſth. † Similiter, qui moritur cum filijs legi
timatis, non dicitur decedere cum filijs legitimè natis ſecun-
dum Bald. in d. c. innotuit. in pen. col. de elec. & in addi. Spec. in
tit. de ſucceſ. ab inteſt. in verbo legitimati non ſunt. & in addi.
Spec. in tit. de procu. in 1. col. in ver. legitimatio. Pau. de Caſt. in
254 l. fin. C. de his, qui veni. æta. impetra. ¶ † Contrariam opi. quòd
legitimatus non ſit verè legitimus, ſed fictè, tenet Bal. quem ẽt
ſ̄. retuli in addi. Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. ad fin. vbi formali-
ter tenet, ꝙ legitimatio innititur fictioni, & ꝙ nõ eſt detectio,
ſed datio de nouo. & Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. in 10.
col. ad fi. in ver. quæro vtrum legitimatio ſit fictio. in l. quoties.
C. de rei vendi. & in l. Gallus. §. ſi eius. ad fi. ſ̄. de lib. & poſthum.
255 † vbi dicit, ꝙ legitimatus fictione iuris dicit legitimè natus.
Bal. in c. j. in 9. col. de conſti. quem ſtatim infra in ſpecie referã.
& Bald. in l. fin. C. de his, qui veni. æta. impe. quem etiam infra
referam. & Bald. in l. ſi ita quis. §. is cui ff. de leg. 3. quem etiam
infra referam. idem tenet Saly. in diſputatione ſua, quæ incipit
Mediolanenſis quidam. idem tenet Iac. But. in procem. C. vbi
tenet, quod Imperator legitimando aliquem non facit eum
verè legitimum, ſed bene iura legitimitatis ei confert. idẽ tenet
Iac. de Bel. in §. trib. in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. coll. 7. & iſtud
in puncto iuris videtur eſſe verius, & ita etiam tenui in d. l. filio
256 quem pater. ſ̄. de libe. & poſthu. ¶ † Pro iſta parte facit, quia
filij dicuntur verè legitimi, qui ex iuſtis nuptijs procreantur. l.
filium diffinimus. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. & §. legitimi. in
Auth. quib. mod. na. effi. ſui. & c. liberi dicti ſunt. 32. quæſt. 4. ſed
hic nuptiæ non interuenerunt, igitur, &c. Item ille dicitur verè
257 legitimus, qui habet omnia iura legitimorum. † Sed legiti-
matus à principe non habet omnia iura legitimorum, vt dixi
ſupra in ſecundo fundamento partis contrariæ ad fin. & patet,
quia legitimatus à principe non intelligitur legitimatus ad ec-
cleſiaſticas dignitates, vt plenè no. in d. c. per venerabilem. per
Cyn. in Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. per Bal. in prœ.
258 Codicis. ¶ † Secũdò principaliter facit, quia diuerſitas nomi-
num inducit diuerſitatem effectuum. l. ſi idem. C. de codicil. &
c. ad audientiam. in fin. & ibi do. Abb. in 2. no. ad hoc no. de de-
ci. ſed verus filius appellatur legitimus, iſte autem appellatur
legitimatus ſecundum glo. inſtit. de adop. in prin. & in l. cùm
legitimè. in glo. 1. in fin. ſupra. de ſtatu homi. & in c. niſi cùm pri
259 dem. de renun & in c. tanta. qui filij ſint legiti. † Item propriè
loquendo aliud eſt quem eſſe filium legitimum, & aliud eſt
quem eſſe legitimatum, vt colligitur per glo. in d. l. cùm legiti-
mè. & in l. j. in fin. in glo. fin. magna ſuper verbo parentibus. ỹ.
ad municip. & in l. filios. C. de muni & origi. lib. 10. & not. ex-
preſsè Saly in l. etiam. per illum text. C. de app. vbi patet, quòd
imago repreſentata prout eſt in legitimatione non eſt eſſentia-
liter ipſa res, & ibi dicit Bald. *quòd legitimatus eſt ſimilis ei, qui acce
pit vſum togæ.* l. ſed ſi accepto. ỹ. de iu. fiſ. alibi tenet glo. in c. inno
tuit. in verbo coniug. de elect. quòd legitimatus non dicitur le-
gitimus, ſed tanquam legitimus. illa dictio tanquam, denotat
improprietatem, vt dixi in l. j. C. de hære. inſtit. alibi pulchrè di
cit Bald in c. 1. in 9. colum. de conſtitu. *quòd legitimatio eſt ſimilis
alchimiæ, quæ facit apparere illud quod non eſt, tamen tranſmutare vnã
ſpeciem in alteram non poteſt.* Sic legitimatus figuram legitimi
gerit, ſed non habet eandem ſubſtantiam. alibi Bald. in cap. fin.
in 2. colum. de transla. præla. dicit, *quòd legitimatus aſſimilatur ho-*
260 *mini medicato à morbo, remanente tamen aliqua cicatrice.* ¶ † Tertiò
principaliter, ꝙ filius legitimatus non ſit verè legitimus, oſten-
dũt multi effectus, nam legitimati ſunt infames infamia facti,
* vt no. Azo in ſumma. C. de infa. circa prin. *quem Doct. vbiq; ſe-
quuntur* ſecundum d. Alexan. in præalleg. conſi. 25. 1. vol. quod
incip. circa primum dubium quo quæritur an per exiſtẽtiam.
in 3. colum. licèt non ſint deinceps turpes perſonæ ſecundum
Bald. in d. conſilio 146. 1. vol. incip. titulus principalis Achaiæ. in
vlti. colum. per l. imperialis. §. 1. C. de nupt. & retuli etiam ſup.
261 † Secundò ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſim pro ſe & ſuis
filijs legitimis, non intelligitur acquiſiuiſſe pro filijs legitima-
tis, quia non ſunt naturaliter legitimi, ſed ex priuilegio prin-
cipis, & ſic ex fictione. Ita ſingulariter not. Bald. in l. fin. per il-
lum text. & ibi Saly. & Pau. de Caſt. C. de his, qui veni. æta. im-
petra. ſequitur dom. Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in 3.
colum. ad fin. ſupra ad Trebel. & in conſilio 60. ſecundo volu.
262 incip. viſa limitatione. in 2. colum. ¶ † Tertiò, in relicto facto
alicui in tempus filiorum legitimorum, non ſufficiunt legiti-
mati, quia non ſunt legitimè nati, vnde ineſt quædam fictio ſe
cundum Bald. in l. ſi ita quis. §. is cui. ſupra de legatis ſecundò,
263 de quo vlti. tamen vide plenius per Imo. ¶ † Quartò, ſi teſta
tor dixerit, ſi deceſſerit ſine filijs, non ſufficit ſi deceſſerit cum
filijs ſpurijs aut naturalibus legitimatis, quia non ſufficit ciui-
liter factum ad implendum conditionem. l. fideicommiſſum.
ſupra de condi. & demon. ſecundum Bald. in l. Lucius. vltima.
264 ſupra de hæred. inſtitutio. ¶ Quintò donatio omnium † bo-
norum, vel maioris partis facta per carentem filijs reuocatur
a natis filijs ipſi donanti. l. ſi vnquam. [a] C. reuoca. don. & tamen
non reuocatur per legitimationem filij ſpurij, quia d. l. ſi vn-
quam. loquens in poſthumo facto à natura, non habet locum
in iſto poſthumo facto hominis, & ſic legitimato, argum. l.
filio quem pater. ſupra de libe. & poſthum. ita not. tenet Bald.
in l. ſecunda. ad fin. C. ſi quid in frau. patro. & in l. prima. in pen.
colum. C. de inofficio. dona. & in cap. innotuit. in quarta co-
lum. vbi ſingulariter limitat. de electio. Saly. in l. ſi totas. C. de
inoffi. dona. Mar. Laud. in quæſtio. per eum diſputata, quæ inci
265 pit Augerius. in ſecunda col. † Sextò conſuetudo regni præ-
ferens

ADDITIO.

a * L. ſi vnquam. Adde, quòd habet locum d. l. in legitimato per ſubſequens ma
trimonium, teſte Bal. in c. innotuit. hic alleg. & refert idem Iaſ. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum. colum. 24. ff. de libe. & poſthum. & vide quæ ſcribit Socin.
conſi. 226. BELLAC.

ferens in ſucceſſione filium primogenitum, non habet locum
in legitimato, quia cōſuetudo illa regni reſpicit naturalem ve-
ritatem, & non fictionem, quæ eſt in legitimato. ita tenent Bal.
Saly & Pau.de Caſt.in l.quoties vbi dixi. C.de rei vend.Io.An.
vbi latè diſputauit in regula, ſine culpa.in mercuria.& in cap.ſi
pro te.de reſcrip. in 6 in nouel.& ibi Gem.& Io. An.in cap.in-
notuit.de elect. d.Ant.de But.in c.tanta qui filij ſint leg.Iac. de
Bel.per plura fundamenta in §.tribus.in Auth. quib. mod.nat.
effi.ſui.coll.7.Ang.in diſputatione ſua, quæ incipit, nobilis qui-
dam genere.in 6 col. Ang.& Imo.in l.verbis.§. interdum. ſ. de
hære.inſti.Imo.in l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.eo.Ang.Pau.de
Caſt.& d.Alex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ſ.de lib.& poſth.
d.Mar.Lau.in tractatu de primogenitura.in 7.col.ad fin.& ſeq.
diſputauit diffusè per ſeptem chartas magnas.d. Alex. in q.per
eum diſputata, quæ incipit. Sigiſmundus Rex Romanorum.
266 in quarto dubio.ſed ibi nihil decidit.¶†Quarto principaliter,
ꝙ legitimatio ſit fictio, facit, quia legitimatio trahitur retro, &
fingit medio tempore non fuiſſe ſpurium nec illegitimum.l.fi.
ſ.de nata.reſtit. quia legitimatio dicitur quædam reſtitutio pri
mis natalibus, in quibus natura erat communis, & omnes legi
timi naſcebantur.§. ſed & ſi. in Auth.quib. mod natu.effi.leg.
colla.6. & ſic legitimatio fingit retro acſi natus eſſet verè legi-
timus.§.illud.in Auth.quib.mo.na.effi. ſui.ad hoc facit, ꝙ not.
tenet Bar.in l.2.in prin.ſ.de vulg.& pup.in 2.q.prin.in 3.requiſi-
267 to.vbi tenet, ꝙ ſi filius naturalis † legitimetur poſt mortē pa
tris, ꝙ valet ſubſtitutio pupillaris ſibi facta à patre in teſtamē-
to, eo quia talis legitimatio cùm ſit reſtitutio natalib.trahitur
retro, ac ſi ſemper fuiſſet legitimus per d.l.fi.ſupra de nata.reſti.
ꝙ valde no.Ad idem facit, quod tenent Ang.& Imo.in l.ſi alie-
268 num.§.in extraneis.ſ.de hære. inſti.vbi tenent, † ꝙ ſi pater in-
ſtituit ſimpliciter filium ſpurium, & poſteà facit eum legitima
re ſe viuente, ꝙ inſtitutio cōualeſcit, quia legitimatio trahitur
retro.ad idem facit, quod ſingulariter tenet Rapha.Cuma.in l.
269 filio quem pater.in prin.ſ.de lib. & poſthu. vbi tenet, † ꝙ ex-
hæredatio filij ſpurij eſt inepta ſicut exhæredatio extranei.l.qui
dam cùm filium.j. de verb.oblig.tamen ſi poſteà legitimetur,
reconualidatur talis exhæredatio, eo quia legitimatio trahitur
retro, ergo eſt fictio, caue tamen quia contrariū dixi. ſ.in quar-
to fundamento partis contrariæ, ꝙ legitimatio non trahitur re
tro, ſed concorda no. vt dixi in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ſ.
270 de libe. & poſthu. ¶†Quintò principaliter facit, quia iſte na-
tus fuit ſpurius, ergo nō poteſt verè deſinere eſſe ſpurius, ſicut
qui ſemel fuit hæres, non poteſt amplius deſinere eſſe hæres. l.
& ſi ſine.§.ſed ꝙ Pap. ſ.de mino. gl.in l.in ſubſtitutione.ſup.de
vulg. & pup. quia res factæ, vlla conſtitutione infectæ fieri non
poſſunt.l.in bello.§.factæ.j.de cap.& eſt text.expreſſus in §.1.in
ver. quæ igitur.in Auth. de æqua. do.colla. 7.imò etiam Deus
hoc ſolo priuatur, ꝙ non poteſt infecta facere, vt dixi in l.j.§.ſi
271 vir. ſ.tit. 1. Item † veritas naturalis non poteſt auctoritate le-
gis immutari.l.2. §.j.ſ. de vſufru. ea.re. quæ vſu conſu. nec per
fictionem viæ veritatis delentur.l. in rebus. C. de iur. dot.bene
poteſt facere lex, ꝙ factum habeatur pro non facto, & ſic per
fictionem.l.non dubium.circa me.C.de lega.glo. in l. verū eſt.
ff.de regu.iur.Ita poteſt lex facere, quòd ſpurius ſi legitimetur,
habeatur pro legitimo, & ſic per fictionem, non autem, quòd
verè ſit legitimus, aliàs duo contraria concurrerent in eodem
ſubiecto, quod eſſe non poteſt.l.ſi ancillam. j. pro ſuò.l.j.C. de
fur.c.ſolicitudinē.de appel. nam verè natus eſt ſpurius, & iſtud
tolli non poteſt, vt dixi. ſi poſteà per legitimationem efficere-
tur verè legitimus, duo contraria ſimul concurrerent, ꝙ non
272 eſt poſſibile, vt dixi. † Item quis non poteſt eſſe in duplici ſta
tu contrario.l. vnica.§. cùm igitur. C. de lati. lib. tollen. & l. ſi
pariter. ſupra de libe. cau. & l. ſi duobus. ſupra de ſtatuliber.
273 ¶†Sextò, & vlt.non eundo per mendicata ſuffragia pro iſta
parte eſt bonus text in §.filium verò.in Authen.quib.mod.na.
effi.ſui.vbi text. dicit, *legitimatum velut ex quadam machinatione co
gnatum*. & tex.in §.generaliter.eo.tit. ibi, *ſiue per aliam quamlibet
machinationem*. ergo non verè, ſed per quandam machinatio-
nem, & ſic per fictionem. Ad idem text. in l.qui in prouincia.
§.diuus.in fin. ſupra de ritu nupt. ibi, *perinde ac ſi legitimè conce-*
274 *pti fuiſſent.* † ergo non verè, quia dictio perinde, denotat fictio
nem ſecundum Bar.ſupra in 3.oppo.1.par.tex. eſt & glo.in l.ſa
crilegij. la 1.§.is autem, & ibi Barto.ſupra ad l.Iul. pecu.& glo.
in l.ſi quis vi. in prin.& ibi Lud.Rom.& do.Alexan.notant.ſu
pra de acqui.poſſeſ. Bald.in l. ſed & ſi lege. §.perinde. ſupra de
peti.hære. Ad idem tex.in cap. tanta. qui filij ſint legiti. in verbo
legitimi habeantur. ergo non ſunt verè legitimi, quia dixiſſet legi
timi ſunt.& pondera fortius, quòd text. ille loquitur in legiti-
275 mato per ſubſequens matrimonium. † Item facit in ſimili
text.in l.2.C. de iure aure. anulo. in verbo *imaginem non ſtatum
legitimatis præſtat*. & in l.filio quem pater.in verbo *ne imagine na-
turæ*. ſupra de libe.& poſthu.ex iſtis fundamentis patet reſpon-
ſio ad ea, quæ ſuperius in oppoſitum adducebantur, & ita te-
ne, quamuis paſſus ſit admodum ambiguus.d. Bene. de Plum.
diſputauit iſtum arti.in quæſt.per eum diſputata, quæ incipit,
ſtatuto Piſano cauetur.in primo dubio.vbi pro parte affirma-
tiua.quod legitimatus ſit verè legitimus, & non fictè, adducit
octo fundamenta, poſteà pro parte cōtraria adducit alia octo
fundamenta, quæ etiam tranſcribit Lud. Roma. hic. Tandem
idem d.Ben concludit, & ſatis rationabiliter, quòd aut quæri-
mus an legitimatus ſit verè legitimus vera, & originaria legiti-
matione, quæ ex matrimonio efficaci procedit, iuxta.d.l. cum
filium diffinimus.& dicendum eſt, quòd non.d.l. qui in prouin
cia.§.diuus.cum alijs iuribus ad hoc allegatis, per ea, quæ tamē
non bene probant. ſecundum Ludo. Roma.hic. & ex hoc in-
fert d.Bene. quòd licet lex appellet natos ex matrimonio puta
tiuo eſſe legitimos, vt l.qui contra. C.de inceſt.nupt. & cap.ex
tenore. in fin. qui fil. ſint legi. intelligitur fictè, ſed non verè ſe-
cundum glo. in §. ſi verò hæc noſtra lex. in Authen. de inceſt.
nupt. colla.2. quæ intelligit illum text. ibi, *& ipſi legitimi*, ideſt
pro legitimis habeantur.& probatur in d.l.qua in prouincia.§.
diuus.in ratione ſui. Aut quærimus de alia legitimitate in ge-
276 nere ſumpta. † Et tunc aut vitium illegitimitatis procedit ex
matrimonio de iure ciuili prohibito, vt habetur in toto titu.
C.de interdic.matri.& in l.& ſi contra.C.de inceſt. nupt. & in l.
j.C.ſi rector prouinc.& tunc princeps legitimando confert ve
ram legitimationem.& ita debet intelligi opin. Barto hic ſecū
dum eum. Ratio, quia princeps potuit diſpenſare ſuper ante-
cedenti, ſcilicet inhabilitate matrimonij, vt l. ſi tutor. C de in-
terdi. matri. ergo ſuper eo diſpenſando verè dicitur in conſe-
quentiam diſpenſaſſe ſuper vitio illegitimitatis.item quia prin
ceps legitimando filios natos ex matrimonio interdicto de iu
re ciuili, verè legitimos facit acſi legitimè concepti fuiſſent. l.
imperialis. C.de nupt. & d.l.qua in prouincia. §.diuus. Aut ta-
le vitium illegitimitatis procedit à iure diuino, vel canonico,
& tunc quia diſpenſatio ſpectat ad ſedem Apoſtolicam, legi-
timatus per principem non erit verè legitimus, ſed fictè, cùm
non ſit legitimatus quo ad omnia, prætertim quo ad eccleſia-
ſticas dignitates. Item cùm princeps non potuerit ſuper ante-
cedenti diſpenſare, ſcilicet ſuper ſubſtantia matrimonij, ergo
nec diſpenſando ſuper conſequenti veram legitimationem
inducit, & cum iſta diſtinctione tenent etiam in effectu Ludo.
Roma.hic.do. Anto. Roſ.in tractatu legitimationis ſuper ru-
bri.de cauſa effectiua. in 1. colum. & duabus ſequen. Fran. de
Curte in conſi. 73. incip. ſuper memorata facti narratio.in 21.
277 colum.¶†Iuxta prędicta ad maiorem eorum intelligentiam
ſubijcio in ſpecie notabilem quæſtionem. Statuta quaſi vbiq;
diſponunt, quòd exiſtentibus filijs maſculis filiæ fœminæ non
ſuccedant patri, an procedant etiam in filijs maſculis legitima
a tis.[a] Bald. in l. cùm acutiſſimi. in 2.colum. C.de fideicom. te-
net, quod ſic, quia legitimatio eſt verus ſtatus legitimorum,
licèt non ſit verum principium, & plus non dicit. Ego, quia ibi
leuius pertranſiui, nunc intendo plenius examinare, quia eſt
vtilis, & quotidianus paſſus, & licet Lud.Rom.hic dicat, quod
in hoc habemus ſolam ſimplicem auctoritatem Bald. in d. l.
cùm acutiſſimi.decidentis, quòd ſic, nihil tamen boni allegat
ſecundum eum, tu dic, quòd imò idem etiam tenet Bald. in l.
eam quam.in duobus locis C.de fideicom.ſcilicet.in 6.colum.
in fin.in verſi.item fuit quæſitum à me.& in 10. colum.in ver.
ſed pone ſtatutum dicit, quòd filia dotata non ſuccedat. item
adde, quòd idem etiam tenet Pau.de Caſt. in l.ſed ſi hac.§.pa-
tronum.ad fin.per illum text. in verſi. ſed ſi ius. ſupra de in ius
voc.& in rub.C.de iure aureo. annulo. & in l. ſi ita quis.§. fi.ff.
de lega.2.& in conſi.27.lib.2. quod incip.videndum eſt primò
de ipſo clerico. in fin. & in conſi. 34.eodem quod incip. ſuper
primo videtur dicendum.in 4.colum. idem, tenet d.Mar.Lau.
in quæſt.per eum diſputata, quæ incipit Augerius.in 9.colum.
ad fin. Aret.& dom. Philip. Corn.in l.liberos argumento illius
text.C.de colla.Aret.in l.Gallus.§.ſi eius. in fin. ſupra de libe. &
poſthu.& iſtam partem tenui in d.l.cū acutiſſimi, licet omnes
dictas auctoritates tunc non allegauerim, & ita pluries con-
ſului, & ita recolo fuiſſe iudicatum. Motus ſum præcipuè
per concluſionē Bar. hic tenentis, ꝙ legitimatus ſit legitimus,
& nō per fictionē, ſed iſtud dictū Bar.nūc non teneo.imò.ſ.te-
nui ꝯrium.& ita cū Bal.ibi tunc tenui, quia nondū viderā eos,
quos

ADDITIO.

a ¶Legitimatis. Adde, quòd hanc quæſtionem latiſſimè ponit domi. Alber.
Brunus in ſuo tracta. ſuper ſtatutis excluſiuis fœminarum.in 12.argu.quæſt.
4.vbi vide.

quos poſtea comperi tenere contrarium, quos ſtatim j. refe-
278 ram. ¶ † Pro iſta parte facit, nam legitimati ſuccedunt ab inte-
ſtato ſimul cum alijs filijs legitimis. & naturalib. l. ſi te parens.
& ibi Bald. not. C. de ſuis & legi. & legitimati reducuntur ad il-
lam ſucceſſionem ex teſtamento & ab inteſtato, quam habēt
filij verè legitimi, & naturales. §. reliqui. in Auth. quib. mod. na.
effi. ſui. colla. 7. & §. dubitatum. ad fi. in Authen. de inceſt. nupt.
colla. 2. ergo ſicut filij legitimi, & naturales excludunt filias fœ-
minas, ita debent eas excludere legitimati, vt ſic ſtatutum reci-
piat interpretationem paſſiuam à iure communi. l. 2. C. de no-
xa. & l. fi. §. in computatione. vbi gl. no. C. de iure delib. confir-
279 matur, † quia legitimatus in parte hæreditatis excludit ipſos
maſculos legitimos, & naturales, & filij excludunt fœminas,
280 ergo † ſi vinco vincentem te, multò magis debeo te vincere.
l. de acceſſionib. §. j. & ibi Bar. j. de diuer. & tempo. præſcrip. &
c. auctoritate Martini. ad fi. & ibi Gem. de conceſ. præben. in 6.
Bar. in l. j. § quidam filium. per illum tex. s. de bono. poſ. ꝯ tabu.
& idem Bar. in l. Claudius. s. qui potio. in pig. habeā. ¶ Secūdò
facit, quia iſtud ſtatutum loquitur per verba naturalia, ſcilicet,
281 ꝙ exiſtentib. filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant. † ſed
lex loquens per verba naturalia verificatur etiam in non legiti
mo. l. libertinum. C. de interdi. matri. & l. hæredib. § fi. s. ad Tre-
bel. & per Bar. in l. pronunciatio. §. familiæ. j. de verb. ſigni. idem
in ſtatuto, vt patet ex eo, quod decidit Io. And. in addi. Spec. in
282 tit. qui filij ſint legi. ſuper rub. vbi tenet, † ꝙ ſtante ſtatuto, q pa
ter teneatur emendare damnum datum per filium, quod ha-
bet locum in filio naturali, cùm loquatur per verba naturalia,
ergo multo fortius in præſenti ſtatuto comprehendetur legiti
matus, cùm in eo concurrat duplex vinculum ſ. legis, & natu-
ræ, vt § natum. in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. ergo fortius debet
operari. Auth. itaque. C. commu. de ſucceſ. & in Auth. de con-
283 ſangui. & vte. fra. in prin. col. 6. ¶ † Contrariam opin.[a] tenet
a Pau. de Caſt. ſibi contrarius in d. l. cùm acutiſſimi. Motus, quia
verba ſtatuti debent intelligi in potiori ſignificatu de illo, qui
verè eſt legitimus, & naturalis origine & non ex accidenti. l. fi.
C. de his, qui veniam æta. impe. idem ſimpliciter tenet idē Pau.
de Caſt. in illa. l. fin. per illum text. idem & plenius contra Bald.
tenet idem Pau. de Caſt. in conſi. 180. incip. ſuper eo quod pri-
mo loco quæritur, quis ſuccedat. d. Anto. in vlt. col. lib. 1. ſecu-
tus do. Anto. de But. qui etiam contrarium tenet in d. c. per ve
nerab. in vlt. q. in 29. colum. vbi fortius tenet d. Anto. de But. ꝙ
284 † ſi ſtatutum loquatur de filijs legitimis, nō extenditur ad fi-
lios legitimatos etiam per ſubſequens matrimonium, quod
eſt fortius, quia cùm ſtatutū loquatur in filio legitimo, debet
intelligi in legitimo naturaliter ſic genito, & ſic in legitimè na-
to, quia ſtatutum non extenditur ad caſum fictum, ſecus ſecū-
dum eum ſi hoc verbum legitimo, proferatur à iure commu-
ni, per gl. in c. innotuit. in verbo coniugatam. de electio. & plus
non dicit. Idem tenet do. Ant. de But. in c. tanta. circa prin. qui
filij ſint legi. Eandem opi. contra Bald. videtur tenere Ange. in
conſi 75. incip. per reformationem. & in conſi. ſeq. Idem tenet
Raph. Cuma. in l. ſi ita quis. § fi. s. de lega. 2 idem tenet d. Bene.
de Plumb. in d. diſputatione quæ incipit, ſtatuto Piſano cauē-
tur. in quarto dubio. vbi arguit ad vtrāque partem, & finaliter
ita decidit contra Bal. per tex. in l. j. §. ſi quis filium ſupra ſi tab.
285 teſta. nul. exta. vbi † licèt clarum ſit, ꝙ filius legitimus, & natu
ralis excludat nepotem ex ſe natū, tamen ſi filius ille fuit emā-
cipatus, & deinde readoptatus, & ſic antiquæ poteſtati reddi-
tus, nepotem propterea non excludit, quia nunc ſicut adopti-
uus eſt in poteſtate, ita hic in caſu noſtro, licèt ſi filius à princi-
pio fuiſſet legitimus, filiam fœminam excluſiſſet vigore ſtatu-
ti, tamen ſi poſteà legitimatus ad ius legitimorum reducatur,
non per hoc debet filiam fęminam excludere: ampliat ſub du
bio forte, vt procedat etiam ſi ſit legitimatus per ſubſequens
matrimonium, adhuc filiam fœminam non excluderet per d.
c. tanta. niſi ſecundum eum eſſet legitimatus à principe cum
iſto beneficio prælationis, vt filiab. fœminis pręferatur. arg. l. nō
tm̄. §. j. & l. non putauit. §. ſi quis emācipatum. s. de ꝯ tab. idem
ꝯ Bal. tenet Lud. Rom. hic latè arguens ad vtranque partē, &
adducens quaſi eadem fundamēta d. Bene. de Plumb. in diſpu
tatione præallè. Motus præcipuè per tex. in l. j. §. ſi quis filium. s.
ſi tabu. teſt. nul. exta. qui tex. ſecundum eum videtur hunc ca-
ſum determinare. & ita dicit ſe in hoc practicabili & quotidia
no caſu pridie conſuluiſſe in ciuitate Lucana contra Bald. &
quòd eius conſilium fuit approbatum à quàmpluribus famo-
ſiſſimis Doctoribus ciuitatis Senenſis, vbi tunc legebat. Idem
contra Bald. tenet do. Ant. de Roſ. in tract. legitima. in vlt. rub.
circa vlt. colum. d. Franc. de Curte in conſi. 16. incip. clarus vir
Iac. Alphe. in 3. & 4. colum. & Vincen. Paleo. Doct. Bononien.
in conſi. ſeq. quod incipit viſo puncto, & ſubtilib. dubitatio. in
3. colum. & d. Franc. de Curte in conſi. 35. incip. ſtatuto ſiue in-
cip. Ianuæ. in 5. & 6. colum. & latius idem d. Fran. de Curte in
conſi. 73. incip. ſuper memorata facti narratione. in 17. col. &
duab. ſeq. vbi pluries atteſtatur iſtam eſſe communem, & verā
opin. & ꝙ ita etiam aliàs conſuluit, & ꝙ eius conſi. ſubſcripſe-
runt ſolennes Doct. d. Barth. Soc. Senenſis. & Vincen. Paleotus
Bononienſis, & ꝙ ita iudicauit in excelſa ciuitate Mediolani. d.
Io. de Bexu. antiquior Mediolanenſis Doct. Ex prædictis appa-
286 ret. † iſtam ſecundam *eſſe magis communem opin.*[b] à qua in iudi
* cando, & conſulendo non eſt recedendum ſecundum Bart, &
b alios in l. fin. C. de pœna iud. Cano. in c. ne innitaris. de conſtitu.
287 † Nam illa dicitur eſſe magis communis opin. in qua plures
Doct. concor. l. j. in ver. *& ſanè crebrior.* & ibi Bal. ad hoc not. s.
de offi. quæſto. & l. diui fratres. poſt med. in verbo *plurium etiam
iuris auctorum.* s. de iur. patr. & c. nouimus, ibi, *opinio à pluribus ap
probata.* & ibi d. Ant. de But. & d. Abb. ad hoc no. de verb. ſigni.
& c. de inducijs, ibi in quo plurimi concor. 3. q. 4. & 19. diſt. c. in
canonicis. in verbo plures grauiores. & pro iſta magis commu
ni facit, nam lex valde abſurdum reputat, ꝙ ſpurij legitimati
vt aduenæ introducantur ad excluſionem prolis legitimæ, &
naturalis. ita formaliter dicit tex. in § tribus, in fi. in Auth. quib.
mo. na. effi. ſui. colla. 7. ¶ Pro iſta magis communi omiſſis leui
bus, & vulgaribus, quæ adducuntur per Lud. Rom. hic, & do.
Bene. de Plumbi. in d. diſputatione, quæ incipit ſtatuto Piſano
cauetur, in quarto dubio. fortiter ſtringit, & iſtud multum me
288 mouet ad ita tenendum, quia † ſtatutum limitans in filia fœ-
mina quotam ſuccedendi exiſtentibus filijs maſculis, intelligit
etiam limitare in filio legitimato, quia filius legitimatus non
poteſt plus habere in bonis patris, quàm habeat vnus legitima
torum, cui minus relinquitur. tex. eſt vnicus, & ſingularis in §.
& quoniam variè. in Auth. quib. mod. na. effi. ſui. quem Ang. ibi
notat, & reputat ad hoc ſingularem, per quem tex. determinat
in terminis noſtris ſingulariter Bald. in c. per tuas. circa med. de
289 maio. & obe. ꝙ † ſi ſtatuto cauetur, ꝙ exiſtentibus filijs ma-
ſculis filia fœmina non ſuccedat niſi in vncia, iſta fœmina limi-
tat maſculum legitimatum, vt etiam ipſe non debeat plus ha-
bere, ergo non videtur, quòd fœminam excludat, & ſequitur
ſimpliciter. d. Alex. reputans no. verbum in l. neceſſarijs. in pen.
col. s. de acq. hær. & in l. ſed ſi hac. §. patronum. in vlt. col. s. de in
ius voc. Vide tamen, quod no. Ange. in § optime, per glo. ibi. in
290 Auth. de nup. colla. 4. vbi tenet, ꝙ † filia dotata, quæ per ſtatu
tum patri non ſuccedit, nō impedit, quin pater poſſit relinque-
re ſecundæ vxori pluſquam reliquerit ipſi filiæ dotatæ, nec ta-
lis filia dotata, quæ non poteſt patri inuito ſuccedere, tale reli-
c ctum poteſt irritare,[c] tamen aliud videtur reſpectu legitima-
ti, per tex. ſpecificum in d. §. & quoniam variè. ¶ Tertiò princi-
paliter, & vlt. circa iſtam fictionem inductiuam, inquantum
291 Bat. tangit an † ſtatuta loquentia de ciuibus habeant locum
in forenſib. receptis in ciues, quos Rapha. Cuma. hic appellat
quaſi adoptiuos ciues factos, prout etiam ante eum appellat
Bal. in l. ciues. C. de appel. quem j. referam, concludit Bar, quòd
ſi ſunt recepti ſeruata forma ſtatuti, vel reformationis, & tunc
erunt ciues ſecundum veritatem, quando ſtatutum, vel refor-
matio diceret, ꝙ habeantur pro ciuibus, quo ad omnia, quia
conſtitutio ciuium iuris eſt, licèt aliquid facti habeat, ergo ſta-
tutum diſponens ſuper his, quæ ſunt iuris, dr̄ verè facere, & nō
per fictionem, de quo vlt. dixi plenè, & notab. s. in præcedenti
cōcluſione Bar. Nec obſt. ꝙ ſtatutum dicat, ꝙ habeantur pro
ciuib. quæ verba denotant fictionem. l. iure ciuili. s. de condi. &
292 demon. Bar. s. in 3. opp. primæ partis text. † quia aliud eſt eſſe
ciuem, aliud haberi pro ciue, nam primum importat verita-
tem, ſecundum fictionem. l. mercis appellatione, cum gloſſ.
not.

ADDITIONES.

a ¶ Contrariam opi. Adde, quòd hanc eandem opin. videtur tenere Socin. in conſi. ſuo 246. colum. pen. verſi. ſed reſtat nunc videre. & per eundem in l. Gallus §. & quid ſi tantum. ſupra de lib. & poſthu.

* Et dic, quod hanc ſequitur, & magis communē dicit Decius conſi. 52. & 306. Cur. ſen. conſi. 16. & 35. cuius contrarium verius dicit Cur. iun. conſi. 153. idem Iaſ. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. in l. 2. §. patronum. 2. nume. 6. ff. de in ius voc. vbi ponit declarationem notab. de quo etiam plura no. Rolan. conſi. 67. conſi. 96. num. 50. & ſeq. conſi. 83. num. 12. & ſeq. lib. 3. fallit prædicta concluſio in legitimato per ſubſequens matrimonium, quia talis nihil differt à verè legitimo ſecundum communem per Dec. d. conſi. 52. in prin. Alex. in Rub. ff. de lib. & poſth. MASVER.

b * Communem opi. Adde Tiraq. in l. ſi unquam. verſi. ſuſcepiſſet liberos. num. 98. C. de reuoc. don. PANCIR.

c * Irritare. Adde Corn. conſi 82. nu. 8. lib 3. & contrarium tenet Bru. tract. ſtatut. exclud. fœm. arti. 8. quæſt. 29. Bertr. in l. hac edictali. C. de ſecun. nup. Cor. conſi 309. lib. 3. PANCIR.

not.sup.de verb.signi.& l.si maritus.2.§.j.versi. quòd si quis.& ibi not.Bartò. supra de adult. quia ad hoc respondet signanter Barto. hic, quod verba denotantia fictionem & improprietatem, si apponuntur super his, quæ sunt iuris, & quæ possunt induci à lege secundum veritatem, magis dicuntur verba veritatis expressiua, quàm improprietatis aut fictionis, quod vlt. mul tum notat in præcedenti conclusione Bar. & illud firmaui iurib. licèt Bart. hic non bene probet. aut non fuit seruata forma statuti, vel reformationis, puta quia non fuerunt præsentes in consi. maiori, quando fuerunt assumpti in ciues, prout statutũ requirit, vel statutum dicit, quòd habeantur pro ciuibus quo ad quædam, & istis duobus casibus necesse est dicere secundũ Bar. quod erunt ciues per fictionem, & non secundum veritatem. allegat ad hoc secundum. l.2. supra ad Mace. & circa istã decisio. Bart. Scrib. hic nihil addunt, licèt Imo. & latius Laud. omissa hac materia Bar. aliam ingrediantur, scilicet in quibus

293 intelligantur facti ciues, & in quibus non. ¶†Ego autem solùm attingam quæstionẽ Bart. an tales recepti in ciues ex forma statuti, vel reformationis intelligantur esse verè ciues an per fictionem, & alia tanquam extranea omittam. adde, quòd cum Barto. transit simpliciter Ioan. de Imo. in l.j.§. lex fal. ff. ad l. Fal. & simpliciter. d. Anto. de But. in c. ex parte. in 2. no. per illũ tex. de spon. adde primò, quòd no. consuluit Bar. de quo Scrib. non faciunt mentionẽ, in consi. 62. incip. punctus talis est, quidam est effectus ciuis, &c. vbi formaliter quærit, quidã est effectus ciuis alicuius ciuitatis per statutum, seu reformationem, an dicatur verè ciuis an impropriè, & fictè, & dicit sciendum esse, quòd aliquem esse ciuem, non est actus naturalis, sed ciuilis, quod apparet primò ex ipso nomine, quia ciuis: secundò quia de iure naturali non erat ciuitas, & nascendo non nascebatur ciuis. item constitutio iuris ciuilis ciuem facit aliquem, vel propter originem, vel propter dignitatem, vel propter ado

294 ptionem, vt l. ciues. C. de inco. lib. 10.† vnde non est dicendũ, quòd quidam sint ciues naturaliter, & quidam ciuiliter, imò omnes sunt ciues ciuiliter: aliqui tamen propter naturalem originem, aliqui propter aliquam aliam causam, vnde si ciuitas facit statutum, quòd quicunque ibi domum habet sit ciuis, verè erit ciuis, vt l. ædificia. & ibi no. & l. prouinciales. ff. de verb. signi. & l. in vrbe Romana. ff. de statu homi. & verè, & propriè ciuis est, quicunque recipitur, vt munera subeat, sed ibi in illo casu Bar. ille erat sic receptus, ergo verè, & propriè ciuis est. l.j. in principio. in verbo, & propriè quidem. ff. ad municip. vnde debet tractari vt ciuis illius ciuitatis, quæ eum fecit ciuem. ita ibi residet

295 Bar. & nihil melius posset ad propositum reduci. ¶†Secũdò adde Bal. in l.3.§. hæc verba. sup. de neg. gest. vbi quærit, an statutum loquens de offendente ciuem, habeat etiam locum in offendente eum, qui ad ciuilitatem receptus est per priuilegium.

296 & refert Bar. hic sentire, quòd sic, † quia vera ciuilitas ita potest induci per statutum sicut per originem: cùm ciuilitas habeat sub se plures species, & omnis species vera sit species. d.l. ciues. C. de incol. lib. 10. vnde nõ est verum, quòd isti sint ciues

297 ficti, imò sunt veri ciues, quia † quoties lex potest aliquid introducere per veritatem, intelligitur introducere verè, & non fictè secundum Bart. hic, sed posito quòd isti essent ficti ciues, tamen secundum Bald. ibi priuilegium, vel reformationes eorum recipiunt interpretationem passiuam, vt leges, quæ de ciuib. loquuntur, porrigantur ad eos tam ad fauorem quàm ad odium, vt l.j.§. lex falc. ff. ad leg. fal. & hoc credit Bal. esse verius, licèt secundum eum sit argumentum contra in l. fin. C. de his, qui ve. æta. impe. ¶Tertiò adde Bal. in l.2. C. de iure aure. annulo. vbi dicit illum text. facere ad statutum, quòd comitatiui habeantur pro ciuitatensib. nam illud nomen ciuitatensib. ponitur naturaliter, & ius originis non potest mutari nisi per fictionem, vt l. assumptio. infra ad municip. & l. fin. C. de inco. lib. 10. sed Bar. hic dicit, quòd tale statutum in veritate disponit, & nõ

298 fictione. Bal. autem ibi dicit, quòd † duplex est ciuilitas, scilicet originaria. & quo ad istam est fictio: quædam est ciuilitas in genere, & quo ad istam est veritas, quia prædicatur de multis speciebus, & ideo species contenta sub genere ex propria natura generis inest ei secundum veritatem. d.l. ciues. C. de in-

299 col. lib. 10. ¶†Quartò adde Bal. in l. ciues. C. de app. vbi tenet, quòd sicut nomine filiorum non continentur nisi natiui, & nõ adoptiui, ita nomine ciuium non continentur nisi ciues nati, & sic originarij, & non ciues per priuilegium adoptati, & hoc in materia odiosa. argu. l. cùm quidam. sup. de libe. & posthum. secus vbi agitur de fauore, vt no. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & istam vlt. decis. Bal. refert, & simpliciter sequitur Raph. Cuma. hic in pen. colum. sed tu caue, quia contrarium facit, quòd signanter no. idem Bald. in l. cùm ex oratione. per illum text. inf. de excu. tut. vbi notat, quòd eo ipso, quòd comitatiui sunt ad ciuilitatem recepti, eo ipso in pœnis, & in omnib. debent tractari vt veri ciues, & non solùm in fauorib. sed etiam in odijs, vt ibi in fin. quod est mirum secundum eum. vnde dispensatio super statu habet se pariter ad fauores, & odia, & ad hoc illa

300 lex est multũ notanda secundum eum. ¶†Quintò adde, quod Bald. in l. in vrbe. sup. de statu hom. no. ex illo text. quòd ciues effecti ex constitutione habent ius ciuiũ ex origine, quia sunt veri ciues. & ideo secundum eum tenet Cyn. in l. fin. C. de his, qui veni. æta. impe. in addi. quòd si statutum dicat, quòd omnes ciues habeãt tale priuilegiũ, & forenses non, si quis forensis esset effectus ciuis per statutum, quod habebit eadem priuilegia, quæ habent illi, qui sunt ciues originaliter. l. sed si hac. §. sed si ius anulorum. sup. de in ius voc. licèt sit argu. contra in d.l. fin. C. de his, qui ve. æta. impe. Bal. de hoc se remittit ad Bar. hic. subdit tamen, quòd istum adoptiuum ciuem non admittent ad honores, ad quos non consueuerunt admitti nisi ciues naturales, quia consuetudo restringit priuilegium, ita ibi Bald.

301 ¶†Sextò adde Bald. in l. non speciali. in pen. colum. C. de testamen. vbi tenet, quòd qui non participant in publicis honoribus, non dicuntur propriè ciues, quia non tractantur vt ciues in eo, quod est maximum argumentum ciuilitatis. l. quidam cùm filium. inf. de verbo. obliga. nam ciues muneribus, & ho-

302 noribus cognoscuntur. dicta. l. ciues. C. de inco. lib. 10. † tamẽ qui est effectus ciuis in omnibus, & per omnia continetur appellatione ciuium. l. Gallus. §. & quid si tantum. supra de lib. & posthum. & l. Deo nobis. C. de episc. & cler. vt ibi latius per eũ, qui subdit, quòd non est per omnia simile de ciue & patria, quia nomen ciuis est ciuile æque bene sicut naturale, & ideo potest verè introduci per statutum, & priuilegium. secus est in nomine patria. & ita no. limitat Bar. hic. adde Bald. in c. licet de

303 vitanda. in 2. colum. in prin. de elect. vbi tenet, quòd † si statutum disponat, quòd mercatores forenses pro ciuib. habeanť, denotat similitudinem non vnitatem, quia contra naturam sermo prolatus fictionem inducit, etiam si dicatur, habeatur, & sic l. filio, quem pater. supra de libe. & posthum. si igitur gentem consideres, idest patriam, fictio est: si meram ciuilitatem, potest esse veritas, vt ibi, & per not. per Barto. hic. sed tu caue

304 contra istam differentiam Bald. † quòd imò ciuitas, & patria idem important. facit text. in l.3. & ibi Barto. & Bald. ad hoc not. C. de natu. lib. ad idem text. in l. si in patria, & ibi Barto. ad hoc not. C. de inco. lib. 10. ¶Septimò adde Bald. in l. omnes populi. antepen. colum. supra de iustit. & iur. vbi quærit, statuto cauetur, quòd nullus possit esse de prioribus, nisi sit originarius ciuis, modo Titius receptus est in ciuem cum clausula, quòd habeatur pro originario ciue quo ad omnia, an poterit esse de prioribus? & videtur, quòd non, quia iste est idem casus fictè, & non verè, ergo non habet locum in statutis. l.3.§. hæc vẽrba. supra de nego. gest. contrarium decidit singulariter Barto. per l. quidam cùm filium. inf. de verbo. oblig. & l. cùm ex oratione. supra de excusa. tuto. nam ex quo sic habetur ac si esset oriundus, ista species temperat genus, idest derogat generi. nam ex quo esse talis, & haberi pro tali est expresse, & singulariter ordinatum, ergo debent pari iure censeri. nec obst. quòd aliud est esse talem, & aliud haberi pro tali, vt not. glo. in d.l. mercis appellatione. infra de verbo. significatio. Barto. in d.l. si maritus. 2.§. legis Iul. infra de adulte. respondet Bald. illud esse verum attenta impropria similitudine, sed hoc statutum vltra procedit, quia non solùm assimilat, sed statuit eandem esse censuram. quæ decisio an sit vera, vide per dom. Alexan. & alios in l. j. supra de leg. 1. & adde secus esse, quando statutum simpliciter loqueretur, & per illud quod not. idem Bal. in l. ingenui. per illum text. C. de inge. & manumis. vbi not. argum. ad statuta,

305 † quæ dicunt, quòd Doct. habeantur pro originarijs ciuibus, nam ista est fictio, & non veritas secundum eum, quia ibi non

306 dicitur per omnia, vt in casu præcedenti. ¶†Octauò adde Bald. in l. siue possidetis. in 2. colum. & 2. quæst. C. de proba. vbi quærit, an priuilegiati vt tales, gaudeant beneficio eorum, qui propriè sunt tales, & dicit videri, quod non, quia priuilegium est quædam fictio, & improprietas. l.3.§. hæc verba. supra de neg. gesto. contrarium est verum secundum eum, quia statuta extenduntur ad casum priuilegiatum, qui est idem casus ex pri-

307 uilegio. † nam priuilegium æquipollet naturæ, vt no. Io. An. in c. fi. de cõsue. in 6. in nouella. secus si iste casus fingatur idem casus ex odio, vt l. Statius. §. Corn. ff. de iu. fis. nam ad alium casum non extenditur tunc statutum vt l. ex ea parte. §. in insulam. infra de verb. obli. nec obst. d. §. hæc verba. quia ibi erat fictio absque priuilegio repræsentationis eiusdẽ effectus. secus, quando est iuncta cum priuilegio, quod reputat tenendum menti. ¶Nonò adde Bal. in l. filius. circa fi. supra si cer. pet. vbi dicit, quòd forenses, qui recipiuntur in ciues originarios, dicuntur per fictionem recipi, quia licèt pura ciuilitas possit introduci per veritatem, non tamen ciuilitas originaria. l. assumptio.

308 infra ad municip.& ibi latius per eum.¶†Decimò adde Sal. in d.l.siue possidetis.in ʒ.q.C.de proba. vbi quærit,statutum disponit, quòd scholares habeantur, & tractentur pro ciuib.an statuta in ciuib. habeant locum in scholarib. & an tale statutū dicatur fingere,seu fictionem inducere.& tenet, quod non, q̃a est statutorum,vel priuilegiorum extensio, vel ad ciuilitatem assumptio,quod fieri potest verè, & propriè absque alia fictione.d.l.ciues.& ibi notatur.C.de inco.lib.10.& l.j.inf.de mun.& hono.secus si statutum,vel priuilegium diceret,ꝙ pro veris,& originarijs habeantur,& sint:nam tunc est fictio,quia in re certa contra veritatem assumptio.¶Vndecimò, & vlti.adde text. in l.adoptiuum.§.patronum.ꝭ.de in ius voc. per quem probatur,ꝙ paria sunt haberi pro patrono,& esse patronum,nā verba illius edicti prætoris loquuntur de patrono.l.4.eo.titu.& tamen comprehendunt eum,qui pro patrono habetur,& sic ibi
309 est casus secundum Ang.† quòd beneficia concessa ciuib. cōtinentia honestatem,extenduntur ad illos,qui ex forma statuti debent tractari tanquam ciues, licèt non sint facti ciues. secus si non continerent honestatem,sed ius singulare, seu iuri contrarium,vt ibi per Pau.de Cast.Lud.Rom.& alios Mod. & ita habes expeditam fictionem inductiuā. ¶Circa fictionem priuatiuam prosequere, vt hic per Bar. cuius dicta non videntur suppletione indigere. ¶Circa fictionem translatiuam, quam Bar.dicit circa quatuor versari, quia quandoq; lex fingit transferendo de vno tempore ad aliud tempus,quandoque de vna persona ad aliam personam, quia factum ab vna persona fingitur factum ab alia, quandoque de vna re ad aliam rem, & quandoque de vno loco ad alium locum,vt hic per eum. Ad-
310 de,† ꝙ ista fictio translatiua siue extensiua trahens se retro,licet comprehendat in se gesta medio tempore voluntariè, nō tamen comprehendit illa,quæ de necessitate gesta sunt secundum Barto.in l.furti.§.j.ꝭ.de infa.in vlt.col.circa me.per l.quoties.sup.de pact.do.Item fictio trahitur retro quo ad actus pendentes,non autem quo ad perfectos, & consummatos. ita no.
311 d.Ant.de But.in c.præterea.de appellatio.¶†Inquantum Bar. hic tenet, ꝙ in contractibus celebratis sub conditione casuali, vel mixta eueniente conditione conditio trahitur retro.l.necessario.§.ꝙ si pendente.ꝭ.de peric. & commo. rei vendi. & l.potior.& l.balneum.ꝭ.qui potio.in pign. habe.& l.filiusfa. in prin. ꝭ.de verb.obl.vnde si statutum prohibet contrahi super bonis rebellium,etiam contractus conditionalis non tenet,licèt conditio extet post rebannitionem secundum Bald.in l.j. ad fin. C. de nundi.secus in conditione potestatiua,quæ non trahitur retro, quia deficit æquitas,cùm fuerit in sua potestate ante adimplere.d.l.potior.in prin.& §.j.& l.si debitori.§.filius.ꝭ.de fideiuſ. & l. quidam cùm filium.§.fin.ꝭ.de verb.obli. & ita etiam tenet Bar.in d.l.si filius.in prin.& in l.si dubitetur. §. fin. ꝭ. de fideiusso.
312 † item secus est in legatis conditionalib. in quibus aduenien te conditione legati non trahitur retro.l. si mater. §.eandem.ꝭ. de excep.rei iud.& l.j.§.serui appellatione.supra ad Sylla.& ita tenet Bar.in d.l.si filius.in prin.contra istud vlt.opp. Io.de Imo. & Lud.Ro.hic de text.in d.l. qui balneum. in §. sed & si hæres. per quem tex.etiam do. Math. reprehendit Bart. & dicit eum dicere contra casum legis,in not. 196. illum text. etiam contra Bar.allegat Imo.in d.l.si filius.in prin. sed ad illum text.respondet Imo.& Lud.Rom.hic,ꝙ in legatis conditio trahitur retro quo ad actionem personalem,cui habet accedere hypothecaria.ita loquitur ille tex.non autem trahitur retro quo ad dominium & fructus.ita loquuntur iura allegata per Barto. Contra istam sol.& etiam contra conclusionem Bar.fortissimè obstat tex.in l. Neratius.ꝭ.de manum.test.vbi quo ad dominium,seu libertatem conditio in legatis retrotrahitur, & eueniente conditione fingitur legatarius retro fuisse liber, vt ibi dicit tex. nec dicatur, prout quidam dicebant, ꝙ ibi sit propter fauorem libertatis,quia est ridiculum,& contra casum in d.l.j.§.serui appellatione. vbi in legato libertatis conditio trahitur retro. Bal. in l.fi.§.sed quia nostra.in 3.opp.C.commu. de lega. super hoc sic distinguit, ꝙ aut loquimur quo ad medij temporis dispositionem,& tunc in legatis conditionalibus conditio non trahitur retro.d.l.j.§.serui appellatione.aut quo ab substantiam legati.& fingit retro.ita loquitur.d.l. Neratius. & ita debet intelligi & saluari Dy.in d.c.1.in vlt.q.de reg.iu.in 6. quem reprehendit hic Bar.aut quo ad acquisitionem,vel transmissionem,& non fingit retro,quia cùm in acquisitione requiratur consensus, & pendente conditione legatarius non possit consentire, vel dissentire.l.si ita scriptum.§. si sub conditione. ꝭ.de lega.2. merito non trahitur retro.secus in contractibus, quia ibi interuenit cōsensus ab initio,vt not.glo.in l.si vxorem. C.de conditio. inser. ¶Istam distinctionem Bald.impugnat Lud.Roma.hic in vlti. colum. quia videtur potius verbalis, & non realis, nec posset comprehendi ratio diuersitatis inter substantiam legati, & eius acquisitionem,cùm non in alio pendeat ipsius substantia, quā in eiusdem acquisitione.vnde ipse Lud. Rom.hic ad fin.commenti sui dicit,quòd non potest dari alia solu. nisi quòd aut loquimur in cōditione affirmatiua, puta lego libertatem seruo, si Titius consul factus fuerit, & tunc eius euentus nō trahitur retro.ita loquitur.d.l.j.§. serui appellatione. & alia iura Bart.& hoc est intelligendum secundum eum quo ad dominium nō autem quo ad hypothecariam.d.l.potior.§.sed si hæres.aut loquimur in conditione negatiua,puta lego libertatem seruo, si posthumus mihi natus non erit, & tunc trahit̃ retro eius euentus quo ad libertatem, seu dominium. & ita est propriè casus dictæ.l.Neratius.adde, quòd ante eum ita etiam dicit d. Bene. de Plumb.in d.l.Neratius.in vlt.no.vbi dicit,quòd illa lex solet
313 allegari, † quòd in vltimis voluntatib. conditio negatiua trahitur retro,licèt secus sit in conditione affirmatiua.d.l.j.§.serui appellatione.item adde quòd Bar. de quo ipsi mentionem nō faciunt in l.cùm sine præfinitione. supra quando dies leg. ced. tangit de intellectu d.l.Neratius.& dicit,quòd loquitur in conditione negatiua,postea respondet conditionem casualē non posse existere, est certum in rerum natura, puta si mulier est vacuo ventre, quæ putabatur prægnans, certum est in rerum natura non posse nasci posthumum,& tunc procedit. d.l.Neratius.quandoque in rerum natura nō est,quia mulier est prægnans,& potest partus nasci,& non nasci,quia solus Deus hoc scit, & tunc si non nascitur,non dicitur, quòd retro fuerit impleta conditio,vt l.cùm quidam.§.quod dicitur.in versi. *quid si vnum*.& ver.*quid ergo*. supra de acqui.here.ista sol.mihi non placet,quòd in d.l.Neratius.mulier esset vacuo vētre, imò innuit contrarium, cùm distinguit,an posthumus sit natus an non natus,ergo erat in vtero matris,ergo venter non erat vacuus,ego autem respondeo aliter ad d.l.qui balneum.§.sed & si hęres.& planius quam respondeat Raph.Cuma.in d.l.si filiusfa.in princip.vbi etiam dixi, quòd ibi in legatis conditionalibus conditio non trahitur retro,nec hoc dicit ille text. sed bene decidit, quòd in pignore præfertur legatarius, quia pro re legata pignus ei prius fuit datum, & sic quo ad ius prælationis in genere non debet esse in potestate debitoris resilire à contractu pignoris,& istud propriè considerauit textus in d.l.qui balneum. in princip. ne sit in potestate debitoris decipere priorem credi-
314 torem. ¶† Subdit Barto.hic, quòd in contractibus conditio trahitur retro quo ad omnia,quæ habuisset, si contractus fuisset purè celebratus, & sic quo ad commoda, & incommoda. d.l.necessario,§.quòd si pendente.supra de pericu. & commo. rei vend.sed quo ad dominium non trahitur retro, ratio est secundum eum & bene, quia etiam si contractus fuisset purè celebratus, ex solo contractu non habuisset dominium sine traditione corporalis possessionis.l.traditionibus.C.de pact.& l.si ager.cum glo.no.sup.de rei ven.ergo multo minus solus euentus conditionis potest vsque retro inducere translationem dominij.ista videtur fundamentalior ratio,quàm alia,quam assignat Bald.in l.j.circa fin.C.an seruus ex suo fac. vbi dicit, quòd in contractibus conditio trahitur retro quo ad obligationem, & hypothecam,secus est quantum ad dominium, in quo cōditio non trahitur retro,ne duo reperiātur domini insolidum, vnus verè,& alius fictè contra regulam.l. si vt certo. §. si duob. vehiculum.sup.commo.& l.hæreditatem. §. pater.sup. de ca-
315 stren.pecu.¶†Item illud quòd dictum est,quòd in legatis cōditio non trahitur retro, procedit quo ad commodum rei legatæ,& eius acquisitionem, sed bene trahitur retro quo ad rescindendum alienationem medio tempore per hæredem factam.text.est,qui ita loquitur,in l.fin.§. sinautem sub conditione.& ibi Bar.in pen.opp.C.commu.de leg. de quo text.opponit Bar.hic,& obscurius respon.quòd ibi nihil retro fingitur cir
316 ca legatum; si bene inspiciatur secūdum eum.¶†Successiuè quærit Bar.quæ sit ratio diuersitatis, quare in legatis conditionalib.quo ad acquisitionem inspicimus tempus existentis conditionis.l.quæ legata. ꝭ.de reg.iu.& l.si vsufr. in fin.sup. quando dies leg.ced.Sed in contractib. cōditionalib.inspicitur initium, & sic tempus contractus, quo ad acquisitionem, vt sciamus cui acquiri debeat.glo.in l.vxor.C.de condi.inser. assignat rationem diuersitatis, quia in legatis non versatur aliquod factum filij,quia absenti,& ignoranti ac dormienti potest legari,& sibi ipso iure acquiritur legatum. l. cùm pater. §. surdo. supra de lega. secundo. Ideo inspicitur tempus existentis conditionis, sed in contractibus factis per filiumfam. versatur factum filij, & eius opera, quia ipse est, qui facit, & qui contrahit, vnde cùm versetur opera filij, & tempore quo facit contractum sit in potestate patris, ideo tunc acquiritur patri, quia tunc patria potestas debet ius suum operari, & istam rationem etiam assignat glo.in simili. in §.ex conditionali. instit.de verbo. obligatio. Istam rationem reprobat Barto. hic, quia non est gene-

eſt generalis,quia poſſet eſſe contractus,in quo non verteretur
opera neque factum filij , puta, quando eſſet promiſſum filio
ex cauſa donationis.l.liber homo. in prin.s̃.de acq.re.do.vel qñ
promiſſum eſſet notario nomine filij , ita quod nullum offi-
cium filij interuenit , & tamen etiam tunc attenderetur tem-
pus ſtipulationis , & ſic conditio traheretur retro.d.l.ſi filiusfa.
in princip. Sed ab hoc fundamento, quod etiam mouet Bart.
in d. l. ſi filiusfam. poteſt de facili defendi dicta ratio glo. quia
quando donatur filio,licèt non verſetur tunc opera filij, tamẽ
ex illa donatione non acquireretur ſine facto filij , prout ac-
quiritur ex legato , in quo ipſo iure acquiritur penitus igno-
ranti, vt dixi. Item quando notarius ſtipulatur nomine filij, li-
cèt non interueniat verè factum filij , tamen interuenit iuris
interpretatione.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam. infra de verb.
oblig. & l.qui autem.§.fina. s̃.de conſtitu.pecun. Sed contra il-
lam rationem glo.fortius obſtat.nam in dona. cauſa mor.ver-
titur opera filij , vel ſerui, quia requiritur eorum ſtipulatio , &
præſentia. l.inter mortis. s̃. de dona. cauſ.mort. & tamen non
acquiritur patri, vel domino , ſed filio, & ſeruo, ſi reperiantur
ſui iuris tempore mortis donantis. l. final. s̃. de donatio. cauſa
mortis.& ibi Bart. per hoc reprobat iſtam rationem diuerſita-
tis,cùm à tempore mortis ſumat effectum, & non trahatur re
tro.Facit.l.ſed interim.§.idem ait. & §.ſequen. s̃.de dona.inter
virum & vxorem.¶Sed aduerte,quia Bald.reſpondendo huic
fundamento tenet contrarium in dona. cauſa mortis. in d. l.ſi
vxor.in vltim.colum.& pro eo facit bonus text.in l.Senatus.§.
final.& ibi glo.s̃.de dona.cauſa.mort.ſed Rapha. Cuma. in d.l.
ſi filiusfamil. diſtinguendo concordat , & bene has opin. quòd
aut dona. cauſa mort. incepit à traditione , & tunc inſpicitur
tempus mortis. d. l. ſed interim. §.idem ait. & §.ſequen.ſecus,
317 quando incepit à promiſſione.d. l.Senatus. §. fina.¶† Aliam
rationem diuerſitatis , quare in contractibus conditionalibus,
inſpicitur tempus retro celebrati contractus , ſed in legatis in-
ſpicimus tempus euenientis conditionis,aſſignat Bartol.hic, &
in d. l. filiusfamil. in princip. quia in contractibus conditio re-
trotrahitur , vt dixi. Et ſic fingitur retro celebratus contractus.
Et ſic retro quæſiuiſſe patri vel domino , ideo nimirum ſi in
contractibus attendimus tempus contractus, ſed in legatis cõ
ditio non trahitur retro , ideo attendimus tempus euenientis
conditionis.Iſtam rationem ſequuntur Angel.& Pau.de Caſt.
in d.l.ſi filiusfamil. in princip.Sed eam reprobat, & bene Ioan.
de Imol.hic, & Imol. Raph. Cuma. & domin.Alexand.ibi,eo
quia aditio hæreditatis trahitur retro ad tempus mortis teſta-
toris.l.hæres quandoque. ſupra de acquiren.hæred. & l. omnia
ferè.infra de regul.iur. ne teſtator videatur pro parte temporis
decedere inteſtatus,& pro parte teſtatus,contra l.ius noſtrum.
j̃.de reg.iur.Et tamen in hæreditate quo ad acquiſitionem, cui
acquiratur , inſpicitur tempus euenientis conditionis , & ſic
aditæ hæreditatis , non autem inſpicitur tempus,in quo fit re-
trotractio,vt in §.alienus.ſecundò.inſtitu.de hæred.inſtit. & l.ſi
ſolus.ſupra de acquirend. hæredita. & l. non eſt dubium. C.de
318 iure deliberand. † Et hæres adeundo quaſi contrahit cum le-
gatarijs.l.ex maleficijs.§.res.j̃.de action.& oblig. §. hæres. inſti.
319 de oblig.quæ ex quaſi contr. Bartol. hic ad hoc reſpond. † ꝙ
illa regula,quòd aditio hæreditatis trahatur retro,non eſt ſem-
per vera,quia non trahitur retro quo ad omnia, vt l.ferè.& ibi
not.per gloſ.infra de regul.iur. ſed per hoc Bartol.non aſſignat
rationem,quare hoc caſu quo ad acquiſitionem non trahatur
retro aditio hæreditatis , ſicut trahitur quo ad alia ſecundum
Ioan.de Imo.hic,& bene,& Alexan.in d.l.ſi filiusfamil. in prin.
Ideo melior videtur ratio gloſſ.in d.l.ſi vxor. Prætereà ratio aſ-
ſignata per Bartol non euacuat difficultatem,cùm adhuc re-
maneat dubium, quare magis in contractibus conditio traha-
tur retro,quàm in legatis.Propthereà ſubtilitatum princeps do-
minus Chriſtoph.de Caſtil. quem etiam referunt Rapha. Cu-
man.& dom.Petr.de Bexut.in dict.l.ſi filiusfamil. in principio.
defendendo Bartol. adducebat rationem rationis, quòd ideo
in legatis conditio non trahitur retro,ſicut in contractibus,eo
quia principium non eſt habile, & ſic deficit extremum ad ꝙ,
quia ſi retrotraheretur , fingeretur teſtator viuus vſque retro
obligatus,quod eſt abſurdum , quia à principio tempore facti
teſtamenti legatum non habet effectum , cùm ſemper poſſit
reuocari vſque ad tempus mortis teſtatoris , vſque ad quod
tempus mortis voluntas teſtatoris ſemper eſt ambulatoria. l.
cùm hic ſtatus.§.ait oratio. ſupra de donationib. inter virum,
& vxorem.& l.3.§.final.& l.ſequen.s̃.de adimen.lega. & c.cùm
Marthæ. de celeb. miſſa , & ſi dicis, ſaltem debet trahi retro ad
tempus mortis teſtatoris,vel aditionis hæredita.reſpond.dom.
Chriſtoph.de Caſtil.quòd illud non eſt extremum, ſed mediũ
inter relinquere,& confirmare legatum,ſed iſtud nihil eſt,quia
quando nos quærimus, nunquid in legatis conditio trahatur
retro, intelligimus ad tempus mortis teſtatoris, quo tempore
legata efficiuntur irreuocabilia,non autem intelligimus,quòd
trahatur retro ad tempus conditi teſtamenti, quia hoc eſſet
ineptum quærere , & quod ita ſit, oſtendo viua ratione : nam
teſtator proculdubio poteſt facere legata pura ,& per hoc nõ
obligatur teſtator in vita, ſed ſolùm hæres ſuus obligatur poſt
mortem teſtatoris , nec in hoc reſultat aliquod abſurdum, er-
go eo modo ſi conditio trahatur retro, fingemus legatum re-
tro purum , non autem teſtatorem retro obligatum fuiſſe, &
iſtud eſt, quod etiam voluit.d.Chriſtoph.Por.in §. omnis.in 6.
colum.inſtitu.de verbor.obligat.vbi dicit,quod cùm ſemel fe-
ciſſet iſtud fundamentum contra dom.Chriſtopho. de Caſtil.
Rapha.Commenſi præceptori ſuo, quòd poſteà ſemper abin-
de in antea tenuit contra domi. Chriſtoph.de Caſtil. Ita ibi ip-
ſe refert,& bene.¶Tertiam rationẽ diuerſitatis aſſignauit Io.de
Imol.hic,& Imol.& dom.Alexan.in d. l.filiusfamil. in princip.
quia in contractu conditionali eſt quæſita ſpes ipſius obliga-
tionis,quæ tranſmittitur ad hæredes. §.ex conditionali. inſti.de
verbor.oblig.& poteſt etiam cedi.l.ſpem.C.de don.ideo nimi-
rum ſi illa ſpes quæritur etiam patri,per regulam. l.quæ legata.
j̃. de regul. iur. ſecus eſt in legatis conditionalibus , in quibus
ſpes non tranſmittitur ad hæredes. l.vnica.§. ſinautem aliquid
ſub conditione.C.de caduc.tol. Ideo etiam nec acquiritur pa-
tri. eodem modo ſpes hæreditatis non aditæ non tranſmitti-
tur.d.l.vnica.§.in nouiſſimo. ideo non acquiritur patri, vel do-
mino, vt dixi , & licèt hodie tranſmittatur ius deliberandi , &
adeundi. l. cum antiquioribus. C.de iure deliber.tamen eſt ius
quæren. & non ius quæſitum , & ſic eſt quædam facultas ,
quæ non quæritur patri,vel domino,vt voluit Bartol.in l.is po-
teſt.ſupra de acquiren.hæred. & dicit Imol.hic, quòd dicta ra-
tio proximè relata ſatis fuit de mente text. in d. l. quæ lega. &
ita dicit domi. Alexand. ibi. ¶Quartam rationem diuerſitatis
aſſignat Rapha.Cuma.in d.l.ſi filiusfamil. in princip. quia con-
tractus dicuntur habere fortè, & potens principium.iſtud aſ-
320 ſumptum probat duplici fundamento. † Primò, quia perfe-
cto contractu amplius reuocari non poteſt. l. in commodato.
§.ſicut.ſupra commodat.& l.ſicut.C.de actio.& oblig.ideo lex
voluit, quod attendatur principium , & ad illud trahatur con-
ditio, ſed vltimæ voluntates dicuntur habere debile principiũ,
cùm ſint ſemper reuocatoriæ vſque ad mortem teſtatoris, vt
dixi ſupra, ideo lex non curauit conditionem in legatis trahi
retro ad principium,ſed iſtud mihi non placet, quia in vltimis
voluntatibus deberet conditio trahi retro ad tempus mortis
teſtatoris,& à die aditæ hæreditatis, quo tempore legatum ha-
bet forte,principium ,& immutabile,quia amplius variari non
poteſt.vnde alio modo probat Raph.Cuma.,aſſumptum ſuũ,
& iſtud plus placet,quòd contractus dicuntur habere forte,&
potens principium , quia certum eſt indebitum iri , ſiue ſtipu-
pulator viuat tempore purificatæ conditionis , ſiue ſit mor-
tuus,quia in contractibus tranſmittitur ad hęredes.d.§.ex con-
ditionali. & ideo lex ſtatuit debere attendi principium , & ſic
tempus contractus , & ad illud conditionem retrotrahi, ſecus
eſt in legatis conditionalibus , in quibus non eſt certum debi-
tum iri , ſi contingeret legatarium præmori ante purificatam
conditionem,legatum annullaretur, quia ſpes conditionalis in
legatis non tranſmittitur ad hæredes. d.l.vnica. §.ſinautem ali-
quid ſub conditione,& ſic in contractibus conditionalibus ef-
ficacior , & firmior eſt ſpes futuri euentus, quàm in legatis, &
iſta ratio effectualiter ſatis concordat cum præcedenti ratione
Imol.& domi.Alexand.¶Quintam, & vltimam rationem di-
uerſitatis aſſignat Imol. in l.dies incertus. ſupra de condi.& de-
monſtrat. quòd in contractibus hoc ideo eſt ; quia celebrãtur
conſenſu duorum,ergo fortiores ſunt quàm vltima voluntas,
quæ perficit ſolo conſenſu vnius,ſcilicet teſtatoris , vt in ſimili
not.gloſſ.in l.1.C.de pact. iſtam rationem reptobat domi. Ale-
xand.in d.l.ſi filiusfamil. in princ. per fundamentum,quod ad-
duxi ſupra contra primam rationem glo.in d.l.ſi vxor.s̃.de do-
natio. cauſa mortis , quæ perficitur conſenſu duorum. l. inter
mortis.ſupra de don. cauſa mortis. vnde teneas pro minus pe-
riculoſa primam rationem ſupra relatam, quæ fuit gloſſ.in d.l.
vxor. vel tertiam, & quartam rationem ſuperius relatas, quæ
ad idem in effectu tendunt . ¶Iuxta prædicta, in quibus vidi-
mus , quòd in contractibus conditio caſualis trahitur retro,ſe-
321 cus in legatis,quærit Bartol.† Quid in ſententia,nunquid cõ-
ditio in ſententia trahatur retro , & ſic punctus eſt , nunquid
ſententia æquiparetur contractui, & ſic trahatur retro,an æq-
paretur legato,vt retro non trahatur, & ſecundum Barto.text.
videtur æquiparare vtrunque in l. ſeruus hac lege. ſupra de
manu.titul.generali,vbi tex. æquiparat prohibitionem contra-
hentis,teſta.& iudicis,& ita ibi ſummat Bar.illum tex.poſt Iac.
de Are.& iſto modo ille tex.in propoſito nihil ſeruiet, ſed Bar.
hic

hic videtur sentire, quod conditio in sententia si est casualis trahatur retro, sicut in contractibus, & vltra Bart. & Scriben. quod sententia debeat æquiparari contractui, & non vltimæ volun-
322 ti, † facit, quia sententia est stricti iuris.l.1. C. si plur.vna sent.
323 & sic sententia dicitur esse stricti iuris, † sed vltimæ voluntates habent instar contractuum bonæ fidei.l.in minorum. C.in quibus cau.in integr.restitu.non est necess. secundum Iacob.de Arena, quem ita recitat Bart.in l.centesimis. §.fina.in 1.colum. ff. de verbor. oblig. sed istud fundamentum non videtur bene tutum, quia vltimæ voluntates non habent instar bonæ fidei, nisi quo ad duo, in alijs habent naturam stricti iuris, vt magistraliter declarat Bart. in l.si hæres.vbi aliquando dixi. supra de
324 eo, quod cert.loc. Sed vltra Iacob. de Aren. confirmo.† Nam verba sententiæ sunt strictè intelligenda ad intellectum, quem strictè habere possunt, nec debent habere intellectum, quem ex larga signific. vocabuli habere possent, ita egregiè not.dom. Abb.in c.dilectus.in 2.not. per illum text. de offic.ordin. sed in vltimis voluntatibus lata, & benigna fit interpretatio.l.in testamentis.infra de reg.iur.& cap.cùm dilectus.de dona.ergo non videtur posse fieri æquiparationem de sententia vltimæ volũtati.posteà idem Bartol.in d.l.centesimis. §.fin. in vlt. columna æquiparat sententiã vltimæ voluntati, per l. non est mirum. ff. de pignor. actio. vbi decidit text. quòd pignus potest constitui per sententiã iudicis, quia potest constitui in testamento, & æquiparat sententiam iudicis vltimæ voluntati. Et ab vno ad aliud arguit.ad idem alleg.Bart.text.in l.si ita fuerit.§.fina.supra de manum.testa. vbi verba testatoris, & prætoris pariter inter-
325 pretantur, & vltra Bartol. † quòd licitum sit arguere à verbis prætoris, seu iudicis ad verba testatoris, & è contra, adde text. l.si quis legauerit.la secunda. supra de legat.1. & l.qui filium. §.
326 Sabinus. ff. ad Trebellia. ¶† Item factum iudicis, & testatoris æquiparantur.l.2.& ibi Bald.ad hoc not. C.de diui.tutel. & l.1. §.si pupillus.in versi.ergo.& ibi Bartol.ad hoc not.supra de tut.
327 & rati. distr.† Item bonum est argum.de iudicijs ad vltimas voluntates.l.qui testamanto.§.cum qui lege.& ibi Bart.ad hoc not. supra de testa. vbi decidit Iurisconsult. quòd damnatus.l. Iul.repetundarum non potest esse testis in testamento, quan-
328 do etiam in iudicio testificari prohibetur. ¶† Item confirmatur, quia sicut prohibitio de non alien.facta per testatorem impedit translationem dominij, sic etiam impedit prohibitio facta per iudicẽ, seu per sñiam iudicis.l.sciens. ff.de contrahend.emptio.secundum Bart.in l. filiusfamil.§.diui.ff.de leg.1. cum concordant.quas ibidem legendo dedi.ista sunt, quæ videntur facere pro æquiparatione Bartol.in d.l.centesimis.§.fin. vbi æquiparat sententiam vltimæ voluntati, eius tamen contrarium, & bene aduertendo sentit Bartol. qui æquiparat sen-
329 tiam contractibus, & pro ista secunda opin.Bart.facit, † quia imò iudicia magis æquiparantur contractibus, quã vltimę voluntati, ita tenet Bald.in l.1.in vlti.columna.C.de falsa cau.adiec. leg.per l.3.§.idem scribit.supra de peculio.& l.verba gesserunt. ff.de verbor.significa.alibi not.idem Bald. in l.1 in 1. nota. C.de senten.quæ sine cer.quantit.prof. quòd iudicia sunt redacta ad instar contractuum.l.omnem.supra de iud. Et ideo sicut contractus incertus non tenet.l.triticum. & l.ita stipulatus.magna. ff.de verbor. obligatio. ita incertitudo vitiat iudicia, & pro ista parte, quòd sententia æquiparetur cõtractui, facit, quia etiam in sententia quasi contrahitur.d.l.1.§.idem scribit.supra de pecul.expressè Bald.in l.final.C.si plures vna sententia. & in l.eos. §.nec temere. ad fin. C. de appellationib. & idem Bald. in l.ab executione.in vltim.columna C.quorum appellat. non recip. item semper verba sententiæ ponderanda sunt, sicut verba cõtractus.l.fideiussores magistratuũ.§. pro Aurelio. ff. de fideius. secundum Bald. in d. l. ab executione. in vlt. colum. item pro ista secunda opin.facit, quod egregiè decidit Ioan.Andr.in regula, cùm sint partium iura.in mercurilibus. vbi concludit, quod
330 si Episcopus† excommunicauit aliquem sub conditione, qua pendente ille desinit esse subditus Episcopo, si posteà extitit conditio, ille erit excommunicatus, quando illa conditio erat casualis, & non potestatiua, quia cõditio casualis trahitur retro, per l.potior.& l.qui balneum. ff.qui pot.in pigno. hab. & dictum est supra, & sic vult, & notabiliter Io. Andr.quòd conditio casualis apposita in sententia trahatur retro quo ad in-
331 currendum excommunicationem, † quæ excommunicatio est pœna grauis.cap.sacro.de senten.excommuni.24. q.3. cap. corripiantur. quod bene not. ¶ Sed contra decisionem Bartol. & ea, quæ dixi, pondero ibi tex.in c.præterea.2.de appel.vbi est text.ad literam, quòd si feratur sententia excommunicationis contra aliquem, si non soluerit infra decem dies, & isto medio tempore appellat ab illa sententia excommunicationis, quæritur ibi, pone, quòd posteà eueniat illa conditio, nunquid erit retro excommunicatus, decidit ibi Papa, quòd appella.interposita impedit, ne sit excommunicatus, quamuis euenerit conditio. pondera, quod ibi erat conditio potestatiua, si non soluerit infra decem dies, prout etiam est in quæstio. Barto.vt ipse dicit, & tamen si non fuisset appel. illa cõditio potestatiua traheretur retro, sed appellat.est illa, quæ impedit, prout etiam ibi tenet glo.& latius domin. Abb.in secunda columna. igitur ibi videtur probari, quod conditio etiam potestatiua in sententia trahatur retro, nisi saluando Bart.dicas, quòd tex.ibi non decidit, an existente conditione illa excommunicatio trahatur retro, vel non trahatur, quicquid ibi teneat dom.Abb. post glos. sed bene decidit, nunquid pendente conditione excommunicationis, si pars appellat, & posteà eueniat conditio, nunquid erit excommunicatus, text.non quærit, an vt ex retro, sed simpliciter decidit, quòd appellatio impedit, ne dicatur excõmunicatus. ¶ Per ista infert Bartol. ad practicam ad quæstio,
332 quam dicit sibi de facto occurrisse, dum Pisis assideret.† Aliquis pro maleficio fuit condemnatus in centum, & si dictam condemnatio. non soluerit infra decem dies, postquam venerit in fortiam communis, quòd amputetur sibi lingua, iste deducitur in fortiam communis, & existens in carceribus non soluit condemnatio. infra decem dies, sed pendente dicto termino decem dierum fuit factum nouum statutũ, quòd omnes exbanniti retro, siue in ære, siue in psona rebãniantur soluta quantitate, quam iste existens in carceribus soluit, quæritur, an sit rebanniendus vigore dicti statuti, & an propter illud statutum vitabit amputa. linguę, dubium consistit, an iste dicatur retro exbannitus inspecto tempore condemnatio. & banni, & si cadat in statuto posteà edito, an verò dicatur condemnatus post statutum conditum à tempore cedentis condemnationis, in qua erat conditio potestatiua, si non dederit, quæ non trahitur retro, vt supra dixi, ideo cùm non reperiatur retro bannitus, prout loquitur statutum, non videtur rebanniendus vigore ipsius statuti, & in hanc partem inclinat Bart. licèt non apertè decidat, sed relinquit sub dubio. pro hoc etiã adducit, quia tale statutum inducens beneficium abolitionis, non videtur debere extendi ad iam captos, & sic ad existentẽ in carcere tempore conditi dicti statuti, per l.2. post princip. ff. de custod.reo.& l.Domitianus.infra ad Turp. quod vltimum tamen non videtur bene firmare Barto. sed remittere se ad ea, quæ dicuntur per Doctor.in d.l.Domitianus, & ibi Bart. videtur aliter tenere, & melius, quòd aut per statutum quis totaliter de banno non eximitur, & sic crimen non dimittitur, sed ex eo crimine posset repeti, quia solùm differtur ad tempus, puta tempore guerræ factum est statutum, quòd exbanniti habeant securitatem durante tempore guerræ, & tale statutũ non extenditur ad carceratos per illum text. & per rationem euidentem, quam ibi voluit tex.& in d.l.2.quia si relaxarentur, iudicium finiretur, & sic esset frustratorium, quia relaxari de carceribus fugerent, & sic amplius nõ possent repeti, sed si per tale statutum exbannitus soluendo certam quantitatem liberaretur de banno, & sic ei dimittatur crimen, ita quod amodo repeti non possit, tunc talis reformatio extenderetur etiam ad bannitum incarceratum, & istud etiam sequitur Bald. in rubr. extra de transactio.in penult. colum. ¶ Angel. verò hic in vlti. column. tenet, quòd talis tunc existens in carceribus gaudebit beneficio dicti statuti, quia verum est ipsum retro fuisse exbãnitum in pecunia, & etiam in corpore in amputatione linguę sub conditione, si pecuniam illã nõ soluerit infra decem dies, postquam fuerit deductus in fortiam communis, & sic nihil habemus tractare de fictione, sed verba dicti statuti videntur verè adaptari ad casum propositum, ergo eius dispositio locum habet.l.ita autem.§.gessisse.ff.de admin.tuto.& l.4. §.quoties.supra de damn.infect.nec obstat, quòd erat carceratus, & prouisiones simpliciter factæ circa rebanniendos non videntur porrigi ad tales carceratos per d.l.Domitianus. quia respõ. & bene illud esse verum, & procedere solùm in prouisionibus suspensiuis processuum ad tempus, quos processus nõ suspẽdere videtur interesse incarceratorũ, ne ipsi macerẽtur in carcere.l.custodias.infra de public.iud. sed prouisiones extinctiuę delictorum bene porriguntur etiam ad carceratos, prout est casus noster, quia tunc non est dare rationem diuersitatis cum sua, cùm mitius sit agendum cum carceratis, quàm cum alijs, vt patet in titulo de custodia reorum, & l.4. C.de episcop.audien. vbi habetur misericordia carceratis, si delictum non est reiteratum. & ita etiam dicit Angel. in hoc vltimo in d. l. Domitianus. & quantum ad hoc bene loquitur secundum Imol. licèt Bartol. hic istud vltimum non soluat, vt prædixi. Sed in quæstione principali dicit Ioan. de Imol. quòd Angel.non videtur bene comprehendisse mentem Bartol. quia Bartol.vult dictum statutum non habere locum ex eo, quia cùm iste non soluerit centum infra decem dies, postquam fuit in fortiam commu-

communis, ex tunc lapso termino decem dierum est condemnatus, & bannitus in lingua, & talis exbãnitio, & condemnatio in lingua est post dictum statutum, & per consequens non videtur comprehẽdi sub illo statuto, quod solùm respicit exbannitos retro ante ipsum statutum, nec de condemnatione in centum est habenda mentio, cùm illa sit transfusa in pęnam linguæ. l. 1. §. item si ita. s. ad legem Falcid. & l. obligationum ferè. §. 1. ff. de act. & obliga. pęna autem linguæ est post statutum, vt dixi, & sic non videtur comprehendi in statuto, ne dicatur conditionem appositam in sententia trahi retro, ex quo erat conditio potestatiua, quæ non trahitur retro, prout etiam dicit Barto. & cum ista reprobatione Imol. contra Angel. tenet simpliciter Ludouic. Roman. per ea, quæ ad propositum not. idem Bart. in l. 2. ff. de public. iud. Sed tu aduerte, quia possem dicere, quòd pęna linguæ est subrogata loco pęnæ pecuniarię, ideo debet inspici tempus, quo fuit imposita pęna pecuniaria, quæ fuit imposita ante dictum statutum, & sic retro, per text. not. in l. si donatę. §. 1. s. de dona. inter virum, & vxor. vbi inspicitur tempus anuli alieni donati ante matrimonium, licèt postea constante matrimonio anulus proprius mariti illius loco subrogetur. ad idem text. not. in l. filiæ suæ. §. Titia. supra de conditio. & demonst. quæ iura videntur facere contra partem, in qua inclinat Bar. nisi dixeris, quòd hic non sit aliqua subrogatio, sed quædam transfusio, vt dictum est, supra igitur ex separatis non fit bona illatio. l. Papi. exuli. supra de minor. Rapha. Cuman. hic refert Angel. reprobantem Bart. quia iam erat condemnatus in pecunia, & in lingua sub conditione, & sic nulla esset fictio, sed secundum Raph. Cuman. Bartol. habuit respectũ, quòd condemnatio in ære, & sic in pecunia non fit bannum, & dato, quòd esset bannum, tamen culpa sua in illud bannum incidit, nisi forsan nõ habuisset vnde solueret, tamen alia opin. est æquior, secundum eum, quòd vti debeat beneficio statuti, quia sententia cõditionalis sententia est. l. 1. §. biduũ. ff. quando appella. sit, allegata per Bartol. in l. mulier. in fin. ff. de condi. insti. tamen istud fundamentum Raph. est fragile, quia sententia conditionalis non est simpliciter sententia. ¶ Secundò, & melius mouetur Raph. Cuman. quia statutum loquitur de perfectè bannitis, fortius ergo non de bannitis perfectè, arguendo à maiori, Authen. multò magis. C. de sacrosanct. Eccl. & ista opin etiam mihi plus placet, quòd beneficium dicti statuti ei prosit ad euadendam pœnam amputationis linguæ,
333 † & ista est benignior interpretatio, vt etiam fatetur Bartol. ergo illa est tenenda. l. interpretatione, & l. si præses. ff. de pœn. & cap. estote misericordes. de regul. iur. & cap. postulasti. de iudic. item in criminalib. iudex in dubio debet eligere mitiorem pœnam. gloss. est in capit. de causis. de offic. deleg. & in capit. sicut dignum. de homicid. & in capit. sicuti. in glo. final. de iudæ. & in regul. in pęnis, & 33. q. 2. in capitul. hoc ipsum. & vide in simili aliam q. quam latè examinat Bartol. in l. omnes populi. s. de iusti. & iur. in 3 q. 5. principal. vbi quærit de quæstio. disputata Paduæ per Richar. Malumb. Padua. in feruore discordiæ
334 ortæ contra Venetos, qui statuerunt, † q̃ quicunque priuatus fuerit deprehensus vendere sal priuato, capite puniretur, Titius incidit in pœnam statuti, quia vendidit sal priuato, sed antequam accusaretur, fuit factum nouum statutum, quod priuatus vendens sal puniatur tantum pœna 50. libr. tunc accusatur Titius, quæritur, an sit puniendus pœna primi statuti in capite, an secũdum formam posterioris statuti, & sic an debeat attendi tempus commissi delicti l. 1. supra de pœ. an tempus condemnationis, & sic latæ sententiæ. l. pen. supra si ex noxal. cauf. aga. quæ duo iura fortiter contrariantur. vide ibi latè per Bartol. Petr. Cyn. & notab. Sal. in l. licèt constitutus. C. de le-
335 gi. ¶ † Item ad illud, quod fuit tactum superius, an dictum statutum concedens beneficia abolitionis extẽdatur etiam ad carceratos, adde not. q. quam ponit Io. And. in addi. Specul. in titu. de oblig. & solu. super rubric. in vlti. colum. in versi. disputauit Franc. Accur. q. sic propositam, & c. statutum fuit, qđ omnes condemnati pro maleficio soluta certa quantitate communi possint redire, an tale statutum extendatur ad carceratos tunc temporis, & determinat, quòd sic, per l. non solùm. prin. §. liberatio. s. de liber. legat. vbi liberatio legata debitori valet, antequam debitum sit exactum, ergo patet, quòd incarceratio personæ non impedit effectum liberationis durante debito, id est solut. non facta, item ista est quædam liberatio & sic fauorabilis, ergo amplianda. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. item est beneficium, ergo est latè interpretandum. l. beneficij. supra de constit. princip. & capitul. cùm dilectus. de
336 don. † Item in dubijs debet fieri interpretatio contra fiscum.
337 l. non puto. ff. de iure fisci. † Item carcer non est ad pęnam, sed ad custodiam. capitul. quamuis. de pęn. in 6. ergo non debet carcer pęnas inducere, dubitabilis tamen videtur hæc decisio, cùm statutum dicat, quòd soluta certa quantitate possit redire, ergo intelligitur de absentibus, & fugitiuis, quorum proprium est redire, non autem de carceratis in ciuitate, quorum non expectamus reditum. præterea ratio talis statuti est, quia bannitis fugitiuis non est spes, quod tota condemna. habeatur, ideo statutum voluit, quòd habeatur illud, quod possit, ne totum pereat, non autem de carceratis in ciuitate, quorum non expectamus reditum, vnde ista ratio cessat in carceratis, qui totum soluere præsumuntur, sed tamen istis non obstant Ioan. Andr. sequitur. 1. determinationem tanquam magis piam, & fauorabilem, quia ratio dicti statuti est communis omnibus condemnatis, quibus tamen statutum intẽdit ignoscere. Item et carceratis datur reditus ad libertatẽ eundi, & sæpius reperitur longe minus posse contribui per carceratos, quàm fugitiuos, quia multi ex carceratis solis eleemosynis pascuntur, ita ibi residet Io. Andr. & simpliciter eum refert, & sequitur Ludo. Roman. hic, & per eius decisionem dicit super
338 prędictis esse cogitandum. ¶ † Iuxta prędicta, vt nihil omittatur, quia Bartol. tetigit, & supra vidimus, an conditio trahatur retro in contractibus, & quid in vltimis voluntatibus, & quid in sententijs, nunc videndum est, quid in rescriptis ad beneficia, fortè beneficium fuit collatum à Papa, vel mandatum conferri sub cõditione etiam casuali, an illa debeat retrotrahi. Ange. hic in fin. dicit de hoc esse casum in capit. si pro te. de rescrip. in 6. & Ioan. de Imol. hic in 18. colum. dicit ibi probari in illo text. quòd si esset conditio potestatiua, non traheretur retro. quid autem si esset casualis, & non potestatiua, an tũc traheretur retro in rescriptis ad beneficia? Imo. hic non aperit, sed idem Imol. in cle. 1. in 4 col. de concess. præben. tenet, quod tũc traheretur retro, sicut in contractibus per l. filiusfamil. in princ. ff. de verbor. oblig. sed Petr. de Anchar. in repe. dictæ cle. 1. in 6. opposit. in versic. quid dicendum in ista dubitabili quæstio. tenet totum contrarium, motus, quia rescripta ad beneficia maiorem habent similitudinem cum vltimis voluntatibus, quàm cum contractibus, patet, quia iura arguunt de materia vltimæ voluntatis ad materiam beneficiorum. capitul. quia in cunctis de concess. pręb. in 6. & in cap. gratia. de rescrip. eod. lib. & c. si tibi absenti. de præben. in 6. iuncto text. in l. cùm pater. §. surdo. s. de leg. 2. sicut ergo in vltimis voluntatibus conditio etiam non potestatiua non trahitur retro. l. 1. §. serui. s. ad Syllan. & dictum est. s. sic etiam in rescriptis ad beneficia conditio etiã non potestatiua retrotrahi non debet. Tu aduerte circa text. in d. c. si pro te. inquantum Io. de Imo. hic dicit, quod ille text. loquitur in conditione potestatiua, quæ propter hoc non trahitur retro, & ita etiam ibi tenet Gemin. in pen. not. credo, quòd errent, quia ille text. loquitur in conditione, si Episcopi, & capituli Ecclesiæ consensus accesserit, sed ista non est conditio potestatiua, cùm pendeat à facto, & voluntate tertij, vt est tex. in l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tollen. & in
339 l. si fus quoque. per totam. l. s. de hæred. insti. præterea † ratio, quare conditio potestatiua existens nõ trahatur retro est, quia deficit tunc æquitas, cùm in sua potestate sit facere ante implo. secundum Bartol. s. in 2. colum. præcedenti, sed ista ratio cessat in d. c. si pro te. vbi non fuit in potestate impetrantis beneficium facere, quòd Episcopus, & capitulum illius Ecclesiæ consẽtirent in cũ, vnde ego assigno meliorem rationem ad illum text. quare conditio ibi non trahatur retro, & dico, quòd non est, quia ibi esset conditio potestatiua, prout dicunt Imol. & Gemin. & malè, sed eo quia pendente conditione alius medio tempore impetrauit illud beneficium à Papa purè, & ab executore illud obtinuit, vnde impedimentum medio tem-
340 pore superueniens impedit retrotrahi, † quia actus medius impedit coniunctionem extremorum, vt est tex. in c. quamuis. de rescript. in 6. & est gloss. not. in l. si indebitum. §. 1. & ibi Bart. ff. rem rat. habe. Bald. in l. fin. C. ad Maced. & dixi post Barto. & Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in 6. colum. s. de liber. & posthum. vbi tenent, quod legitimatio non trahitur retro, quã bona medio tempore fuerunt alteri quæsita, quia illud mediũ impedimentum impedit retrotrahi, sed quia non est credendum, quòd Imol. & Gemin. ita supinè errauerint circa d. capit. si pro te, quòd ibi illa conditio esset potestatiua, fortè, quod eorum mens fuit, quòd ibi esset conditio potestatiua non respectu ipsius impetrantis beneficium, quia hoc dici non possit, sed respectu Episcopi & capituli, in quorũ potestate bene est consentire, vt executor Apostolicus possit illud beneficium conferre, & sic illa conditio si consensus Episcopi, & capituli illius Ecclesiæ accesserit, dicitur esse potestatiua respectu Episcopi, & capituli, tamen nec ista saluatio mihi placet, quia re vera ibi est conditio respectu ipsius impetrantis, quia Papa mandat prouideri vni de beneficio, si ad id accesserit Episcopi, & capituli consensus, vt ibi in litera, præterea etiam respectu

ſtu Epiſcopi, & capituli ad hoc non poteſt dici conditio me-
rè poteſtatiua, ex quo plurium perſonarum conſenſus requiri-
341 tur, vt l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. † poteſtatiua dicitur, quando
à ſolius perſonæ poteſtate pendet. d. l. vnica. §. ſinautem ſub
342 conditione. C. de caduc. tollend. ¶† Succeſſiuè tangit Bartol.
de habilitate extremorum, & vult requiri duo extrema habi-
lia. & ſi quod eorum deficit, iſta fictio tranſlatiua non proce-
det. ſ. extremum à quo incipit fictio, & ſic præſentis temporis,
& iſtud debet eſſe habile in eſſentia. Item extemum ad quod
retro transferetur, & iſtud ſufficit eſſe habile potentialiter, &
format tres oppoſi. de quibus hic per eum, in quibus etiam li-
mitat, qđ requiratur habilitas in his, quæ fingũtur prĩcipaliter,
ſecus in his, quæ ſecundariò, & in conſequentiam, per text. not.
in l. pen. ſupra de ſuis, & legit. Ego examinaui ſupra diffusè in
3. oppoſi. Bartol. ad primam partem text. veritatem vtriuſque
extremi, arguendo pro vtraque parte cuiuſlibet extremi, & fe
ci mentionem de iuribus hic adductis per Bartol. & prædictę
343 limitationes an ſint verè, non repeto vlterius. ¶† Ex iſtis in-
fert Bartol. in practica ad duas quæſtiones. Prima eſt, quòd ſi
filius capti ab hoſtibus fecerit teſtamentum, & moriatur ante-
quam pater reuertatur ab hoſtibus, an poſteà reuerſo patre
rumpatur teſtamentum, & determinat, quod ſic, quia patre
poſteà reuerſo ab hoſtibus figitur in conſequentiam filium
fuiſſe in poteſtate patris tempore conditi teſtamenti, ideo te-
ſtamentum non valet, per l. qui in poteſtate. ſ. de teſt. & l. ſe-
* nium. C. qui teſtam. facere poſſ. & ita tenent glo. *& communiter*
Doct. in l. fin. C. de ſent. paſ. & licèt Petr. & Cyn. ibi teneant con-
trariũ, quaſi fictio non poſſit retro fingere filio iã mortuo, & ſic
deficiente extremo à quo, tamen ſecundum Bart. glo. illa bene
dicit, quia fictio quo ad filium procedit in conſequentiam,
ideo etiam habilitas non requiritur. d. l. penul. ſupra de ſuis, &
legit. & dixi latè ſupra in loco allega. ¶Adde, quòd plus tenet
Ioan. de Imol. hic in 15. colu. & bene, quòd ēt ſi pater captus
moriatur apud hoſtes, quòd adhuc non valet teſtamentum
dicti filij, quia licèt filius verè fuerit ſui iuris, ex quo etiam pa-
ter mortuus eſt apud hoſtes, & ſic pater fingitur mortuus præ-
ambula hora, antequam caperetur, & conſequenter fingatur
filius non fuiſſe in poteſtate patris, & ſic videretur teſtamentũ
tunc valere, tamen propter pendentiam poſtliminij, quia fuit
dubius de ſtatu ſuo, non potuit teſtari, & ſic non debet valere
eius teſtamentum. l. de ſtatu. ſ. de teſta. facit, quod tenet glo. in
l. quod ſi filius. ſ. de capt. quæ vult, quòd licèt talis filius capti
ab hoſtibus poſſit habere hæredem ab inteſtato, non tamen
344 poteſt ex teſtamento. ¶† Secunda notabil. & vtilis quæſtio
Bartol. eſt, quam dicit ſibi de facto contingiſſe, teſtator legauit
Titio fundum ſub conditione, & adiecit iſta verba, quòd ſi ta-
lis conditio extiterit, quòd ex nunc legat Titio tale fundum,
mortuo teſtatore dictus Titius pendente conditione deceſſit,
deinde conditio extitit, hęredes Titij petunt fundum legatum,
quæritur, an poſſint, ſi illa verba, ex nunc lego, non eſſent appo
ſita, quæſtio non haberet dubium, quod dictum legatum peti
non poſſit per hæredes Titij, cum legatarius deceſſerit ante
euentum conditionis, & ſpes legati conditionalis non tranſ-
mittitur ad hæredes. l. vnica. §. ſinautem ſub conditione. C. de
caduc. tollend. & § ex conditionali, vbi gloſſ. not. inſti. de verb.
obligat. dubium ergo inſurgit propter illa verba teſtatoris ex
nunc lego, per quæ verba videtur teſtatorem velle, quòd con-
ditio exiſtens trahetur retro, & habeatur perinde ac ſi ceſſiſſet
à tempore mortis teſtatoris, & ſic viuo legatario, & conſe-
quenter debeatur eius hæredibus. Bartol. ſingulariter determi-
nat contrarium, ſcilicet tale legatum fundi non deberi hęredi-
bus Titij, eo quia tale legatum non põt deberi hæredibus ſm
veritatem, vt patet, nec etiam ſecundum fictionem, quia cùm
legatarius iam eſſet mortuus tempore euenientis conditionis,
& ſic vltimum extremum à quo ſit inhabile, per conſequens
fictio non poteſt operari. & ſic dicta verba ex nunc lego, non
poſſunt in caſu iſto operari effectum retrohabitionis, ſicut
operantur in l. huiuſmodi ſtipulatio interpoſita. infra de ver-
bor. oblig. & in l. lecta in ver. fin. ſupra ſi cert. pet. Docto. ſuper
iſta vltim. quæſt. Barto. nihil ſcribunt, & ſic videntur tacitè trã-
ſire cum iſta deciſione Barto. tu aduerte, ſi vera eſt iſta deciſio
Bartol. ex ea habes diligenter notare not. ampliationem ad di-
ctam regulam, quæ habet, quòd ſpes legati conditionalis non
tranſmittitur ad hæredes, ſi legatarius decedat ante euentum
conditionis. d. §. ſinautem ſub conditione. & §. ex conditiona-
li, quod procedat etiam ſi in legato conditionali teſtator adij-
ciat illa verba, quòd ſi cõditio extiterit ex nunc lego, adhuc le-
gatum conditionaliter non tranſmittitur ad hæredes legatarij
mortui pendente conditione, ita ſingulariter vult Bartol. hic.
345 ¶† *Sed licèt omnes ita tranſeant*, ego teneo contra Bart. & mo-
* ueor, quia teſtator poteſt facere, quòd illud, quòd aliàs non eſt
tranſmiſſibile, tranſmittatur ad hæredes, & ècontra, & conſe-
quenter, quòd legatum tranſmittatur ad hæredes legatarij prę
mortui pendente conditione. l. vnica. & ibi Bald. in 2. notab. ad
hoc not. C. vt act. ab hære. & contra hæred. Ita etiam tenet Bal.
in l. ſi pater. in 4. quæſt. C. de inſti. & ſubſti. & in cap. cumana. in
6. colum. de electio. quinimo fortius extante voluntate teſta-
toris illud, quod aliàs non eſt tranſmiſſibile, efficitur tranſmiſſi-
bile ad hæredes. ita no. tenet Bald. in l. vnica. in vlt. colum. C. de
his, qui ante apert. tabul. & dixi in l. nemo poteſt. ſ. de legat. 1.
346 nam in vltimis volũtatib. voluntas † teſtatoris tanquam Re-
gina prædominatur, & attendi debet. l. in conditionibus primũ
locum voluntas teſtatoris obtinet, eaque regit cõditiones. ſ. de
condi. & demonſtr. ſed in caſu noſtro teſtator apponendo in
legato cõditionali illa verba, quòd ſi euenerit cõditio, ex nunc
lego, videtur voluiſſe, quod legatum ſumat initium ante euẽ-
tum conditionis ea demum purificata, & ſic, quòd iſtud lega-
tum tranſmittatur ad hæredes legatarij ipſo legatario dece-
dente ante conditionis euentum, ſicut ſi dixiſſet ſe legare Ti-
tio, & eius hæredibus, vnde debet ſeruari voluntas teſtatoris ſe-
cundum quam dictum legatum aliàs ſui natura non trãſmiſ-
ſibile ad hæredes efficitur tranſmiſſibile propter illa verba, ex
nunc lego. Nec obſtat fundamentum Barto. quòd extremum
vltimum à quo ſit inhabile, ex quo legatarius mortuus eſt pẽ-
dente adhuc conditione quia reſpon. quòd ex quo adeſt hęres
legatarij, impeditur effectus fictionis tranſlatiuæ, vt eſt text. in l.
neceſſariò. §. quòd ſi pendente. ſ. de per. & com. rei vend. & li-
cèt Bar. hic dicat illum tex. loqui in ꝯctibus ꝯditionalib. in qui-
bus locus eſt tranſmiſſioni. d. §. ex conditionali. tamen idem de-
bet eſſe in caſu præſenti, in quo locus eſt tranſmiſſioni legati
conditionalis ex tacita voluntate teſtatoris, vt dixi. non obſtat
etiam ſi diceretur, quod dicendo ex nunc lego, videtur teſta-
tor velle, quòd legatum conditionaliter trahatur retro, & ſic
fingatur, ſed teſtator non poteſt fictionem inducere ſecundũ
Bartol. ſupra in prima quæſtio. princip. vbi dixi, quia reſpond.
prout etiam formaliter hic dicit Bar. quòd homo, & ſic teſta-
tor poteſt fingere ex legis permiſſione, ſicut facit in iſto caſu,
per dict. l. huiuſmodi ſtipulatio. & d. l. lecta. in verſi. final. & cre-
do, quod iſta ſit mera veritas contra Bartol. & ita conſulerem,
& iudicarem, niſi fortè ſaluando Bartol. diceres, quod illa ver-
ba, ſi conditio extiterit, ex nunc lego Titio fundum, ſatis poſ-
ſunt operari viuo ipſo Titio legatario abſque eo, quod ope-
rentur eo mortuo tranſmiſſionem legati conditionalis ad hæ-
redes legatarij, nàm ſi viuo legatario conditio extiterit, ex nũc
legat Titio fundum, quia ex nunc vult, quod habeat commo-
ditatem vſusfruct. fundi legati, & ſic trahatur retro viuo lega-
tario, vt conditione exiſtente, ex nunc, & ſic retro habeat emo
lumentum fundi legati, & hoc modo bene ſeruiunt duæ le-
ges allega. per Bart. in dict. l huiuſmodi ſtipulatio, & dicta l. le-
cta. verſic. final. non autem, quod trahatur retro mortuo lega-
tario quo ad tranſmittendum ad hæredes legatarij, & iſta in-
347 terpretatio debet fieri, † vt hæres in dubio præſumatur mi-
nus grauatus à teſtatore, per regulam. l. vnum ex familia. §. ſi
rem. ſ. de lega. 2, & iſto modo intelligendo, ex nunc lego, ceſſa-
rent fundamenta ſuperius adducta contra Bart. ita potes eum
348 ſaluare. ¶† Circa fictionem tranſlatiuam de vna perſona ad
aliam perſonam tangit Bart. an qui per alium facit, dicatur ip-
ſe verè facere, an fictè, & concludit, quòd in his, quæ ſunt iu-
ris, vel iuris & facti, dominus dicatur verè facere, ſi faciat per
nuncium, itẽ & per procuratorem in his, quæ naturaliter ac-
quiruntur, ſecus in his, quæ ciuiliter fiunt, quia tunc fictè vi-
detur facere, vt iuribus hic alleg. per eum. ¶Ex dictis Bart. ha-
bes duas concluſiones. primò, quòd in his, quę ꝯſiſtunt in iure,
vel in iure, & in facto, & te referas ad ius, ille, qui facit per nun-
cium, dicitur ipſe verè, & propriè facere, non autem fictè. l. 1. §.
omnia. C. de veter. iur. enucle. ibi, *omnia noſtra facimus, quibus*
auctoritatem noſtram impartimur, & ſic Imperator vtitur verbis
denotantibus veritatem non autem fictionem. probat etiam
per text. not. in l. pater ex prouincia. in fin. ſupra de manu. vind.
ibi, *ſolam enim electionem filio conceſſit, cæterum ipſe manumiſit*, quæ
quidem verba etiam denotant veritatem non autem fictio-
nem, nam licèt ipſe actus manumittendi, qui facti eſt, & qui
fit à filio, non poſſit eſſe factum patris, tamen ipſa manumiſſio
prout eſt ius, ideſt ipſa datio libertatis propriè fit à patre, ita eſt
ibi text. not. Adde, quòd ratio huius concluſionis eſt, quia nũ-
cius dicitur eſſe pica, & organum domini. l. qui autem. §. final.
& l. ſequent. & ibi gloſſ. not. ſupra de conſtitu. pecun. & eſt viua
vox domini, vt no. declarat Bald. in l. vnica. 18. colum. C. de cõ-
feſſ. quem formaliter refert, & ſequitur domi. Alexand. in l. qui
Romę. §. Callimachus. in 3. columna. infra de verbor. obligat.
& ſi nuncius refert conſenſum domini, quod fieri poſſet, etiã
cum organo inanimato, puta cornu, vel tuba, ſi contrahentes
per

per hunc modum se intelligerent. l. Labeo. in fin. in verbo, & *sono quodam*. ff. de suppellect. leg. secundum Bald. in l. falsus. in 8. colum. C. de fur. dom. Alexan. in l. 1. §. fin. in vlt. notab. infra de verbor. obligat. nimirum si dominus per nuncium, quod ius
349 dicitur, verè facit. ¶† Secunda conclusio Bart. est, quòd in his, quæ acquiruntur per actum naturalem, vt est dominium, quod acquiritur mediante traditione, & sic actu naturali. l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem. inst. de rerum diuisio. item possessio, quæ acquiritur corpore, & animo. l. quemadm. supra titu. 1. nihil differt procurator à nuncio, quia acquisitio dominij, & possessionis mediante procuratore verè fit, non autem fictè, & tunc procurator præstat nudum ministerium. l. ꝙ meo. in princip. & §. procurator. supra titul. 1. & dicit ibi text. *is possidet, cuius nomine possidetur*, & non dicit possidere videtur, & ideo si procurator, vel alius acquirat possess. mihi, aut meo nomine, ego per eum propriè, & verè possideo, non autem per fictionem, vt est text. expressus in l. certè. §. 1. in verbo propriè dicor possidere. ꝟ. de præcar. & ille tex. probat singulariter plus,
350 † quòd licèt constitutum de possidendo sit ficta traditio, vt est glo. not. in l. ab emptione. s. de pact. tamen si quis constituat se meo nomine possidere, ex ista ficta traditione acquiritur mihi vera possessio, prout est ius insistendi in re, & ego tunc verè possideo secundum Bartol. hic, & latius idem Bart. infra in vlt. quæst. principali, vbi dicam. ¶ Adde inquantum Bart. ponderat text. in d. l. quod meo. in princip. qui dicit, quòd is possidet, cuius nomine possidetur, & sic verè, non autem dicit possidere videtur, adde similem text. in cap. cùm venisset. in fin. de restitut. spolia. & in cap. si diligenti. circa medium. de præscrip. Ego in contrarium allego text. in l. generaliter. in eod. titul. s. de acquir. possess. vbi text. dicit, *quisquis nostro nomine sit in possess. veluti procurator, hospes, vel amicus, nos possidere videmur*. vbi text. vtitur verbo, videmur, importante fictionem, vt superius latè dixi.
351 ¶†. Circa principalem articulum, an ille, qui per alium facit, dicatur verè facere, an fictè, adde, quod idem Bartol. in l. sed si vnus. §. seruus. infra de iniur. tradit aliam doctrinam considerando duos casus principales. primus casus est, quando instrumentum, quo mediante perpetratur actus, agit in virtute libertatis suæ, & sic, quando liberè facit, vt mando homini habenti intellectum, quòd percutiat, vel occidat Titium, tūc ipse liberè exequitur virtute libertatis suæ, & sic ipse verè facit, & ego dicor præbere causam, & sic per alium fictè facere, & non verè, vt l. item si obstetrix. §. 1. supra ad leg. Aquil. vbi dicit tex. ꝙ ille, qui per alium facit, non dicitur verè facere, sed causam præbere, vt l. 1. §. deiecisse. ꝟ. de vi, & vi arma. & l. si pater. infra de his, quæ in fraud. creditor. eo quia mandatum meum non
352 est necessaria causa illius actus, eo † quia mandatum est turpe, & mandati turpis nulla est obligatio etiam post susceptum mandatum l. si non remunerandi. §. rei turpis. supra manda. & §. illud quoque. institu. eod. mandati. ¶ Secundus casus est, quando instrumentum, quo mediante actus perpetratur, agit de necessitate, nec pōt nō agere, & tunc, qui facit mediante tali instrumento necessario, verè facit. l. item Mela. in princip. s. ad legem Aquil. vbi qui percutit aliquem cum instrumento, pila, vel sagitta, dicitur ipse verè percutere, & ideo tenetur. l. Aquilia directa, & ibi vide, quando mando tibi aliquid, quod post susceptum mandatum tu habes necesse facere, puta, quia non est turpe, sed honestum, & tunc ille dicitur verè facere, cuius mandato fit. l. pater ex prouincia. in fin. supra de manum. vind. & l. 3. §. si procurator. supra quod quisque iur. & de hoc dicit Bartol. esse casum in l. ita autem. §. gessisse. s. de administr. tut.
353 ¶† Et per hoc infert Barto. ad statutum Assisij disponens, ꝙ si quis produxerit exceptionem aliquam contra instrumentū confessionatum, & eam non probauerit, puniatur in tantum, & aliquis produxerit, exceptionem contra tale instrumētum, per procuratorem habentem speciale mandatū, & non ꝓbauit verè ex verbis statuti, debet puniri dominus, quia verè dominus produxit, ex quo procurator tanquam instrumentum hoc facere ex necessitate tenebatur. istam eandem doctrinam & decisionem tradit etiam Bart. in d. l. 3. §. si procurator. per illum text. supra quod quisque iur. & cum ea ibi transeunt Bald. & Paul. de Castr. idem tenet Bald. in l. non ideo minus. in 7. q. C. de accusa. & in l. 1. in vlt. colum. C. de senten. & interlocutor. omnium iudi. Sed aduerte, quia istud secundum membrum, quòd quādo dominus mandat procuratori actum licitum, & honestum, si procurator ex necessitate mandati faciat, quòd dominus dicitur verè facere, reprobat Angel. in dicta l. sed si vnus §. seruus. & latius Salicet. in d. l. non ideo minus. in 5. & 6. column. & dicit Bartol. in hoc vehementer errasse per aliqua fundamenta, & eum refert, & sequitur Ludo. Roma. hic, eum etiam sequitur dom. Alexand. in d. l. 3. §. si procurator. per fundamenta Salic. quæ sibi ascribit, & Ioan. de Imol. hic in vltim. char. per eadem fundamenta Salice. & dicit Imo. quod Barto. hic melius loquitur, quàm fecerit in d. §. si seruus. ¶ Contra Bartol. in primis retorquet Salicet. text. in d. l. ita autem. § gessisse. in quo se fundat Bartol. vbi tutor, qui negotia tutelæ alij gerenda mandauit, videtur ipse gessisse, & sic mandans actum licitum, & obligatorium dicitur fictè facere faciendo per procuratorem, vt ibi in verbo videtur, quod denotat fictionem, vt dictum est supra, & ita etiam per illum textum Imol. hic in vltim. char. reprehendit Bartol. & pro certo ille text. videtur stringere contra Bartol. dum dicit, ipse gessisse videtur, tamen posset subtiliter induci pro Barto. in versic. quod si quis. vbi dicitur, *quòd si quis tutor tutelam gerendam alij mandauerit, & gesta fuerit ab eo cui mandatum est, locus erit tutelæ actioni, quia gessisse videtur, qui per alium gessit*, subdit posteà tex. *quòd si mandatarius non accessit ad administrationem tutelæ, tunc vtili actione conuenietur tutor.* & sic vult ille tex. quòd in casu, in quo gesta fuit tutela per aliū mandato tutoris, tunc tutor ipse conueniatur directa actione tutelæ, ergo verè dicitur tutelam gessisse, quia si fictè diceretur tutelam administrasse, vtili actione teneretur, & non directa, prout in sequenti casu dicitur, & hoc modo credendum est voluisse inducere illum text. Bartol. in d. §. si seruus. dum dicit esse ibi casum. ¶ Secundò contra Bartol. dicit Salic. esse casum notandum in l. quod sæpè. §. si quis amico. supra de contrahen. emptio. quem text. in hac materia dicit esse meliorem de iure Bald. in Authen. habita. C. ne filius pro patre. vbi ille, qui mandauit amico, vt quæreret seruum suum fugitiuum, & inuentū venderet, non incidit in pęnam Senatusconsulti, quia non vēdidit, nec amicus eius, quia præsentem vendidit, ita dicit ibi text. ergo videtur velle, quòd ille, qui vendidit per nuncium, vel procuratorem suum, non incidit in pœnam, quia ipse non vendidit. ¶ Sed ad illum text. qui videtur prima fronte vrgere contra Bart. potes multipliciter respondere. Primò, quòd ibi dominus mandauit procuratori vendi seruum fugitiuum, & sic mandatum erat illicitum, & sic contra Senatusconsul. de quo ibi, ergo nihil facit contra Bartol. quia in secundo membro loquitur, quando mandatum erat licitum, & necessarium. Secundò respond. verum esse, quòd is, qui mandauerat seruū
354 fugitiuum vendi, non dicitur vendere, vt ibi dicit text. † quia aliud est vendere, & aliud mandare de vendendo, sicut aliud est vendere, aliud promissio de vendendo. l. in bonæ fidei. vbi dixi. supra de eo, quod certo loco. sed si posteà fiat ipsa venditio per procuratorem, vel nuncium, tunc nec ille, qui mandauit in casu illo, nec ille, qui vendidit ex mandato, incidunt in pœnam Senatusc. de quo ibi, quia neque mandans mandauit seruum vendi in fuga. quia istud est Senatusconsult. sed postquam esset repertus, nec vendens aliter vendidit, cùm vendiderit præsentem, vt ibi dicit litera, quamuis tempore mandati facti de vendendo esset fugitiuus, & ista secunda plus mihi placet, & de intellectu illius. §. si quis amico. vide per Are. in l. 1. in 2. colum. ꝟ. de verbor. oblig. vbi exponit illum text. dum dicit, *quia non vendidit*, idest non mandauit sic vendi, & dicit non esse absurdum, quòd istud verbum non vendidit, exponatur, idest non destinauit vendere, vt ibi latius per eum, sed tu tene præcedentem solutio. quia ista solu. Are. violat illum tex. ¶ Tertiò mouetur Salic. quia talis necessitas ciuilis in procuratore non est consideranda, ex quo causata est à voluntate præambula. l. in commodato. §. sicut. supra commoda. & principium spe-
355 ctamus non finem. quando finis † trahit necessariam consequentiam à princip. l. damni infecti. §. Sabinus. s. de dam. infect. & l. 3. § scio. s. de minor & videtur esse text. in terminis in l. cùm postulassem. circa fin. s. de damn. infect. vbi text. facit istam differentiam inter principium voluntarium, vt est in emptore, & necessarium, sed ad hoc facilis est respondere, quod licèt cōtractus à principio sint voluntatis, tñ postquam sunt in esse deducti, sunt necessitatis. l. sicut. C. de actio. & obligat. & d. l. in commodato. §. sicut. nec est consideranda voluntas præambula, quia nihil operatur circa actum, nisi postquam fuerit in esse deductus. ¶ Quartò contra Bartol. multum stringit secundum Sali. quia si dominus mandat procuratori, vt stipuletur, vel alium contractum simulatum faciat, tunc acquiritur directa procuratori ex contractu, quem facit procurator, & nulla acquirit actio domino, nisi ei cedatur per procuratorē, vel nisi ex æquitate. l. possessio quoque. supra titul. 1. gloss. in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. ergo non potest dici, quòd dominus verè fecerit contractum, cùm non sibi, sed ꝓcuratori contrahenti quæratur directa actio, & ita etiam per istud fundamentum Ioan. de Imol. hic tacito Salycet. reprehendit Bartol. & similiter domin. Alexand. in d. l. 3. §. si procurator. sed ante eos istud est fundamentum originale Barto. hic ad fin. suæ doctrinæ, tamen dicta opin. Bart. in d. §. seruus. posset saluari, vt procedat, quando ex facto procuratoris nihil venit

nit quærendum ipſi procuratori, quia ſic cohæreat perſonæ, quod
356 cedi non poſſit, † vt eſt vſusfructus, & fideicommiſ. quibus caſibus directa quæritur domino.l.qui ita.§.1.& ibi Pau.de Caſtr.notant poſt glo.ſupra ad Trebel.Bart.in d. l.poſſeſſio quoq;. §.& ſi poſſeſſio.& tunc poteſt procedere,quòd dominus dicatur verè facere.d.l.3.§.ſi procurator.& ibi dom.Alexan. ita in ſpecie ſaluat Bar. ſimiliter, quando quis contrahit matrimonium per procuratorem,tunc verè diceretur ipſe cõtrahere, & procurator nudum miniſterium præſtare,ſicut & nuncius. cap.fi. de procura.in 6.Bart. & alij in l.poſſeſſio quoque. §.& ſi poſſeſſio.ſ.titul.1.Bart.in l.qui bona.§.ſi alieno.in 2.colum. ſupra de
357 dam.infect. ¶† Supraſcripta fundamenta Salice.& aliorum ſunt contra ſecundum membrum Bart.in d.§.ſeruus,ſed contra primum membrum , quod etiam quando mandatur delictum,& ſic illicitum,& conſequenter, quando mandatum eſt nullum,quia rei turpis,quòd tamen mandans dicatur verè facere, eſt tex. expreſſus in capit.mulieres.in fi.de ſenten.excommun.vbi tex.formaliter dicit,*quod is verè committit,cuius auctoritate, vel mandato delictum committi probatur*,& ibi dom. Ant.& d. Abb. ad hoc multum ponderant illum text.in verbo verè. ſed ad illum text.reſpond.Bart.in d.l.ſed ſi vnus. §.ſeruus. in vltim. colum. quòd ille text. loquitur quo ad peccatum mortale, & ſic quo ad forum cõſcientiæ, vbi magis conſideratur animus, quàm factum, & ſic verè facit, quia conſiſtit in animo, tamen ſi inſpicimus ipſum actum,non verè facit , & iſtam ſolutio.ſequitur ſimpliciter Ioan.de Imol. hic in penult.colum.Ego pro iſta ſolu.addo bonum text.de pen.diſtinct.1. in capit.periculoſè.iſtam ſolut.reprobat dom. Abb. in dict. capit. mulieres. per
358 illum text. † vbi agitur de pena excommunicationis imponenda,qua nulla maior eſt de iure canon.24.quæſt.3.capi. corripiantur. & æquiparatur morti. cap. per venerabilem. circa medium , qui filij ſint legit. ¶Alio ſecundo modo reſpond.ad illum text.Bald.in c.ſi quis deceſſerit.ſi de feud.fuer.controuer. inter do. & agn.quòd aut conſideramus actum,prout procedit ab aliquo, & tunc qui mandat non dicitur verè facere, aut conſideramus paſſiuè reſpectu patientis, & tunc mandans dicitur verè facere,ita intelligit. d. capit. mulieres. ¶Alio tertio modo reſpond.Ludouic.Roma.hic.in vltim.char.quòd dum text. ibi dicit, is verè committit, intelligitur, ſcilicet in legem non autem in faciendo delictum,quia etiam mandans dicitur
359 verè committere , † quia tale verbum committere eſt commune ad comprehendendum verè tam mandantem , quàm mandatarium.l.non dubium. C.de legi. cum alijs per eum al-
360 leg. † Secundò contra Barto. adde, quòd ſi procurator cum ſufficiẽti mandato iurat falſum in animam domini, dominus eſt periurus verè,& recta via , non autem fictè ſecundum Bal. in cap.cùm dilectus. in vlt.colum. de ordin.cogn. vnde teneas doctrinam Bartol.hic,quæ eſt tutior,& melior, quam illa quã ponit Bart.in d.l.ſed ſi vnus.§ ſeruus. & ita etiam dicit Ioan.de Imol.hic in vlt.char.eum etiam ſequitur dom.Alexan.in d.l.3. §.ſi procurator . ¶Aliam doctrinam ſatis prolixam ſuper hoc tradit Saly.in d.l.non ideo minus,quam refert,& ſequitur Lud. Roman.hic, eam videas per te.aliam tradit Ioan. de Imol. hic conſiderando quinque caſus,vt hic per eum. Prædicta inducit Bartol.ad vulgarem,& vtilem quæſtio.an ille, qui facit fieri delictum per alium , puniatur ex verbis ſtatuti , ſicut ſi ipſe feciſ-
361 ſet,† & ſic, an ſtatutum imponens pœnam pro delicto, puta pro homicidio , intelligatur imponere eandem pœnam mandanti, & ſic ei,cuius mandato tale delictum fuit commiſſum, Barto.hic diſtinguit, quòd aut ſtatutum loquitur in rem,puta, quia dicat pro homicidio , vel pro vulnere imponatur talis pœna , & tunc comprehendat etiam mandantem , & de hoc dicit eſſe caſum in l.hæc verba.infra de adulter.qui tex.videtur loqui in perſonam , cùm dicat, ne quis poſthac ſtuprum , vel adulterium ſciens dolo malo,& ſic dum dicit ne quis, & dum dicit ſciens , videtur in perſonã loqui , quamuis Bart. ibi aliter declaret illum text.ponendo alia verba, quàm verba illius tex. ſed ſaluando Bart.dic, quòd ille text. optimè probat primum membrum Bartol. & loquitur in rem , quia illa verba ne quis poſthac ſtuprum,adulteriumúe factum ſciens dolo malo, referunt ad perſonam iudicis,vt etiam ibi gloſſ.& Bart.tenent,& eſt ſenſus ne quis iudex poſthac adulterium impunitum dimittat, &c.ego autem probo , quòd iſte intellectus ad illum text. non ſolum eſt verus , imò neceſſarius , & impoſſibile eſt aliter dici , quia cùm text. ibi expreſsè dicat, *ne quis poſthac ſtuprum adulteriumúe factum* , pondera illud verbum factum , ergo loquitur de delicto iam facto in præteritum, ergo non poteſt referri ad perſonas committentium in futurum,ergo neceſſario vult dicere , quod iudex poſthac ſciens debet punire ſtuprum adulteriumúe factum,ergo cùm illa verba non referantur,tamen referri poſſunt ad perſonas delinquentium, ergo quo ad eas ſunt verba in rem, ergo comprehendunt etiam ſuadẽtem, vt ibi dicit text. ergo Bartol.bene alleg.illum text.quando verba edicti ſunt neutra.melius ergo facit alius text.in l.ſi ſeruum. §.prætor ait.in verſic. non dixit prætor. ſupra de acquiren. hæredita.vbi litera bene exprimit,quòd *non dixit prætor ſi quis amouerit,ſed ſi per quem factum erit,vt amoueatur*: aut ſtatutum loquitur in perſonam, puta,quia dicit ſi quis fecit homicidium , & tunc non comprehendatur mandans.l.aut,qui aliter.§.fina.vbi fit iſta diſtinct.ſ.quod vi,aut clam,& ita etiam diſtinguit Bart. in d. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus. in vlt. colum. & in d.l.ſi ſeruum.§. prætor ait.& in l.ſi quis id,quod.in princip. ſupra de iuriſd.omnium iudicum.& in d.l.hæc verba.& in d.l.aut qui aliter.§. fin. vbi dicit ita ſe illo anno conſuluiſſe idem ſequitur Bal.in l.non ideo minus.in 7.q.& ibidẽ Salyc.C.de accuſatio.Bal. in l.tranſigere.in vlti.colum. C.de tranſactio. Ang. in l.ſi pater. ſ.de his, quæ in fraud.creditor. dom. Abb. in capit. mulieres. de ſetent. excommunic. Petr.de Anchar. in commento capit. canonum ſtatuta.de conſtitut.in 44.colum.in verſicul.ſi ſtatuto cauetur, quòd quiſquis maleficium fecerit. Ang. de Aret.in tract. ſuo maleficiorum. in verbo Sempro. mandatorem.Florian. in l.
* ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. *& iſta videtur eſſe magis communis opin.* Contrariam opinio. quòd tale ſtatutum indiſtinctè ſiue loquatur in rem , ſiue in perſonam habeat locum in mãdante, tenet Cyn.poſt Iacob.de Are.in d. l. non ideo minus.in 5.quæſtio.& in l. ſi per alium. ſupra ne quis eum qui. Bald. qui in hoc puncto multum variauit in l. Gallus. §. quod ſi is. & ibi Are.ſupra.de liber.& poſthum.Ludouic.Roman. hic in vltim. char.idem Bald.in titul. de pace conſtan.in 14.colum.in verbo aliquid,vbi dicit, quòd qui per alium facit,videtur ipſe facere, quæ interpretatio ſecundum eum habet locum in ſtatutis,
362 † quia naturalis ratio potentiſſima eſt in ſtatutorum interpretatione. pro iſta opin. contra Bartol. & ſequaces ſtringunt multi text.& multæ bonæ rationes, in primis bene facit text.in l.diuus.§.ſcribere.iuncto princip.illius text.infra de falſis.vbi in materia meri delicti edictum loquitur in perſonam , quia punit pœna falſi ſcribentem ſibi ſua manu aliquid in teſtamento, vel codicillis , & tamen ſi per alium ſibi aſcribat,incidet in pœnam edicti , & ſic ſtatutum imponens pęnam , & loquens in perſonam comprehendit illum , qui per alium facit, niſi reſpondeas ad illum text.quòd ibi ideo ſit, quia aliàs illa diſpoſitio de facili redderetur eluſoria, quo caſu etiam lex pœnalis extenditur,vt eſt text.melior de iure in capi.ſi ciuitas.de ſenten.
363 excommunica. in ſexto. vbi patet, † quòd verba contra naturam ſuam latè interpretantur, quãdo aliàs diſpoſitio redderetur de facili eluſoria,niſi dicta interpretatio ſumeretur, vt ibi dicit litera,& ita illum text.multum not.dom.Abb. in cap. fin.ad fin.de præben.facit tex.in l.1.§.pecuniam, & in l.ſequen. ſupra de calum.& glo.not.in capit. quanquam. in glo.final. de vſur.in ſexto.Bartol.in l.omnes populi.in 4.quæſtio. 6.quæſtio. princip.ſupra de iuſtit.& iur.& dicit text. in d.§.ſcribere dicam etiam inferius. ¶Secundò ad idem contra Bartol. facit text. in l.ſi quis id,quod.in fin.iuncto princip. illius legis. ff.de iuriſdict.
364 omnium iudicum. † vbi in materia delicti puniendi lex loquitur in perſonam,ſi quis corruperit edictum prætoris, & tamen continetur etiam mandans.ad idem.l.pe. in 1.& 2. reſpõ. ff.ne quis eum qui.& text.in l.1.§.deieciſſe.& §.quoties.ſ.de vi, & vi arma. per quæ iura patet, quòd l. pœnalis loquens perſonaliter,tamen comprehendit etiam mandantẽ. ¶Tertiò principaliter ad idem allego text.in capit.ſignificauit.in 2. reſponſ.
365 de iudæis, † vbi pęna , quæ imponitur perſonaliter portantibus arma,vel merces prohibitas Saracenis,habet locum etiam in mandante,vel mittente per nunciũ.& per illum tex not.ibi dom.Abb.in 3.not.quòd diſpoſitio etiam pęnalis loquens perſonaliter, & concernens actum perſonæ, comprehendit nedũ facientem,ſed etiam mandantem.nam tex. in cap.ita quorundam.eod.titul.de iudæis.punit triplici pœna portantes merces prohibitas ad infideles,& in d.c.ſignificauit.deciditur,quòd nõ ſolùm incidunt in pęnam illi , qui tales merces perſoaliter deferunt,ſed etiam illi,qui per nuncium mittunt,niſi reſpondeas vt ſupra proxim.reſpondi. ¶Quartò facit text in capitul. mulieres.de ſenten.excom.iuncto cap.ſi quis ſuadente. 17.q.4. vbi text.loquitur perſonaliter , *ſi quis iniecerit manus violentas in clericum.*& tamen text.in d.c.mulieres. in fi. dicit , quòd *is bene com-*
366 *mittit, cuius auctoritate, vel mandato* † *delictum committi probatur*, & ibi illum text.notant dom.Ant.& dom. Abb.& ibi dicit do. Abb.quòd ille text.ſing. probat in verbo verè, quòd ſtatutum loquens in faciente delictum , comprehendat etiam mandantem , ex quo videtur verè facere.de quo text.dixi ſupra proxi. in præcedenti articulo. ¶Quintò facit text.gloſſ.not.in capit.ſicut dignum.§.final.in verbo conſilium.de homic.& ibi dicunt Io. Andr. & dom. Abb. quòd illa glo. multum vtuntur aſſeſſores

iuris

iuris ciuilis, inducentes eam ad intellectum statutorum punientium homicidas, vt comprehendant etiam madantes. ¶Sextò pro ista parte est decisio in terminis eiusdem Bartol. & doctrina ineuitabilis in l. quemadmod. circa medium. C. de
367 agric. & censi. libr. 11. vbi tenet Barto. † quòd lex puniens maleficia debet extendi sicut lex fauorabilis, cùm pertineat ad fauorem Republic. delicta puniri. l. ita vulneratus. ꝟ. ad legem Aquil. & per hoc infert ad terminos nostros, quòd pœna statuti punientis facientem maleficium, punit etiam fieri faciens. ad hoc etiam alleg. d. l. si quis id quod. per eandem doctrinam etiam tradunt Bartol. & Angel. post Dyn. in l. 2. §. exercitum. infra de infam. Bald. in l. non sine. circa fin. C. de bon. quæ liber. Imol. & dom. Alexand. in l. cùm quidam. supra de liber. & posthum. Paul. de Cast. in l. bona fides. supra deposit. & in consil. 24. quod incip. viso puncto. in penul. colum. Ludo. Roman. in consil. 105. incip. viso themate proposito, & allegationibus. Ioan. de Ana. in c. 1. de malefic. & latè dom. Vincen. Paleot. inter consilia dom. Alexand. in consil. 550. quod incip. visa qua-
368 dam constitutione, & tu confirma, † quia statutū cōcedens præmium accusanti delinquẽtem extenditur etiam ad denūciantem fauore Reipubli. ne delicta remaneant impunita secundum Ioan Andr. in addi. Specul. in titul. de denunc. §. 1. refert, & sequitur Ang. in l. diuus. ꝟ. de custod. reor. Ludo. Roma. in l. si quis in graui. §. hi quoque. per illum text. qui bene facit. ꝟ. ad Syllan. Are. & Imol. in capit. 2. de accusat. si ergo dispositio imponens pœnam delinquentibus censetur fauorabilis, quia est inducta fauore Reipub. vt dixi, ergo debet extendi de casu ad casum, vt est text. not. in l. hoc modo. supra de condi. & dem. ergo licèt mandans nō dicatur verè cōmittere delictum vt dixi. ꝟ. in artic. præcedenti, attamen cùm dicta dispositio emanaret fauore Reipublic. debet extendi etiam ad casum fictum. l. Gallus. §. quid si is. iuncta gloss. in verbo vtilitatem, vt dixi supra de liber. & posthum. ¶Septimò pro ista parte Are. in d. §. si is, arguit subtiliter considerando, quòd mandans dici-
369 tur esse principalis causa delicti, cùm † mandatarius in dubio non fuisset aliàs facturus, nisi mandatum præcessisset, in l. 1. in fin. C. de raptu virgin. quem text. ad hoc. alleg. Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss. idem tenet Bart. in l. non solùm. §. si mandato. in vlt. colum. infra de iniur. Bald. not. & Paul. de Cast. in l. 1. vbi dixi. C. de ser. fugit. vt ergo euitetur absurditas, vt is, qui fuit principalis causa delicti, non æquè puniatur, certè
370 hoc statutum comprehendit etiam mandatarium, & † quælibet. l. aliàs non extendenda extendi debet, vt euitetur absurditas, vt l. scire oportet. § aliud autem. supra de excu. tuto. Bart. in l. omnes populi. ꝟ. de iust. & iur. Ego ɔfirmo istā rōnem Are. per illud, quod in proposito nostro dicit not. Bald. in consil. 52. 1. vol. incip. casus talis est, statuto ciuitatis cauet, &c. vbi dicit,
371 † quòd mandans est plusquam homicida, quia est princeps delicti. l. in hoc iudicio. ad fin. ꝟ. de ser. corru. & magis delinquit quàm mandatarius, patet, quia delinquit in se, item in alium, scilicet mandatarium, cuius animum mandato corrumpit, & in illum in cuius persona homicidium fuit commissum. ca. 1. de crimi. fals. ergo fortius debet puniri pęna ipsius statuti, quā mandatarius, qui solùm delinquit occidendo. l. athletas. § Pōponius. iuncta. l. pen. ꝟ de his, qui not. infa. glo. in cap. gaudemus. in glo. fin. de diuor. ¶Octauò, & vlt. pro ista parte contra Bart.
372 bene facit pulchra, & subtilis ratio, † nam in delicto considerātur duo extrema, quorum vnum est principalius altero, videlicet animus delinquentis, item executio delicti: animus aūt in delictis principaliter attenditur. l. verum. 2. in princip. ꝟ. de fur. & l. 1. §. diuus. infra de sicar. & l. is qui cum telo. C. de sic. tunc si ille, qui mandat delictum fieri, verè habet animum delinquendi fictè, tamen per alium delictum exequitur, & cùm in illo actu concurrat veritas animi, & fictio executionis, certè fictio succumbit veritati tanquam principaliori, & nobiliori. l. filio quem pater. supra de lib. & posthum. & in l. in rebus. C. de iure dot. & sic potest dici hoc delictum verè fuisse commissum per mandātem ratione primordij veritatis argum. l. cùm filius. §. hæres. supra de lega. secundo. ergo comprehēdetur in statuto. confirmatur ista ratio optimè per text. in l. certè. §. 1. ꝟ. de præcario. vbi possessio, in cuius acquisitione animus, & corpus requiruntur. l. licèt. C. de acquir. posses. & l. quemadmo. supra eod. si fuerit acquisita per procuratorem, dicitur vera; & propria possessio, & non ficta, vt ibi est text. expressus, quod non potest ex alio causari, nisi quia dominus verè habet animum acquirendi posses. licèt fictè interueniat actus corporalis, quia mediante procuratore fuit acquisita. ¶Tenendo istā opinio, quæ est de iure verior, non obstat tex. in d. l. qui aliter. §. fina. infra quod vi aut clam. in quo se fundat Bart. quia respondet subtilis Rapha. Fulgos. in d. l. 3. §. si procurator. supra quod quisque iuris, quod ille text. habet alium sensum, videlicet, ꝙ si edictum loquatur in personam, comprehendatur solùm dominus mandans, vel faciens, si autem loquatur impersonaliter, vel in rem, tunc non solùm comprehenditur dominus, sed etiam alij ibidem enumerati in §. pen. & hoc modo non probat distinctionem Bart. sed tu caue, quòd posteà ille text. in fin. vltra prædicta etiam subiungit, quòd cùm illud edictum loquatur in rem, siue ego fecissem, siue si iussi interdicto quod vi aut clam, tenear. & istum finem ponderauit Bartol. ¶Limita istam conclusionem duobus notalibus modus, primò, nisi lex, vel statutum diceret, quicunque per se, vel personaliter,
373 vel suis manibus commiserit tale delictum, † & sic, quando in statuto esset appositum tale verbum imponens vnicam p̄sonalitatem, tunc in tali statuto non comprehenderetur mandans, vel faciens, quia tunc talia verba sunt præcisè denotantia factum verè, & non interpretatiuè, vt est gloss. notab. in clem. 1. in verbo publicè, & personaliter. de vita, & honesta. clerico. quam gloss. ad hoc reputat singula. Abb. in d. capit. mulieres. de senten. excommunica. & in d. c. significante. de iudæ. eam etiam reputat singul. d. Card. Flor. in clem. 1. §. nos itaque. in 21. not. de iureiur. & ita per illam glo. in specie limitat Ludo. Ro. hic in vlt. colum. dom. Alexand. in d. l. 3. §. si procurator. Aret. in l. Gallus. §. quid si is. Bald. in cap. si quis decesserit. si de feud. fuc. controuer. inter domin. & agna. facit, quod vult Bald. in capi. 1.
374 §. iniuria. circa fin. de pace iuram. firm. vbi tenet, † quòd quādo statutum punit occidentem proprijs manibus, quod mandans non comprehendatur. facit text. in l. vnica. §. is ita. in verbo *suis manibus*. C. de caduc. tollend. & in d. l. si quis id, quod. circa fin. in verbo *suis manibus*, & in l. 1. in princip. in verbo *suis manibus*. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. item si obstetrix. in pricip. in verbo *suis manibus* supra ad legem Aquil. in capit. periculosè. in verbo *proprijs manibus*. de pœn. distinct. 1. & text. cum gl. in capitu. quicunque. in verbo *proprijs manibus*. de hæretic. in sexto. & in l. iubemus per hanc. in prin. in verbo *per suam manum*. & ibi pulchrè not. Bar. de erogat. mil. anno. lib. 12. C. & glo in d. clem. 1. §. nos itaque. in verbo per nostras manus. & ibi dom. n. Car. in 21. no. facit bene text. in cap. 1. in verbo *personaliter*. & ibi ad hoc. not. do. Abb. de offic. delegat. item facit, quod pulchrè not. Bartol. & Ioan. de Plate. in l. probatorias. pe illum text. cùm glo. C. de diuer. offic. lib. 12. & aduerte quod tex. in d. clem. 1. §.
375 nos itaque. in verbo, *per nostras manus*. de iureiurand. vult, † ꝙ Papa suis manibus Imperatorem consecret, iaungat, & coronam imponat, vnde dicit alibi singulariter Bald in capi. 1. §. ad hoc. in 8. columm. de pace iuramen. firman. quod Imperator
376 † Alemanus debet ire personaliter Romam ad suscipiēdam coronam, nec possit ei mitti alibi, scilicet in Alemaniam per Papam. Item debet Imperator ire, & non mittere, tamen Bald. de quo valde admiror, non fuit ibi recordatus de text. in d. cle. 1. §. nos itaque. ¶Sed aduerte, quod dom. Gardinal. Flor. in d. §. nos itaque. in 21. notab. nulla facta mentione de Bald. tenet cōtrarium. nam intelligit illum text. volentem, quod Papa suis maninus conescret Imperatorem, & ei coronam imponat, vt procedat, si Imperator sit præsens Romæ, aliàs hoc fit per manus legatorum Papæ, vt ibi fuit actum, & ibidem plenius per eum. ¶Item adde, quòd alibi Gemin. in capitul. statutum. de offic. delega. in sexto. post Paul. de Eleaza. refert per illum text. fuisse obtentum, quod cum Clemens Papa. V. mandasset Imperatorem Henricum in Ecclesia Sancti Petri de Roma coronari sub certa forma, & ad illam propter impedimentum Regis Roberti accessum habere non posset, fuit extra ciuitatem Romæ coronatus, quam coronationem postea Clemens Papa valuisse declarauit, & ista bene not. vt scias quid respondere, si super hoc fueris interrogatus. ¶Sed redeundo ad propositum nostrū, contra istam limitationē ab omnibus approbatam, fortiter videtur obstare text. in d. l. diuus. in princip. iuncto. §. scribere. infra de falsis, nam in princip. dicit, quando alterius testamentū, vel codicillos scribēs ascribit sibi legatum sua manu, tenetur pęna falsi, pondera illud sua manu. posteà in §. scribere, dicit text. quòd scribens legatum scribere videtur non solùm is, qui manu sua id facit, sed etiam is, qui per seruum, vel filium suum in potestate legato honoratur, & sic ibi lex pœnalis loquens per verba personalitatem importantia, scilicet manu sua, tamen comprehēdit etiam fieri facientem per aliū. nec aliquid facit si dicatur, quod ibi text procedit vltra se declarando, prout alibi videtur dicere Bartol. in l. 1. in princip. ꝟ. de eo per quem fact. erit, & sic nisi ibi text. vltra processisset ita ampliando per illa verba sua manu, non comprehendetur, nisi ipse personaliter faciens, quia ista solutio non tollit difficultatem, vnde omissis alijs varijs solut. quæ solent tradi ad illum
377 text. responde. † quod ratio, quare scribens sibi aliquid in testamento incurrit in pœnam falsi, vel quasi falsi, est propter commodum, quod ex eo consequitur, quod sibi ascribit, ideo

cessante

ceſſante commodo ceſſat. d.l.Cornelia.ita dicit text. in l.ſi pater.infra ad legem Cornel. de falſ. vnde quia ſeruo, aut filiofa. ſcribentibus ſibi aliquid in teſtamento alterius, commodum quæritur domino, vel patri, ideo.l.Cornel.locum habet. iſtam rationem punctualiter aſſignat text. in l.de eo. in princip. ʃ.ad leg.Cornel. de falſ. aliàs de facili poſſet eludi illa. l.Cornelia, ſi pater aut dominus, qui ſub pœna falſi prohibent̃ ſibi aſcribere legata in teſtamento alterius, procurarent ſcribi per ſeruum, aut filium in poteſtate, quod omnino commodum dicti legati eis acquireretur, vnde ne lex Cornel.pœnalis eludatur, fit ex-
378 tenſio. capit. ſi ciuitas.de ſenten. excommunic. ¶† Secundò principaliter prædictam concluſionem limita non procedere in excelſa ciuitate Mediolani, vbi ſunt duo ſtatuta, vnum, ꝙ nullus coporaliter puniatur, niſi lege municipali caueatur, ſed aliàs pecuniariter arbitrio Poteſtatis: item alio ſtatuto cauetur, quòd ſi quis homicidium fecerit, capite puniatur, ita quod moriatur, tunc non comprehenditur mandans fieri homicidium, vt puniatur pœna capitis, & ſic pena mortis, quia non eſt homicida ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt not.cap.1. de offic. delegat. quia non eſt homicida formalis & propriè, ex quo ſuo ictu nõ occidit, ſed eſt homicida cauſalis, quia ipſe eſt cauſa homicidij, vt l.1.§.quoties.infra de vi, & vi arma.item in iſtis ſtatutis non habet locum interpretatio extenſiua, quia eſt tacita, ſed excluditur per primum ſtatutum, ita ſubtiliter, & latius conſuluit Bald in conſil.42 aliàs 92.aliàs 52.1.volum.incip. talis caſus eſt ſtatuto cauetur.& ſic idem eſſet in omnibus alijs ciuitatibus & locis, in quibus ſimilia ſtatuta reperiuntur.
379 ¶† Tertia principa.fuit opin. negatiua, & ſic de directo contraria præcedenti, quòd ſtatutum imponens pœnam pro homicidio, vel vulnere, vel alio delicto, non comprehendat mãdantem. Authen.ſcenicus. collatio quinta, quia mandans non dicitur verè facere, ſed fictè, & impropriè.l.1.§.deieciſſe.vbi gl. infra de vi, & vi arma in verbo videor. vbi Bartol. facit text. in capit.vt famæ.ad fin.in verbo videtur. de ſenten. excommuni. in antiq.ex bonus text.in capit.2.& ibi Abb.ad hoc not. de cle. pug.in duel.vbi dicit, quòd ex eo nõ debet homicida reputari, ex quo non ipſe, ſed alius pro eo in duello occidit, & text.in c. ſi quis viduam.50.diſtinct. ſed in ſtatutis verba debent capi ꝓpriè non fictè l.3.§.hæc verba.vbi Bar.& alij no.ʃ de nego.geſt. Bartol.in l.1.§. qui interdictum. infra de furt. & iſtam partem etiam tenet Alberic.de Roſ. in 3. parte ſtatutorum in quæſtio. 55.vbi dicit ita fuiſſe concluſum, & determinatum Bononiæ. facit, quod vult Bald.in l.ex hoc iure.ſupra de iuſtit.& iure. vbi
380 tenet, † quod ſtatutum prohibens fieri pacem homicidæ nõ habet locum in mandante, cuius mandato factum fuit homicidium. ¶Quarta fuit conſideratio Iacob. Butr. in l.non dubium.C.de legi. cuius doctrinam commendat Paul. de Caſtr. in l.ſi per alium.ſupra ne quis eum qui, quòd aut ſtatutum loquitur per verbum denotans factum immediatum, vt quia dicit ſi quis occiderit & tunc non comprehendatur mandans. Aut ſtatutum loquitur per verbum denotans actum mediatum, puta, quia dicit, ſi quis commiſerit homicidium, & tunc eadem pœna debet puniri mandans, quia tunc mandans dicitur vere feciſſe, & non interpretatiuè. ¶Quinta, & vltima fuit diſtinct.Bald. in l.omnes populi.in 8. colum. ſupra de iuſtit. & iure. vbi diſtinguit, quod aut ſtatutum loquitur de indulgentia pœnæ, puta, ꝙ hæredes habeant pacem remittentes pœnã perſonaliter, & tunc comprehendit mandantem, quia cum loquatur fauorabiliter, benigna interpretatio extenſiua eſt admittenda.l.in his.& l.hoc modo.ſupra de conditio.& demonſtr.& in l.non ſine.C.de bon.quæ liber.& in l. diuus. ſupra ad Syllan. & hoc etiam tenet Bald.in l.tranſigere.in vltim. columun.C.de tranſactionibus.Aut ſtatutum loquitur de pœna imponenda, & tunc aut ſtatutum addit circa ius commune faciens delictũ illud, quod de iure communi non eſt, puta, ſtatutum dictat;
381 † quòd ſi quis inueniatur de nocte, puniatur in centum, modo ſcholaris mittit famulum de nocte, non punitur ſcholaris, & ſic faciens, quia ſtatutum inueniens materiam delicti de nouo limitatæ materiæ dat pęnam, ergo terminos ſuos non egreditur, tamen iſto caſu ſecundum Salicẽ. in l. non ideo minus. C.de accuſ.mandans debebit ſaltem extraordinariè puniri arbitrio iudicis.l.pen.infra de extraordinar.crim. & l.1.§.expilatores.infra de effracto.& expil. ne aliàs contingat abſurdum. ſ. principalem in aliquo non puniri, contra.l.ita volneratus.infra ad legem Aquil. aut ſtatutum imponit pœnam regularem, & congruentem ſecundum qualitatem delicti, & tunc comprehendit etiam mandantem, qui eſt particeps delicti, aliàs ſecus; de quo vltimo etiam vide dom. Abb.in d. capit. mulieres.de
382 ſentent.excommunic † tene ſecundam opinio. quam ſupra retuli, quæ eſt de iure verior, quòd ſtatutum puniens committentem delictum indiſtinctè comprehendat mandantem, vel
a facientem [a] per ea, quæ ſuperius latè adduxi, quãquam prima
* diſtinct. Bartol. ſuperius relata *videatur eſſe communior.* ¶† Suc-
383 ceſſiuè inquantum Bartol. tangit, an inhabilis poſſit eſſe procurator ad ſubſtituendum habilem procuratorem, dixi ordinariè in l. 1. §. item acquirimus. ʃ. titul. 1. vbi Bartol.& alij po-
384 nunt, ideo hic non examino ¶† Quartò principaliter quæritur, quæ fuit cauſa introducendæ fictionis? reſpond. Bartol.ꝙ æquitas, vt eſt text.notab.in l.poſtliminium.in princip. infra de capt. ad aliquem effectum iuris. l.1.§.ſi vir vxori.ſupra tit.1.& vbi ceſſat ęquitas, ceſſat etiam fictio.l.qui in vtero.ſupra de ſta. homin.& hoc etiam tenet Bartol. ſupra in 2.oppoſitio. primæ partis, vbi tetigi, ſed caue, quia imò aliquando videtur, quod fictio fingat ex odio, & non ex æquitate, cùm lex fingat damnatum in metallum, & deportatum eſſe mortuos, licèt verè viuant, vt eſt text. in l. 1. §. final. de contratabul. & propter hoc do. Car.Flor.in clem.quod circa.19.quæſtio. de elect. reprehendit Bartol. hic, & tenet; quòd fictiones fundantur ex aliqua ſpeciali ratione mouẽte Legiſlatorem ad fingendum, per quam receditur à iuris communis diſpoſitione. capitul.de multa. in fin. de præben. & hoc dicit eſſe tutius, & quod non poteſt capi aliqua calumnia, tu dic, quòd etiam in d.l.1.§.final. ſupra de contratab.videtur ſubeſſe æquitas, vt delicta puniantur.l.ita vulneratus.ſupra ad legem Aquil.nam lex, vel ſtatutũ puniens maleficia, cùm reſpiciat fauorem Reipublic. cenſetur fauorabile, & tanquam fauorabile venit extenendum ſecundum Bal.in l.quemadmodum.circa medium. C.de agricol.& cenſi. libr. 11.cum multis concordant. quas ad hoc vltimum dedi.ſupr.in quæſtio.proximè præcedenti.item adde, quod ſi-
385 militer filius exhęredatus in teſtamento patris † habetur pro mortuo, & ſic, licèt viuat naturaliter, tamen fingitur mortuus, vt eſt text.in l.1.§.ſi pater emancipatus. in fin.ſupra de coniungen.cum emancip. liber. declarando, vt per Bartol. in l. qui in aliena.§.interdum.in ſecunda oppoſitio. ff.de acquirend. hære.
386 ¶Circa hoc tangit hic Bartol. † an aditio hæreditatis habeat vim ſolutionis, an ſimplicis confuſionis, quando debitor ſuccedit creditori, vel contra, & diſtinguit, vt hic latè per eum, de quo etiam aliquid per Bartol.& alios in d. l.hæres à debitore.§. fin. & in l.ſi debitori.2.infra de fideiuſſor.& in l.ſi ſocer.in prin. poſt gloſſ.ibi.ſupra ſoluto matrimonio.Paul de Caſt. in conſi. 360.incip. notãdum eſt ad euidentiam. ¶Inquantum tamen tenet Bartol. quod ſi in caſu in quo ſucceſſio hæreditatis habetur loco ſolutionis, hæres lucratur, tunc non habetur loco ſolutionis, q̃a æq̃tas ex qua fuit introducta, dicta fictio fuit, ne hæres patiatur damnum, non autem vt lucrum ſentiat, ergo tunc locum non habebit, ad hoc adducit text. quem ita intelligit.in d.l.hæres à debitore. §. fin. nam ibi hæres lucratur, quia ibi pro actione ſtricti iuris, qua tenebatur principalis, puta ex mutuo conſequitur actionem mandati, quæ eſt bonæ fidei, & ſic pinguior, & fauorabilior.§.actionum.inſtitu.de action.& ita etiam dicit Bartol.in dict.l.hæres à debitore. §.final. & ibidẽ ſequitur Imol. Rapha. Cuman. & idem Bartol. in d.l.ſocer. in princip.Iſte intellectus ad illum text.non eſt verus, nec tenendus, quia nihil eſt curandum de tali lucro, quod quis conſequitur ex eo, quod pro actione ſtricti iuris conſequitur actionem bonæ fidei.l.Aurelius.§.final.ſupra de liber.legat.quem text.ad hoc reputat ſingula.Ioan.de Imol.in l. ſi creditori. ʃ de legat.1. ſed tu adde ſimile in illa.l.ſi creditori.in verſic.Marcellus. cum l.ſequent.ratio eſt ſecundum Bartol.& alios in d. l. ſi creditori. ad finem, vbi dixi, quia ex hoc non poteſt intereſſe creditoris, niſi quo ad vſuras, & fuctus debitore exiſtente in mora, & ſic debitore negligente, & ſic delinquente, quod in dubio præſumendum non eſt. l. merito. ſupra pro ſoc. melior ergo & verior eſt intellectus ad dict. l. hæres à debitore. §. fina. quem ibi tradit Paul. de Caſtr. quòd ideo ibi fideiuſſori, qui fuit hæres creditoris, non competit actio mandati contra debitorẽ prin-
387 cipalem, † quia ad hoc, vt ei competat, eſt neceſſe, quod verè ſatisfaciat creditori, nec ſufficit ficta ſolutio, vt eſt tex in d.l. duobus.§. à fideiuſſore.qui eſt.§.primus.vbi dixi. ſupra de iureiuran. Cum ergo ex additione hæreditatis cauſetur ficta ſolutio non autem vera, vt hic per Bartol. nimirum ſi ibi non cõpetit fideiuſſori actio mandati, & iſta eſt pura veritas ad illum
388 textum. ¶† Quintò principaliter, & vlt.quærit Bartol. an plu-
res

ADDITIO.

a ¶Facientem. Adde, quod mandans aliquid fieri non dicitur verè facere, ſed interpretatiuè, & ideo ſtatutum loquens de faciente, locum non habet in mandante, teſte Alex.qui communem dicit conſil.65.colum.pen.in fin.lib.4. de quo plura no. Dec.in l.ſi quis id, quod.nu.36.& ſequen. ff.de iuriſd. omn. iudic.Io.Do.in Enchiridio ſimil.iuris.verſi.facere.Practic.Papien.for.inquiſitio.verſi.opera.num.11. vbi dixi. MASVER.

res fictiones possint circa idem concurrere, & hinc sumpta oc-
casione interserit quæstionem Guli. de Cun. in l. ab emptione.
389 ad fin. ſ. de pact. † quando procurator meus emit fundum,
& venditor constituit se præcario nomine possidere, vtrum
procurator possideat, vel retineat vsumfructum, an ex hoc
domino procuratoris verè, & directò quæratur possessio, &
dominium. Istum articulum, quia subtilis est, intendo bene, &
subtiliter examinare. Gul. de Cun. in d. l. ab emptione. ad fin. &
in l. licèt. in 11. colum. C. de acquir. possess. tenuit, quòd non, eo
quia constitutum est actus fictus, & ficta traditio. Item pro-
curator fictè representat dominium, sed duæ fictiones circa
idem concurrere non possunt. l. 1. in fi. cum glo. C. de dot. pro-
miss. glo. not. in l. cùm post. §. gener. ſ. de iur. do. ¶ Ad idem ad-
ducit bonum text. in l. si verò non remunerandi. §. 1. ſ. mandat.
vbi dicitur, quòd si aliquis donaturus fideiussori solueret credi
tori, fideiussor habet actionem mandati contra principalem
debitorem, eo quia hic est vna fictio tantum, quia fideiussori
tantum videtur esse donatum: si autem quis soluerit pro filio-
fam. vel seruo, qui fuerunt fideiussores, volens eis donare, tunc
pater, vel dominus non habent actionem mandati contra de-
bitorem. ratio, quia tunc ibi concurrunt duæ fictiones. vna, q(uia)
soluendo creditori videtur donatum seruo: alia, quòd qui do-
nat seruo videtur donare domino, ideo tunc non procedit, &
propter hoc subijcit text. in versi. planè si fideiussor, quòd si
seruus ipse verè soluerit, ꝙ tunc dominus habet actionem mā
dati, quia tunc non esset nisi vna fictio, & ille text. pro certo
optimè facit pro Gul. de Cun. Bar. hic in vlt. colu. respon. quòd
ibi non est aliqua fictio, sed quòd text. procedit secundum ve-
ritatem, & quod versi. planè si fideiussor. corrigit ea, quæ supe-
rius dicta sunt in seruo, in filio verò non corrigitur, vnde siue
seruus ipse soluat, vel alius pro eo, dominus agit mandati, si
verò alius soluit pro filio, tunc pater non potest agere manda-
ti suo nomine, sed bene nomine filij, vt ibi in glo. parua. ratio
diuersitatis est secundum eum, quia, cùm ibi seruus esset obli-
gatus ex causa peculiari, & sic dominus erat obligatus de pe-
culio, nec seruus erat donationis capax, adeo, quòd in eo resi-
dere possit, ideo transibat directò in dominum: sed filiusfamil.
cùm esset obligatus, & etiam obligatio concurrebat in perso-
nam ipsius, certè, qui soluit pro eo volens sibi donare, eum li-
berat ab obligatione, nec ista donatio transit in patrem, quia
ipse pater non erat obligatus, agit ergo pater nomine filij, &
non suo nomine, & istam rationem diuersitatis assignabat Ia-
cob. Butr. eo audiente, vt refert Bar. qui putat hanc esse veram
rationem. ¶ Sed iste intellectus nullatenus est tenẽdus, & eum
etiam reprobat Ioan. de Imol. & bene, quia legum correctio
est euitanda. l. præcipimus. in fi. C. de appella. & capit. cùm ex-
390 pediat. de elec. in sexto. † Item, quia non est verissimile, ꝙ Iu-
risconsul. incontinenti se corrigat. l. non ad ea. ſ. de condi. & dem.
Item & fortius, quia ille versic. planè si fideiussor. loquitur in
diuerso casu, scilicet quando ipse seruus verè soluit, sed in præ-
cedentibus loquitur, quando alius pro seruo, vel filio, qui fue-
runt fideiussores, soluit creditori animo donandi ipsi filio, vel
seruo, vnde cùm ille versic. planè, secundus, loquatur in diuer-
so casu, nullatenus potest dici, quòd corrigat præcedentia, &
sic melior, & sustentabilior videtur esse intellectus Guliel. ad il-
lum text. istam opin. Gul. de Cun. tenuit Angel. & Imol. hic, &
Angel. in l. 1. & in l. per procuratorem. C. de acquirend. possess.
vbi nulla facta mentione de Gul. Angel. dicit istud esse suum
nouum dictum, idem tenet Ang. in l. 1. §. per procuratorem. ſ.
titul. 1. & videtur etiam sequi Bald. in l. cùm venissent. in tertia
colum. de restitu. spoliator. mouetur Angel. non per rationem
fictionum, in qua se fundat Gul. sed eo quia acquisitio, quæ fit
naturaliter, & sic per instrumentum naturæ, directò agit in do-
minũ, & procurator velut pica, & organum nudũ præstat mi-
nisterium. l. quòd meo. §. procurator. ſ. tit. 1. vnde tunc acquisi-
tio nullo modo conquiescit in persona procuratoris. Sed q̃n
acquisitio fit ciuiliter, & per actum ciuilem, vt in casu præsen-
ti, & procurator est capax eius, quod acquiritur, tunc semper
acquisitio primò, & immediatè remanet in persona ipsius pro
curatoris, deinde transit in dominum. l. ea, quæ ciuiliter. supra
de acquir. rerum dominio. Confirmatur istud fundamentum
secundũ Io. de Imol. hic ex notatis per Bart. in l. 1. C. per quas
perso. nob. acqu. & in l. qui mihi donatum. ad finem. ſ. de don.
391 vbi vult Bart. † ꝙ licèt per pactum. l. commissoriæ, vel addi-
ctionis in diem, in quibus transfertur dominium ipso iure ex
resolutione tituli, tamen si tale pactum fiat procuratori resõ-
luto posteà ꝯtu, non acquiritur ipso iure possessio, vel dñiũ
per procuratorem ipsi domino, eo quia illa est quædam ac-
quisitio ciuilis, seu procedens ex actu ciuili, & non naturali, er-
go idem dicendum in proposito, sed huic fundamento respõ-
det ipsemet Io. de Imol. sibi contrarius in d. l. 1. §. per procura-
torẽ. ſ. tit. 1. ꝙ d. l. ea, q̃ ciuiliter. loq(ui)tur in iure, in quo acquisitio
fit solùm per actum ciuilem, puta per stipulationem, vel aliũ
similem contractum, sed in casu nostro acquisitio fit commu-
niter per actum naturalem, scilicet per contractum, puta em-
ptionis, & venditionis, licèt contingat, quòd actus ciuilis con-
392 stituti suppleat materiam actualis traditionis, † vnde pri-
mordialis natura dispositionis venit attendenda. l. item veniũt.
§. cùm prædiximus. ſ. de pet. hered. gl. no. in l. certi condictio. in
prin. ſ. si cer. pet. alio modo rñd. Are. in d. l. 1. §. per procuratorẽ.
in vlt. colum. quòd traditio ficta per constitutum non est sim-
pliciter ciuilis, sed etiam naturalis, quia subrogatur loco na-
turalis traditionis. l. 1. §. si instrumentum. supra titul. 1. sed sub-
rogatum censetur idem cum eo, in cuius locum subrogaur.
l. publicus. §. Titia. supra de condi. & demonstr. & l. si dona. §. 1.
ſ. de dona. inter virum & vxor. Authen. post fratres. C. de leg.
hær. facit vltra eũ, q(uo)d not. Bar. & alij in l. postulantem. per illum
393 tex. ſ. ad Treb. vbi tenẽt, † ꝙ statutũ loquens in casu verò p-
cedat ẽt in casu ficto, & subrogato loco casus veri, ꝙ ẽt tenet.
d. Abb. in c. fi. in 1. col. de arb. ¶ Tertiò pro ista opin. Gul. adde
394 bene facere, † q(uia) p(er) cõstitutũ, & sic per actum fictũ non trãs-
fertur vera possessio, sed ficta s(ecundu)m Bal. in l. vnica. C. de suffra. &
Bar. met v(idetu)r tenere, & esse sibi ꝯrius in l. Titia. in prin. ſ. de verb.
obl. in vlt. col. in ver. sed quid si do fundum meum pro arrhis.
tñ re vera Bar. ibi loquitur in casu in quo. l. requirit corporalẽ,
& veram traditionem, & vt est in casu. l. fi. C. de spon. tunc non
sufficit constitutum per cãm fictam, vt dixi, sed vbi non requi-
reretur corporalis, & sic actualis traditio, tunc constitutum
bene transfert veram pos. vt statim dicam. Ego aliàs legendo.
d. l. ab emptione. ſ. de pact. adijciebam pro hac parte aliud fun
damentum. nã cõstitutum est actus fictus, vt dixi, sed per actũ
fictũ non põt verè acq(ui)ri aliquod ius, nec aliqua vera pos. ita v(idetu)r
esse doctrina Bar. in l. emptor. ſ. de aqua plu. arcen. & in l. post
ꝯtum. in 3. col. ſ. de don. & in l. 1. vbi ẽt Bal. C. plus val. ꝙ agi.
Bart. in l. si ex pretio. C. si cer. pet. Ang. & d. Alex. in l. si donatio-
ne. C. de colla. sed dicas, ꝙ illa doctri. Bar. & Doct. in locis pal-
leg. loquũtur in ꝯtu ficto, & simulato, & sic aliàs reprobato,
per quem verum est, ꝙ non transfertur possessio, nec aliquod
ius: sed nos loquimur, q̃n ꝯtus verè, & realiter fuit celebratus
à procuratore, & in illo ꝯtu fuit appositum constitutum, ꝙ
est à iure approbatũ. l. ꝙ meo. in prin. ſ. tit. 1. & l. quisquis. C. de
don. tunc per tale ꝯstitutum transfertur vera possess. licèt cau-
395 setur à ficta traditione. ¶ † Cõtrariam opi. ꝯ Gul. ꝙ per statu-
tum, & sic per actum fictum acquiratur domino vera pos. &
verum dñium, tenet latè Bar. in ista vlt. q. & latius quam alibi
idem tenet Bart. in l. ab emptione. ad fin. & bene sequitur Bald.
396 Ang. & Raph. Fulg. † Idem tenet Bal. in l. vnica. §. ne autem.
in 4. colu. C. de caduc. tollend. & in c. item inuestitura. de notis
feud. & l. 1. C. quando lice. ab emptio. discede. vbi dicit, quòd
ista opin. est ipsa veritas. Idem tenet Ioan. de Imol. sibi contra-
rius in d. l. 1. §. per procuratorem. supra tit. 1. & ibi Lud. Rom. d.
Alexand. & Aret. Idem tenet Ange. de Are. in §. actionum. in
7. col. institu. de actio. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de confess. §.
nunc videndum. in versi. quid si confiteor. d. Anto. de Butr. in c.
* cùm recesserit. in 3. colum. de restitu. spol. & *ista est magis com-
munis opin.* & sic tenenda. imò fortius tenet Dyn. in consil. 15. in-
cip. quæstio talis est, quòd etiam per constitutum, & sic per fi-
ctam traditionem factam negot. gest. acquiritur nobis domi-
nium, & possessio sequuta ratihabitione, quæ mandato æqui-
paratur. l. final. C. ad Macedonia. & in capitul. ratihabitionem.
de regul. iur. in sexto. pro ista opin. Bartol. addunt optimum
textum, & meliorem de iure in l. certè. §. primo. in verbo pro-
priè habere dicit, & ibi etiam not. Bartol. infra de præcario. er-
go ibi est text. ineuitabilis, quòd per constitutum, vel præca-
rium, & sic per actum fictum factum procuratori acquiri-
tur domino vera, & propria possessio. tamen ad illum textum
respond. Ioan. de Imol. hic in vltima columna, quòd ibi inter-
uenit actus naturalis ex eo, quia procurator rogauit, vt sibi
talis res procuratorio nomine domini præcario concedere-
tur, & ita etiam facta fuit concessio actualiter, nimirum si
tunc quæritur domino verè, sed hic non interuenit actus
naturalis, sed ista solutio non est tenenda, quia diuinat, &
restringit istam quæstionem, quòd hic non poterit venditor
constituere se præcario nomine possidere, sicut & ibi. ad
idem facit text. in l. quarundam. supra titul. primo. dum dicit,
quia nihil interest, vbi tantum operatur ficta traditio facta pro-
curatori, quantum si esset facta mihi, & illum textum ad hoc
ibi ponderat Rapha. Cuman. pro ista opinio. Bartol. contra
Guliel. de Cun. ad idem Bal. in d. l. 1. C. q̃n lic. ab emptio. disce.
allegat. not. text. in capit. accedens. de præben. vbi per inuestitu-
ram factam procuratori acquiritur domino ius in beneficio,
& tamen inuestitura non est vera traditio, sed ficta, & habetur

loco traditionis ſm gl. & Doct. in c. 2. de conſue. Tñ ad illum text. reſpondent Mode. Senen. in d. l. 1. §. per procuratorem, ꝙ non eſt mirum, quòd ſibi acquiritur ius in beneficio per talem actum procuratoris, quia acquiritur etiã per actum fictũ, cũ acquiratur abſenti nullo medio interueniente. c. ſi tibi abſenti. de preb. in 6. ſed tu dic, ꝙ ille tex. in d. c. accidens. bene facit pro iſta opi. ꝙ cuilibet abſenti acquiratur ius in beneficio nullo medio interueniente, tñ hoc ius, ꝙ acquiritur, non eſt plenum, nec ex hoc beneficium põt dici ſuum. d. c. ſi tibi abſenti. ſed qñ fit inueſtitura procuratori de beneficio, tunc domino quæritur plus iuris per eum, ita ꝙ beneficium põt dici ſuum. ¶Pro eadem opi. Aret. in d. l. 1. §. per procuratorem. adducit ſubtilem rõnem, nam iſta duplex fictio, quæ concurrit in caſu præcedẽtis. q. cauſatur reſpectu diuerſarum partium. vna fictio oritur ex parte recipientis, quia procurator recipiens, ficte repñtat dñm. l. oſſa. in fi. ſ. de relig. & ſump. fun. altera orit ex parte pſo-
397 næ tradẽtis, qñ ꝯſtituit ſe poſſidere noĩe alterius, † ſed duæ fictiones pñt concurrere, qñ oriuntur ex diuerſis fontib. l. ſingularia. ſ. ſi cer. pet. & dicam ſtatim in ſeq. q. & hoc modo ceſſabit primum fundm̃ Gul. de Cun. ꝙ eſt in materia fictionum, ꝙ ſimul concurrere non pñt ſm eum. ¶Sed ad iſtud fundm̃, licèt ſubtile, potes rñdere, ꝙ non concludit in propoſito, quia fictiones dñr oriri ex diuerſis fontibus, ita ꝙ earum cõcurſus admittatur, qñ tendunt ad commodum diuerſarium perſonarum, ita propriè loquitur text. in d. l. ſingularia. vbi pecunia fingitur data mihi fauore debitoris, vt ſit à me liberatus, deinde fingitur à me ad te profecta, & hoc fauore mei creditoris, vt habeam te ex mutuo obligatum, & ita etiam declarat illum tex. Bar. hic in pe. col. ſed in q. præſenti ille duæ fictiones tendunt ſolùm ad commodum dñi, cui acquiritur dñium, & poſ. mediante ficta traditione procuratori facta, niſi diceres, quòd etiam ven-
a ditor [a] liberatur per iſtum actum fictum ꝯſtituti ab obligatione tradendi rem venditam, iuxta gl. not. in d. l. ab emptione. vbi Bart. & Doct. & hoc modo diceretur fingi reſpectu diuerſarũ
* perſonarum, & ſic teneas opin. Bartol. quæ eſt *magis communis.*
398 ¶† Aduerte tñ, ꝙ licèt procurator per actũ fictum, puta per ꝯſtitutum poſſit acquirere dño veram poſſ. & verum dñium, vt dixi, tñ è ꝯ procurator per actum fictum non poſſet trãsferre dñium neque poſſeſ. in alium, ſi ipſe procurator venderet alteri, & conſtituerit ſe noĩe eius poſſidere, quia cùm ipſe procurator nullo modo poſſideat, ẽt non põt ſe ꝯſtituere alterius nomine poſſidere ad finem transferendi in eum poſſeſ. l. quãuis. la 1. §. 1. ĩ. tit. 1. niſi hoc faciat ex ſpeciali mandato dñi, quo caſu ipſe mandans videtur facere, ita tenet Bart. Imol. & Mod. in l. 1. in princip. ſ. titul. 1. in pen. colum. in verſic. quæro pone, quòd tutor, & c. vbi plene dixi de hoc, & ſic contrariorum nõ eſt eadem iuris diſciplina, quando ſubeſt diuerſa ratio, vt dixi in rub. ſ. de acquir. poſſeſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. infra
399 de verbor. oblig. ¶† Circa principalem quæſt. an plures fictiones poſſint circa idem concurrere, Bartol. hic plenius ponit, quàm alibi ſcriptum habeamus. Ex dictis Bart. fac regulam, & duas fallen. & totum clarè habebis. Regula eſt, quòd regulariter duæ fictiones non poſſunt circa idem concurrere, quando ſunt æquè principales, & ex eodem fonte æquitatis procedũt, quia eſſent duæ inconuenientiæ iuri communi contrariæ, ſe-
400 cundum Bald. in l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expen. † ſicut nec duo ſpecialia circa idem poſſunt concurrere. l. 1. in fin. cum gl. ff. de dot. præalleg. gl. in l. cùm poſt. §. gener. ſ. de iur. dot. & gl. in cle. 1. in verſi. ſanè, ſuper verbo aſſertionib. de foro comp. facit bene text. in l. ſi quis rem. §. fin. & ibi Bartol. infra de pollicita. iuncta. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. nam, quòd ex nuda, & ſimplici pollicitatione quis obligetur reipublic. eſt vnum ſpeciale, toto titul. infra de pollicita. Item, quòd ex ſolo contractu tranſeat dominium in rempublicam ſine aliqua traditione. d. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. iſtud eſt aliud ſpeciale: certè ſi ſimul concurrunt, non tolerantur. vnde ex pollicitatione non transfertur dominium in rempublicam, niſi ſequuta traditione, vel ſeparatione bonorum. d. l. ſi quis rem. §. final. ¶Secundò ad iſtã regulam fictionum, quòd non poſſunt concurrere, bene facit tex. in l. ſi verò non remunerandi. §. 1. ſupra mandat. alleg. per Gul. de Cun. inducendo, prout induxi ſupra in articul. præcedent. nec eſt bona ſolut. ad illum text. quam tradit Bald. hic in vltim. colum. quia eam apertè reprobaui ſupra in articul. præcedenti. Tertiò adde Bald. in l. 1. in fin. C. quando lic. ab emp.
401 diſ. vbi dicit, † quòd reſcrip. & priuileg. principum non valent, ſi continerent duo ſpecialia. capitul. 2. de fil. præsbyt. in ſexto. & c. non poteſt. §. final. de præben. eod. lib. & dicit, quòd ſæpè ad hoc allegatur in curia Regum. tex. in d. l. 1. in fi. C. de dot. promiſ. & iſtud idem etiam ibi repetit formaliter Bald. circa principium. alibi dicit Bald. in l. fin. in 2. colum. ſupra de conſtit. princip. quòd beneficia principum ſic interpretari debent, vt non contineant duo ſpecialia, quia licèt vna diſpenſatio ſit fauorabilis, plures tñ ſunt odioſæ. l. ſi qñ. in prin. C. de inoffic. teſt.
402 ¶Quartò ſm Bar. hic faciũt duo ſimilia, nam ſicut † vna petitio non poteſt operari plures compẽſationes. l. quod Labeo. C. de compenſa. ita vna æquitas non poteſt parere plures fictiones. Item ſicut vnus animus non poteſt operari retentionem duarum poſſeſ. ſecundum gl. in l. 1. in princip. ſ. tit. 1. in gl. quæ incipit. i. corporaliter, vbi dixi, ita vna æquitas non poteſt operari duarum fictionum productionem. ¶Iſtam regulam
403 † primò limita, niſi ſint plures fictiones, quarum vna venit in conſequentiam alterius, & tunc plures poſſunt concurrere. §. ſi ab hoſtibus. inſt. quib. modis ius patriæ poteſta. ſol. l. cùm duæ. ĩ. de capt. & l. ſub conditione, vbi etiam Bar. ĩ. de ſol. & ita procedit glo. in l. ſi ſeruus communis Meuij. alias meus. in prin. in verb. ſtipulatio, ad fin. ĩ. de ſtipul. ſeruor. Adde Bald. in l. 1. fin. C. quando lic. ab emp. diſce. & in d. l. 1. C. de dot. promiſ. & in l. 1. in penult. colum. C. de pact. & in l. 2. ad fi. C. de fruct. & lit. expen. Gemi. in cap. non omnes. 2. q. 7. Secundò adde pro iſta limita. tex. in l. ſi quis poſth. §. 1. in ver. diuerſum. ſ. de lib. & poſth. & ibi Are. in vlt. col. not. ad hoc not. quia filius, q morit apud hoſtes fingitur deceſſiſſe viuo teſtatore, & conſequenter inducitur alia fictio in pſona nepotis, vt nepos videatur retro fuiſſe in poteſtate aui, & ſic præteritus rumpat teſtamentum aui, & ſic ibi illæ duæ fictiones tolerantur, quia vna venit in conſe-
404 quentiam alterius. Tertiò adde, † quòd in fictionibus ad finem ordinatis duæ fictiones ad finem coniungũtur ad vnum effectum ſecundum Bald. in d. l. ſi ſeruus communis Meuij. in §. ſeruus capto. per illum text. quem dicit ad hoc quotidie al-
405 legari. Quando autem † vna fictio dicatur venire in conſequentiam ad aliam, ponit Aret. in l. ſi conſtante. in princip. in 13. colum. ff. ſolut. matrimo. quæ non eſt impreſſa, vbi dicit, ꝙ nunquam vidit hoc declaratum ab aliquo, & putat, quòd tũc ſecunda fictio dicatur venire in conſequẽtiam ad primam, qñ prima poſſit eſſe ſine iſta, vel ex ordine intellectus, vt l. ſi aliquã rem. ſ. de acquir. poſſeſ. vbi non põt conſtitui fictus titulus, niſi per traditionem, quæ ordine intellectus ſequitur titulum, vel qñ ex natura rei, vel ex diſpoſitione iuris vnum ſequitur aliud. d. §. ſi ab hoſtib. & d. l. cùm duæ. & d. l. ſub conditione. & ita etiã declarat Aret. in d. l. ſi rem aliquam. in primis commentis, quæ
406 fecit Senis, ſed non ſunt impreſſa. † Secundò principaliter limita, qñ plures fictiones procedunt ex diuerſis fontibus, & circa diuerſa, tunc poſſunt concurrere. l. ſingularia. ſupra ſi cerpe. vbi per fictionem videtur pecunia mihi data, & hoc fauore tui debitoris, vt ſis à me liberatus, & me ad te profecta, & hoc fauore mei creditoris, vt habeam te ex mutuo in tantum obligatum. ad idem facit in ſimili text. in l. quoties. ſupra de præſcriptis verbis. iuncta. l. ſecunda. C. de pact. inter empto. & ven-
407 dito. † nam actio præſcriptis verbis, quia eſt ſubſidiaria, non poteſt concurrere cum aliqua, quæ ex eodẽ fonte procedat.
408 d. l. quoties. ſecus ſi ex diuerſis fontibus. d. l. 2. † vbi actio ex vendito oritur ex contractu nominato, ſed actio preſcr. verbis oritur ex quodam contractu innominato, qui reſultat habita relatione pacti ad contractum. Adde, quòd eandem limitationem tradit Bartol. in l. gerit. in vltim. columna. ſupra de acquirend. hæredit. & in l. ex facto. in char. 2. ſupra de vulgar. & pupillar. & in l. ſub conditione. in 1. col. ad fin. infra de ſolut. & in l. fin. in 2. oppo. C. ex quib. cauſis maior. Bald. in l. conuenticulam. in 4. colum. ad fin. C. de Epiſcop. & cler. d. Cardi. Flor. in cle. ꝙ circa. in 20. q. de elec. & in clem. 2. in 8. q. vt lit. pend. Et ita cum laude Dei ſit impoſitus finis repetitioni huius ſubtiliſſimæ. l. & eius profundiſſimæ materiæ. Finita fuit hæc repetitio die 15. Nouemb. 1508.

A D D I T I O.

a ¶Venditor. Adde, quòd reprobat Tiraquel. de conſtit. part. prima. numer. 10. & alijs ſequen. glo. in l. Iulianus. §. ex emp. ff. de action. empti. Docto. in l. ab emptione. ff. de pact. & communem dicit Ruy. conſil. 94. nu. 1. lib. 1. quam declara, vt per Alex. conſi. 69. lib. 4. De c. conſil. 503. Matheſ. ſing. 67. & 170. Quamuis deſentire videatur Iaſ. in d. l. ab emptione, & malè intelligendo concluſionẽ prædictam, vt ipſe intelligit ex no. per Doct. in apoſtil. ad Matheſ. d. ſing. & ponit Viu. inter commun. opin. lib. 19. verſi. venditor. Imbert. in Enchirid. iur. Gall. verſic. contractus. Pract. Papien. for. libel. vend. verſi. ad tradendum. vbi dixi. MASVER.

De re iudicata. Rubr.

¶Vtilitas huius tit. per ſe patet, ideo comendatione non eget, vt in ſimili dicit tex. in l. 1. ff. de reſtit. integr. nam vt hic exorditur. d. Alex. iſte titulus eſt ſolẽnis, & habet amplam materiam, plenam auro, & honore, quæ quotidie in palatijs, & curijs agitatur. Illum anno præſenti pro communi vtilitate accurato vtili ſtylo commentandum aſſumpſi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudicis sententia quos effectus habeat.*
2 *Omnis vox, & omne praeceptum iudicis faciens ad causam dicitur interlocutoria sententia, siue faciat per se, siue per nuncium, & an sit vera interlocutoria, vel ficta.*
3 *Sententia interlocutoria quid sit, & quid diffinitiua.*
4 *Statutum, quòd ab interlocutoria non possit appellari, de qua intelligatur.*
5 *Inter grauamen à iudice illatum, & interlocutoriam est differentia.*
6 *Quid sit sententia, & quae veniant eius appellatione, tam in statutis quàm in contractibus.*
7 *Statutum, quòd in criminalibus non sit licita appellat. vel restitut. in integrum, intelligitur quo ad causam principalem, & diffinitiuam, nõ autem quo ad interlocutoriam.*
8 *Statutum, quòd sententiae ferri debeant cum consilio sapientis, intelligitur de diffinitiuis non de interlocutorijs.*
9 *Statutum, quòd à sententia Potestatis non possit appellari, intelligitur de diffinitiua tantum, secus si dicat, quod à Potestate non possit appellari, quia tunc etiam ab interloc. non poterit appellari.*
10 *Statutum, quòd de sententijs soluatur gabella, non intelligitur de interlocutoria.*
11 *In correctorijs non est licita extensio ex identitate rationis, nec in exorbitantibus, etiam ex maioritate rationis, nisi essemus in aliquo casu fauorabili.*
12 *Appellat. sententiae largè sumpto vocabulo, an veniat interlocutoria.*
13 *Non solùm in correctorijs, sed etiam in exorbantibus licita est extensio ex identitate rationis de stricta significatione vocabuli ad latam.*
14 *Quando materia est indifferens ad interlocutor. & diffinitiuam, tunc appellat. sententiae comprehenditur etiam interlocutoria, idem vbi non insurgit absurditas.*
15 *Naturales domini dicuntur, qui sunt domini iure gentium, vt sunt veri Reges.*
16 *Per sententiam acquiritur dominium de iure ciuili, quando sequuta est traditio, & in quem erat lata sententia erat dominus, & hoc in actione personali, in reali verò, ibi remissiuè.*

¶Ista rubr. habet tres partes. ¶Prima est de re iudica. quae est
ipsa lis, & causa, seu controuersia per sententiam terminata. l.
1 1. vbi dicetur. ȷ. eod. ¶† Secuda pars est de effectu sententiarũ,
& sic de executione, nam executio est effectus sententiae. c. suscitata.
& ibi dom. Abb. in vlt. notabil. ad hoc not. de in integr.
restitut. Item sententia iudicis habet effectum, quia potest facere
de albo nigrum, & de nigro album, secundum Bald. in c.
nostri. de elect. per glo. in l. si non sortem. §. haeredi. ff. de condi.
indeb. quasi dicat, quòd sententia iudicis facit de indebito debitum,
& de non haerede haeredem. per quam glo. etiam dicit
idem Bald. in capit. in praesentia. in vlt. colum. de renunc. quòd
sentẽtia iudicis mutat verum in falsum, &ècontra, non essentialiter,
sed quo ad effectum. Item sententia iudic. facit de falso
verum, & ècontra, & de abusiuo facit rectum secundum Bal.
in cap. nihil est. in 4. colum. de elect. & ibidem in 5. colu. dicit, ꝙ
sententia iud. facit ius, & facit originem per text. quem ad hoc
reputat singular. in l. 2. in fin. cum l. sequent. & princip. sequen.
ff. de liber. agno. & pari ratione facit forensem ciuẽ, quia sententia,
& origo ęquiparantur, vt est tex. notab. in l. quotiescunque.
de decu. lib. 10. C. Et pari ratione facit aliquem esse Guelfum,
& Gebellinum, quo ad effectum, siue obsit, siue prosit, licèt
non quo ad veritatem secundum Bald. in quadam repeti.
quae ei attribuitur in l. placet. in antepen. colum. C. de sacrosan.
2 Eccles. ¶† Tertia pars rubricae est de interlo. iud. in qua dicit, ꝙ
oĩs vox, & omne praeceptũ iudicis faciens ad causam dr̃ interlocutio,
seu sñia interlocutoria, vt est gl. not. in §. ad excludendas.
in verbo, interlocutionib. in Auth. de liti. colla. 8. quã gl. ad
hoc reputat sing. Ang. & Io. de Imo. hic. & Ang. in l. qui agnitis.
in fi. de excep. & in l. ex stipulatione. C. de sen. & in cons. 114.
inci. quidam petijt executionem. in 2. col. eam etiã facit sing.
Bald. in l. arbitrio. in 3. col. ff. qui satisd. cog. & in l. post sñiam. C.
de sen. & interloc. om. iud. Sed adde aliam gl. in l. cùm clericis.
& ibi Bar. & Scrib. C. de Epis. & cle. vbi gl. dicit, ꝙ omnis iussus
iud. est sñia interlocutoria. Idem dicit glo. in l. dicere. §. fi. in verbo
iussit. ff. de arbit. facit. l. ꝙ iussit. ȷ. eo. Item omne pręceptum,
ꝙ facit iudex per se vel per nuncium, est sñia interlocutoria.
ita gl. no. in §. illud quoque. in verb. decreto. in Auth. de haer. &
falc. collat. 1. Sed aduerte, quia gl. met in eadem Auth. de hęr. &
fal. in §. si quis autem non implens. in ver. decreto. dicit. ꝙ praeceptum,
seu monitio iudicis est quasi interlocutoria quaedam,
ergo non vera, & ꝓpria. d. Abb. in rub. extra eo. de sen. & re iud.
ꝯcor. istas gl. quia si eã erat incohata ante illud pceptum, & tũc
dicatur verè interlocutoria, qa iudex interloquatur ante principiũ,
& finem causae, si verò causa nondum erat incohata, tale
pręceptum iudicis non est vera sententia interlocutoria, sed
quasi. Ego isto modo declarando defendẽdo gl. magistralem,
quam hic reprobat do. Alex. in cle. 1. in verb. diffinitiua. de sequestratione
possessionis, & fructuum, vbi gl. magistraliter di-
3 cit, ꝙ † sententia interlocutoria est, quae fertur inter principiũ,
& finem causae super aliquo incidenti, vel emergenti, Diffinitiua
verò, quae diffinit causam principalem. d. Alex. reprehendit
illã gl. quia nimium se restringit, quia etiam post finem causae
est sñia interlocutoria. l. à diuo Pio. §. in vend. ȷ. eo. vnde ipse
dicit, ꝙ interlocutoria est illa, quae non diffinit causam principalem,
siue feratur inter principiũ, & finem causae, siue ẽt post.
vltra confirmo, qa oĩs pronunciatio iud. quae non diffinit cãm
principalem, est sñia interlocutoria. glo. in c. ei, qui diffinitiua.
in glo. 1. 2. q. 6. Ego defendo illam gl. in d. cle. 1. quae tota die allegatur,
quia interlocutoria dicitur ab inter, & loqui, & sic interlocutoria
est locutio inter principium causae, quae est citatio,
& finem, qui est sententia secundum Gemin. in cap. 1. in 2.
col. de appel. in 6. Item ſm Host. post Roffr. in sum. eo. tit. §. 2. in
princ. & d. Abb. in rubr. extra eod. in vlt. col. sententia interlocutoria
dr̃, quia iudex interloqtur inter principiũ, & finẽ causae:
oĩs ergo iussus, & omne praeceptum iud. qđ fit inter principium,
& finẽ causae, est ꝓpriè interlocutoria. Illud verò, ꝙ fit
ante principiũ, vel post finem causae, nõ est propriè interlocutoria.
sed quasi q̃dam, prout dicit gl. in praellega. §. si verò
non implens. in versi. decreto, & ista † bene nota ad statuta
4 loquentia de sententijs interlocutorijs, puto, ꝙ à sententijs interlocutorijs
nõ possit appellari, nam cùm in statutis verba debeant
propriè, & strictè intelligi. l. 1. §. si is, q̃ nauẽ. ver. in re igit
dubia. ff. de exerci. l. ꝙ constitutum. ff. de milit. testa. latè Bar. in
l. non dubium. C. de legi. talia statuta intelligẽtur de interlocutorijs
veris, & proprijs, quae feruntur inter principium, & finẽ
causae, secus si ante, vel post. Circa tamen huius tituli veritatem
vide, quae statim tangam, & tenebo contra do. Alexan. in alio.
Adde etiam text. not. in l. quid ergo. §. quantum cum gloss.
ff. de infam. qui dicit, an aliquid pronuncietur diffinitiuè, an extrinsecus
sit elocuta, quòd sententia diffinitiua infamat, secus
5 in interlocutoria. † Item aduerte, quòd est differentia inter
grauamen illatum à iudic. & interlocutoriam. capitul. secundo.
in verbo interlocutoria, vel grauamine. de dol. & conuma.
in 6. & similiter text. in c. 1. de appel. in 6. & sic non omne grauamen
iudicis est sententia interlocutoria, quod est notandum
pro statutis permittentib. appellationes ab interlocutorijs, ita
not. Gem. in d. cap. 2. in 1. notab. per illum text. de dolo, & contumac.
in 6. Ex praedictis patet, quòd interlocutiones iudi. non
sunt propriè sententiae. l. quòd iussit. infra eod. quia non diffi-
6 niunt negotium principale. † & sententia dicitur iudicialis diffinitio
finem imponens controuesiae per condemnationem,
vel absolutionem, secundum Specul. in titul. de sententiae prolatione.
§. 1. in princ. & Host. in sum. eo. tit. & prosequitur Lud.
Roma. hic. propriè ergo sententia dicitur diffinitiua sententia.
gl. est mag. in l. 1. §. biduum. in verbo sententiae latę. ff. quando
appella. sit. quam gl. ad hoc rep. sing. Bald. in c. cùm olim. circa
fin. de testi. & dicit facere ad statuta loquentia de executionib.
sententiarum, & idem, quòd illa glo. in d. §. biduum. sit singul.
dicit Bal. in cap. venientes. in 2. col. de iureiur. adde aliam glo. in
c. fin. in verbo sententiam incoeptam. de testib. Bald. in d. l. quid
ergo. §. quantum autem. ff. de infam. hinc infertur, quòd cùm
in statutis verba sint propriè, & strictè intelligenda, vt statim
dixi, statutum loquens de sententia simpliciter, intelligitur solùm
de diffinitiua. Amplia idem esse, quando in contractu fieret
mentio de sñia simpliciter, intelligeret solùm de diffinitiua.
Amplia idem esse ſm Bald. in l. 2. ff. de arbitr. facit primò, quòd
signanter in specie decidit Guliel. de Cun. in l. si ex causa. §. nũc
videndum. per illum textum. in versi. sed si cum damno. ff. de
7 minor. & idem Bal. & † Alb. de Ros. quòd si statutum disponeret,
quòd in causis criminalibus non sit licita appellatio, vel restitu.
in integrum, intelligeretur quo ad causam principalem, &
diffinitiuam, non autem quo ad interlocutoriam, vel aliquod
incidens. Istam decisionem sequitur, & reputat not. dignam. d.
Benedict. de Plumb. in l. etiam. §. absens. ff. de manum. vind. sequitur.
d. Alex. hic cum concordan. per eum allega. ¶Secundò
per glo. in d. §. biduum. dicit Bald. in l. vnica. in 3. colum. C. ne
8 lic. tertiò. prouoc. † quòd si statutum disponat, quòd sententiae
ferri debeant cum consil. sapientis, aliàs non valeant, intelligitur
de sententijs diffinitiuis, non autem de interlocutorijs, &
sequitur Ludouic. Roman. in l. qui in aliena. §. penul. ff. de acquir.
haer. d. Alex. hic in consil. 50. secundae part. incip. visis actis
causae agitatae inter magistrum Antonium. in 2. colu. ¶Tertiò
per gl. in d. §. biduum. decidit Bal. in l. 1. ff. de offic. praefecti prae-
9 tor. † ꝙ si statutum disponat, ꝙ à sentẽtia Potestatis nõ possit

appellari, poterit tamen appellari à sententia interlocutoria, quia cum illud statutum sit contra ius commune, nomen sententiæ capitur strictè pro diffinitiua tantum, & ita refert se cõsuluisse Pistorij, & ita tenere Guliel. de Cun. in d. l. si ex causa. §. nunc videndum, per illum text. facit secundum eum, si statutum diceret, quòd à Potestate nõ possit appellari, tunc etiam ab interlocutoria sententia appellari non posset, per text. in d. l. 1. qui dicit, quòd à præfecto prætorio appellari non potest, & non dicit à sententia præfecti prætorio, sequitur. d. Abb. in cap. pastor. in 2. col. de appel. Benedict. de Plumb. in l. etiam. §. absẽs ff. de manu. vind. sequitur. d. Alex. hic, & in l. 1. in princ. in 8. col. ff. quod quisque iur. & in d. consil. 50. idem tenet Bald. in addi. Specul. in tit. de prolatione sententiæ. in 2. colu. vbi etiam sub-
10 dit, † quòd si statutum disponat, quòd de sententijs debeat solui gabella, non soluetur de interlocutorijs. Limitat notabiliter. d. Benedict. de Plumb. in d. l. etiam. §. absens, nisi eadem, vel maior esset ratio in interlocutoria, quàm in diffinitiua, quia tunc licèt statutũ prohibeat apppellari à sententia Potestatis, non poterit etiam appellari ab interlocutoria, cùm verbum sententia vtrunque comprehendat, & sit vniformis ad vtrunque. ad hoc allegat gloss. in cle. in verbo sententias. eodm titu. de re iudic. vbi verbum sententia verificatur in interlocutoria, sicut diffinitiua. Ad idem alleg. quod vult gl. in l. 1. in princ. in verbo noui iuris. ff. quod quisque iuris, quæ vult, quod illud edictum prætoris loquens in iudice sententiãte ius iniquũ, procedat ita in sententia interlocutoria, sicut in diffinitiua. Istam limitationem reprobat. d. Alexan. hic, quia cùm tale statutum sit correctorium iuris communis, vt prædixi, ergo non debet exten-
11 di ex identitate rationis, quia in correctorijs † non est licita extensio ex identitate rationis, secundum glo. & Doct. in Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. & l. præcipimus. §. fi. vbi Bart. & alij no. C. de appel. Secundò, quia etiam dato, quòd tale statutum
* esset solùm exorbitans, & non correctorium, tamen *secundum magis veras conclusiones* etiam in exorbitãtibus non est licita extensio ex maioritate rationis. l. si verò. §. de virò. ff. sol. matr. nisi essemus in aliquo casu fauorabili, secundum gloss. in l. si constante. in princip. ff. solu. matrimo. & ibi Bartol. in 10. quæst. primæ partis principa. nihil dicit, & ad duas gloss. alleg. per dom. Benedict. respõdit, vt hic per eum. tene istam limita. do. Benedict. de Plumbin. & adde, quòd eam sequitur, & reputat bene notandam idem dom. Alexand. sibi contrarius in d. l. 1. in prin. in 5. colu. ff. quod quisque iur. & dom. Alexand. in d. consil. 50. partis. 2. in pe. col. eam etiã simpliciter sequitur. d. Fel. in c. cãm, quæ. in vlt. col. de rescrip. & plenius in rubr. extra eo. in vlt. col. & vltra auctoritates, & vltra fundamenta eorũ, ego teneo per fundamentum vnum, per quod retorqueo contra dom. Alex.
12 quibus ipse mouetur. † Nam appellatione sententiæ largè sumpto vocabulo venit etiam sententia interlocutoria, prout ipsemet d. Alex. hic tenet. not. Bal. & d. Alex. in d. l. 1. in princip. per glo. ff. quod quisque iur. Bald. in addit. Specul. in tit. de sen-
13 tentiæ prolatione. in 2. colum. modo sic. † non solùm in exorbitantibus, sed etiam in correctorijs licita est extensio ex identate rationis de stricta significatione vocabuli ad latam. gloss. *communiter approbata* in Auth. vt hi, qui obli. se perhi. habere res minor. in princip. in verbo curationem. collat. 6. gl. & Doct. in Auth. minoris debitor. C. qui tutor. dare possunt. glo. in clem. 1. in verbo eligatur, & ista regula procedit etiam in correctorijs, prout loquuntur ille gl. & expressè firmat. d. Alexan. in l. 2. in 2. colum. ff. de legat. 1. ¶ Secundò facit, quòd in fortioribus terminis consuluit Paul. de Castr. in consil. 23. incip. viso puncto, & etiam oppo. in 2. & 3. columm. vbi consuluit, quòd statutum ciuitatis Brixiæ loquens de causis appellationum interpositarum à sententia diffinitiua committendis Brixiæ, procedet etiam in appellationibus interpositis à sententijs interlocutorijs, in quibus est eadem, vel maior ratio, cùm sint minoris importantiæ, vt latius per eum, qui etiam alijs medijs mouetur, & sic statutum Brixiæ loquebatur de sententijs non simpliciter, sed de sententijs diffinitiuis, tamen tenet
14 Pau. de Cast. quòd etiam procedat in interlocutorijs. ¶† Tertiò accedat, quia quando materia est indifferens ad interlocutoriam, & diffinitiuam, tunc appellatione sententiæ comprehenditur etiam interlocutoria secundum Salce. & dom. Alex. in d. l. 1. in princip. ff. quod quisque iuris. Item vbi non surgit absurditas, tunc appellatione sententiæ intelligitur etiam de interlocutoria. gloss. est notabil. in d. clemen. 1. eodem titul. in verbo sententias. secundum dom. Abb. in capitu. causa matrimonij. in 1. colum. de offic. delegat. facit glo. in l. si quis iusiurandum. in verbo diffinitiua. C. de reb. credit. de qua tamen dicam in l. 1. j. eod. ¶ Gl. rubricæ continuat eam ad præcedentes. ista continuatio gloss. potest melius declarari. nam supra in tit. de acquirend. rerum dominio fuit tractatum, qualiter domi-
15 nia acquirantur de iure gentium, & naturales † domini dicũtur, qui sunt domini iure gent. vt sunt veri Reges, vt not. Bald. in l. de pupillo. §. Sextus. per illum tex. de oper. nou. nuncia. postea in titul. de vsucap. & seq. titu. fuit visum, qualiter dominia acquirantur de iure ciuili per vsucapionem, & præscriptionẽ.
16 † Verùm cùm etiam per sententiam acquiratur dominium [a]
a de iure ciui. glo. magistra in l. 1. & ibi supplet Bartol. ff. de acquirend. rerum dominio. ideo post illos titulos de vsucapion. congruenter subijcitur tit. de re iudica. sed dum gloss. præsupponit per sententiam quæri dominium, addde bonum text. in l. si statuliber. §. statuliber. & ibi not. Alber de Ros. post Antiquos. ff. de statuliber. & in §. final. institu. de offic. iudic. Ista conclusio gl. nõ vr posse procedere à partib. sufficienter enumeratis, quia si sententia est lata pro actore in actione personali, tũc acquiritur sibi actio in factum, vel iudicati. l. actori. C. de rebus credit. Item obligatio ciuilis de iure ciuili, in l. rerum. ff. de condi. indebi. Item facultas implorandi officium, in l. miles. §. iudicati. infra eod. si verò est lata pro actore in actione reali, non venit translatio dominij, quia actio realis non tendit ad hoc, sed vt declaretur. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vend. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vend. acquiritur etiam facultas mittendi executioni per officium iudic. l. qui restituere. ff. de rei vendi. si verò sententia feratur pro reo, tunc acquiritur exceptio rei iudic. vt toto titul. ff. de excep. rei iudic. præsertim in l. exceptio, & ibi gloss. saluando eam gloss. intellige eam sanè, quando sequuta est traditio auctoritate sententiæ, & ille in quem fuit lata sententia, erat dominus, tunc bene transfertur dominium, ita declarat gloss. magistra in §. fina. institu. de offic. iud. & in l. secunda. de public. Item intellige in actione personali tendente ad translationem dominij. in actione autem reali dic, vt per Bartol. in l. ex hoc iure. vbi plenè dixi. ff. de iustit. & iure. Bartol. & alios in l. Pompon. § si iussu. ff. de acquirend. possess. Vltra gloss. potest ista rubric. aliter continuari secundum Ioan. de Ragadi. Alberic. de Ros. & Angel. nam. s. tit. præcedenti visum est de vsucap. & præscrip. adinuentis ad lites finiendas. l. fin. s. titul. 1. verùm, quia per sententias, & res iudicatas etiam imponitur finis controuersijs. l. 1. j. eod. l. exitus. ff. de acquiren. possess. l. rem non nouam. §. fin. C. de iudic. ideo post titulum præcedentem positus est congruenter iste titulus.

ADDITIO.

2 ¶ Dominium. Adde, quòd hanc sequitur, & communem dicit idem Ias. in l. ex hoc iure. nu. 45. ff. de iustit. & iur. pro qua vide quæ scribit Pract. Pap. for. lib. act. real. versi. iure dominij. col. fi. vbi dixi. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *An sit differentia inter sententiam, & rem iudicatam.*
2 *Interlocutoria an dicatur res iudicata, & an requiratur in ea condemnatio, vel solutio.*
3 *Sententia arbitri, vel arbitratoris non dicitur res iudicata, nec ex ea oritur actio iudicati, sicut ex sententia iudicis, quia non habent iurisdictionem, sed solam notionem.*
4 *Sententiæ arbitrorum an sint propriè sententiæ.*
5 *Quando aliquid profertur non simpliciter, sed cum aliqua adiectione, illud apparet non esse propriè.*
6 *Quando statutum necessitat ad compromissum, sententia arbitri iuri vel statuti est propriè sententia, & res iudicata.*
7 *Setenntia est res indicans.*
8 *Quando dicatur res iudicata, & quando possit appellari.*
9 *An per appellat. extinguatur sententia, an verò suspendatur.*
10 *Excommunicatio lata pendente appel. tenet siue appel. prosequuta fuerit, siue non.*
11 *Si iudex appel. confirmat primam sententiam causa cognita, tanquam legitimè latam, agitur ex secunda sententia confirmante.*
12 *Per appel. extinguitur effectus primæ sententiæ.*
13 *A priuatione ad habitum non datur regressus.*
14 *Quando appel. est deserta, fingitur non appellatum.*
15 *Duæ sententiæ non possunt valere super eadem causa, sicut nec duo testamenta eiusdem hominis.*
16 *Per quę verba potest proferri sententia diffinitiua.*
17 *Testis deponens per verbum videtur, aut videre meo, non probat, quia non deponit per sensum corporis, prout debet, sed de iudicio intellectus, & idem est si deponat per verbum credo.*
18 *Facilius, & ex leuiori causa, & suspicione repellitur iudex vt suspectus à sententiando, quàm testis à testificando.*
19 *An valeat sentẽtia, si iudex pronunciauerit per verbum futuri temporis, puta, pronuncio Titium condemnandum Seio in centum.*

LEX PRIMA.

RES iudicata Dicitur causa per sentētiam iudicis
terminata condemnatione, vel absolutione.
h.d. Diuiditur in duas partes. In prima ponit
dictum. In secunda ipsius dicti declaratio.
Secunda ibi, ꝙ vel condemnatione. ¶No. ex
isto text. diffinitionem rei iud. qa est illa, quę
accipit finem controuersiarum ex pronunciatione iudicis, &
sic non est illa, quæ imponit finem controuersiæ, sed q̄ acci-
pit, & sic res iudicata non se habet ꝑ modum agentis, sed per
1 modum patientis, † & sic apparet esse differentiā inter sn̄iam,
& rem iudicatā tanquam inter decidens, & decisum, ad quam
differentiam glo. nostra non aduertit. nam res iudicata est ipsa
lis, & causa decisa, & terminata, & sic ponitur res pro causa, &
lite. l. is apud quem. C. de eden. sn̄ia verò est ipsa iudicis pronū-
ciatio, quæ ē̄t finē imponit. Ideo in Decre. Sextò, & Clem. inti-
tulatur de sententia, & re iudica. & sic copula, &, ponitur inter
diuersa, iuxta gl. & Bar. in rubr. ff. de iur. & fact. ingo. gl. in c. que-
2 relam. de simo. ¶† Hinc infertur, quòd interlocutoria non di-
citur res iudicata, cùm non imponat finem controuersię prin-
cipali, imò nec incidenti vel emergenti, cùm possit per ipsum-
met iudicem reuocari. l. ꝙ iussit. j. eod. c. cùm cessante. de ap-
pella. gl. in l. 1. §. fin. ff. de prætor. stipulat. nisi esset interlocutio
mixta habens vim diffinitiuæ, quæ diffinit non totam causam
principalem, sed aliquam partem substantialem, iuxta glo. in
l. intra vtile. in princ. in glo. mag. in fin. ff. de minor. & glo. in l. si
quis iusiurandum. in verbo diffinitiua. C. de reb. cred. & in cle.
fi. gl. 2. de appel. Bar. in l. Titia. ff. de accusa. Bal. in l. 1. in 4. q. C. qn̄
prouocare non est necesse. Item in sententia interlocutoria nō
requiritur condemnatio, vel absolutio, vt hic dicitur, vt patet
ex his, quæ dixi in rubr. & dicit text. in proposito signandus in l.
post sententiam in fin. C. de sen. & interloc. omn. iud. ꝙ interlo-
3 cutiones plerunque nullam causam dirimunt. ¶† Secundò in
fertur, quòd sententia arbitri, vel arbitratoris non dicitur res
a iudicata, a cùm ibi non sit pronunciatio iudicis, vt hic dicitur
in litera, & res iudicata dicitur à iudicio, sed coram arbitro nō
est iudicium, sed instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbitr. & licèt cō-
promissa ad finiendas lites pertineant, vt dicit text. in l. 1. ff. de
arbitr. tamen per sententiam arbitri non imponitur præcisè fi-
nis liti, & controuersiæ, sed ei solùm metu pœnę parere opor-
tet. l. diē proferre §. stati. ff. de arbi. & l. 1. & 2. C. eo. nisi esset emo
logata à partibus tacitè, vel expresse, secūdum formam. l. cùm
antea. & l. ne in arbitris. C. de arbitr. dicetur in l. ait prætor. in
princip. j. eod. Item ex sententia arbitri non oritur actio iud. l.
1. C. de arbitr. sicut oritur ex sententia iudicis. l. actori. C. de reb.
cred. & l. miles. §. iudicati. j. eod. quia arbitri non habent iuri-
sdictionem, sed solam notionem. d. l. ait prætor. in princip. infra
eod. & quod sententiæ arbitratorum non sint etiam propriè
sententiæ, cùm iurisdictione careant, tenet Barto. in l. vnica. in
4 3. col. C. ne lice. tertiò prouo. † Item, quòd sententia arbitri non
sit propriè, nec sit per omnia sententia, not. Bart. in l. quid ergo.
§. ex compromisso. ff. de infam. vbi interlocutoria non infamat
sicut sententia diffinitiua. sed caue, quia text. in c. 1. de arbitr.
appellat sententiam laudum arbitrorum. d. Abb. ibi in vlt. not.
dicit, quòd est impropriè, & largè. nam propriè sententia arbi-
tri non est sententia, cùm arbitri non habeant iurisdictionem,
sed solùm notionem, ideo secundum eum in materia non ex-
tendibili appellatione sententiæ non venit sententia arbitri,
cùm non sit propriè sententia, sed largè, & impropriè, & sic
nō caderet etiam in statutis, vnde si statutum disponeret, quòd
de qualibet sententia soluatur certum quid pro gabella, non
solueretur pro sententia arbitrorum. istud idem, quòd senten-
tia arbitri non sit propriè sententia, sed largè, & impropriè, &
sic, quòd non caderet in statutis, not. d. Abb. in c. cùm dilectus.
in 2. not. & in c. ex parte. in 4. notab. eod. tit. de arbitr. & vltra eū
statutum irritans sententiam non habet locum in sententia
arbitri secundū d. Ant. de But. in c. super quæstionum. in prin.
de offic. deleg. in 5. colum. in versi. 2. similiter appellatione sen-
tentiæ non venit arbitramentum, & sic sententia arbitratoris,
cùm ibi non sit iudex nec iudicialis diffinitio secundum Ioan.
de Ana in consil. 96. incip. viso puncto. in 1. dubio, sed est mi-
randum de dom. Abb. in d. c. 1. de arbitr. quòd ponderauit ad
hoc text. iuris canonici ibi, cùm sint infiniti text. Iurisconsulto-
rum, qui dicunt sententiam arbitri in l. litigatores. per totam. l.
& in l. qualem. & l. sequen. & duab. seq. ff. de arbitr. & quasi per
totum titul. Et dicendo, ꝙ Iurisc. loquitur impropriè, videtur
ineptum. vnde dicit, ꝙ in istis iurib. nomen sn̄iæ non profertur
simpliciter, vt comprehēdat sn̄iam arbitri, sed profertur sem-
per cum adiuncto, videlicet sententia arbitri, sicut quando di-
cimus sn̄ia interlocutoria, & sic cum adiuncto, & tunc inter-
5 locutoria nō est propriè sn̄ia, vt dixi in rub. s̄. eo. † Nam qn̄ ali-
qd profertur non simpliciter, sed cum aliqua adiectione, ap-
paret illud non esse propriè. Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de
leg. 3 sicut cùm dicimus homo mortuus, & sic Iurisc. non ca-
pit sn̄iam arbitri pro sn̄ia propriè, ex quo non profert simpli-
citer, sed cum adiuncto, stat ergo conclusio, ꝙ sn̄iæ arbitrorū
non sunt propriæ sn̄iæ, sed largo modo, & sic non caderet in
6 statutis loquentibus de sententijs simpliciter, vt dixi. † Limita
signanter in sn̄ia arbitrorū iuris, vel statutorum, qn̄ statuta ne-
cessitant ad ꝯpromissum, nam sn̄ia talis arbitri iuris, vel statu-
tarij est ꝓprię sn̄ia, & res iudicata, qa in locum iudicis succedit,
ita tenet Bal. in l. 1. in 2. col. C. de peric. & commo. rei ven. & fa-
cit ratio, qa illi æquiparantur ordinarijs s̄m Bart. in l. fi. vbi dixi.
C. de iud. ¶ Expeditis textualib. capio gl. 1. in vers. accepit, quā
diuide in tres partes. In prima remouet vnum ꝯ̄rium. In secū-
da r̄ndet tacitæ. q. In tertia format. q. & se remittit. Secunda ibi,
& dicunt quidam. Tertia ibi, si autē pronūciet. Ista gl. in 1. & 2.
parte æquiuocauit capiendo sn̄iam, & rem iudicatam pro ea-
dem, vt sint synonyma, cùm sint diuersa, vt dixi in rub. & patet
ex diuersitate titulorum, vt per Bart. hic. ¶ In 1. parte gl. ibi, qa
in ea finis est. ista glo. sentit duo. Primò, ꝙ sn̄ia, & res iudicata
sint idem, & malè, vt dicitur in textu. Secundò, qa sn̄ia dicitur
accipere finem, quia in seipsa est finis, & sic habito respectu cō-
tentorum in ipsa sententia, dic melius, ꝙ ibi tex. loquitur de re
iud. & sic de ipsa cā, & lite decisa, & ista est illa, quæ passiuè fi-
nem accipit, vt in litera: sn̄ia verò est illa, quæ pronunciatione
iudicis actiuè ꝯtrouersiæ finem imponit & non accipit, s̄m tn̄
7 ꝙ statim dicetur. Inquantum tn̄ Bar. † tenet, ꝙ sn̄ia est res iudi-
* cans, cum Bar. tenent Ang. & *cōiter alij hic*. & d. Ant. de Butr. in
rub. extra eo. vbi dicit, ꝙ propriè, & strictè sn̄ia est res iudicans,
& materia, seu quæstio est posteà res iudicata, istud reprobat
do. Abb. in d. rub. extra eo. in 1. colu. ꝙ si sn̄ia esset res iudicans,
qūo posset effici res iudicata, aut transire in rem iudicatam,
prout dicit text. in c. cùm dilectus. in fin. de elec. & in c. cùm in-
ter. & in c. ꝙ ad consultationem. de re iudic. cùm maxima sit
differentia inter iudicantem, & iudicatum, sicut inter instituē-
tem, & institutum. c. fi. de insti. & inter generantem, & gn̄atum.
c. damnamus. de sum. Trin. ideo cùm maxima sit dr̄ia, non pn̄t
cadere in eodem subiecto, nec vnum effici reliquum. vltra
dom. Abb. videretur aptius, & congruentius dicendum, quòd
imò ipse iudex est res iudicans, & non ipsa sententia, vt dicitur
hic in verbo pronunciatione iudicis, & hoc fortè cogitauit
Bart. dum dixit, ꝙ sn̄ia est res iudicans, siue ipse actus iudican-
di, bene verum est, ꝙ sententia est instrumentum, quo mediā-
te iudicatur per iudicem, prout etiam fuit de mente. d. Petr. de
Bex. hic, sicut in artificialibus. faber facit cultellum mediante
malleo, non ꝙ malleus sit causa efficiens cultelli, sed faber:
malleus aūt est cā instr̄alis, vnde controuersiæ, & lites sunt cā
materialis, iudex est cā efficiens, q controuersiæ finem actiuè
imponit, sn̄ia est cā instr̄alis, res iudicata est cā, quę finem pas-
siuè à sn̄ia accipit. Vnde Iurisc. in ista l. diffiniendo rem iudica-
tā quatuor considerauit. Primò cām finalem, & passiuam, ibi
finē accepit. Scdò cām efficiētem, & actiuam ibi, ꝓnunciatio-
ne iudicis. Tertio cām naturalem in verbo controuersiarum.
Quartò cām formalem in verbo condemnatione, vel absolu-
8 tione. ¶† In 2. parte gl. ibi, nos ꝯ̄, habes, ꝙ dicitur res iudicata,
etiam qn̄ pōt appellari, & vltra duos tex. allegatos in glo. adde
text. expressiorem de iure in l. & post rem. in princ. ff. de transa.
vbi est tex. ꝙ non solùm pendente tp̄e ad appellandum, sed ēt
si appellatio esset actualiter interposita, adhuc dicitur res iudi-
cata pro parte can. ꝙ post lapsos decem dies ad appellandum,
dicitur res iudicata. Vltra text. Bart. adde tex. in c. cùm dilectus.
in fi. de elec. & in c. cùm inter. de re iudic. & in clem. si appella-
tionem. de appel. & in c. 1. §. fi. de excep. in 6. per quem tex. no.
ibi Gemi. ꝙ dicitur res iudicata, qn̄ est lata sententia, quæ me-
retur executionem, & sic, quæ non est appellatione suspensa,
nam tunc propriè dicitur res iudicata, qn̄ appellari non pōt,
ita dicit gl. not. in c. non solùm. in princ. in verbo innouata. de
appel. in 6. & ibi Gemi. & etiam notat ad statuta facientia mē-
tionem de re iudi. Idem tenet Archid. & Gem. in c. ei, qui. §. dif-
finitiua. in versicul. item in sententia 2. q. 6. vbi tenent, quòd res
iudicata dicitur, quando lata est sn̄ia, quæ nullo remedio ap-
pellationis, vel supplicationis retractari potest, & sic ante lap-
sos decem dies ad appellandum, appellatur simpliciter sn̄ia,
posteà res iudicata, ideo ꝯsuluit Lud. Ro. in ꝯsil. 334. inc. circa
principium consultationis in quo quæritur, an ea verba. ꝙ si in
rescripto

ADDITIO.

a ¶Iudicata. Adde Alc. libr. 1. parerg. cap. 45.

reſcripto Papæ,vel Regis mandatur, ꝙ aliquis cogatur parere
iudicato,an poteſt cogi ſi eſt appellatum,quia verbum iudica
tum,requirit tranſitum in rem iudicatam. l. 1. C.de excep. rei
iudic.& d.c.ꝙ ad conſultationem.de ſen. & re iud.Item appel-
latio ſuſpendit iudicatum,& eius executionem.l.1. in fin. ff.ad
Turpil.& c.paſtor.§.prætereà. de offi.deleg. Item princeps per
ſuum reſcriptum q̃tuncunque gn̄aliter loquens non intelligi-
tur derogare appellationi legitimè interpoſitæ, & ſic tollere ius
tertij.c.ſuper eo.& c.ex parte.ſecundo.de offic.deleg. & cap.ex
tuarum.de auct.& vſu pal.& c.q̃uis.de reſcrip.in 6.& l.2. §.me-
ritò,& §.ſi quis à prin. ff.ne quid in loco publ.& l.nec auus. C.
de eman.lib.vnde cenſetur princeps capere iudicatum pro eo,
ꝙ eſt irreuocabiliter iudicatum, puta per lapſum 10. dierum.
Ita.n.interpretanda ſunt reſcripta principum.c.cū̃m,quę. de re-
ſcrip.Bart.reputans eſſe æquiuocationem in verbis inter Legi-
ſtas,& Cano.concordat iſtas opin.diſtinguendo,vt hic p eum.
* cum quo *alij communiter tranſeunt.* idem tenet Bar.in l.litigato-
rib.C.de appel.Bar.& Sal.in rub.eod.C.de re iud. Io.And.& d.
Ant.de But.in rub.extra eod.Tu dic,ꝙ Bar.& Scrib.habuerunt
bonum ſenſum,ſed malè declarauerū̃t, vnde aliter, & planius
concorda conſtituendo dr̄iam inter rem iudicatam , & ſn̄iam
tranſire in rem iudicatam , nam res iudicata dr̄ & ante appel-
lationem,& poſt,vt hic in gl.& d.l.litigatorib. & ibi gl. & d.l.&
poſt rem.in prin.ff.de tranſact. vbi eſt melior text. de iure.Sn̄ia
autem dr̄ tranſire in rem iudicam , & ſic aſſumere auctoritatē
rei iudicatæ,& effici irreuocabilis,qn̄ eſt elapſus terminus decē
dierum ad appellandum , ita loquuntur iura canonica præal-
legata, vel qn̄ appellatio eſt deſerta. d.cle. ſi appellationem.de
appel.& ideo gl.in l.ſi fundus.§ ſi plures ff.de pgn.dicit iſtud eſ-
ſe,ꝙ Decretiſtæ dicunt ſn̄iam tranſire in rem iud.& iſtud eſt,ꝙ
cum miniſterio dicit text. ad hoc bene ſignandus in c.ꝙ ad cō-
ſultationem.de re iud.ꝙ poſt decem dies ſn̄ia tranſit in aucto-
ritatem rei iud.& ſm̄ illū tex.debent intelligi alia iura canonica
præallegata,quæ ſimpliciter dicunt, ꝙ per lapſum decem die-
rum ſn̄ia tranſit in rem iudicatam. i. aſſumit auctoritatem rei
iudicatæ,vt licèt prius eſſet res iudicata,tn̄ poſt decem dies trā-
ſit in auctoritatē rei iudicatæ , quia tunc iuris auctoritate effi-
citur irretractabilis,prout etiam tenet.d.Abb.in rub.extra eod.
9 in 2.col.¶† In ea.gl.ibi fingitur.nec iudicatum, quia per appel-
lationem extinguitur pronunciatum, vt dicit text in l.1. §.fi.ff.
ad Turpil.allegat. in glo. & ibidem glo. & Bart. alij tn̄ text. di-
cunt, ꝙ appellatio ſuſpendit ſn̄iam in cap. venientes. in verbo
ſn̄ias appel.ſuſpenſas.de iureiur.& in c.paſto.§.pręthereà.de of-
fi.deleg.& in l.ſi cauſa cognita. in verbo ſuſpenſa. C.de tranſa.
& in l.generaliter.in princ.C.de reb.cred. & in l.præcipimus. in
verſi.hæc ſi appellatio. C.de appellat. & in l. ab executione. C.
quorum appella.non recip.tenet gl.in l.tale pactum.§.qui pro-
uocauit.ff.de pact. & ibi Bal.in rep.latè diſputat. idem Gem. in
c.is cui.§ fin.per illum text.de ſenten.excommun.in 6. d. Abb.
c.fin.de ſequeſt.poſſeſ.& fructuum.vbi tenet, ꝙ appellatio ſo-
lùm ſuſpendit , & non ex toto, nec quo ad omnes effectus , vt
ibi per eum.concorda breuiter ſm̄ Imol.& d.Alex.hic.& ante
eos Bald.in rubr.C.de appel. Angel. in d.§. qui prouocauit.do.
Ant.d.c. venientes , ꝙ conſiderato præſenti tp̄e , & pn̄ti ſtatu.
poteſt dici interim extincta , ſed reſpectu futuri tp̄is, & conſi-
derato futuro euentu pōt dici ſuſpenſa,qa ſi poſteà appellatio
deſeratur, fingitur nunquam fuiſſe appellatum. l.fin.§ illud ēt.
C.de tempo. appell. & hic.ſequitur in gl. & ſic remanet firma
ſn̄ia prima. Itē poterit eſſe, ꝙ ſn̄ia cōfirmabitur per iudicem
appella.¶Adde,ꝙ Ep̄s per ſn̄iam depoſitus ab epiſcopatu ap-
pellando remanet integer in officio , & honore ſuo,quia me-
10 diante appellatione fingitur non damnatus, vnde † ſi penden-
te appellatione excōicaret ſuum ſubditū tenet excōicatio , ſi-
ue poſteà Epiſcopus appellationem proſequatur ſiue non, ita
ad lr̄am tenet gl.valde ſolennis in c. ſæpè. in verbo manet ſn̄ia.
de appel. & dicit. d. Abb. ꝙ illa gl.*communiter approbatur* à Do-
ctoribus,vt ibi per eum,& gl.alleg. duos bonos text. in l.2.§.fi.
ff. de pęn. qui dicit damnatum eum accipimus , qui non pro-
uocauit,cæterum ſi prouocauit,videtur non condemnatus,&
tex.in l.1.ff.nil noua.appel.penden.ibi , *integer enim ſtatus eſſe di-
citur appellatione interpoſita.* & vltra illā gl. adde text. not. in l.3.
C.de appell.vbi tex.dicit.*appellat,interpoſita oīa debere eſſe in eo ſta
tu, in quo fuerunt tempore pronunciationis.* facit l. ſi quis filio exhæ-
redato §.hi autem oēs.s̄.de iniuſt,rup. vbi qui appellauit à ſen-
tentia,in qua erat damnatus,poteſt facere teſtm̄,& non dicitur
incertus de ſtatu ſuo.¶In ead.gloſſ. ad fin. ibi, dic.s̄. de infam.l.
furti.in princip.vbi gloſſ.tenet,& plenius in l.eos. in princip. &
ibi Bar.& alij.C.de appell.& in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. &
in §. ſed & ſi quis priore , & ibi Ioan. Fabr. & Angel. de Aret,
inſtitu.quibus modis teſtamen.infirmen. glo. & Doct.in c. pa-
ſtoralis. §.prætereà. in verb.diſcurſa.& in capit.coram dilecto.

in glo.fi.de offic.deleg.d.Alex.in conſi.3.quinti volum.ꝙ incip.
11 viſo themate ſupraſcripto puto veriſſimum eſſe.ad fin.† & eſt
* *communis, & vera ſententia,* ꝙ quando iudex appellationis con-
firmat ſententiam cauſa cognita tanquā legitimè latam, tunc
agitur ex ſecunda ſententia confirmante, quia cùm per appel-
lationem prima ſententia reſcindatur , & ita cauſa deuoluatur
ad iudicem appellationis.l.1.§.fi.ff.ad Turp.ideo requiritur cō-
firmatio iudicis appell. meritò agitur ex ſn̄ia confirmante, &
iudex appel.eam exequitur.Auth.ſi quis litigantium.C.de epiſ.
12 aud.& l.tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. † Item per
appel.extinguitur effectus primæ ſn̄iæ. l.furti.in verſi.ſed ſi fur-
ti.ff.de infam.& in l.ſi quis filio exhęredato. §. irritum. ff. de in-
iuſt.rup.& licèt prima ſn̄ia confirmetur per iudicem appella-
tionis , tamen non reuiuiſcit effectus primæ ſn̄iæ ſemel extin-
13 ctus , † quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus. d.l.
furti.in verſi.non retro,& l.quæ res.§.aream. ff.de ſol. & de cō-
14 ſe.diſt.4. in c.quæris.& 7. q.1. in c.quàm periculoſum.† intelli-
ge,niſi appellatio eſſet deſerta,quia cùm tunc fingatur non ap-
pellatum.l.fin.§.pen.C.de temp. appel. & hic in gl. tunc agitur
ex prima ſententia,etiam ſi iudex appellationis eam cōfirma-
ret per lapſum fatalium , quia eſſet ſententia intelocutoria, &
non diffinitiua,& ſine ea prima remaneret valida, ſed aduerte,
* licèt prædicta concluſio ſit vera,*& communis*,tamen fundamē-
tum,quod pro ea facit Bart.hic, & in d.l.eos. in prin. & in d.l.ſi
15 quis priore,† ꝙ ſuper eadem cauſa non pn̄t valere duę ſenten-
tiæ,ſicut nec duo teſtamenta eiuſdem hominis.facit. l.ſingulis.
ff.de exception. rei iudica. reprobatur per Angel. Ludouic.&
Alex.hic,per Ang. Nic. de Neap. Imol. & d. Alex. in d l.ſi quis
priore , quia licèt in eadem inſtantia ſuper eadem re non poſ-
ſint ferri duæ ſententiæ validæ.d.l.1.C.quando prouoc. non eſt
neceſ. tamen ſuper noua , & diuerſa inſtantia poteſt ferri alia
ſecunda ſententia diffinitiua valida.l.duobus.& ibi gl. ff.de ex-
ceptio.rei iud.& ibi dicit Bar.quod iſta eſt veritas. prout Deus
eſt Deus.glo.& Bartol. in d. l. prima. C. quando prouoc.etiam
ſi prima ſententia tranſiuiſſet in rem iudica. & non fuiſſet op-
poſita exceptio rei iudicatæ , antiqua exceptio durat ſecundū
glo.in d.l.1.C.ſi plures vna ſententia, ſed ſic eſt,quod alia eſt in-
ſtātia cauſæ principalis,& alia cauſæ appel. l.ita demum. & ibi
Doct.no.C.de procura.& l.cùm apud Sempronium.ff. iudica.
ſol.ergo vtraque ſententia debet valere,tamen non eſt præſu-
mendū , quòd Bart. fuerit ita ſupinus,quòd de iſtis non recor-
daretur. vnde Imol. hic ſaluando Bartol. prout poteſt,intelli-
git Bart. loqui , prout loquitur in duabus inſtantijs, quantum
vna ſubordinatur ad aliam, vt inſtantia cauſæ appel. quæ ſub-
ordinatur ad inſtantiam cauſæ principalis propter ſententiam
latam in cauſa princip.d.l.ita demum.C.de procurat.& 2. q.6.
§.poſt ſententiam . Et tunc duæ ſententiæ non poſſunt effe-
ctualiter ſuper eadem cauſa valere, ſed alleg. per Ang. & alios
loquuntur in diuerſis inſtantijs nullo modo ſubordinatis adin-
uicem , & tunc an valeat ſecunda ſententia , vel ne,eſt magna
dubitatio,quæ tangitur in d.l.1.C.quando prouoc.per Canon.
in d.c.inter monaſterium,vbi text.de hoc.de iud. per Bartol.&
alios in l.nam & poſteà.§.ſi damnetur. de iureiurand.vbi vide,
quæ aliàs ibi dixi,ad quæ te remitto.¶Gloſſ. ſecunda in verbo
abſolutione.diuiditur in duas partes, prout duabus quæſtioni-
16 bus tacitè reſpondet. Secunda ibi , ſed iudex appel. ¶† In ea-
dem gloſſ. ibi , nos etiam per ęquipolentia. iſta eſt vera, puta
per verbum ſtatuo , vel ordino , vel præcipuo , vt eſt text.in
capitul.in his.de verbor.ſignification. Item per verbum impo-
nimus ſilētium,vt eſt gloſſ.ſingularis de iure ciui.in l.Aurlieus.
§.centum. ff de liber. legat. Item in actione reali ſufficit,ſi pro-
nuncietur rem eſſe petitoris, licèt in ſententia de reſtitutione
nihil dicatur. l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procuratoribus,
& l.ſi inter me. ad finem. ff. de exceptionib.rei iudicatæ. Item
in perſonali ſufficit, ſi iudex pronunciet rem , quæ petitur,de-
beri actori. l.ſi prætor. in principio. ff.de iudic. & l. quid tamen.
§. ſi arbiter. ff. de arbitr. In criminalibus ſufficit pronunciare
quem deliquiſſe. l. prima. §. primo. ad Turpillian. & l. ſi te.C.
de infami. vel ſeruum venditum eſſe in cauſa redhibitionis.
l. quæro. ff. de ædi. edict. Item ſecundum Angel. ſi iudex in
ſententia dicat, videtur mihi Titium debere, vel non debe-
re Seio centum , valet ſententia lata per illud verbum vide-
tur. l. quid tamen. §. ſi arbiter. & ibi Bartol. ad hoc not. ff. de
arbitr.ſequuntur Imol. Raphael Cuman. Ludouic.& domin.
Alexand. hic . Tu adde vltra eos text. meliorem de iure , &
miror , quod iſti Doctor. non fuerint recordati de l. diui fra-
tres. §. primo. ff. de liberali cauſa. in verſicul. pronunciare
debere ſeruum illius non videri . Et text. in capitul. primo.
in verbo videri , & ibi domin. Anton. in vltimo notabil. ad
hoc not. de iudic. & in capitul. de cætero , & ibi domin. Abb.
ad hoc not. de homicid. imò fortius ſi iudex in ſententia
diceret,

diceret, non video cur Titium Seio non condemnem in centum, est perinde ac si iudex in sententia dixisset, condemno Titium ad dandum Seio centum. l. 1. §. si quis ita. in verbo,
17 *quidni.* & ibi Bart. & alij ad hoc not. ff. de verbor. oblig. ¶† Adde secus esse in testib. quia testis deponēs per verbum videtur, aut videre meo, nō probat, quia non deponit per sensum corporis, prout debet, sed de iudicio intellectus secundum Bart. in d. l. quid tamen. §. si arbiter. & in tracta. de testib. in 2. char. & Bald. in repe. l. de quibus. in 15. col. ff. de leg. vbi ponit, quando testis dicit videre meo. & Angel. de eodem ponit in repetit. l. sciendum. in 2. colum. ff. de verbor. oblig. & de teste deponente per verbum videtur, quod non probet, ponit etiam Ioan. Andr. in addit. Spec. in titul. de teste. §. nunc tractandum. Eod. modo si iudex pronunciet per verbum credo, puta, credo Titium dare Seio centum, valet sententia, acsi diceret eum condemno secundum Angel. & Rapha. Cuma. hic per glo. not. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. quam ad hoc not. singularem Imol. Ludo. & do. Alex. hic, adde Bald. in l. cùm quis. in 7. col. C. de iur. & fact. igno. Angel. in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. Angel. & Imol. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum. per illum tex. in verbo, *& credo.* ff. de iniust. rupt. Bal. in l. fin. per illum tex. in verbo creditur. ff. iudicatum sol. Angel. in l. 1. §. si tibi fundum. ff. de itine. actuque priua. per illum text. in verbo, vt credo. ¶Testis tamen deponens per verbum credo, nihil probat. l. testium. C. de test. glo. & Barto. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. etiam si diceret se pro certo credere, secundum Bald. in l. siūe possidetis. C. de probationib. dixi plenè in rubr. ff. de iureiurand. ¶Ex prædictis habes, quòd valet sententia iudicis lata per verbum videtur, vel per verbum credo, licèt non valeat dictum testis, & sic facilius sustinetur sententia quàm dictum testis, licèt alibi gloss. not. in c. cùm R. canonicus. de offic. delegat. videatur dicere totum ècontra,
18 † quòd facilius, & ex leuiori causa, & suspicione repellatur iudex vt suspectus à sententiando, quàm repellatur testis à testificando, quia facilius est reperire alios iudices, sed non alios
19 testes. ¶† Quid autem si iudex [a] pronunciet per verbum fu-
a turi temporis, puta pronuncio, Titiū condemnandum Seio in centum, an valeat sententia? Angel. Imol. & Ludo. Roma. tenent, quòd sic, non est materia nostra, & egeret altiori indagine, dic pro nunc, vt per d. Alex. hic cum concord. per eum alleg. & per eundem. d. Alex. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. ponunt. d. Abb. & Mod. in c. cùm venerabilis. de excep. ¶In vlt. parte glo. quia de hoc ponit glo. in l. in summa. in princip. j. eo. ideo ibi reseruo. ponit Bart. in l. cùm quærebatur. ff. iudic. sol. & in l. 1. §. libelli. ff. de appellat. latè dom. Abb. in c. cum causa. de re iud. & diffusè Lud. Roma. hic.

ADDITIO.

a ¶Iudex. Adde, quid de sententia qua quis declaratur debitor, & qua declarantur bona hypothecata, & si iudex in sententia dixerit Titius furtum cōmisit, vide Aymo. consil. 79 num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiua debet aduersari in his, quæ sunt eiusdem generis.*
2 *Iudex potest ex causa mutare augendo, vel minuendo tempus statutū à lege, & quid in delegato. & num. 4.*
3 *Causa restitutionis in integrum minorum, & causa alimentorum æquiparantur.*
4 *An delegatus in sua sententia possit ex causa augere, vel diminuere tempus, quod à lege indulgetur iudicatis.*
5 *Executio sententiæ est mixti imperij, ideo non spectat ad delegatum.*
6 *Iudex delegatus potest in totum absoluere, & condemnare, ergo etiam tempus apponere, cùm valeat argument. de re ad tempus, & num. 10.*
7 *Arbiter potest abbreuiare, vel prolongare tempus executionis.*
8 *Valet argumen. de arbitrio ad delegatum.*
9 *An inferior, & sic delegatus possit legem imponere superiori.*
10 *Argumentum de re ad tempus, quando est validum.*
11 *Delegatus an habeat tantam potestatem quantam delegans.*
12 *Iudex secularis, coram quo est apposita exceptio agitanda coram iudice ecclesiastico, puta vsuraria, vel similis, non poterit statuere tempus, intra quod dicta exceptio sit probanda coram iudice ecclesiastico.*
13 *Statutum laicorum non se potest intromittere de iurisdictio. ecclesiastica, nec legem imponere iudici ecclesiastico.*
14 *Non valet statutum laicorum disponens, quòd qui obtinuerit inhibitionem ab ecclesiastico, debeat se expedire in certo termino.*
15 *Si remißus ad iudicē ecclesiasticum sit morosus in probanda exceptione coram iudice ecclesiastico, poterit iudex primæ causæ eo negligente procedere ad vlteriora.*
16 *Iudex secularis, coram quo opponitur exceptio remittenda ad iudicem ecclesiasticum, potest opponenti terminum statuere ad producendum coram eo ea, quæ vult producere in curia ecclesiastica, vt sic videat, an releuent, & si non releuant, procedere ad vlteriora.*
17 *Vbi calumniosè opponeretur coram iudice seculari exceptio, quæ esset aliàs agitanda coram ecclecastico, iudex secularis poterit ea non obstante procedere ad vlteriora, postquam videt, quòd calumniosè opponit.*
18 *Iudex in executione sententiæ debet habere causæ cognitionem, & sic videtur, vt requiratur citatio partis.*
19 *Contra sententiam potest opponi in eius executione exceptio nullitatis ipsius sententiæ.*
20 *Iudex sine causa non potest abbreuiare tempus iudicatis, nec prorogare.*
21 *In reali non datur tempus quatuor mensium, sed incontinenti debet res restitui.*
22 *An dilatio, quæ datur à lege, siue sine ministerio iudic. siue cum ministerio possit per iudicem prorogari, vel abbreuiari aliqua iusta causa suadente.*
23 *Beneficium à iure indultum nemini est auferendum.*
24 *Iudex non potest dilationem datam à lege immutare, nisi in casibus à iure expressis.*
25 *Licita est extensio, quando iura ponunt aliquas fallentias, seu casus speciales ad casus similes, in quibus subest eadem iusta causa.*
26 *Exceptiones peremptoriæ habent tempus limitatum à iure ad opponendum, idem in dilatorijs.*
27 *Iudex an possit statuere tempus ad agendum, seu accusandum, quo elapso amplius pars non audiatur.*
28 *Tempus indultum ad petendum restitut. in integrum, potest iudex prorogare propter culpam, & dolum aduersarij.*
29 *Tempus 30. ann. datum per legem hæredi ad adeūdum hæreditatem potest iudex ad instantiam creditorum coarctare, & statuere certum tempus.*
30 *Iudex an possit tempus iudicati ex causa prorogare, vel coarctare.*
31 *Quæ sint iustæ causæ immutandi dilationes concessas à iure.*
32 *Licèt iudex ex causa possit in casibus à iure expressis coarctare tempus dilationis à lege datum, non tamen potest totum tollere.*
33 *Si iudex sine causa arctauit dilationē datam à lege cum ministerio iudicis, an lex suppleat, vel an teneat, cū possit appellari, & si appellatur quis teneatur probare iustam causam.*
34 *Appellans debet sustinere partes actoris.*
35 *Si lex dat dilationem cum ministerio iudicis, & dicat minorem non dari, an iudex poterit diminuere.*
36 *Si iudex dederit primam dilationem nimis breuem, an poterit dare secundam sine causa.*
37 *An pendente dilatione poterit iudex dare secundam.*
38 *Sententia lata pendente dilatione est ipso iure nulla, quod fallit pluribus modis.*
39 *Duę dilationes simul compatibiles possunt simul dari, vel vna dilatio ad plura circa se inuicem compatientia, vt vna finita alia incipiat.*

LEX II.

QVi pro tribunali. Præmitte pro intellectu literæ, quòd ista lex legitur altero de duobus modis. Vno modo secundum gloss. quod tota loquatur in iudice exequente sententiam iam latam, & Iurisconsult. primò ostendit potentiam iudicis exequentis. Secundò in versic. sed perraro. ponit practicam instruendo iudicem per doctrinam regularem, quæ sumitur tacitè ex eo, quòd aliquando, sed perraro. fit in certis casibus positis in fin. text. & secundum istum intellectum gloss. iste text. in verbo, qui pro tribunali cognoscit, loquitur de causæ cognitione, quæ requiritur in executione sententiæ, an sit mandanda executioni, vel ne, vt dicetur infra in gloss. prima. in fin. & ista cognitio videtur, quòd debeat fieri non de plano, sed iudice sedente pro tribunali, cùm text. dicat, qui pro tribunali cognoscit veritas. tamen huius vltimi pendet ab his, quæ tradit Bartol. & alij in l. quarta. §. hoc autem iudicium. in sexta, & septima oppositio. ff. de damn. infect. dicetur in l. intra dies. infra eod. istum intelle-
* ctum reprobat Barto. *& communiter alij sequuntur*, præsertim Paul. de Castr. & dom. Alexand. per versi. sed perraro, qui esset superfluus, & nihil adderet dictis in principio, imò repeteret principiū tex. & minus perfectè, sed ab ista impugnatione pōt defendi intellectus gl. quia vt statim dixi, Iurisc. in ver. sed perraro. addit practicam instruendo iudicē exequentē. Item illud,

ꝙ dixerat in prin. ꝙ iudex possit prorogare, vel coarctare tempus iudicati ex causa restringitur in versi. sed perraro, ꝙ perraro sit fiendum, & sic aliquando sententiæ exequentur ante finem legitimi temporis, vt patet in exemplis sequentib. in text. Alio modo legitur ſm Bart. ꝙ ista lex in princ. loquatur in iudice ordinario iudicante, & sic pro tribunali cognoscente sententiando, qui potest in snīa diffinitiua prorogare, vel diminuere tempus executionis subsistēte causa, & sic pōt statuere, ꝙ condemnatus intra tantum tempus soluat. Posteà in versi. sed perraro. loquitur de iudice exequente, vt patet ex text. ibi exequētur, & sic loquitur, qñ iudex, qui pro tribunali agnouit, in sua snīa diffininitiua nihil dixit circa prorogationem, vel coarctationem dilationis ad soluendum. nam tunc iudex, qui de executione cognoscit, potest hoc facere, si nihil fuit dictum in sententia, sed debet hoc perraro facere, & causa subsistente, & secundum istum intellectum Barto. ista lex primò loquitur de iudice iudicante, secundò de iudice exequente, & istum intellectum in specie sequuntur Paul. de Castr. & do. Alex. hic, sed Ange. tenet vtranque lecturam, & mihi satis placet, secundum quam hoc dicit in nube. Tempus, quòd indulgetur iudicatis
* potest ex causa augeri, vel minui. h. d. *secundum communem lecturam.* Tertiò modo intelligit in discursu Rapha. Cuman. istum text. secundum quem intellectum versic. sed perraro. non erit superfluus, imò valde not. ꝙ primò loquatur de iudice sententiante, qui potest abbreuiare, vel prorogare tps executionis ex causa. Posteà in versic. sed perraro. notabiliter decidit, quòd si iudex abbreuiauit tale tps, ꝙ perraro exequentur snīæ intra tēpus in snīa statutum, sed expectabitur tps legale, vt hic, & l. 4. §. si quis condemnatus. ĵ. eod. nisi res exigat celeritatem, vt in casib. hic in fine exceptis, & sic per istum ver. sed perraro. limitatur principium huius legis, nam licèt iudex in sententia possit statuere minus tempus ad soluendum, vt in princ. huius legis, tamen differtur executio vsque ad tempus legale, nisi in casib. hic in fin. positis. Iste intellectus mihi non placet, quia restringit versiculum, sed perraro. ꝙ loquatur solùm, qñ iudex abbreuiauerit, cùm in princip. huius legis loquatur tam quando iudex prorogauerit, quàm quando abbreuiauerit ex causa. vnde aduersatiua, sed perraro, simpliciter posita intelligitur secundum terminos huius princip. & secundum qualitates positas in prin. vt not declarat Bal. in l. omnes populi. in 15. col. ff. de iusti. & iur. quem sequitur, & commendat. d. Alex. & dicit non reperiri alibi in l. filius à patre. in 12. colu. ff. de liber. & po-
1 sthum. ¶† Item aduersatiua debet aduersari ijs, quæ sunt eiusdem generis, vt si dicam scholares currunt, Petrus autem legit, intelligitur Petrus. s. scholaris, & sic in eisdem terminis ſm Bart. in l. mariti. §. fin. per glo. ibi. ff. de adulter. Cyn. in Auth. sacramenta puberum. in princ. C. si aduer. vend. do. Alex. in d. l. filius à patre. Nec obst. d. §. si quis condemnatus, qui vult, quòd si iudex abbreuiauit tps executionis, ꝙ tamen in executione expectabitur tempus legale, quia ille tex. procedit, quando abbreuiatio fuit facta sine causa secundum Doct. ibi, & Bart. hic in vlt. colu. quia tunc lex supplet, sed hic prorogatio, & abbreuiatio fuit facta cum causa, vt dicitur in princ. huius. l. Not. 1. ex isto tex. ꝙ iudex in sententia potest tempus executionis à l. indultum ex causa prorogare, vel abbreuiare. ¶Ex quo corre-
2 lariè videretur posse inferri, & ad hoc sæpè alleg. iste text. † qđ tempus statutum à lege potest iudex ex causa mutare augendo, vel minuendo, & ita Bart. ĵ. multum ad hoc ponderat istū text. sed posses dicere, ꝙ ideo hic iudex potest tempus executionis ex causa coarctare, vel prorogare, eo quia ista lex non stetit in finibus assignationis temporis, sed vltro procedit dando iudici potestatem coarctandi, vel prorogandi, ergo si lex non dedisset istam potestatem, secus videretur tamen infra
3 dicetur. ¶† Secundò no. ꝙ causa in integrum restitutionis minorum, & causa alimentorum hic æquiparantur. ¶Gloss. 1. in verb. cognoscit. diuiditur in duas partes. In prima declarat text. de quo iudice loquatur. In 2. ad fi. declarat tex. qualiter cognoscat. Secunda est ibi, cognoscit ergo hic exequēdo. ¶In prima parte gl. habes, ꝙ iste tex. procedit in iudice ordinario, & sic sensit glo. ꝙ ista lex non haberet locum in delegato, cùm text. dicat, qui pro tribunali cognoscit. Pro clara intelligentia text. & gl. reassumo in dubium, nunquid decisio huius text. procedat
4 et in iudice delegato. † Et q̄ñr nunquid delegatus in sua snīa possit ex causa augere, vel diminuere tps quadrimestre, ꝙ à lege indulgetur iudicatis, glo. vt dixi satis sentit, ꝙ non. istam opi. expressè firmat Bar. & eam comprobat duplici bono fun-
5 damento. Primum colligitur ex eo, quod dicit ista glo. † quia executio sententiæ cùm sit mixti imperij, non spectat ad delegatū, sed ad ordinarium, & sic delegatus iudicaret de re, quæ non est suæ iurisdictionis, & in qua non est iudex competens, ergo sententia non valeret, per totum titul. C. si à non compe-

ten. iudic. Secunda ratio Bart. est, quia imponeret legem suo superiori contra capit. ex insinuatione. de appella. & cum Bar.
* *alij communiter transeunt.* istam opin. Bar. & communem subtiliter impugnant Rapha. Cuman. & d. Petr. de Bexut. hic, & dicit Raph. Cum. plus, ꝙ opin. Bart. est truffa. vnde tenet, quòd imò delegatus in sua sententia potest statuere condemnato tempus ad soluendum, & sic potest abbreuiare, vel prorogare tēpus indultum iudicatis, sicut & iudex ordinarius. mouetur in
6 primis Rapha. Cuma. † quia iudex delegatus potest in totum absoluere, vel condemnare, ergo etiam tempus apponere, arguendo de re ad tempus, iuxta. l. qui plures liberos. in princip. ff. de vulga. & pupil. Item tempus istud est pars summæ, & sic pars sententiæ, & condemnationis. l. 1. §. idem. ff. de eden. Idem. confirmat. d. Petr. de Bexut. quia delegatus quo ad causam delegatam fungitur vice delegantis, & potest omnia, quæ potuisset iudex delegans quo ad illam causam. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. cui manda. est iurisdict. & capit. sanè. de offic. delega. Sed ordinarius secundum Barto. & omnes potuisset
7 hoc facere, vt hoc text. ergo etiam eius delegatus. † Secundò mouetur, quia arbiter potest hoc facere, abbreuiare, vel prorogare tempus executionis. l. si cùm dies. §. fina. cum l. sequen. & melius in l. sequen. in princip. ff. de arbitr. quamuis non cognoscat pro tribunali, ergo delegatus debet posse hoc facere, & licèt. d. Petr. de Bexut. non aliter probet istam suam æquiparationem de arbitro ad delegatum, tu potes bene confirmare,
8 † ꝙ bonum sit argumentum de arbitro ad delegatum, nam potestas arbitri dependet à potestate partium sibi attributa, hoc est arbiter tantum potest, quantum partes sibi attribuerunt. l. non distinguemus. §. de offic. ff. de arb. eo. modo delegatus tantam ptātem habet, quātam attribuit sibi delegans. c. cùm olim. c. P. & G. & c. de causis. & c. cū in Iurepetitus. de offi. deleg. ergo cū arbiter in sentētia possit statuere tēpus ad soluendum iudicato iuribus proximè allegatis, quamuis istud non fuerit ei attributum à partib. eod. mod. poterit iudex delegatus, quamuis ei istud non fuerit attributum à delegante. isto modo inducendo, & confirmando fundamentum. d. Pet. de Bex. multum stringit, tamen Bart. hic respondet ad illa iura loquentia de arbitro, & sic ad d. l. Celsus. §. fi. cum l. seq. & prin. sequentis, quod illi text. procedunt quantum ad commissionem pœnæ appositæ per partes in compromisso, etiam in casibus, in quib. sententia arbitri meretur hodie executionem, sed non quantum ad statuendum tps ipsi iudici exequenti snīam arbitri, & istud de pęna non cadit in delegato, ergo in materia nostra non procedit argumentatio de arbitro ad delegatum. Præterea, & secundo secundum Raph. Cuma. hic tempus executionis, & sic quatuor mensium statutum à lege iudicatis non est statutū in sententia arbitri probando, vt per eum, & vltra eum facit, quia sententia arbitri non habet vim iudicati, vt dixi in l. 1. in 1. not. s̄. eo. Sed caue, ꝙ c̄trium in hoc vlt. quāuis Raph. non dicat, tenet Bald. in c. quærenti. in vlt. colum. de offic. delega. vbi tenet, quòd imò condemnatus ab arbitro habet tps quadrimestre indultum iudicatis, si arbiter non statuit tempus, sed tps statutum non suppletur à lege, nisi cā cognita sit coarctatum, & cā coarctationis sit expressa in snīa. d. l. si cùm dies. §. fin. & l. diē pferre. §. stari. ff. de arbit. & l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iud. & vltra Bald. facit, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbitr. Tenendo istam opin. contra communem
9 non obstant duo fundamenta Bartol. ¶† Primò, quòd delegatus non potest imponere legem superiori, respondet. d. Petr. de Bexut. dupliciter. Primo fatendo. nam superior poterit illud tempus mutare. Secundò, quòd imò delegatus potest imponere legem deleganti, quam delegansmet potuisset sibi imponere. Hinc est, quod delegans non potest immutare sententiā sui delegati, nisi in casu. l. duo iudices. infra eod. Item non potest nisi adeatur per viam appellationis, & tunc potest reformare per viam appellat. per l. 1. in princip. ĵ. de appella. Secundò non obst. text. in d. c. insinuatione. quia respondet. d. Petr. de Bex. dupliciter. Primo, ꝙ ibi Papa erat delegans, cui certum est legem non posse imponi. Secundò ibi loquitur de alio tempore. s. prosequendi appella. non autem de tpe executionis, ꝙ datur iudicatis. ¶Quid tenendum? licèt articulus sit disputabi-
* lis ad vtranque partem, tene opin. *Bart. & communem,* ꝙ delegatus in sententia non possit immutare tps indultum iudicatis per duo fundamenta Bart. superius relata, per quæ apparet deducta in oppositum non obstare, quibus in specie responde-tur. Primò non obst. primum fundm̄ Raph. Cum. ꝙ delegatus potest in totū absoluere, vel in totū condemnare. R̄ndet hoc esse verum quo ad causam principalem sibi delegatam, in qua habet iurisdictionem, sed causa executionis non est sibi delegata, nec ad eum spectat, nec in ea habet iurisdictionem, vnde si quid pronunciaret, diceretur factum à iudice non compe-

10 competenti,& ſic non valet, † & ſic non eſt bonum argumen
tum de re ad tempus, quando ſubeſt diuerſa ratio. Non obſt.
quòd tempus ſit pars ſummæ,quia procedit, quando tempus
apponitur legitimè,& ab eo,qui habet poteſtatem & iuriſdi.in
tempore executionis limitando.Non obſt.fundamentum do.
11 Pet. de Bexu. † ꝙ delegatus habet tantam poteſtatem quantã
delegans, eſt verum quo ad id, ꝙ eſt ei delegatum, & ſic quo
ad cauſam principalem ſibi delegatam, ſed cauſa executionis
non eſt ſibi delegata,nec ad eum ſpectat,igitur &c. & ſic rema
12 net defenſata ſententia Barto.& communis. ¶† Per hoc infert
not.Bar.ad practicam,ꝙ iudex ſecularis,coram quo eſt oppo-
ſita exceptio agitanda coram iudice eccl.puta exceptio vſura-
ria,vel alia exceptio ſpiritualis.c.tuam.de ordin. cogn. & c. la-
tor.qui fil.ſint legi.& c.ſi iudex laicus.de ſent. excom. in 6.non
poterit ſtatuere tempus, intra quod illam exceptionẽ habeat
probare coram iudice eccl. quia hoc non ſpectat ad ſuam iu-
riſdic.& quia non poteſt imponere legum ſuperiori.d.c.ex in-
ſinuatione.de appella.& *cum Bar.tenent alij hic.* idem & pleuius
tenet Bar.in l.præſes. C. de app. vbi reputat tenendum menti.
Ang.in d.l.2.§.ſed ſi dubitet.ff.de iud.Bald. in l. quoties.C. eod.
Paul.de Caſt. in l. Titia.ad fin. ff.ſol.mat. Iſtud facit ſecundum
Ang.& Imo.ad ſtatutum Bonon.diſponens, ꝙ declinans iuriſ-
di.tanquam clericus debeat eam probaſſe in certo termino co
ram Epiſcopo, nam ſecundum eos tale ſtatutum non valet
13 vnam feſtucam, quia † ſtatutum laicorum nõ poteſt ſe intro-
mittere de iuriſdictione eccl. nec legem imponere iudici ec-
cleſiaſtico.refert,& ſimpliciter ſequitur.d.Abb.in c.cùm ſit Ro
mana.in 3.col.de appel. Adde, ꝙ in contingentia facti egregiè
refert ſe conſuluiſſe,d.Car.Flo.in c.2.de eo,qui mit.in poſ.cau-
14 ſa rei ſer.& ibi d.Abb. ad fi. † quòd non valet ſtatutum laico-
rum diſponens,quòd qui obtinuit inhibitionem ab eccleſiaſti-
co,debeat ſe expediuiſſe in certo termino. dicunt tamen Ang.
Imo.& d.Alex.hic,& ante eos Bar.in d.l.præſes.C. de app.ꝙ iu
dex laicus poſſet ſtatuere tempus, intra ꝙ compareat coram
Epiſcopo cum proceſſu,per.c.perſonas.& c.cum ſit Romana.
de app.¶Iſtam doctrinam Bar.& communem limitat ſingula
riter Bal.in l.de die.§.iubetur.in lect.antiqua.ff.qui ſatiſda.cog.
15 per illum text.† quando ille remiſſus ad Eccleſiaſticum fuiſ-
ſet moroſus in probanda exceptione coram iud.eccl. nam eo
negligente, & moroſo poteſt iudex primæ cauſæ procedere
ad vlteriora,& ſequitur ibidem d.Alex.idem d.Alex.hic,& in
l.Titia.in vlt.col.ff.ſol. mat. in quibus locis confirmat iſtam li-
mitationem,quia moroſus,vel contumax non poteſt allegare
pendentiam litis,vt probat Bar.in l.vbi cœptum.ff.de iud.& in
l.quamuis.ff.de dam.infect.& in l.ſepulchri. ff.de ſepul.vio. Itẽ
ad iſtam practicam Bar.adde illud quod multum vtiliter dixit
16 idẽ d. Alex. in d.l.Titia.in 2. char. † ꝙ iudex ſecularis corã quo
opponitur exceptio remittenda ad iudicem eccl.poteſt oppo-
nenti ſtatuere terminum ad producendum coram eo ea, quæ
vult producere in curia eccle.& ſic videat an releuent, & ſi nõ
releuant,procedet ad vlteriora.allegat conſilium Sal. incipiens
in quæſtione vertẽte in caſtro Argentæ, vbi Sal.refert ita ſe vi-
diſſe conſultum per Ioan. Cal. & Io.de Lig. quod reputat do.
17 Alex. perpetuò tenendum menti in practica. † Bene facit, qa
vbi conſtaret,ꝙ calumniorè opponeretur illa exceptio coram
iudice ſeculari,quæ aliàs eſſet agitanda coram eccl. iudex ſecu
laris ea nõ obſtante poteſt procedere ad vlteriora, poſtquam
videt calumnioſè opp.ita no.tenet Bald. in l.j.ad fin.C. de ſen.
quæ ſine cer.quanti.Facit tex.in c. poſt electionem. de conceſ.
præb.& in l.ij.C.ad l.Cor.de fal.in quib.iurib.dicitur,ꝙ quando
iudex veriſimiliter, & probabiliter ſuſpicatur exceptionem ca
lumnioſè opponi, poteſt eam reijcere, & vlterius procedere.
Iſta deciſio Sal.& d.Alex.ſi eſt vera,eſt perpetuò notatu digna,
quia multum limitat deciſionem, & practicam Bart. hic. Ego
tamen valde dubito, quia iſto modo etiam tunc ſe impediret
de iuriſdi.ad eum non pertinẽte, ſed ad eccleſiaſticum, in qua
cùm ſit iudex incompetens, videtur illa ſtatuitio termini per
eum facta nihil valere.tamen magna eſt auctoritas Sal. & do.
Alex. cùm non habeãt alium contradicentem. ¶In ea gl.ad fi.
18 ibi, cognoſcit ergo hic in exequendo. † Not. ex iſta glo. quòd
iudex in executione ſententiæ debet adhibere cauſæ cognitio
nem,& ſic videtur,ꝙ requiratur citatio partis. Idem tenet glo.
19 in l.intra vtile. in glo.1. ff. de min. † Facit, quia in executione
contra ſententiam poteſt opponi exceptio nullitatis ipſius ſen
tentiæ.l.4.§.condemnatum.& l.ſi cùm nulla.j̃.eo. & l.abſentẽ.
C.de accu. Intelligendo tamen ſecundum quod declarãt Bar.
& Doct.in d.§.condemnatum. Item poſſunt opponi aliæ exce
ptiones, quæ impedirent executionem puta ſolutionis, vt per
glo.& Docto.in l.j.C. de iu.& fac. igno. Item primo debet fieri
executio in reb.mobilib.ſecundo in immobilib.tertiò in nomi
nib.debitorum.l.à diuo.§.in venditione.& §.ſi ſuper reb.& l.in
tra dies.j̃.eo.ergo requiritur cauſæ cognitio,& ſi iudex exeque
retur non admiſſa exceptione legitima poſſet appellari prout
tota die fit,vt l.j.C.ſi ſæpius in inte.reſt.fue.poſtu. quia tunc ex
cedit modum in exequendo, vt l. ab executione. C. quorum
app.non recip. ¶Glo. in verbo tempus iudicati. in iſta glo. ibi,
olim duorum menſium.dic ꝙ iſtud non erat olim bene decla
ratum,quia l.debitorib.j̃.eo.alleg.per glo. loquitur de tempo-
re dato ad vendendum pignus captum pro executione ſenten
tiæ, hodie autem bene eſt expeditum, ꝙ eſt quadrimeſtre, vt
in iurib.alleg.in glo. ꝙ tempus an procedat in cõdemnato per
ſententiam arbitri,dixi.s̃.in glo.1. Iſtud de quadrimeſtri limita
tur aliquib.mod.per d.Alex.in l.debitorib.ibi reſeruo. ¶Glo.in
verbo coarctat.in iſta gl. habes magnam reſtrictionem ad iſtũ
20 tex. † quòd licet iudex ſine cauſa non poſſit abbreuiare tem-
pus iudicati, poteſt tamen ſine cauſa prorogare. & iſto modo
text.in verbo pro cauſæ qualitate, vel quantitate,debet ſolùm
referri ad verbum,coarctat,ꝙ immediatè præcedit, & non ad
verbum prorogat.idem tenet gl.in l.4.§. ſi quis condemnatus,
& ibi Imo.j̃.eo.Tenendo iſtam opi.gl.ꝙ iudex etiam ſine cau-
ſa poſſit tempus iudicati prorogare, dic ꝙ tamen poterit à ta-
li prorogatione appellari,ſecundum d.Abb. in c. ad conſulta-
tionem.in 7.col.de re iud.& Bar.j̃.in vlt.col.Breuiter tene,ꝙ ita
in prorogatione ſicut in coarctatione requiritur cauſa, cũ iſte
text.de vtroque loquatur,& iſta verba pro cauſæ qualitate, &
quantitate debent ita referri ad verbum prorogat,ſicut ad ver
bum coarctat,quia vna determinatio debet æqualiter vtrum-
que determinare.l. iam hoc iure. cum ſimilibus. ff. de vulga.
& pupilla.& ita tenent Pau.de Caſt.& d.Alexan. in d.§. ſi quis
condemnatus, & glo. in d.c.ꝙ ad conſultationem.in glo.pen.
Et ad text.in d. §. ſi quis condemnatus.dic,ꝙ loquitur quando
tempus iudicati fuit ſine cauſa abbreuiatum, tunc enim per le
gem ſuppletur, vt ibi.aut appellat,vt tenet Barto.hic in vlt.col.
vbi dicetur,& glo.in d.c quod ad conſultationem.in glo. pen.
21 ¶ † Glo. in verbo,qualitate. malè dicit,quia in reali non datur
tempus quatuor menſium aliàs indultum iudicatis, ſed incon
tinenti debet res reſtitui, niſi iudici ex cauſa aliud videatur, vt
tenet glo.ord.in l.in fideicom in prin.ff.de vſu. & in l. fin. & ibi
Bar.C.de execu.rei iud.Can. in cap.quærenti.de offi. dele.vnde
exemplifica iſtum text. in verb. qualitate.varijs mod. vt j̃. per
22 Bar.vbi dicetur. ¶† Extrà gl.quærit Bar.generaliter,vtrum om
nis dilatio, quæ datur à lege,ſiue ſine miniſterio iudicis ſiue cũ
miniſterio,poſſit per iudicem prorogari, vel abbreuiari aliqua
iuſta cauſa ſuadente, & eſt diffuſa materia,in qua Io. de Imo.
& d.Alex.varias opiniones referunt, ſed reſtringendo arti. Iac.
de Arena tenuit,ꝙ non, niſi aliud reperiatur expreſſum in ali-
quo caſu à lege, vel quando tempus datur à lege ſupplendo
defectum iudicis,vt hoc tex.Idem tenet Io.de Imo. Raph.Cu
ma.& d.Pet.de Bexu.hic.& dicit Raph. Cuma. magnum ver-
* bum in practica, *quòd iſta eſt communis opi.* & ꝙ ita communi-
ter tenetur. Ita tenet Io. de Imo. in c. cùm ſit Romana.de ap-
pel.vbi etiam dicit,ꝙ iſta eſt communis opi.ꝙ iudex non poſ-
ſit immutare dilationem datam à lege ſine miniſterio iudicis,
niſi in caſibus à iure expreſſis, vt in quinque caſibus hic poſitis
per Bar.in ſuis fundamentis.Idem tenent Iaco.de Are. & Cyn.
in l.j.C.de dilatio.& in Auth.qui ſemel. C.quomodo & quan-
do iudex.Gul. de Cun.Iac. But.& Bal. in l.de die. in prin.ff.qui
ſatiſd.cog.Bal.in Auth.iubemus.C.de iud.Alb.de Roſ.in l.ſiue
23 pars.C.de dila.& in Authen.offeratur. C.de lit.conteſt. ¶† Pro
iſta parte facit,quia indultum à iure beneficium non eſt alicui
auferendum,vt dicit tex.in regula indultum.de reg.iur.in 6.Itẽ
prætoris factum non debet iuri derogare.ita dicit text. in l.j.in
ver.[neque enim prætoris.] ff.de ferijs. Ad idem bonus tex.quẽ
allegat Iac. de Are.in l.adulter. C. de adul. vbi dicit text.quòd
[præſcriptiones legibus reis datæ auferri nõ debent.] Ad idem
tex.bonus.in l.nemo. C.de tempo.app. & reſtringere iſta iura,
prout faciunt tenentes contrariam opinionem, ꝙ loquantur
quando immutatio fieret ſine cauſa,ſecus ſi cum cauſa,eſt vio
lare illa iura,& ea reddere de indubitabili.Item pro eadem par
te in ſpecie facit,ꝙ tempus decem dierum datum ad appellã-
dum,& tempus appellationis proſequendæ, & tempus reſtitu
tionis in integrum non poſſunt per iudicem prorogari. ita te-
net glo.ord.in d.c.cùm ſit Romana.in glo.mag.in verbo, tem-
pus,de appel.& eſt bonus tex.in d.l.nemo.C.de tempo. appel.
Idem tenet glo.in d.Auth.offeratur.in verbo.20.dierum. C.de
lit. conteſt. quæ vltra tempus appellandi tenet, ꝙ tempus 20.
dierum aſſignatum à lege ad reſpondendum libello iam por-
recto,non poteſt per iudicem minui.Item tempus quindecim
dierum datum à lege ad probandum excuſationem, ſeu cau-
ſam impedimenti non poteſt per iudicem aliquo modo ab-
breuiari,& ſic etiam ex cauſa.ita tenet glo. not.in c. cupientes.
§.quòd ſi per viginti.in verb.quindecim dies.& ibi Imo.& Ge-
mi.in

mi.in vlt.col.de elec.in 6.Item tempus octo dierum ſtatutum
à iure ad probandum exceptionem excommunicationis op-
poſitam non poteſt per iudicem etiam ex iuſta cauſa augeri,
cùm per hoc ius aduerſarij non pereat.ita tenet glo.in c.pia.§.
ſi quis igitur.in verbo octo dierum.de excep.in 6.per quam gl.
not.ibi Gemi.in vlt.col.ꝙ vbi ius ſtatuit certam dilationem in
actu parui præiudicij, iudex non poteſt etiam ex iuſta cauſa il
lam ampliare.¶Contrariam opinio.& ſic affirmatiuam,quòd
a imò iudex [a] poſſit dilationes legales ex aliqua iuſta cauſa im-
mutare,tenet Bar. hic per quinque fundamenta,de quibus hic
per eum.Idem in effectu tenet d.Alex.hic,idem expreſsè, & in
diſtinctè tenet glo. ſolennis in §. ſancimus. in verbo viginti in
Auth.de exhi.reis.coll.5. & ibi dicit glo. plus, ꝙ ita ſeruatur de
conſuetudine,ꝙ verbum in practica multum faceret,quia mi
nime mutanda ſunt, quæ ex conſuetudine certam legem ha-
buerunt.l. minimè.ff.de leg. & l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff.de
de ædil. edict. Idem ſimpliciter tenet glo. in §. omnem.in glo.
mag.in verbo cautione.ad fin.in Auth.de litigioſis.coll.8.idem
tenet d.Ant.de But.in c.præterea.de dila. & in d. c. cùm ſit Ro-
mana.per illum tex.& ibidem do.Abb.in 3. col.tenet, ꝙ tem-
pus decem dierum indultum à lege ad appellandum ex cau-
ſa,puta publicæ vtilitatis,vel ſcandali euitandi,poterit per iudi
cem abbreuiari, quia illud tempus præfigitur parti. ſimiliter
tempus ad præſentandum ſe corã iudice ad quem fuit appel-
latum, & ſic tempus ad arripiendum iter ad eum,poteſt per
iudicem ex cauſa prorogari,vt eſt tex.in d.c.cùm ſit Romana.
& ibi gl.tempus autem finiendæ appel. iudex non poſſet coar-
ctare.nec prorogare,quia tunc impediret ſe de iuriſdi. ſuperio
ris,cui non poteſt legem,nec tempus imponere,vt eſt tex.in c.
ex inſinuatione.de app.& in c. veniens.de iureiu. & ſic d. Abb.
non ſimpliciter ſequitur opin.Bar.ſed cum aliqua limitatione.
Iſtam opin.Bart.etiam ſequitur Ange.hic, ſed non ſimpliciter,
ſed ſolùm quando iudex de iuriſdi. alterius non ſe intromitte-
ret.talem terminum legalem abbreuiando,ſed ſolum impedi-
ret ſe de eo,ꝙ ſpectat ad iuriſdi.ſuam. ſecus ergo eſt ſecũdum
Ang. ſi iudex velit diminuere tempus legale, vt in pertinentib.
ad iuriſdi.ſuperioris, vt in termi.10. dierum dato ad appellan-
dum,vel in termino anni dato ad finiendã appella. in his enim
poſſet iudex ſubſiſtente cauſa diminuere,vel augere dilationẽ
legalem,& ſic in iſtis non tenet cum Bar.¶Videamus,an quin-
24 que fundamenta Bar.probent eius opin.† quia illis ſublatis pri
ma *opinio,quæ videtur communior,remaneret defenſata.* Ad ea reſpõ
dẽt vno verbo Io.de Imo. & Cuma.hic,& Antiqui Iac.But. &
Alb.in d.Auth.offeratur.& Bald.in l.fi.§.1.C. de iu. delib. ꝙ illa
quinque fundamẽta Bar.loquuntur in caſib.ſpecialiter expreſ-
ſis à iure,in quib. ipſa lex ſpecialiter dat poteſtatem iudici im-
mutandi tale tempus legale, ergo in alijs caſibus in contrariũ
videtur eſſe ius commune.Sed certè, vt etiam dicit.d.Alexan.
25 † iſta ſolu. non videtur bene tuta, quia quando iura ponunt
aliquas fallentias,ſeu aliquos caſus ſpeciales,licita eſt extenſio
ad ſimiles caſus,in quib.ſubeſt eadem iuſta cauſa,vt eſt text.in
c.cùm dilecta.§.nos igitur,& ibi do.Abb. ad hoc no. de confir.
vti.vel inuti.& tex.in c.poſt tranſlationem. §.cùm ergo. & ibi
Bal.ad hoc no.de renun.glo. in l. quæ propter neceſſitatem. ff.
de reg.iur. Bart.in l. ſi conſtante.in prin.in 9.q. primæ partis.vbi
dixi.ff.ſol. mat. ¶Tu autem reſponde particulariter vnicuique
26 fundamento Bar.de per ſe. ¶†Non obſt.primum,ꝙ exceptio-
nes peremptoriæ habent tempus limitatum à iure ad opponẽ
dum,ſcilicet vſque ad ſentẽtiam.l.peremptorias.C. ſen.reſcin.
non poſ.vel vſque ad cõcluſionem in cauſa.§.quia verò mul-
ti.in Auth.de teſt. coll.7.not.in c.paſto. de cauſa poſ.& propri.
¶Similiter exceptiones dilatoriæ habent tempus limitatum à
iure,ꝙ poſſint opponi vſque ad litem conteſt. l. exceptionem.
C.de exce.& l.ita demum.C.de procura. & tamẽ iudex poteſt
immutare, & ſtatuere alium terminum ad opponendum ex-
ceptiones dilatorias, vt eſt text.in c. paſto.de excep.& licèt ille
tex.loquatur in exceptionib.dilatorijs,& non procedat in per-
* emptorijs ſecundum glo. *ibi, communiter tenetur*, ꝙ in vtriſque
locum habeat ſecundum Dyn.in regula indultum.Cy.& alios
in l.iudices.C.de iud.Ad illum text.in d.c. paſto. reſpondet ibi.
d.Abb.in 2.not.ꝙ ille tex.poteſt retorqueri ad oppoſitum con
tra Bar. cùm hoc ibi faciat iudex auctoritate illius conſtitutio-
nis,vel & ſecundò dic,ꝙ ibi tempus non eſt certum, & præci-
ſum per numerum temporis, puta menſis, vel anni,ſed eſt in-
certum vſque ad litem conteſtatam,vel vſque ad ſententiam,
aut ad concluſionem in cauſa. ¶Secundum fundamentum
Bar.eſt in tempore 30.ann.ſtatuto à lege ad agendum.l.ſicut.&
l.cùm notiſſimi.C.de præſcri.30.ann.& inſtit.de perpe.& tem-
po.act.in prin. & tamen iudex poteſt ex cauſa immutare, vt l.
27 diffamari.C.de inge. & † manu.& l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſ.
& in l.Titia.ff.de accuſ.Sed reſponde,quòd in illis legib.lex ſpe
cialiter concedit iudici facultatem diminuendi illud tempus
ad agendum,& talem conceſſionem fecit ex ſpeciali, & ratio-
nabili cauſa,puta quia vadis me diffamando per ciuitatem, ꝙ
accuſabis me de tali crimine,vel ꝙ petes à me talem poſſeſſio
nem, quam indebitè teneo, vel ꝙ ſum debitor tuus de tanta
quantitate,& non volo ſatisfacere, iſta talis infamatio eſt iuſta
cauſa,per quam iudex ſtatuet tibi certum terminum ad agen
dum,vel accuſandum,quo elapſo amplius non audieris,vt de
28 clarat Bar.in l.Titia.circa fi.ff.de accu.¶†Tertium fundamen-
tum Bar.eſt in quadrimeſtri indulto à lege ad petendum reſti
tutionem in integrum.l.fi.C.de temp.in integ. reſtit.pe. lex ſpe-
cialiter dedit poteſtatem iudici, ꝙ poſſit tale tempus proroga
re ex cauſa,ſcilicet propter dolum, & culpam aduerſarij. l. pe-
tendæ.C.de temp.in inte.reſtit.pe.& l.intra vtile. cum glo. ff.de
min.ne aliàs aduerſarius ex ſuo dolo,& culpa lucretũ, & com-
modum faciat, quod eſt abſurdum.l. in fundo. ff. de rei vend.
29 ¶†Quartum fundamentum Bar.eſt de tempore 30.ann.dato
per legem hæredi ad adeundum hæreditatem.l.licet. cum glo.
C.de iu.deli.& gl.in l.3. ff.de acqui. hæredi. nam lex ſpecialiter
permittit ad inſtãtiam creditorum,vel legatariorum, ꝙ iudex
poſſit ſtatuere hæredi tempus, intra quod adeat hæreditatem.
l.ſi quis inſtituatur hæres in diem.ff.de hær.inſti.& l.fi.§.j.C.de
iu.deli.& ratio ſpecialitatis eſt,ne creditores diu cogantur care
re creditis ſuis, vt dicit text.in l.j.in prin.ff.ſuc.edi. ¶Non obſt.
quintum fundamentum de iſto text. quia hic fuit ſpecialiter
30 expreſſum, † quòd iudex ex cã poſſit tempus iudicati proro-
gare,vel coarctare. & ratio ſpecialitatis potuit eſſe,quam viſus
eſt ſentire Iac.de Aret.licèt Bar.eam impugnet. Nam illud tẽ-
pus videtur dari à lege ſupplendo negligentiam,ſeu defectum
iudicis,vt dicebat Iac.de Are.quia non debuit iudex imaginari,
ꝙ reus condemnatus veniret cum ſacco paratus ad ſoluendũ.
l.ratum.& l.ꝙ dicimus.ff.de ſolu. & ſic debuit aliquem termi-
num ei dare ad ſoluẽdum,& ideo lex in eius defectum ſtatuit
certum tempus, quod noluit poſſe abbreuiari, nec prorogari
per iudicem, niſi ex cauſa, vt hoc text.ita voluit dicere Iac. de
Are.& ſic videtur defendi poſſe opinio Iac. de Are. *quæ videtur*
31 *communior*, vt patet ex prædictis,quæ eſt etiam verior.¶†Secũ-
do quærit Bar.quæ ſunt iuſtæ cauſæ immutandi dilationes cõ-
ceſſas à iure,& ponit.11.cauſas, & cum eo alij tranſeunt, & in
ſpecie Raph.Cuma.& d. Alexan.Iſtas.11.cauſas formaliter,&
ſimpliciter refert do.Abb.in c.1. in 2.& 3.col. de dila. Adde in-
quantum tenet Barto.ꝙ ſi eſſet contentio de officio prioratus
modico tempore durante,tunc debet iudex celeriter termina-
re cauſam, ne interim tranſeat tempus officij, & ſic multum
debet dilationes breuiare,per tex.no.in l.j. cum glo. ff. de glan.
legen.vbi Bar.etiam idem notat,ꝙ ſic,& idem Bar.in l.prius.in
10.q.ff.de ope.no.nun.ſequitur Bald. in c.de cauſis. in 6.col. de
offi.deleg.Lud.Ro.in l.ſtipulationes non diuiduntur. in prin. in
6.char.ff.de verb.obl.& in l.ſi verò.§.de viro.in 4 fal. ff.ſol.mat.
Adde etiam illud,quod tenet Bal.in c. fin.in 6.col. de iureiu.ꝙ
vbi eſt breuis metus iudicij, ibi breuiores debẽt eſſe dilationes,
non tamen ita arctæ, ꝙ ſint penè impoſſibiles. Allegat not. in
d.c.de cauſis. vbi per Inno. in prin.Item adde illud,quod tenet
Bal.in l.j.poſt prin. C.de temp.app.allegando no.in d.c.de cau-
ſis.ꝙ vbi tota inſtantia cauſæ eſt breuis, ibi ſingula eius mem-
bra debent proportionabiliter abbreuiari. ¶Secundò inquan-
tum tenet Bar.quòd quando eſt quęſtio de equo,qui intra ma
gnam dilationem plus comederet,quàm eſſet valor cauſę tũc
dilatio debet arctari,& tolli in totum. aduerte, ꝙ primum, ꝙ
arctari debeat,eſt verum, ſed ꝙ debeat tolli in totũ,eſt falſum,
32 & eum ſimpliciter reprobat.d.Alex.hic. † Nam licèt iudex ex
cauſa,ſeu qualitate cauſę poſſit arctare,vel augere dilationem
legalem, nunquam tamen poteſt eam in totum tollere, vt eſt
glo.notatu digna in l.ꝙ iuſſit.in glo.mag. ad fin. vbi dicetur. ĩ.
33 eo.Spec.in tit.de citatione.§.nunc de tempore.in ver.fi.¶†Ter
tiò

A D D I T I O.

a [a] Iudex.Adde,quæ ſcribit Villa.inter com.opi.lib.4. ver.dilatio.Bal.tra.de tẽ
po.vtil.& conſti.c.3.pract.Pap.for. lib. Act.Real. verſi.ad euidentiam. num.
13.Suarez.lib.com. opin. ver. Dilatio. & dic quòd dilatio à Iudice data po-
teſt ab eo mutari abbreuiando,vel prorogando ex cauſa,vel reuocari ſecun
dum communem,quam refert Lanfr.Balb.conclu.233.Quid in tempore di-
lationum à lege cõceſſo,& dic,quòd cum cauſæ cognitione poteſt, ſine cau
ſæ verò cognitione non poteſt,teſte practi.Bald.tit.de citat. & dila. q.14.&
diſtingue,vt per pract.Maſuer. tit.de dil.nu.15.vbi. Apoſtil. plura no.& Ca
pel.Toloſ.q.197.Dyn.in Reg.indultum.de reg.iur.lib.6. Fely.in cap. cùm ſit
Romana. de appella. Aym. conſi. 179.colum.2. Quid de dilatione à ſtatuto
præfixa? & dic, vt per Rom.conſi.76.colum.vlti. Dec.d. c. cùm ſit Romana.
nume.24. MASVER.

tiò quærit Bar. si iudex sine causa arctauit dilationem, quæ datur à lege cum ministerio iudicis, quid erit hoc casu. Iaco. de Are. tenet, quòd tunc lex supplet per text. in l. 3. §. si quis condemnatus. in versi. & si quidem minorem. ĩ. eo. idem tenet gl. in cap. quòd ad consultationem. in glo. pen de re iudi. Facit in simili text. in l. 2. §. si quis in iudicio. in fin. ff. si quis cau. ibi. [iubet. l. 12. tab. diem iudicij esse diffusum,] sed Barto. cum reprobat, quia cùm possit appellari. c. 1. de dila. circa fin. & d. c. quòd ad consultationem. certè si lex suppleret, nõ appellaretur, quia non grauaretur, & ad text. in d. l. 4. §. si quis condemnatus. respondet Bart. quòd loquitur de tempore statuto à l. sine ministerio iudicis, & in isto bene lex supplet, si iudex sine causa coarctauit, secus si cum ministerio iudicis lex statuat tempus, quia tunc lex non se impedit in supplendo tale tempus, ideo tunc appellatur, & sic pondera Bar. velle, quòd talis coarctatio temporis legalis facta à iudice sine causa valet, & tenet, sed est iniusta, ideo potest appellari per text. in d. c. 1. & in d. c. quòd ad consultationem: licèt ad ista iura posset dici secundum Imo. quòd etiam ab actu nullo potest appellari l. si expressim. ff. de appellatio. & cum Barto. in specie tenent Rapha. Cuma. dom. Alex. & d. Pet. de Bexu. hic. idem tenet d. Anto. de But. in cap. 2. de dila. & simpliciter. d. Abb. in c. j. in 3. col. eo. tit. de dila. & latius idem d. Abb. in d. c. ꝙ ad consultationem. in 5. col. & seq. vbi plenius videas. Quis autem debeat probare in ista causa appellationis an appellans, ꝙ nõ suberat causa abbreuiandi, an verò appellatus, quòd imò suberat causa, quare iudex potuerit coarctare. Bar. hic se remittit ad Inn. in c. ad petitionẽ. de accu. & ibi Inn. in effectu tenet, ꝙ vbi dilationes sunt à iure determinatæ, & iudex eas abbreuiat, & isto casu appellatus tenetur probare iustam causam coarctationis fuisse, vbi vero dilationes sunt arbitrariæ, prout est regulariter. l. j. C. de dila. gl. in cap. præterea. eo. tit. de dila. & Bar. ĩ. in seq. q. Tunc, quia præsumitur iusta, & legitima abbreuiatio talis dilationis, quia pro iudice præsumitur. c. in præsentia. de renun. & l. 2. C. de offi. ciui. iud. Tunc appellanti incumbit onus probandi, ꝙ iudex nõ poterat talem dilationem coarctare, & ita etiam refert, & sequitur d. Abb. in c. j. in 4. col. de dila. d. Ant. de But. in c. cum sit Ro
34 mana. de app. Io. de Imo. hic in fin. & d. Alex. † Confirmatur, quia ille, qui appellat, dicitur sustinere partes actoris, ideò debet probare se iustè appellasse. l. hi qui ad ciuilia. & ibi not. Bart. C.
35 de appel. d. Abb. in c. per tuas. eo. tit. de appell. ¶ † Quartò quærit Bart. quid si lex dat dilationem cum ministerio iudicis, & dicit minorem nõ dari, prout dicit tex. in l. j. C. de dila. an iudex poterit sine causa diminuere, & concludit secundũ Iac. de Are. ꝙ sic, per text. in d. l. j. & in l. siue pars. in illo verbo, pars. C. de dila, & hoc est expeditum. adde ècontra, quòd si lex dicat, ꝙ iudex det dilationem. x. dierum, & non minus, tamen iudex poterit ex causa dare minorem, prout not. probat tex. in l. peremptorium, cum l. seq. in verbo. non minus. iuncta. l. nonnunquàm. ff. de iudi. nam licet tex. in §. omnem. in Auth. de litigiosis. coll. 8. dicat, ꝙ actori ad veniendum, & procedendum in cã inchoata iudex debet statuere tres dilationes non minores. 30. dieb. pro singula, & sic lex statuit talem dilationem cum ministerio iudicis, & vult dari non minores: Tamen vt dixi iudex ex causa posset eas diminuere secundum Bar. in Auth. qui semel. in pen. col. C. quomodo, & quando iud. Idem tenet gl. in d. §. omnem. in verbo cautione. in fi. Cy. in l. j. C. de dila. d. Anto. de But. in c. 2. eo. tit. de dila. quamuis contrarium videatur velle Bal. in Auth. offeratur. in pe. col. C. de lit. cont. per duo iura, quibus respondet, vt hic per d. Alex. Subdit Bar. quòd Inn. in
36 cap. vltra tertiam. ad fin. de test. † tenet, quòd si iudex dederit primam dilationem minorem, & sic non integram, puta, quia non fuit trium mensium. iuxta l. j. C. de dila. & 3. q. 3. §. spatiũ. sub. c. iudici. 2. ꝙ de facili, & sic sine causa dabit secundam dilationem, quia licet iudex nõ debeat, dare vltra primam dilationem. l. oratione. & l. fi. ff. de fer. tamen si prima dilatio non fuit integra, dabit secundam sine alia causæ cognitione. similiter si dederit dilationem trium mensium pro faciendis probationibus in prouincia, & illi sint elapsi, poterit sine causa iterum dare dilationem sex mensium ad faciendũ probationes ex vnica prouincia, & nouem menses ex transmarina, iuxta d. l. j. C. de dila. & ad §. spatium. 3. q. 3. vtilitas istius puncti est euidens. nam si ista secunda dilatio est nulla, processus qui fieret esset ipso iure nullus. Istam opin. Inn. reprobat Bar. quia licet istæ dilationes videantur esse arbitrariæ, secundum gl. in c. præterea. de dilat. tamen succedunt in locum dilationis legalis. s. illorum mẽsium, de quib. in d. l. j. vt non possit iudex tale tempus excedere, vt dicit tex. ibi, *non minus ergo non potest suo arbitrio*, & ibi, *non sibi concessum intelligant dandę dilationis arbitrium*, tamen minus potest iudex suo arbitrio dare, vt statim dixi, & sic sunt arbitrariæ in diminuendo, vnde si prima dilatio ad probandũ fuit breuior, & illa sit elapsa, non poterit per iudicem dari alia nisi cognita causa, secundum formam l. oratione. & l. fi. ff. de ferijs. cum Bart. tenet d. Alex. hic, alij non tangunt. Idem tenet Bar. in d. l. fin. in 2. col. de ferijs, & ibidem. d. Alex. & Bar. in cons. 97. quod incipit ex facto proponitur, ꝙ in causa pecuniaria, in secundò dubio. d. Anto. de Butr. & Io. de Imo. in d. c. vltra tertiam. licèt Bal. in d. l. j. de dila. videatur simpliciter transire cũ Inno. Sed aduertè, quia idem Bart. videtur sibi contrarius, de quo d. Alex. nullam facit mentionem in d. l. j ad fin. C. de dilat. vbi Bart. tenet cum Inn. ꝙ quando prima dilatio non fuit integra, puta trium mensium, iuxta. d. l. j. ꝙ tunc iudex absque alia causa potest concedere secundam dilationẽ, quod est potius quasi redintegratio primæ, & sic, ꝙ in vna deficit, poterit per aliam suppleri. Idem tenet Sal. in l. fi. §. hoc quidem. per gl. ibi in verbo sępius. C. de iure delib. Pau. de Cast. in d. l. j. d Abb. in d. c. vltra tertiã. & sic istæ passus in practica esset valde ambiguus, tamen opi. Bart. hic, & sequacium contra Inn. *videtur*
* *tutior per* fundamenta superius adducta. Et addo. d. Abb. in cõsil. 64. secundi vol. quod incipit casus in effectu talis est, quodam Senensi statuto cauetur, vbi plenè examinat istũ passum, & facit mentionem de opi. Inn. & eam sequitur Bar. in d. l. j. ad fin. C. de dila. tandem videtur sequi opi. Bar. hic, & in d. l. fin. ff. de ferijs. Est verum, ꝙ si prima dilatio, quæ non fuit integra, nõ fuisset adhuc elapsa, sed adhuc duraret, tunc posset prorogari vsque ad tempus debitum, quia tunc talis prorogatio termini adhuc durantis non est nouam dilationem dare, sed primam extendere. l. sed si manẽte. ff. de præca. Bar. & alij in l. 4. in prin. ff. de dam. infect. sed Bar. hic expressè loquitur, quando prima
37 dilatio, quæ erat breuior, erat in totum elapsa. ¶ † Quintò, & vltimò quærit Bar. an pendente vna dilatione possit iudex aliam dare, facit regulam, ꝙ non, quam limitat duob mod. vt hic per eum, & per eundem in l. siue pars. C. de dila. refert, & simpliciter sequitur. d. Abb. in c. significante. in vlt. col. de app. Regula ergo negatiua est, ꝙ pendente dilatione nihil potest per iudicẽ innouari, & sic alia dilatio dari non potest, quia interim iudicis officium dẽt conquiescere, vt est tex. in d. l. siue pars. & in cap. significante. & in c. sæpe. & in cap. oblatæ. & in c. personas. de appel. Adde, ꝙ innouata pẽdente dilatione sunt ipso iure nulla, & si nihil opponeretur à parte. gl. est no. in l. j. in prin. in verbo momenti. quam d. Ale. ibi ad hoc multum not. ff. de ferijs. & est tex. in §. suscepto. in Auth. de exhi. reis. in verbo *nihil in me-*
38 *dio*. & in verbo, *pro nihilo eam esse*. ¶ † Secundò adde, quòd sententia lata pendente dilatione, est ipso iure nulla, quia lata ab eo, qui carebat exercitio iurisd. in tantum, quòd etiam non põt de consensu partium ratificari, quia non potest consensus partium hoc facere, ꝙ fingatur retro exercitium iurisd. habuisse. l. obseruare. §. fi. ff. de off. procon. & leg. & ita signanter tenet Bal. in l. pe. in vlt. col. C. de arbi. & hoc valde no. limitat primò Bar. hic, & in d. l. siue pars. quando secunda dilatio est compatibilis cum prima, & non est ei præiudicialis, quia non contingit id quod erat probandum in prima dilatione, vt in exemplo Bart. Itẽ si pendet dilatio super admittẽdo, vel non admittẽdo vno teste, super alijs interim poterit procedi, & idem in similibus, vt est tex. in l. generaliter. §. his de præsentibus, in verbo *nulli*
39 *tamen*. C. de reb. cred. † Hinc refert Bar. ad finem, ꝙ duæ dilationes sibi simul compatibiles possunt simul dari, vel vna dilatio ad plura circa se inuicem compatientia, vt vna finita alia incipiat, idem tenet Bar. in l. fi. in pe. col. ff. de ferijs. & in l. quandiu. ff. de acquir. hæred. & est gl. in cle. sæpe. in verbo post dationem. de verb. sign. Spe. in tit. de dila. §. j. vers. deliberatoriæ, & seq. Secundò limitat Bar. hic, & in d. l. siue pars. quando finita esset causa primæ dilationis, tunc interim non debet officium iudicis conquiescere, quia cessante causa dilationis, cessat ipsa dilatio: adde Bar. in l. si quis ita hæres scriptus. per illũ text. ff. de acq. hæred. & in l. à filio. § alumnæ. per illum tex. ff. ad Treb. & in cons. 164. inci. processus, & sententia. Vltra Bart. limita tertiò, quando ille met, ad cuius fauorem est præfixa dilatio, peteret aliam dilationẽ, seu aliquid aliud explicari ad fauorem suum, tunc non conquiescit officium iudicis, quia est inductum in fauorem suum, ꝙ pendente dilatione nihil innouetur, secundum Bal. Ang. & alios in l. si quis hæres ita instituatur. per illum tex. ff. de hær. insti. & sequitur simpliciter d. Alex. hic. Vltra d. Ale. quartò limita, quando iudex dedit dilationẽ ad aliquid faciendum, quod est nullum, talis dilatio non impedit processum nec aliam dilationem, ita no. Bar Bal. & alij in l. cum pater. §. curatoris. per gl. ibi. ff. de leg. 2. facit regula. l. aliquando. ff. ad Velleia. Quintò limita nisi immineat suspicio vel necessitas, quia in his, quæ necesse est interim expedire, dilatio quæ pendet non obstat, secundum Bald. in l. Aristo. §. 1. per illum tex. ff. de iur. delib. Sextò limita, quando quis est condemnatus ciuiliter, vel criminaliter, pendente dilatione data ad soluendum

uendum,interim poteſt perſonaliter capi,ad fi.vt ſatiſdet, ꝙ in
tempore ſtatuto ſoluet.ita notabiliter tenet Ang.in l.ſi debito-
ri.C.de iudi.quod bene not.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet potentiam condemnandi,habet etiam abſoluendi.*
2 *Iudex laicus poteſt abſoluere clericum à delicto,ſed non condemnare.*
3 *Aliquando poteſt quis ſententiam confirmare, qui non poteſt eam infirmare,vel caſſare.*
4 *Cui commiſſa eſt excommunicatio à Papa,an poterit abſoluere dictum excommunicatum.*
5 *In materia correctoria prohibitus condemnare de nouo iure corrigente, an intelligatur prohibitus abſoluere.*
6 *Condemnatio & abſolutio non ſemper iudicantur à pari.*
7 *Virtute parificationis iuris antiqui. l. correctoria diſponens in vno intelligitur diſponere & in alio.& nu.10.*
8 *Arg.de actore ad reum eſt bonum etiam in materia correctoria, quia actor,& reus ſunt correlatiua.*
9 *In correlatiuis lex noua corrigens in vno, intelligitur etiam in alio quã do eſt eadem ratio.*
11 *In correctorijs licita eſt extenſio, quando res deducitur ad primæuum ſtatum.*

LEX III.

QVi condemnare. Nõ ſummatur breuius,
& ſic qui poteſt vnum de contrarijs,poteſt aliud.
Item qui poteſt dare,poteſt tollere, ſeu adimere. l.
datum.& ibi Bal.ad hoc no.C.de lega.& l.3.§.cum Titio. in fi.
ff.de adim.leg.alleg. hic per glo. In hoc glo. ponit quatuor re-
1 gulas,duas affirmatiuas,& duas nega. † Et ſic,qui habet poten
tiam condemnandi,habet etiam potentiã abſoluendi,& ècõ-
uerſo. Et qui non habet vnum,non habet aliud, ſicut in ſimili,
qui poteſt adire,poteſt etiam repudiare, & èconuerſo. Et qui
vnum non poteſt,non poteſt etiam aliud.l.is poteſt.ff. de acq.
hære. Item qui poteſt ligare, poteſt etiam ſoluere, & qui non
habet ius ſoluendi,nec ligandi ius habere dicitur,ita dicit text.
diui Amb.de pœni.diſt.1. in c.verbum. & 21. diſt.in c. inferior.
& glo.in c.cùm inferior.in glo.1.de ma.& obe. Item qui poteſt
actionem dare condemnando,poteſt eam auferre abſoluen-
do.l.qui vetante.§.j.ff.de reg.iur.Iſta regula text.noſtri procedit
conſiderando potentiam in genere, & in abſtracto,ſecus ſi cõ
ſideretur in ſpecie & in aliquo caſu ſpeciali. Nam qui poteſt
aliquem in certo caſu iuſtè condemnare, non poteſt eundem
in eodem caſu iuſtè abſoluere, vt hic in glo. Item qui facit in
ſpecie teſtamentum, ſi poſteà mutet conditionem, & efficia-
tur furioſus vel demens,non poteſt illud diſſoluere,vt l.fi.ff.de
iniuſt.rup.de quo text.glo.noſtra.in fin.opp.& non ſoluit.& ſic
regula iſtius text. procedit in reb. manentib.in eodem ſtatu,&
2 non mutatis.l.ꝙ ſeruos. ff.de condi.ob cau. † Item ſecundum
glo. quandoque quis poteſt abſoluere, qui tamen non poteſt
condemnare,vt in iudice laico, qui poſſet abſoluere clericum
à delicto ſeculari ſolus,qui tamen ſolus ſine Epiſcopo nõ poſ-
ſet condemnare,imò debet eum ad Epiſcopum remittere, vt
in §.illud palàm.& ibi glo.not. pro mirabili. in Auth. vt clerici
apud propri.Epi.coll.6.& in Auth.clericus.& ibi etiam glo.ad
hoc no.C.de epiſ. & cle.Ad hoc etiam glo.noſtra alleg.tex.in l.
ſolet.in prin.ff.de offi.procon.& leg.ſed ille tex.non facit ſecun
dum Ange. Imo. & d. Alex. hic. Quia ibi legatus proconſulis
neutrum poteſt, & ſic non poteſt condemnare, nec etiam ab-
3 ſoluere,vt etiam ibi dicit glo.in verbo liberè. † Adde, quòd ali
quando etiam quis poteſt confirmare ſententiam,qui non po
teſt eam infirmare,vel caſſare.text.eſt in ca.2.& ibi glo. ad hoc
not.de offi.deleg.Item poteſt quis honorem,& dignitatem cõ
ferre alicui,licèt ei auferre non poſſit.15.q. 6.in cap. Epiſcopo.
4 † Item ſi Papa mandat alicui,ꝙ aliquem excommunicet,non
poſſet tamen abſoluere,quamuis excommunicatio,& abſolu
tio in eadem conditione cenſeantur, quia huic tanquam exe-
cutori fit commiſſio ad certum articulum.ita glo.in d.c. cùm
inferior.in glo.1.de maio.& obe. Quamuis contrarium teneat
5 glo.21.diſtin.in cap.inferior. ¶ † Vltra Scribentes quæro,nun-
a quid [a] in materia correctoria, & ſic ſtrictè intelligenda prohi-
bitus condemnare à nouo iure corrigente antiquum, intelli-
gatur etiam prohibitus abſoluere,vel non.glo.no.in clem.1.in
verbo contra eos.de hære.tenet, quòd non prohibeatur,vnde
prohibitus condemnare,poterit tamen abſoluere. Et illam gl.
ſequuntur Pau.de Leaza.Lap.Car.Flo.& d.Abb.ibi, & ibidem
d.Abb.reputat illam glo.eſſe ſingularem,& ex ea no.ꝙ ſi iudi-
ci inhibeatur in certa cauſa ferre ſententiam contra aliquem,
non intelligitur prohibitus ferre ſententiam abſolutoriam pro
6 illo.& pro illa glo.d.Car.Flo.ibi.in 5 q.† mouetur inter cætera,
quia condemnatio & abſolutio non iudicãtur ſemper à pari,
vt hic dicitur in glo.& ſupra. e. retuli, ꝙ poteſt quis abſoluere,
qui tamen non poteſt condemnare. ¶ Cõtrariam opinionem
tenent Step.Vercel.& Pe. de Anch.in d.cle.1.ſequitur Are. in
rub.ff.de acq. poſ. in 3. col. & ibidem do Barth. Soci. Mouetur
Are. fortiter, quia à iure antiquo æquiparantur iſta duo nega-
tiua, qui non poteſt condemnare nõ poteſt & abſoluere. tex.
7 eſt in l.nemo qui condemnare. ff.de reg.iur. & hic in gl.† Ergo
virtute parificationis iuris antiqui lex correctatoria diſponẽs
in vno,intelligitur diſponere in alio, & eſt interpretatio paſſiua
procedens vigore æquiparationis iuris antiqui, iuxta glo. in l.
ꝙ verò contra.ff.de legi.& l.ſiquis ſeruo perſuaſerit.in glo. fi.C.
de fur. & iſta regula procedit etiam in materia correctoria ſe-
cundum Bar.in l.2.ff.de leg.1.& in Auth. ſed cũ teſtator. C.ad
l.falc.& in l.Marcellus. in prin.ff.ad Treb.Pro eadem parte do.
Barth.Soc.in d.rub.ff.de acqui.poſ.ponderat tex. in l. ſolent. in
prin. ff. de of. procon. & lega. vbi in materia extraordinaria vt
ibi dicit text.in verbo *extraordinarium genus mandati,legatus nõ po
teſt ſoluere,quia coram eo accuſari non potuit*, & ſic quia non po-
terat in eum animaduertere. ſed certe ille tex.non videtur face
re. Primò, quia ibi non eſt materia correctoria, de qua eſt
quæſtio noſtra. Secundo,quia vt dixi ſupra proximè ſecundũ
Ang.Imo.& d. Ale. hic, legatus ibi neutrum poterat nec con-
demnare nec abſoluere. Tertiò, quia tex.ibi loquitur de ſim-
plici accuſatione, ꝙ legatus non habet ius ſoluendi reos in-
carceratos, quia nec accuſari apud eum poſſent. ita ibi dicit
tex. Secundo & melius mouetur idem d. Barth. Soc. quia ar-
guere de condemnatione ad abſolutionem non eſt niſi argue-
8 re de actore ad reum, † quo caſu ſecundũ eũ bonum eſt argu-
mentum etiam in materia correctoria de vno ad ad aliud, al-
legat gl.in cle.ſæpe.in verſic.ſoluerit.de ver.ſig.& Pe.de Anch.
in repe.ca.1.in 14.q.de conſti.& quia actor & reus non debent
ad imparia iudicari.l.fin.cum ſi.C. de fruc. & lit. expen. & ante
eum fuit fundamentum Pe.de Anch.in d.cle.1. Tu confirma
fortius.nam actor & reus ſunt correlatiua,ſicut condemnare,
9 & abſoluere, † ſed in correlatiuis lex noua corrigens in vno ex
correlatiuis,intelligitur etiam in alio corrigere, & ſic iura cor-
rectoria extenduntur de vno correlatiuo ad aliud.text. eſt in l.
fin.& ibi Bar.& Ang.& alij ad hoc notant. C.de indi.vidui.tol-
len.cum concordantijs, quas ibi dedi, vbi multa ad iſtam re-
gulam cumulaui.tamen ipſe Pet.de Ancha.in d. clemen.1.de
hære.dicit ſe dubitare de hoc,an ſtatutum in vno ex correlati-
uis in materia correctoria extendatur ad aliud,cùm in corre-
ctorijs ex idẽtitate,imò nec ex maioritate rationis licita ſit ex-
* tenſio *ſecundũ glo.& communiter Doct.* in Auth.quas actiones.C.
de ſac.ſan.eccl.& l.præcipimus.§.fi.& ibi Bar.C.de appel.ſed de
hoc non eſt dubitandum,quia illa eſt communis regula,vt ex
multis firmaui in d.l.fi.C.de indi.vidui.tol.ideo gl.Bar.& Doct.
in Auth. qui ſemel.C.quomodo, & quando iud. tenẽt, quod
illa Auth. corrigens in actore procedat etiam in reo, & hoc
ratione correlationis. ¶ Quid tenendum? iſte eſt nouus arti-
cul.ad iſtam legem,& quidem difficilis, puto quod opi. gl.&
ſequacium in d.cle. j. poſſit defendi. & in terminis ſuis de iu-
re antiquo erat ſtatutum, quòd contra inculpatum de hæ-
reſi. poſſent Epiſcopus, & Inquiſitor quilibet de per ſe con-
demnare vel abſoluere. cap. per hoc.de hære. in 6. Modo per
illam clemen. primam corrigentem ius antiquum fuit ſtatu-
b tum,quòd per ſe Epiſcopus aut Inquiſitor [b] nõ poſſint hære-
ticum condemnare, ſed ambo ſimul, glo. ibi tenet, quòd ta-
men vnus eorum de per ſe poſſet eum abſoluere, ex quo ſo-
lum prohibet condemnare. Pro illa glo. bene facit, quia iſto
modo intelligendo reducit ad primum ius quantum ad abſo-
lutionem, & res de facili reuertitur ad primam naturam ſuã.
l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſicu. quòd in ſpem. ff. de
10 pact. 35.diſt. cap. ab exordio. cum glo.† Vnde etiam in cor-
rectorijs licita eſt extenſio, quando res reducitur ad primæuũ
ſtatum,& ad primæuum ius,vt eſt glo. ſing. in cap. ſtatutum.
in verbo numerandum. de præb. in 6. d.Ant.de But. in c. olim
tibi. de verb. ſign. d. Alex. in l.ſi conſtante. in prin. in 6.col.vbi
dixi.ff. ſol. mat. Non obſt. primum fundamentum Aret. ꝙ vr
prima conſideratione valde ſtringere, quòd quando duo ca-
ſus ſunt æquiparati à l. antiqua etiam in correctorijs vigore il-
lius

ADDITIONES.

a ¶ Nunquid. Circa iſtam quæſt. & regulam vide ſubtilem Decium in regula nemo qui condemnare.infra de regul. iur.
b * Inquiſitor. Adde Suarez. in ſuo lib. com. opi. verſi. hæreſis.

lius parificationis fit extensio de vno ad alium, admitto istam regulam, licèt de ea in hoc puncto dubitet d. Car.Flo.in d.cle. 1.5.q.de hær. Et cùm dicebatur, ꝙ per l.antiquam ista duo negatiua æquiparabantur, qui non potest condemnare, non potest absoluere. per d.l.nemo.ff.de reg.iu.aduerte tex.ibi, dum dicit, [nemo qui condemnare, non potest absoluere,] & sic qui non habet potestatem, & iurisdictionem: ita exponunt, & bene Old.Lau.& Albe. de Rosa. hic. nam iurisdictio est potestas de publico introducta, vt diffinit gl. approbata.in l.j.ff.de iuris. om.iud.& propterea tex.hic dicit primò, [qui damnare potest, is absoluendi potestatem habet.] Tunc enim illa æquiparatio negatiua optimè procedit, qui non habet potestatem, & sic iurisdictionem in condemnando, ille etiam non potest absoluere, sed quando quis habet iurisdictionem, & prohibetur in certo casu condemnare, nō debet intelligi in illo casu prohibitus absoluere. ita procedit gl.in d. cle. 1. per quam ibi punctualiter not.d.Abb.vt s̃.retuli.nec tunc fit æquiparatio à iure antiquo, imò prohibendo iudicem, qui habet iurisdictionem solū condemnare, videtur potius permittere, ꝙ possit absoluere. c.nonne bene dicimus.de præsump.& l.maritus.C.de procura. Non obst.fundamentum Pet.de Anch.& do.Barth Soc.ꝙ ego sup. plenius induxi, ꝙ condemnatio, & absolutio sunt correlatiua, & similiter actor, & reus, & ꝙ in correlatiuis ius corrigens in vno correlatiuorum intelligitur corrigere in alio. Responde, hoc esse verum, quando est eadem ratio, secus quando est diuersa ratio in altero ex correlatiuis, tunc dispositū in vno correlatiuorum, non intelligitur dispositum in alio.l.fin. cum glo. fin.C.de rescin.ven.per quem text.ita expresè limitant Barto. Ang.& alij in d.l.fin.C.de indi.vid.tol. cum multis concordantijs, quas ibi dedi.& Bar.in l.multum interest. & ibi Lud. Rom. & alij.ff.de verb.obli. Sed in proposito nostro est diuersa ratio. Nam vt dixi condemnare respicit actorem, soluere reum. Modo in fin. iudicij, & in sententia ferenda fauorabiliores sunt rei quàm actores, quia fauorabiliores sumus ad absoluendum, q̃ ad condemnandum, vt l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.& l.Arrianus.ff.de act.& obli. vnde ius nouum correctorium prohibens condemnationem, & sic actum minus fauorabilem, & sic in quo est minor ratio, non debet extendi ad absolutionem, quæ in se est actus magis fauorabilis. bene verum est, quòd circa media causæ vbi æqualiter fauemus actori sicut reo, secundū glo.Bar.& alios in l.de die.in prin.vbi dixi.ff.qui satis. cog. item vbi est materia indifferens, & sic vbi actor, & reus ad paria iudicantur.d.l.fin.C.de fru.& litium expen.tunc bene ius correctorium loquens in vno ex correlatiuis, puta loquens in actore, procedit etiam in alio, & sic in reo. Hinc est, quòd d.Authen. qui semel, quæ corrigit in actore, extenditur etiam ad reum ratione correlationis. secundum glo. Bar. & alios ibi, vt supra retuli, quia ibi est materia indifferens ad vtrunque, & par ratio, & æquitas.

SVMMARIVM.

1 *Contra procu. condemnatū non fit executio sententiæ, nec datur actio iudicati, sed contra dominum principalem si sit procurator ad negotia. num. 6.*
2 *Factores seu institores fundicorum, & stationum scribentes epistolas, & asserentes mensam esse debitricem, an ex dictis literis obligentur.*
3 *Procurator, qui obligatur ex contractu, non obligatur ex quasi contractu.*
4 *In iudicijs quasi contrahitur. Item etiam per sententiam iudicis condemnatoriam.*
5 *Contra procu. sine mandato se liti offerentem fit executio sententiæ contra eum latæ, quod tamen fallit in duobus casibus.*
6 *Sententia lata contra procu. in rem suam mandatur contra eum executioni, quia talis non dicitur propriè procurator, hinc est quòd non caderet in statuto faciente mentionem de procuratore.*
7 *Miles & mulier non possunt esse procuratores prò alijs, tamen in rem suam sic.*
8 *Procurator in rem suam dicitur cessionarius.*
9 *Ex parte rei potest etiam fieri procurator in rem suam.*
10 *Sententia lata contra tut. vel cur. non est mittenda contra eos executioni.*
11 *Si tutor vel cura. præstat aucto. pupillo, vel adulto ad adeundā hæred. ex testa. in quo fuit tutor vel procurator præteritus vel exhæredatus, istud eis non præiudicat, quominus possint dicere illud test. nullum, vel agere querela inof. test.*
12 *Licèt sententia in negocio prin. non possit mandari contra tut. vel cur. executioni, secus tamen in condemnatoria expensarum.*
13 *An condemnatio expensarum possit fieri contra procu. & in eius bonis.*
14 *Causæ vt plurimum perduntur culpa procuratorum.*
15 *Procurator per litis contest. efficitur dominus litis.*
16 *Ex generali mandato dato dominò nunquam potest procurator facere incidere dominum in pœnam.*
17 *Ad hoc vt quis possit mulctari ex inobedientia vel contumacia, requiritur, quòd sit vera, & non ficta. hinc est quod dominus non potest mulctari ex contumacia procu. secus tamen in condemnatione expensarum, quia ficta sufficit.*
18 *Executio sententiæ non potest fieri contra actorem municipij, & sic contra syndicum vniuersitatis, sed contra ipsam vniuersitatem.*
19 *Syndicus vniuersitatis non tenetur satisdare de iudicato soluendo.*
20 *Executio qualiter fiet contra vniuersitatem non habentem bursam cōmunem, vel bona communia.*
21 *Pauperes non tenentur ad collectam, quorum operæ vix sufficiunt alimentis, & tunc alij de vniuersitate tenentur pro eis soluere.*
22 *Exactōres collectarum si negligunt intra tempus exigere, poßunt personaliter capi, & cogi ad soluendum.*
23 *Si syndicus vniuersitatis habens ita in mandatis promisit aliquid, & obligauit vniuersitatem, & personas sing. item obligauit bona vniuersitatis, & bona singularium, an teneat obligatio.*
24 *Contractus factus ab eo, qui habet potestatem. l. condendæ, habet vim legis.*
25 *Vniuersitas ex suo contractu an possit obligare singulares personas non consentientes obligationi.*
26 *Valet arg.de persona ad res, vel ècontra.*
27 *Eadem res licèt non possit eße plurium insolidum, potest tamē pluribus esse obligata insolidum.*

LEX IIII.

SI se non obtulit. Contra procuratorem condemnatum non fit executio sententiæ, sed contra dominum. Nisi procurator se liti obtulerit, vel sit procurator in rem suam. Idem in tutore, actore, & curatore municipij h.d.vsque ad §.ait prætor. Et primò loquitur de procuratore cum duplici limitatione. Secundò de tutore, & curato. Tertio de actore municipum. Secunda ibi, tutor quoque. Tertia ibi, actor. Prima subdiuiditur in tres particulas. In 1. ponitur dictum bimembre. In 2. declaratio. In 3. ratio declarationis. Secunda ibi, obtulisse autem videbitur. Tertia ibi, nam hoc alia
1 ratione. ¶ † No. 1. ex isto tex. regulam, ꝙ contra procuratorem
condemnatum non fit executio sententiæ, nec datur actio iudicati, sed contra dominum principalem, eo quia procurator comparet in iudicio non suo nomine, sed nomine domini, & ad eius commodum, & incommodum.l.j.in prin.ff.de procu. Ista regula procedit in procuratore ad iudicia, secus in procuratore ad negotia, & sic in contractib. in quib. procurator bene obligatur, & fit cōtra eum executio.l.procurator, qui pro euictione.ff.de procu.& l.seruum Titij. ff.man. cum distin.tamen quæ traditur.in l.procurator, qui pro euictione.per Cyn. in l.ei
2 qui.C.quod cum eo. † Et ideo licèt factores, seu institores fun-
dicorum, & stationum scribentes epistolas, & asserentes mensam esse debitricem, & refusuros pecuniam ex ipsis nullatenus obligentur, licèt per ipsas literas mensa obligata probetur, vt est text.solennis, & reputans sing.in l.fin. ff.de instito. Tamen si in dictis literis cōfiterentur se pecuniam, vel res recepisse, licèt vt institores receperint, ex quo tamen aliquid acquisitum est eis ita scribendo, dicuntur fidem suam astrinxisse, ideo possunt conueniri exemplo procuratoris. per d.l. procurator, qui pro euictione.ſm Ang.hic, qui refert ita Flo. fuisse iudicatū in causa dñi Paduani, quod tene perpetuò mēti, quia quotidianū, & frequēter allegat ĩ practica ista decisio Ang. Adde, ꝙ idē tenet Ang.sub dubio tñ forte in l.eādem.in prin.ff.de duo.reis.tamē Pau.de Cast.in l.j.§.exercitorem. ff.de exerc. referens istam decisi.Ang.aliter tenet per illum tex.de quo etiam per Ange.in l. possessio quoque.§.fi.ff.de acq.pos.per Bal.in rub.C.de constit. pec.in 3.col.& in rub.C.de exerc.in 6.col. & quæ ponit Bar. in
3 l.j.§.nunciatio.ff.de ope.nou.nun. † Et sic habes, ꝙ procurator,
qui obligatur ex contractu, non obligatur ex quasi contractu.
4 † Nam in iudicijs quasi contrahitur.l.4. §.idē scribit. ff.de pecul.
gl.in l.2.§.fin.ff.de præto. stip. Item per sententiam iudicis condemnatoriam quasi contrahitur secundum Bald. in l. vnica.in 2.col.C.si plures vna sententia.& in l.eos.§.ne temere.ad fi. C. de app.& in l.ab executione.in vlti.col.C.quorum app. non reci. Quæ autem sit ratio diuersitatis, quare procurator obligetur ex contractu, & non ex iudicio, vel ex sententia, dic vt per
5 gl.in d.l.procurator, qui pro euic.¶ † Secundò no. ꝙ contra pro
curatorem sine mandato se liti offerentem fit executio sententiæ contra eum latæ. Et sic pondera, ꝙ iudicium agitatum cū falso procuratore non est funditus nullum, nec sententia omnino nulla, cū possit fieri executio talis sententiæ contra ipsum procuratorem, vt hic, & l.Plautius. ff. de de procu. Ideo potest

per

per dominum haberi rata.l.3.§.falsus. ff.rem ra.ha.quamuis talis sententia quo ad præiudicium domini sit ipso iure nulla.l.licet.C.de procu.& c.nostra.eo.tit. Limita istum tex. dupliciter secundum Lud.Rom.& d.Alex.hic.Primò nisi procurator iusto errore putasset se habere mandatum,tunc non fieret executio sententiæ ꝯ eum ſm Bar.in l.de pupillo.§.fin.in 2. col. ff.de ope.no.nun.& est tex.in l.Plautius.in verbo cū sciret.ff.de procu.Idem quando procurator iusto errore putabat habere mādatum legitimum,cùm non esset,ſm Io. And.in addi. Spec.in tit.de execu.senten.in §.sequitur.in versi.sed pone lite conte.in addi.incip. Albe.Galeoti.quod reputat d.Alex. multum tenendum menti pro limitatione huius.l.& d.l.Plautius.Secundò limitā,nisi aduersarius sciret offerentem se liti non habere mandatum , tunc non fiet executio sententiæ ꝯ eum per l. is qui se obtulit. cum l.seq. ff.de rei vendi. & l. qui se liti. ff.de pet.hære.

6 ¶†Tertiò nota,ꝙ sententia lata ꝯ procuratorem in rem suam mittitur ꝯ eum executioni,quia propriam,& nō alienam causam egit, vt hic in litera: hinc est, ꝙ procurator in rem suam tenetur facere expensas litis de suo proprio, cùm ad eum spectet emolumentum litis,ſm Bal.in l.j.C.de euic.hinc est,ꝙ procurator in rem suam non dicitur propriè procurator , cùm in effectu non administret negotia aliena , sed propria , ideo non caderet in statuto faciente mentionem de procuratore. gl. est ordi.in l.j.in prin.in gl.magna.& ibi Bar.ff.de procu.;Bal.in l.j. in 5.q.C.de act.& obli.Bal.& Sal.in l.qui stipēd. C.de procu. quāuis de hoc dubitauerit Spec.& Ioan.And.in tit.de procu.§.fi.in versic.vtrum autem procurator in rem suam.sed veritas est, q̄ dixi,ꝙ non est propriè procurator,nec caderet in statuto faciēte mentionem de procuratore,quod vltra prædicta cōfirma, quia procurator in rem suam non dicitur simpliciter procurator,sed cum adiuncto in rem suam,ergo non propriè,quia q̄n aliquid profertur non simpliciter,sed cum adiuncto, illud nō est propriè,vt est regula Bar.in l.Lucius.§. quæsitū.ff.de lega.3.

7 ¶†Hinc est,ꝙ miles,qui prohibetur esse procurator etiam pro patre,matre,vel vxore.l.militem.C.de procu. & de voluntate alterius partis,vt l.filiusfa.§.veterani. ff. de procu. tn̄ potest esse procurator in rem suam,vt ibi.& d.l.qui stipēdia. similiter mulier prohibetur esse procuratrix pro alio etiam cōiuncto, quia est virile officium,vt l.neque fœminas.& l. fœminæ.ff.de proc. tn̄ potest esse procuratrix in rem suā.l.quia absente.C. de pro-

8 cu. † Et procurator in rem suam dicitur cessionarius, vnde q̄n debitor cedit creditori suo alium debitorem suum , ille creditor, qui est cessionarius,est procurator in rem suam ſm Spec. in tit.de proc §.sequitur.in ver.in summa. Et de hoc habes tex. meliorem de iure in l. si procuratorem. §.fi.in fi.ff. manda.ibi, *actionem mihi cedas*, & hoc modo procuratorē me in rem meā facias,quem tex.ad hoc allegat Bald.in l.si quidem. in 2.col.C. de act.& obli.Item si vendo tibi,aut dono actionem, quā habeo ꝯ Titium,diceris procurator in rem tuam.l.2 C.de actio. & obl.Bal.& Pau.de Cast.in l.quæ omnia.§.planè.ff de procu. Et pondero, ꝙ iste text. loquitur in procuratore in rem suam ex parte rei conuenti.vnde no.ex isto tex.Ang. Imo.Raph.Cu

9 ma. & d. Alex. † quòd etiam ex parte rei potest fieri procurator in rem suam,& potest fieri etiam actore inuito ſm gl. multas leges ad hoc allegantem in l.planè.ff.fami.ercisc.& qualiter ex parte rei fiat procurator in rem suam, declarat glo.in l.Plautius.ff.de procu. videlicet si vendam,aut cedam alicui hæreditatem,in qua sint creditores, iste cessionarius erit in effectu debitor illorum creditorum , & sic in iudicio erit procurator in

10 rem suam ex parte rei conuenti , & sic debitoris. ¶† Quartò no.in versic.tutor.quòd sententia lata contra tutorem, vel curatorem non debet contra eos mitti executioni, quia ex actu, quem facit tutor vt tutor , non debet pati præiudicium. l. 2. ff. de administ.tuto. quia officium suum nemini debet esse damnosum.l.sed si quis ex signatorib.in prin.ff.quemad. testa.aper.

11 & cap.cùm non deceat.in prin.de electio.in 6. † Hinc est, ꝙ si tutor vel curator præstet auctoritatem vel pupillo,vel adulto ad adeundam hæreditatem ex testamento, in quo ipse tutor, vel curator fuit iniustè præteritus vel exhæredatus, istud ei nō præiudicat,quominus possit dicere illud testamētum nullum, vel agere querela inofficiosi testamenti, text. est notabilis propter hoc factus in l.cùm quædam. C.de admi.tut. & in l. tutorem.ff.de his quibus vt indi.& ibi text.duplicem rationem assignat.Prima,quia officij necessitas, & tutoris fides excusata esse debet.Secunda,quia ex eo,quod non iure personæ suæ, sed pu

12 pilli fecit,pœnam mereri non debet.¶ † Limita istum text.vt procedat in sententia lata in causa,vel negotio principali, quæ non mittitur executioni cōtra tutorem vel curatorem : secus est in sententia condemnatoria expensarum , quæ potest fieri contra tutorem,& curatorem, qui temere, & calumniosè litigauit,& contra eum fiet executio , & in eius bonis , vt est text. planus in l.non est ignotum. C.de admi.tut. potest tamen etiā fieri condemnatio expensarum,& executio contra pupillum, sed pupillus posteà recuperabit à tutore. l. qui solidum.§.etiā, & ibi Bar.ff.de leg.2.& l.j.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei.Et isto casu liberabitur pupillus cedendo actionem contra tutorem.l.fi. ff.de admi.tut.idem tenet Bar.in l.edita. in pen.q.C. de eden.& in l.j.§.si procurator.ad fin.ff.si quis iusdi.non obtem.Istud vltimum de cessione actionis limitat Bar.procedere,quando executio expensarum fieret finito officio tutelæ , sed eo durante cogitur pupillus soluere,& posteà repetere à tutore.d.l.qui insolidum.§.etiam. ¶Contrarium in hoc vltimo videtur tenere idem Bar.in d.l.fin.ff.de admi.tut.per illum text. loquentem de cessione,qui non facit differentiam,an sit finitum officium tutelæ, vel non. & licèt actio tutelæ non possit intentari durante officio.l.nisi finita.in prin.ff.de tute.& rati.distr.tamen eius spes bene potest cedi.l.spem. C.de don.& sequitur.d. Alex.hic. Sed caue , quia isto modo nimium differretur executio solutionis expensarum in perniciem partis vincentis , si oporteret differre vsq; quò finita sit tutela. vnde tutius videtur esse tenēdum, prout etiam tenet Raph.Cuma.ꝙ semper condemnatio expēsarum possit exequi contra tutorem , & nomine suo proprio, & in suis bonis per tex.planum in d.l.non ignotum. nec poterit tutor allegare, quòd sit condemnatus nomine pupilli , ex quo talis condemnatio expensarum processit ex dolo, & culpa tutoris,qui temere,& calumniosè litigauit, prout loquitur Bar.in l.quoties.§.sicut.ff.de admi.tuto.nam est iniquum facto tutoris pupillum damno affici.ita dicit text.l.neque infantes.in

13 prin.ff.de fideicom. lib. † Quid in procuratore,an condemnatio expensarum possit contra eum fieri in eius bonis? Bar.tenet quòd sic in duob.casib. Primò propter maleficium contemnēdo præceptum prætoris.l.vnica.§.si procurator. ff. si quis ius di. non obten. Secundò,quando fuit contumacia ipsius procuratoris, qui tenebatur aliquid facere, ad hoc etiam allegat. d. §.si procurator.& cum Bar.tenēt Imo.& latius.d. Alex.hic.& Bar.

14 in l.Plautius.ad fi ff.de procu.tamen dicit Pau.de Cast.† quòd istud malè obseruatur,quia vt plurimum causę perduntur culpa procuratorum,& tamen impensæ vadunt contra dominū, & totum damnum est domini.Ang.& Raph Cuma.tenent ꝯ Bar.quia si doctrina Bar.esset vera,sequeretur,ꝙ q̄n lis est contestata,cùm nihil incumbat domino faciendum , ꝙ condemnatio expensarum pro gestis post litem conte.nunquam fieret

15 contra dominum,ꝙ est falsum. † Tu confirma,quia procurator per litis contestationem efficitur dominus litis.l.procuratorib.& l.nihil.C.de procur. ita ꝙ de cætero debet citari procurator,& non dominus.gl.in l.j.C.de sen.& interloc.om. iu.sed ad hoc responde ex doctr. Bart. ꝙ quando iudex præcepisset ipsi domino siue ante siue post litem contestatam,dominus teneretur facere, & si procurator omitteret, diceretur negligentia, & contumacia domini , & non procuratoris, vt hic per eum. istam materiam plenius examinat Bar.in d.l.vnica. §.si procurator.vbi etiam reprehendit Inn.in c.1. vt lit.non cōtest. quem sequebatur Ang.hic. ad ibi dicta me remitto. Ponunt latè Canon.in d.c.1. Aduerte tamen,inquantum Bar.in dictis duabus fallen.& sic in secundo,& quarto casu allegat eundem text.ad ad alios duos casus,& sic ad maleficium,deinde ad omissum, & sic ad non factum.Secundò ille tex.loquitur in mera pœna, vt dicit tex.in §.fi.in eadem. l.ibi, *cum meram pœnam contineat,non transit ad hæredes*, sed hic loquitur in expensis,quæ respectu ad-

16 uersarij sunt interesse.c.in nostra.de iniu.& dam. dato.† vnde in primo casu habemus,ꝙ in generali mandato dato procuratori , nunquam procurator potest facere incidere dominum in pœnam.l.si procurator.in prin.ff.de condi.inde.Item & fortius,ꝙ ille tex.non faciat in proposito,ostenditur,nam ad hoc, vt habeat locum illud edictum si quis ius dicen. non obtemp. & sic ad hoc,vt quis possit mulctari ex inobedientia,& contu-

17 macia,requiritur,† ꝙ sit in vera contumacia, & sic ficta contumacia non sufficit,vt est gl.in §.fin.in ea.l.& ibi clarè Bar.in vlt. col.sed quando procurator est contumax, dominus non est in vera contumacia,cùm ibi sit verus contemptus prætoris , sed est in ficta,vt est tex.in c.1.& ibi Bal.ad hoc no. vt lit. non contest.& in l.neque infantes.& ibi Bar.ad hoc no.ff.de fideic.libe. & Bar.in l.sed si vnus.§.si seruus.ff. de iniu.nimirum si in d. §.si procurator. ex inobedientia, & contumacia procuratoris dn̄s non potest mulctari.ita propriè loquitur ille.§. sed in condemnatione expensarum sufficit ficta contumacia,ſm Cy. Saly.& Pau.de Cast.in l.sancimus.C.de iudi.d. Ant.de But. in c. finem litib. de dolo & contu. Io. de Imo.in l.si finita.§. Iulianus.ff.de dam.infect.Et sic cum Bar. fundet doctrinam suam in secūdo & vltimo membro in d.§.si procurator. & ille. §.non faciat, vi

18 eius doctrina corruere.¶†Quintò & vltimò no.in versi.actor, ꝙ executio sn̄iæ non pōt fieri ꝯ actorem municipij , & sic ꝯ syndicum

ſyndicum vniuerſitatis,ſed debet fieri ꝯ municipes aut ꝯ vni-
19 uerſitatem. ¶ † Hinc eſt, ꝙ talis actor municipij,vel ſyndicus
vniuerſitatis non tenentur ſatiſdare de iudicato ſoluẽdo, vt eſt
glo.not.in l.item eorum.§.actor.in verbo.de rato.ff. ꝙ cuiuſq;
vniuer.Spec.in tit.de ſatiſd.§.expedito. in ver.actor. & tunc fiet
executio contra vniuerſitatem , & non ꝯ res ſingulorũ, vt l. 2.
20 ff.quod cuiuſque vniuer. † Quid ergo ſi vniuerſitas nõ habet
burſam communem , vel bona communia, & ſic nihil habet
in communi,vt eſt videre in vniuerſitate ſcholarium,quomo
do fiet executio ſententiæ contra eum? dic ſecundum Bart.ꝙ
villa,ſeu vniuerſitas cogitur imponere collectã , ex cuius ex-
actione ſoluetur condemnatio,per glo.in l.1.§.ꝙ ſi nemo.ff.ꝙ
cuiuſque vniuer.& glo.in c.cum dilecta.in gl.fi.de reſcr.& ſi il-
li de vniuerſitate nolunt imponere collectam,iudex imponet
eis citatis.l.fi.C.de fun.patrimo.li.11. & l.vnica. C.ſump.iniun-
cti muneris ad omnes collegas pertinere. lib. 11. & talis colle-
cta debet imponi per ſolidum , & libram, & ſic ſecundum fa-
cultates patrimonij, & non per capita perſonarum, niſi cauſa
impoſitionis reſpiciat perſonas,vt hic per Bar.& no.per Bal.in
l.etiã.in pen.& vlt.col.C.de execu.rei iud.& Bal.in Auth.defun
cto.in vlt. col. C. ad Tertu. cum multis concordantijs traditis
21 per d. Alex. † & ſi aliquis de vniuerſitate nõ poſſit ſoluere par
tem ſuæ collectæ, alij de vniuerſitate pro eo ſoluere tenentur
per ſolidum,& libram ſecundum Bar.per l.1.C.de omni agro
deſer.lib.11.Sed in hoc tu diſtingue melius, vt per eundẽ Bart.
in l.ij.C.de apochis.lib.10.ſecundum quam diſt.intellige tex.in
l.legatorum.in prin.& ibi no.Bar.ff.de leg.2.& tex.in l.vnica.C.
vt nullus ex vicarijs pro alio tene.lib.11.& ꝙ no. Bart.in l.fin.§.
mixta.per illum tex.ff.de mu.& hon.& dicit Bal. in d.Authen.
defuncto.in vlt.col.& in d.l.etiam.in vlt.col. ꝙ ad talem colle-
ctam non tenentur pauperes,quorum operæ vix ſufficiunt ali
mentis,per glo.in l.omnes.la 1.in gl.fi.C.de ann.& tribu.lib.10.
22 † Item deputati ad exactionem talium collectarum, ſi negli-
gunt exigere intra tempus congruum, poſſunt perſonaliter ca
pi,& cogi ad ſoluendum . Et poſteà ipſi recuperabunt ab alijs
de vniuerſitate per ſolidum & libram ſecundum Bar. hic alle-
gantem.l.j.circa prin.in verbo decem priuatis. ff.de mu.& ho-
no. ſed non meminit Bar. allegare text. de hoc expreſſum in l.
miſſi opinatores.C.de exacto.lib.10.quem tex.ad hoc allegant
Ang.& Raph.Cuma.hic,& dicit Ang. ꝙ ita ſeruatur in practi-
ca.& ita etiam tenet Bal.in l.1.§.à quib.ff.ꝙ cuiuſque vniuer.&
in d.l.etiam.C.de execu.rei iud. ¶Vltimò quærit Bart.de quæ-
ſtione quotidiana,quæ vt dicit d.Alex.ſingulis diebus verſatur
23 in palatijs. † Syndicus vniuerſitatis habens ita in mãdatis pro
miſit aliquid , & obligauit vniuerſitatem, & perſonas ſingula-
res.Item obligauit bona vniuerſitatis,& bona ſingularium per
ſonarum,an iſtud poſſit facere, ita ꝙ per hoc ſingulares perſo
næ poſſint capi,& eorum bona? ¶Ex dictis Bar.habes tres no-
tabiles conclu:Prima eſt, ꝙ ſi talis ſyndicus fuit conſtitutus ab
adunantia generali,quæ poteſt facere legem,& ſtatuta, & talis
ſyndicus pro debito vniuerſitatis poteſt obligare ſingulas per-
ſonas,& eorum bona , ſicut potuiſſet talis vniuerſitas faciẽdo
de hoc legem,vel ſtatutum, quia tale inſtrumentum ſyndica-
tus hr̃ pro lege , cùm ſit factus ab habente poteſtatem legis
condendæ.l.pen.C.de do.inter vir.& vxo.& in l.Cæſar.ff.de pu
blica.ſecus ſi fuiſſet factus ſyndicus ab vniuerſitate,quæ nõ ha-
bet poteſtatem legis condendæ,puta à priorib. vel ſapientibus
communis.¶Secunda concluſio Bar.eſt, ꝙ talis ſyndicus crea
tus ab vniuerſitate habente poteſtatem legis condendæ obli-
gando vniuerſitatem , & ſingulares perſonas , non intelligitur
ſingulares perſonas obligare inſolidum , ſed tantum in viriles,
& pro parte,& ſic quilibet de vniuerſitate poterit tantum cõ-
ueniri pro ſua rata parte,& non in plus.l.reos.§.cùm in tabulis.
ff.de duob.reis.Niſi diceretur,ꝙ obligat homines ſingulares,&
quemlibet eorum inſolidum, vel ꝑ verba tantundẽ importan
tia.Et iſta 2.concluſio vr̃ de plano procedere. ¶ Tertia mirabi-
lis cõcluſio Bar.eſt,ꝙ licèt,qñ ſyndicus obligat vniuerſitatem,
& ſingulas perſonas non intelligatur obligare perſonas inſoli-
dum,ſed tantum in viriles,tñ qñ obligat bona vniuerſitatis, &
bona ſingularium perſonarum , tunc bona ſingularium ſunt
inſolidum obligata,per l.aliena. §.1.ff.de pig. act.cum Barto.in
omnib.tranſeunt ſimpliciter Raph. Cuma. & Pet. de Bex.hic,
Ange. & Imo.nihil tangunt. ¶Circa primam conclu. adde,ꝙ
idem vbique tenet Bar. in l.ſicut.in prin. ꝙ cuiuſque vniuer. &
in d.l.pen.per illum tex. & ibidẽ Bal. C.de do. inter vir.& vxo.
* & in l.ciuitas.in prin.& ibidem *Ang. & communiter alij*. ff.ſi cert.
pet.& in conſi.94.inci.viſo puncto quæſtionis.Bal. in l.j.§.quib.
in 2.col.ff.quod cuiuſque vniuer.Raph. Cuma.in l. continuus.
§.cùm quis.ff.de verb.oblig.Lud.Ro.& d.Alex.hic. Io.de Imo.
in conſi.54.incip.in caſu præmiſſo videretur prima facie dicen
dum,vbi limitat iſtam conclu. Bart.,& iſta prima concluſio *eſt*

* *vera & communis*. ſed Pau.de Caſt.hic refert, ꝙ contrarium te-
net Bal.in l.j.ne ſi.pro pa.& cum eo tranſit Pau. de Caſt.hic,&
24 in d.l.ciuitas.mouetur Bald.quia illud,ꝙ dicit Bar. † ꝙ contra-
ctus factus ab eo, qui habet poteſtatem legis condendę,habet
vim legis, procedit quando talis contractus fieret animo con-
dendi legem,& adhibita forma,quæ requiritur in l. condenda.
ſed quando vniuerſitas creat ſyndicum,non facit animo con-
dendi legem,& ideo vt deciſio Bar.procedat,eſſet opus,ꝙ an-
tea vniuerſitas condidiſſet ſtatutum , ꝙ omnis contractus ab
ea celebratus haberet vim legis,ſed certè, vt etiam dicit dom.
Alex.tex.in l.fi. C.de legi. vult, ꝙ ſententia Imperatoris lata in
certa cauſa particulari,tamẽ habeat vim legis generalis in om
nib. cauſis , & tamen ibi non apparet principem ſententiaſſe
animo legis condendę,nec ibi prius fuerat ordinatum,ꝙ quę-
libet ſententia principis haberet vim legis.contra Bar.etiam te
net Sal.in d.l.ciuitas.motus per gl.in l.2.in gl.magna. circa me
25 dium.C.quæ ſit longa cõſue.quæ vult , † ꝙ vniuerſitas ex ſuo
contractu non poſſit obligare ſingulares perſonas non conſen
tientes obligationi, ſed illa glo.non loquitur in vniuerſitate ha
bente poteſtatem legis condendæ.contra Bar. & ſequaces etiã
conſuluit d.Alex.ſibi contrarius, de quo eſt valde admirandũ,
in cõſi.44. 1.vol.incip. viſo them.s̃.ſcrip.& omnib.deductis in
eo.in pen.& vlt.col.¶Circa tertiam cõclu.Bar. ꝙ qñ ſyndicus
obligat bona vniuerſitatis , & bona ſingularium perſonarum,
ꝙ tunc bona ſingularium perſonarum ſunt obligata inſolidũ,
licèt ſecus ſit in perſonis,cum Bar.videtur tranſire Bald.in l.j.§.
quib.in 2.col.ꝙ cuiuſque vniuer.ſolus d.Alex.dicit,ꝙ licèt ma
xima ſit auctoritas Bar. quem nemo impugnat , & temerariũ
videretur tenere contrarium , tamen eum reprehendit , quia
tex.in l.aliena.§.j.ff.de pig.act.allegatus per Barto.nihil facit, &
non videtur probare,tamen in ſpecie aliter non reſpondet. Itẽ
mouetur,quia obligatio perſonarum,quæ eſt principalis,non
intelligitur inſolidum,ſed in viriles tantum ſecundum ipſum-
met Bar.ergo nec obligatio bonorum,quæ eſt acceſſoria,quia
acceſſorium imitatur naturam ſui prin.l.ſi eum.§. qui iniuria-
rum.ff.ſi quis cau.& cap.eccleſia.vt lit.pen.Pro hoc etiam alle.
l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pig. vbi ſi duob. creditorib. quis ſepa-
ratim obligat bona,intelligitur obligare cuilibet inſolidũ.pon-
dera illud ſeparatim,ſed hic obligatio ſingularium perſonarũ,
& bonorum ſuorum fuit facta per ſyndicum ſimul, & ſemel,
ergo non poſſunt intelligi bona ſingulorum eſſe inſolidum
obligata.Sed tu caue,quia contrarium videtur dicere text.quẽ
alleg.Bar.in d.l.aliena.§.1. ibi, ſimul, niſi intelligas ſimul.i. eod.
die,ſed in diuerſis momẽtis,vt eſt tex.in d.l.ſi fundus. §.ſi duo.
& ibi Bar.in 2.no.ad hoc punctualiter no.illum text.Ego etiam
idem teneo contra Bar. quia Bar. conſtituit differentiam inter
obligationem ſingularium perſonarum, & obligationem bo-
26 norum, † quod non videtur bene dictum, quia bonum eſt ar-
gumentum de perſona ad res, & ècontra , vt l.qui plures libe-
ros.ff.de vulg.& pup.& l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum.ff.de
lega. 1. & tantomagis in propoſito noſtro,cùm vt dictum eſt,
obligatio perſonarum ſit principalis , & obligatio bonorum
acceſſoria,ergo debet regulari ſecũdum principalem,ſed pun-
ctus eſt videre,an tex.in d.l.aliena.§.1.allegatus per Bar.probet
eius opinionem,vel non D.Alex.vt dixi ingenuè fatetur,quòd
nihil probet,ſed aliter non declarat,credo ex eo, quia text.ſolũ
dicit ex plurib. eadem res ſit obligata ſimul, ideſt eo. tempore
omniũ æqualis eſt cauſa , & ſic ex quo omnes creditores ſunt
pares in tempore,ſunt etiam pares in iure pignoris, iſtud bene
vult ille tex.ſed non dicit , quòd illa res ſit cuilibet obligata in-
ſolidum,de hoc inſolidũ in tex. verbum nullum, ergo non fa-
cit pro Bar.ſed tu caue,quia ſi illa res non eſſet omnib. obliga-
ta inſolidum,non eſſet æqualis conditio omnium , ſi aliqui eſ-
ſent creditores in maiori ſumma alij in minori , & aliter text.
27 redderetur de indubitabili. † Et propterea licèt eadem res non
poſſit eſſe plurium inſolidum.l.ſi vt certo.§.ſi duob. vehiculũ,
cum ſi.ff.mandati.& l.3.§.ex plurib.s̃.de acqui.poſ. tamen po-
teſt eſſe pluribus obligata inſolidum,vt ibi etiam not.Barto.&
Mod.tamen tenendo contra Bart. reſpondeo ad illum text. ꝙ
non facit in propoſito , quia ibi obligatio pignoris, & ſic ac-
ceſſoria non eſt maior, quàm eſſet obligatio principalis, & ſic
cuiuslibet creditoris,& tamen ſecus eſſet in caſu noſtro ſecun
dum Barto.vbi obligatio bonorum eſſet inſolidum,& tamen
obligatio principalis perſonarum eſſet tantum in viriles, & ſic
pro rata.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnatus per ſententiam ſoluere,non liberatur dando idoneos fide-iuſſores.*
2 *Statutum ſi diſponat, quòd condemnatus de crimine in pœna pecunia-*
ria,ſi

ria, ſi eam non ſoluerit, amputetur ſibi pes, non liberabitur dando fideiuſſores.

3 *Expromiſſor dicitur, qui intercedit pro non obligato, hinc eſt, quòd ſi ſtatutum faciat mentionem de expromiſſore, non habebit locum in fideiuſſore.*

4 *Quando poſſit ſolui vnum pro alio inuito creditore.*

§. Ait prætor. Condemnatus per ſententiam ſoluere, non euitat coactionem,
ſi paratus eſt ſatiſdare de ſoluendo niſi ex magna cauſa. h. d.
Diuiditur in quinque partes. In 1. ponitur edictum prætoris.
In 2. circa illud formatur vna q. In 3. ponit̃ opi. Labeonis ſup-
plentis ad edictum prætoris. In 4. aſſignatur ratio edicti, per q̃
reijcitur illa ſuppletio Labeonis. In 5. & vlt. ſaluatur opin. La-
beonis in magna cauſa. Secunda ibi, quid ergo ſi pecuniam.
Tertia ibi, & ait Labeo. Quarta ibi, ſed ratio pecuniæ. Quinta,
1 & vlt. eſt ibi, ex magna tamen. ¶ † No. 1. ꝙ condemnatus per
ſententiam ſoluere non liberatur dando idoneum expromiſ-
ſorem, & ſic dando fideiuſſores, vnde facit iſte text. ad iſtud ꝙ
no. decidit Bart. in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod.
2 pig. vel hypo. ſol. per illum tex. † ꝙ ſi ſtatutum diſponat, quòd
condemnatus de crimine in pœna pecuniaria, ſi eam non ſol-
uerit, amputetur ſibi pes, dando fideiuſſores non liberaretur ab
amputatione pedis, quia datio fideiuſſorum, vel pignorũ non
eſt ſolutio, ſed ſatisfactio. Idem tenet Bal. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog.
d. Alex. ĩ. proximo. §. facit, quod tenet Bart. in l. ſolutionis. ff. de
ſol. quamuis idem Bar. de hoc dubitet, & relinquat indeciſum
in l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. Item adde, quod decidit Bal. in
c. cum aliquibus. de re iud. vbi per illum tex. no. quòd condem
natus non intelligitur ſoluere, licet pignora, vel fideiuſſores of
ferat. Et per hoc infert, ꝙ ſi aliquis eſt condemnatus pro male-
ficio in centum, & ſi intra menſem non ſoluerit illa centum,
pœna duplicetur, non ſufficit iſti condemnato intra menſem
offerre pignora in communi. Item adde, quod decidit Bar. in l.
ſtatulib. §. ſi quis ſic acceperit. ff. de ſtatulib. & l. j. ff. de cuſto. reo.
quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd in criminalib. qui non poteſt
ſoluere condemnationem pecuniariam, ſcilicet de mille, capi-
te puniatur, non ſufficit, quòd velit tradere fideiuſſores. ¶ Se-
cundò ego pondero iſtum text. in ver. *expromiſſorem habeat*, con
3 tra vnam doctr. omnium indifferenter, quæ habet, † quòd ex-
promiſſor dicitur, qui intercedit pro non obligato, vt l. & ele-
ganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dol. quem text. ad hoc reputat
ſingularem Ang. in l. 5. §. ſatiſacceptio. ff. de verb. obli. ſed ſecun
dum Imo. Lud. & d. Alex. ibi ſunt alij text. in l. aliquando. ff. ad
Velleia. in l. ſi quis accepto. ff. de condi. ob cau. & in l. qui liber-
tinus. §. fi. ff. de ope. lib. & eſt glo. magiſtralis, & melior de iure
in Auth. de fideiuſ. in prin. in glo. magna in verſi. fideiuſſores.
coll. 1. vbi glo. ad hoc punctualiter alleg. d. l. & eleganter. §. ſer-
uus pactionis. Et vltra eos iſtud patet ex vi vocabuli. nam dici
tur expromiſſor extra obligationem promiſſor, & ſi ſtatutum
faciat mentionem de expromiſſore, non procederet in fideiuſ-
ſore, nec è contra, ſecundum Bal. in l. in perſonã. §. j. ff. de pact.
iſta doctri. communis videtur confundi per iſtum text. in ver.
expromiſſorem, & tamen hic intercedebat, vel volebat inter-
cedere pro obligato efficaciter, & executiuè. Eſt verum, quòd
liber meus ſcriptus dicit promiſſorem, & nõ expromiſſorem
tamen communis litera habet expromiſſorem. Sed ad idem
contra communem doctrinam eſt etiam text. planus, & ineui
tabilis in d. l. 5. §. ſatiſacceptio. ff. de verb. obli. in §. expromiſſo
res, qui idem promittant, licet glo. ibi exponat expromiſſores,
ideſt fideiuſſores, ſed eſt violare illum text. ¶ Tertiò iſtum tex.
ibi ex magna, & idonea cauſa. intelligit Bar. cum glo. pro rei, &
perſonæ qualitate, iuxta. l. 2. s̃. eo. & addidit duos caſus in l. fin.
§. & ſi præfata. C. de iure deli. & in Auth. hoc niſi. C. de ſolu. ſed
illa duo iura nihil faciunt in propoſito, quia ibi ſunt caſus ſpe-
4 ciales, in quibus poteſt ſolui aliud pro alio, de quibus latè † di-
xi in l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet. ſed hic nihil volebat ſoluere,
ſed ſolùm dare expromiſſorem, vel fideiuſ. vt differret ſolutio
nem iudicati. Aliam cauſam addunt Ray. Ange. Imo. Rapha.
Cuma. & alij, quando quis eſſet condemnatus ad reddendum
rationem adminiſtrationis ad certum tempus ſub pœna, & ad
ſoluendum reliqua, quæ reſtant ſi rationes ſunt intricatæ, ſuffi-
cit dare fideiuſſorem de ſoluendo calculatis rationibus, vt l. ſta
tuliber rationem. & l. ſeruus ſi hæredi. §. fin. ff. de ſtatulib. & hic
latius per do. Alex. dixi de hoc vltimo in l. j. ff. qui ſatiſda. cog.
Sed caue, quia iſta cauſa eſſet vera in ſe, ſed non conuenit ad
iſtum tex. qui dicit condemnatus, vt pecuniam ſoluat, & ſic de
bitum condemnationis erat liquidum.

SVMMARIVM.

1 *Cautio in quo differat à ſatiſdatione.*

2 *Priuilegium actionis nouatæ non tranſit in actionem nouantem, & ſic priuilegium executiuum ſententiæ non tranſit in ſtipulationem nouantem.*

3 *Sententia de iure communi habet executionem paratam implorato iudicis offi. pro eius executione.*

4 *Executio ſententiæ non impeditur contra condemnatum, licet velit dare pignora, vel fideiuſſores.*

5 *Qui promiſit mihi dare cẽtum in paſchate, vel dare obſides, aut pignus ſufficiens eueniente paſchate, vel dare pignus aut obſides, an poſſim cogere ad ſoluendum illa centum.*

6 *In alternatiuis rerum, quarum quælibet eſt in obligatione, & ſolutione, electio eſt debitoris, ſecus ſi vna ſit in obligatione, altera verò ad cautelam creditoris, vt ei magis ſit cautum.*

7 *An per prouiſionem hominis intelligatur eſſe receſſum à prouiſione legis.*

8 *Ex ſententia lata contra procuratorem competit duplex actio iudicati, vna vtilis, & efficax contra dominum, altera directa contra eius procuratorem.*

§. Si ex conuentione. Per cautionem de ſoluendo iu
dicato non tollitur executio ſententiæ, niſi fiat animo nouan-
di, nec per pignorum aut fideiuſſorum dationẽ. h. d. Vel ſic. Si
ſententia fuerit in ſtipulationem deducta animo nouandi, ceſ-
ſat eius executio, ſecus ſi dati fuerint fideiuſſores, vel pignora
pro eo, quod continetur in ſententia. h. d. Et limitat. §. præcedẽ
tem, qui loquitur parte inuita, hic ex voluntate vtriuſque par-
tis. Diuiditur in tres partes principales. In 1. ponitur vnũ dictũ
cum limitatione. In ſecunda aliud cum aſſignatione rationis.
In 3. extenſio. Secunda ibi, ſed & ſi pignora. Tertia ibi, idem ob
1 ſeruandum eſt. ¶ † In tex. ibi, cautum ſit, ſcilicet per ſimplicem
ſtipulationem. & in hoc differt cautio à ſatiſdatione, quæ re-
quirit pignora, vel fideiuſſores. l. ſancimus. C. de verbo. ſigni. &
pondera, quòd iſta cautio, ſeu ſtipulatio continebat idem, ꝙ
prima obligatio iudicati, & ſic nec plus nec minus, ſed tantun-
dem, & non interuenit noua perſona. Et ſic etiam de iure iſto
Digeſtorum nõ præſumatur nouatio. l. ſcire debemus. in prin.
ff. de verb. obli. Bar. hic, & latius in l. pen. ff. de præto. ſtip. & in l.
qui vſumfruct. de verb. obli. Niſi hoc eſſet factum animo no-
uandi, vt dicitur in litera, vnde caueat ſibi actor, ne à condem
nato per ſententiam recipiat poſteà amplius promiſſionem,
ſeu cautionem de ſoluendo iudicatum ex cauſa nouationis,
quia perderet beneficium executionis, quod habet à ſententia,
& redigeretur ad initium nouæ petitionis, vnde ſi minor hoc
faceret tanquam læſus, reſtitueretur in integrum. l. minor 25.
2 ann. cui fideicom. in prin. ff. de min. ¶ † Not. 1. ex iſto text. quòd
priuilegium actionis nouatæ non tranſit in actionem nouan-
tem, & ſic priuilegium executiuum ſententiæ non tranſit in
ſtipulationem nouantem, & ad hoc glo. 2. alleg. bonas concor.
& ratio eſt ſecundum Barto. & alios, quia cùm debitum ſit fa-
ctum liquidum in iudicio per ſententiam iudicis, ad eius exe-
cutionem ſe extendit officium iud. ſed quando poſteà deduci-
tur à partibus in aliam obligationem extraiudicialem, ceſſat
iſta ratio executionis. Hinc infero, quòd ſi iſta cautio, ſeu pro-
miſſio fieret in iudicio præſente iudice, & acceptante, & facien
te præceptum de ſoluendo, tunc etiam haberet executionem
paratam. l. ſi debitori. ff. de iud. & l. 1. ff. de confeſ. quia tunc ceſ-
ſaret ratio Bar. & Docto. ¶ Secundò nota ex text. ibi, ordo exe-
3 cutionis, † ꝙ ſententia de iure cõi habet executionem paratã,
& ita ẽt alle. iſtum tex. Bar. in l. intra dies. ĩ. eo. tit. ad idẽ eſt tex.
in l. minor 25. ann. cui fideic. ff. de min. intellige verum, qñ im-
ploratur officium iudicis pro executione ipſius ſñiæ, ſecus ſi in
tentaretur actio iudicati, vel in factum, tunc requireretur libel
lus, & litis conteſt. & ſic tunc non haberet executionẽ paratã,
4 vt declarat Bar. in l. infra dies. ĩ. eo. ¶ † Tertiò no. in verſi. ſed &
ſi pignora, ꝙ licèt condemnatus dederit pignora, vel fideiuſſo
res, non per hoc impeditur executio ſñiæ ꝗ eum in alijs bonis,
vel in perſona debitoris, qñ captura perſonæ nõ eſſet aliàs pro
hibita, rationem aſſignat text. in verſi. quippe. ſm ꝙ antiquitus
* *Bar. & omnes intelligunt*, quia datio pignorum, & fideiuſſorum
fit, vt magis ſit cautum creditori, & ſic ad roborandum, & ꝯnr
ad augm̃, ergo non debet operari diminutionem, vt l. ſi manci
pia. ff. de fun. inſtr. facit. l. ꝙ fauore. C. de legi. & c. ꝙ ob gratiam.
de reg. iur. in 6. Ego aliter, & notabilius intelligo rationẽ iſtius
tex. in verſi. quippe. qui dicit, quippe cùm acceſſerit aliquid rei
iud. nõ eſt à re iudicata receſſum, pondero verbum acceſſerit,
vult enim dicere tex. ꝙ cùm datio pignorum & fideiuſſoris ſit
acceſſoria, & ſic non põt ſtare ſine principali. l. naturaliter. ff. de
cond.

cond.indeb.& in regula accessorium. de reg. iur.ergo, qui dat pignora, vel fideiussores pro re iudicata,aut accipit, non vult eam nouare,imò agit, vt non fiat nouatio, quia accessorium non potest per se stare sine principali. Item, quia accessorium non potest extinguere suum principale,sicut nec confirmare.l. ex pupillari.ff. de vulg. & pupil. Tenendo primam decla. facit iste text. ad notabi. decisionem,quam ponit Bart. post Gul. de
5 Cun.in l.quamuis.per illum text.ff. de pig. act. † ꝙ si promisisti mihi centum in Paschate,vel dare obsides,aut pignus sufficiēs, ꝙ si eueniente Paschate tu vis mihi dare pignus aut obsides, ego possum te cogere ad soluendum illa centum, quia illud de dandis obsidib. vel pignoribus fuit inductum fauore mei creditoris,vt esset mihi magis cautum, ergo non potest retorqueri in oppositum,& vltra Bar.facit solennis text.in l.causam. §.puellam.ff.de manu. & in l. qui legati. C. vt in pos. lega. Nec obst. ꝙ in alternatiuis electio sit debitoris.l. plerunque.in fin. ff.
6 de iur.dot.& in regula in alternatiuis.de reg.iur.in 6.† ꝙ procedit in alternatiua rerum, quarum quælibet est in obligatione, & solutione, sicut si vna est in obligatione, altera ad cautelam creditoris,vt ei magis sit cautum. Item secundum Bart.si debitor non posset præcisè cogi ad soluendum illa centum, esset in electione debitoris,an deberet, vel non,contra reg.l.2.§. Scæuola.aliàs incipit.l.Scæuola. in princ.C. de eo, ꝙ cert.loc. ergo alternatiua illo modo intelligi non debet. Et cum Bart.tenent Pau.de Cast.& do. Alex. hic. istam decisi.Bart. sequuntur Alb. de Ros.Raph.Fulg.& Pau.de Cast.in d.l quāuis.Pau.de Cast.in l.cùm proponas.ad fin.C.de transact.do.Alex. in l.1. in 1.colu. ff.qui satisd.cog.Sal.in d.l.ꝙ fauore.in vlt.col. C.de legi. vbi sequitur decisionem Bart.licèt eius solutiones impugnet, *& ista est communis sententia*, [a] à qua nemo discrepauit. Ego semper dubitaui de ista decisio.Bart.& communi,quia fundamentum Bart.& commune non videtur mihi verum, ꝙ ista promissio alternatiua sit facta fauore creditoris, ergo non debet contra eum retorqueri.ego non video,in quo illa alternatio possit dici apposita fauore creditoris,imò si verum amamus,est mero fauore debitoris,nā soluere in certo termino, istud bene posset respicere fauorem creditoris, sed illa alternatiua, ꝙ teneatur soluere centum in festo Paschatis, vel dare obsides,aut dare pignus,videtur mihi, ꝙ respiciat solum merum fauorē debitoris,ꝙ possit alterum ex istis tribus facere,non autem,quod ista alternatio sit facta,vt sit magis cautum creditori,sed vt debitor possit eligere,quid velit ex istis tribus, vel soluere,vel dare obsides,aut dare pignora. Nec obst. fundamentum Bartol. quòd si esset in electione debitoris non soluere,sed dare pignora,vel obsides,quòd esset in electione debitoris,an deberet,cōtra regu.d.l.2.§.Scæuola, quia errat Bart. & ad hoc respondeo ex mente Saly.& Fulg.in d.l.quamuis. & Sal.in d.l.quod fauore, quòd ista conuentio debet sanè, & realiter intelligi, quòd datis pignorib. debitor non posset cogi ad soluendum in Paschate,& sic in termino,non tamen quin in futurum possit cogi soluere, & quin pignus datum possit posteà vendi,ita posset teneri contra decisionem Bart.& communem, considerando bene,quia in hoc consistit punctus,cuius fauore illa promissio alternatiua principaliter processerit, & alio non apparente videtur,ꝙ in dubio respiciat fauorē debitoris.¶Gl. in verbo,nouatio.diuiditur in quatuor partes. In prima declarat text.In secunda respondet tacitæ quæstioni.In qua dic melius,vt hic per Bar. & per eundem Bar.in l.pen.ff.de præto.stip.& l.qui vsumfruct. ff. de verb. oblig. In tertia allegat tres bonas concordantes ad text.In 4.opp.& non soluit, sed ibi dic,quod secunda stipulatio continebat plus tempore prima, ideo ibi fit nouatio, quod non est hic,ibi stipulatio continebat idem, ꝙ prima obligatio iudicati,prout declaraui in text. ¶Gl. in vers. non est.in
7 fin.Bart.& alij respondent ad oppositionem glo.† ꝙ per prouisionem hominis intelligitur recessum à prouisione legis, verū est,quando est prouisio specialis extraordinaria, ita loquuntur iura allegata per glo.ratio, quia facilius tollitur ius speciale,& singulare quàm ius commune. l. eius militis. §. militia missus. ff.de test.milit.& §. ꝙ verò verisimile.in Auth. de aliena. tu responde aliter,vt dixi.s.in 2.not.ꝙ hic dando pignora, vel fideiussores agebatur, vt firma remaneret res iud. & vt non fieret nouatio, quia accessorium non potest stare sine principali, & hoc voluit iste tex in vers.accesserit,vt supra dixi.¶Glo.fin.in vers.condemnatus.In ista gl.ibi, licèt directa nō sit nouata.s.comperens contra procuratorem, sed istud non videtur bene dictum secundum Dyn.& Alb.de Ros. quia contra procuratorem nulla datur actio,nisi sit procurator in rem suā, aut se liti non obtulerit,vt dicitur in prin.huius.l.Ang.dicit, ꝙ ad saluandam istam glo.oportet te præsupponere,ꝙ loquatur in casu, in quo sententia poterat mandari executioni tam cōtra procuratorem,quam contra dominum, vnde tunc ista gl. est diligenter notanda, quòd si dominus isto casu animo nouandi promisit illud, ꝙ in sententia erat deductum, sola vtilis nouatur,& non directa, vnde contra dominum bene cessat ordo executionis,sed nōn contra procuratorem,quod est tenendum menti secundum eum. Tu autem,vt clare habeas istam
8 gl.not.ex ista glo.duas concl. Prima, † ꝙ ex sententia lata contra procuratorem competit duplex actio iudicati, vna vtilis, & efficax, quæ competit contra dominum, alia directa contra eius procuratorem propter ius directum instantiæ, ꝙ est penes eum,cùm procurator per litis contest.esset effectus dominus litit.l.procuratorib. & l. nihil arbitratur.C. de procu. & illa est inutilis & inefficax, si opponatur exceptio. ita intelligitur prin huius. l. secundum Imo. & Alex.hic, sicut ècontra actio iudicati actiuè datur procuratori vincenti pro executione sententiæ contra reum,licèt obstet exceptio.l.si procurator meus. ff.de procur.Bart. in l. hoc iure.ff.de solu. vbi etiam ad hoc allegat istam glo. quam etiam alleg. idem Bart. in l.1. in 2.col C. de sen.& interloc.omn.iud.¶Secunda conclusio glo.est,quòd si innouatur vtilis actio iudicati per dominum, non per hoc tollitur directa contra procuratorem, intellige sanè secūdum Comensem, quòd non tollitur ipso iure, sed bene in effectu, & sic opposita exceptione.l.si cum emptore.ff.de pactis.

ADDITIO.

a ¶Communis sententia. Pro qua vide, quæ scribit Bart.in l.quamuis.ff.de pig. act.Rip.Responso. 146.post.nu.3. Cagno.in l. vnica. in prin.num.77.ff.si quis ius dic.non ob temp.Dec.cons.12.Rub.Alex.cons.137.

SVMMARIVM.

1 *Tempus in sententia statutum supplet tempus legale,si est maius, si verò minus, à lege suppletur.*

2 *Tempus assignatum à iudice in sententia incipit currere à tempore latæ sententiæ.*

3 *Condemnatus sub conditione non debet se solutioni parare.*

4 *Quando appellatum est à sententia, & iudex appella. confirmauit primam sententiam, tunc tempus solutionis incipit currere à die latæ secundæ sententiæ, si verò sit deserta appella. an cogatur illico soluere.*

5 *Iudex sine causa non potest abbreuiare tempus quadrimestre indultum à lege iudicatis.*

6 *Tempus taxatum à statuto,vel consuetudine,si iudex per errorem assignauit minus,supplebitur à statuto,vel consuetudine.*

7 *Quando iudex exprimit tempus,quod tacitè inest à lege,licèt addat maius,tamen illud,quod tacitè inerat à lege,dicitur potius tempus legale quàm tempus iudicis.*

8 *Si arbiter condemnauit aliquem ad soluendum intra quatuor menses sub certa pœna, quòd elapso quadrimestri possit moram purgare. Sicut,quando dies apponitur à lege,& pœna ab homine,admittitur purgatio moræ.*

9 *Quando dies apponitur à lege,& pœna ab homine,bene admittitur purgatio moræ.*

§. Si quis condemnatus.

1 † Tēpus in sententia statutū supplet tp̄s legale,si est maius, & si est minus à lege suppletur.h. d. vel sic plenius.Tempus in sententia assignatum condemnato ad soluendum currit à tp̄e latæ sententiæ, & si est minus tempore legali indulto iudicatis, suppletur per legē vsque ad tempus legitimum, si est maius computatur in eo tēpus legitimum, & vtrunque habetur.h.d. Diuidit̄ in duas part. In 1.ponit thema,& q.In 2.bimēbris responsio.Secunda ibi,sed si quidem minorem.¶Nota.1.ex isto text.iuncta gl. in vers.tp̄s.
2 regulam,ꝙ † tp̄s assignatum à iudice in sn̄ia incipit statim currere à tp̄e latæ sn̄iæ, & istud etiam procedit, qn̄ iudex in sn̄ia nullum tp̄s assignasset,nam tp̄s quadrimestre,ꝙ datur à lege iudicatis sine ministerio iudicis,incipit currere à die latæ sn̄iæ, vt l.2.C.de vsu.rei iud. Limita ista,... reg.procedere s̄m glo.nostrā, qn̄ sn̄ia est lata purè.secus,si sit lata sub conditione, qa pendente conditione non currit condemnato tp̄s ad soluendum,q̄uis pendente conditione currat tp̄s ad appellandum, vt est text.in l.1.§.biduum.ff.qn̄ appel.sit. Pro primo dicto, ꝙ condemnato sub cond. non currat tp̄s ad soluendum,gl.nihil allegat, sed ꝑ secundo allegat, qa est in potestate litigatoris statim appellare. q. d. ꝙ non est in potestate condemnati sub conditione soluere,vt statim sequatur liberatio,vt l.sub cōditione. ff.de sol. Pro
3 ista glo. facit, quia † condemnatus sub condi. non debet se solutioni parare, cū forte speret conditionem non existere. l.traiectitiæ.§.1.ff.de act. & oblig. & sic non est sibi imputandum,si interim de solutione non prouidit, cùm nesciret,an esset futurus debitor, sed in appellatione non requiruntur præparamenta, cum possit fieri solis verbis. l.2 .ff.de appella. Item tempus, quod datur iudicatis ad soluendum,datur pro executione sententiæ, sed sententia conditionalis non meretur executionem ante

ante conditionis euentum,quia poteſt deficere conditio, & nõ erit ſententia,meritò interim non currit tẽpus ad ſoluendum, cũ adhuc ſoluere non teneatur, ſed appellatio tendit ad reſcindẽdum ſententiam.l.fin. §. 1.ff.ad Turpil. poſito ergo, ꝙ ſententia ſit conditionalis,tamen ſtatim poteſt appellari,vt reſcindatur ſpes ipſius ſententiæ, ideo tempus ad appellandum ſtatim poteſt currere.d.l.1. §.biduum.ff. qñ appel.ſit. Secundò limita,
4 qñ à ſententia † condemnatoria fuiſſet appellatũ, & iudex appellationis confirmaſſet primam ſententiam, tunc tempus ſoluendi incipit currere à die latæ ſententiæ, & non prius. text.eſt in l.2.C.de vſur.rei iud. Et facit ratio,quia tunc agitur ex ſententia appellationis confirmatæ, & non ex prima ſm Bart.& alios in l.1.vbi dixi.ſ.eod. Si autem appellatio eſſet deſerta, qñ incipiat currere tempus ſolutionis,habes glo. notabi. in l.2.in verſ. executioni.& ibi Bal. & alij.C.de temp.appel. quicquid teneat idem Bal. in l. quoniam nonnulli. C.de appel. per illum text.in verſ. mox. vbi mirabiliter tenuit, ꝙ qñ appellatio fuit deſerta, condemnatus illico cogitur ſoluere, & non habet ſpatiũ quatuor menſium,ꝙ aliàs datur condemnatis ad ſoluẽdum, quẽ reprobat do.Alex.hic,& plenius in d.l.debitorib.ſ.eo.vbi iſtud reſeruo examinandum, quia text. in d.l.nonnulli.in verſ.mox. loquitur in debitorib.fiſcalib. qui non habent quadrimeſtre tẽpus ad ſoluendum,& dicam plenè in d.l. debitorib. ¶Secundò
5 not.ex text.ibi,ſuppletur ex lege, † ꝙ iudex ſine cauſa non poteſt abbreuiare tẽps quadrimeſtre indultum à lege iudicatis, patet,quia ſi abbreuiat,ſuppletur à lege tempus, vt in litera. Iſtũ tex.limitat Bart.in l. 2.in vlt.col.in 3.q.ſ.eod. vt procedat in tẽpe indulto à lege ſine miniſterio iudicis, ſecus ſi eſſet indultum à lege cum miniſterio iudicis,tunc lex non ſupplet,ſed debet appellari,vt ibi per eum,facit text.in c.quo ad conſultationẽ.eod.
6 tit.& ibi latè do.Abb.in 5.col.ad fi.& ſequenti. Adde,† ꝙ ſi iſtud tẽpus quadrimeſtre,ꝙ datur à lege condemnatis,eſſet per cõſuetudinem abbreuiatum,& redactum ad tempus 10.dierum & iudex ſtatuit quinque dies, alij quinque ſupplentur ex conſuetudine,ita per iſtum text.tenet Bald. in l.2.in 2.col.C.de exe. cu.rei iud. Alibi per iſtum text.determinat notabi. Bal.in l.ſi ea in vlt.col.in pen. q.C. qui accu. non poſ. ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ꝙ contumax ponatur in banno, in quo aſſignetur ei terminus octo dierum ad comparendum, intra quem ſi non comparuerit,habeatur pro confeſſo, & conuicto, & iudex per errorem aſſignauit ſolum terminum ſex dierũ, certè elapſis octo dieb. aſſignatis à ſtatuto habebitur pro confeſſo, & conuicto, quia tempus breuius taxatum à iudice ſuppletur à ſtatuto per hũc text.& ſequitur Petr. de Anch. in commen. c.canonum ſtatuta.de conſt.in verſ.item quæritur ſtatuto cauetur, ꝙ reus,& d. Alex.hic,quamuis contrarium videatur tenere idem Bald. in l.
7 1.C.de requi.reis.¶Vltimo not.gl.fin.quæ dicit,ꝙ † quando iudex exprimit tempus, ꝙ tacitè inerat à lege, licèt etiam addat maius, tamen illud, ꝙ tacitè inerat à lege,dicitur potius tẽpus
8 legale,quàm tempus iudicis. facit ad notabilem. q. † ꝙ ſi arbiter condemnauit aliquem ad ſoluendum intra quatuor menſes ſub certa pœna, ꝙ elapſo quadrimeſtri poſſit moram pur-
9 gare, † ſicut quando dies apponitur à lege, & pœna ab homine,tunc admittitur purgatio moræ.l. ſi cùm dies.& l. ſeq.ff.de arbitris. ſecus ſi illud tempus cenſeretur habere ab arbitro, quia poſt lapſum illius temporis incideret in pœnam compromiſſi,& non poſſet moram purgare, cùm ibi ſit dies, & pœna ab homine,& eſt text.in l.Celſus.in princ. ff.de arbitris, quia vt ibi dicit gloſ. quæ quotidiè allegatur, mitius agitur cum lege quàm cum homine,tamen Bart. in l.3. in 1.q. ff. de leg. 1. poſt Petr.& Cyn.determinat contrarium, ꝙ iſta gl.loquatur in iudice, qui tenebatur ex neceſſitate illud tempus quadrimeſtre apponere,vnde ſi illud exprimat, cenſetur legale.ita propriè loquitur iſta gl. ſed ſi arbiter tale tempus exprimat,facit hoc voluntariè,quia poterat aliam diem ſtatuere.l.quid tamen.§.ſolutioni.ff.de arbitris. ergo non debet cenſeri tempus legale, nam pars cenſetur illud tempus habere ab arbitro, & ſic non poterit moram purgare.d.l. Celſus.in prin. De iſta.q. dixi ordinariè poſt alios in d.l.3.ff.de leg.1.& in l. ſi arrogator.vbi etiam Bart. ponit.ff.de adopti.ideo ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia negatiua important totalem nullitatem ipſo iure.*
2 *Sententia nulla non eſt ſententia.*
3 *Iudex,qui tulit ſententiam nullam, non tenetur parti in ſyndicatu, nec facit litem ſuam.*
4 *Sententia nulla non meretur executionem, imò ſi facta eſt,debet retractari.*
5 *An,& quando exceptio nullitatis poſſit opponi ad impediendum executionem.*
6 *Citatio probatur per verba enunciatiua iudicis facientis mentionem in ſententia de citatione.*
7 *Quando negatiua eſt fundamentum alicuius,tenetur eam probare.*
8 *In dubio præſumitur præceſſiſſe citatio ad hoc, vt ſententia valeat,dato,quòd in ſenten.non fuerit facta mentio de citatione.*
9 *Si appareret, quòd gratia differendæ ſolu. opponeretur nullitas,etiam ſi ſe offerret pars incontinenti probare paratam,non impediretur execu.ſententiæ.*
10 *Quando iudex veriſimiliter ſuſpicatur exceptionem calumnioſè opponi, poteſt eam reijcere,dato,quòd eſſet peremptoria.*
11 *Si iudex præſumit malitiam contra tertium volentem impedire executionem ſententiæ ratione ſui intereſſe, non debet audire,nec curare de appel.quod eſt plus.*
12 *Etiam à ſummaria cognitione poteſt quis repelli, vbi præſumitur calumniari.*
13 *Exceptio non præſumitur calumnioſè opponi, quando probationes offeruntur incontinenti,licèt ad cautelam iuramentum offeratur.*
14 *Leuis præſumptio contra opponentem non ſufficit ad eum repellendum.*
15 *An impediatur executio, vbi quis habet tres ſententias pro ſe conformes,ſi opponatur,quòd omnes ſunt nullæ, vel altera earum, vel vltima.*
16 *Si ſententia eſt confirmata per ſuperiorem, allegatio nullitatis,etiam ſi non exigat altiorem indaginem,non admittitur.*
17 *Etiam quando ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictio.iudicis,& fuiſſet confirmata, & à ſententia confirmante non eſſet appellatum,non poſſet opponi excep.nullitatis.*
18 *Exceptio nullitatis requirens altiorem, & prolixiorem indaginem, nõ impedit executionem iudicati.*
19 *Quando opponitur nullitas ex defectu iuriſd.iudicis procedentis,eſt admittenda,& impedit executionem,dato,quòd requireret altiorem indaginem.*
20 *Exceptio nullitatis proueniens ex defectu iuriſd. nunquam intelligitur eſſe reiecta,etiam poſt tres ſententias conformes.*
21 *Quando executio eſt irretractabilis, exceptio nullitatis impedit talem executionem.*
22 *Vbi periculum eſt irreparabile,recedimus à regulis iuris communis.*
23 *Captura perſonæ eſt ignominia irretractabilis.*
24 *Contra minorem 25.annis non poteſt fieri executio per capturam.*
25 *Apud graues perſonas maior iniuria reputatur captura perſonæ,quam rerum,& ſic bonorum.*
26 *Reſtitutio in integ.etiam ſi exigat altiorem indaginem, impedit executionem ſententiæ.*
27 *Reſtitutio in integ.eſt quædam ſpecies appellationis.*
28 *Contra ſententiam Principis non ita de facili admittitur reſtitutio propter præſumptionem,quæ reſultat ex ſententia vnius magni Principis.*
29 *Reſtitutio in integrum, quæ petitur aduerſus ſententiam latam ab aliquo iudice inferiori, habet vim appel. & impedit execu.ſecus verò, quando petitur contra ſententiam Principis, vel Regis, quando ipſa eſt potius quædam ſupplicatio, quia per viam ſupplicationis gratia conceditur.*
30 *Quando dicatur exceptio incontinenti poſſe probari.*
31 *Vbi aliquid non reperitur determinatum à iure, ſtatur arbitrio, & declarationi iudicis.*
32 *Statutum,quòd contumax non poſſit appellare,intelligitur de ritè contumacibus,& ſic de ritè citatis.*
33 *Licèt appellans faciendo aliquem actum coram iudice à quo appellauit, cenſeatur renunciaſſe appel.hoc eſt verum,ſi actus fuit validus, aliàs ſecus.*
34 *Si vigeat ſtatutum quòd bannitus poſſit impunè occidi, & aliquis erat bannitus, ſed non legitimè,an occiſor debeat puniri de homicidio.*
35 *Homicidium eſt prohibitum omni iure diuino,& humano.*
36 *Occidens banitum,qui ſoluerat condemnationem, ſed nondum erat cancellatus de libro,licèt de ſolutione factum erat inſtrumentum publicũ, non tenetur pœna homicidij tanquam doloſus, ſed tanquam culpabilis punietur arbitrio iudicis attenta qualitate facti.*
37 *Occidens bannitum, qui tamen erat cancellatus de banno, ſi de hoc occidens erat ignorans, non poterit puniri de homicid. poterit tamen ei culpa imputari,quare cancellationem banni non inueſtigauit.*
38 *Quando nullitas banni eſſet patens, bannitus non poteſt occidi, & per conſequens noc excuſabit ipſum occidentem.*
39 *An pendente quæſtione nullitatis banni, & ſic pendente lite in iudicio, an bannum ſit nullum, vel ne, intelligatur interim ſuſpenſa illa poteſtas offendendi bannitum conceſſa à ſtatuto.*

§.Condemnatum.

Non dr̃ quis condẽnatus, vt cõtra eum executio poſſit fieri,niſi condemnatio valeat.h.d. Et primò ponitur dictum.Secundo declaratio dicti. Secunda ibi cęterum ſi aliqua ratione.Et pondera text. qui dicit,ſi aliqua ratione ſen
1 tentia nullius momenti ſit, † nam illa verba nullius momenti, cùm ſint vniuerſalia negatiua, vñr importare totalẽ nullitatẽ, & ipſo

& ipſo iure.l.ſi quis Semproniũ.ff.de hær.inſt.& l ſi minor.ff.de
ſer.expor.& Auth.ſacramẽta pub.in fin.& ibi Bart.in fi.& Ang.
ad hoc not.C.ſi aduer. vend. vt quia ſententia ſit venalis.l.ve-
nales.C.quando prouo.non eſt neceſ.vel lata à non competen
ti iudice,vt toto tit.C.ſi à non compe.iud.fue.iud.nam iudica-
tũ accipere debemus ab eo,cui ius iudicãdi fuit,vt decidit text.
in l.1.§. fin. ff. ad Turpil. vel quando ſententia non fuit lata de
ſcripti recitatione.l.fin. C.de ſen. ex breui reci. & cap.fin.de re.
iud.in 6.vel quando fuit lata parte non citata. l.de vnoquoque.
j̃.eod.vel iuris ordine non ſeruato.l.prolatam. C.de ſen. & in-
terloc.omn.iud.In iſtis caſibus,& in ſimilib.ſententia eſt ipſo iu
2 re nulla.¶†Not.ex iſto text. ꝙ non dicitur condemnatus,quã-
do condemnatio eſt nulla,& ſic ſententia nulla non eſt ſenten
tia,& ad hoc quotidiè allegatur iſte text. adde text. not. in cle.
paſt.eod.tit.vbi dicit,ꝙ ſententia, quæ iuris caret effectu,etiam
auctoritate,& nomine rei iudic.carere debet, nec nomen ſen-
3 tentiæ habere meretur.¶†Hinc eſt, ꝙ iudex,qui tulit ſententiã
nullam,non tenetur parti in ſyndicatu, nec facit litem ſuam,vt
eſt gl.in l.fi.in prin.in gl. 1.ff.de varijs,& extraor.cog. Ang.& alij
in l.1.§ hæc autem verba.ff.ꝙ quiſque iur.latè Bart.in q.per eũ
diſputata inc.iudex,qui per imprudẽtiam. ¶Item actus nullus
non dicitur actus.l.ſicuti.§.1.vbi text.not.ff. de oper.lib.& l.nõ
dubium.C. de legi. ¶Vnde teſtm̃ nullum ſeu non ritè factũ di-
citur abuſiuè teſtm̃.l.2.§.1.ff.quemad.teſta. aper. Item exhære-
datio non ritè facta non eſt exhæredatio. l. non putauit. §. non
quæuis. ff.de contratab.¶Item inſtr̃m non ritè factum,non dr̃
inſtrumentum, nec caderet in ſtatuto faciente mentionem de
inſtrumentis, puta, ꝙ inſtr̃a publica mandentur executioni.l.
diuus & ibi Bart.ad hoc not. ff.de teſt.mili. Idem Bart. in l.2.§.
1.ff.qui ſatiſd.cog.& in d.l.non putauit. §.non quæuis.ff.de ꝯtra.
¶Item non poteſt dici inſtr̃m guarentigiatum illud, ꝙ de iure
non valet.ita not.Bald.in c.conſtitutus.per illum text.de conſt.
4 ¶Secundò not.ex iſto text. † ꝙ ſententia nulla non meret̃ exe-
cutionem,ex quo correlariè vr̃ inferri,ꝙ exceptio nullitatis ha
beat impedire executionẽ ſententiæ, & pondera, ꝙ qñ eſt ſen-
tentia nulla, non ſolùm debet impediri eius executio, imò ſi
executio iam ſit facta,illa debet retractari,prout vr̃ eſſe text.in
l.ſi cum nulla.j̃.eo.& l.iudicati,quæ eſt lex fin.C.ſi ex fal.inſtru.
vnde facilius impeditur aliquid de nouo faciendum,q̃ iam fa-
ctum tollatur.l.patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.
& c.quemad.cum ſim.de iureiur.ſed d.l. ſi cùm nulla.& d.l.fin.
quæ volunt, ꝙ pp nullitatem ſententiæ executio prius facta re
tractetur,procedunt, qñ lata erit ſententia ſuper nullitate, iſta
ſecunda ſnĩa declaratoria nullitatis bene operatur, vt fiat re-
tractatio executionis prius factæ,ſed nos loquimur,an ſola ex-
ceptio nullitatis oppoſita à parte impediat executionem ſnĩę,
& ſic eſt materia valde diuerſa, tamen de intellectu d.l. ſi cum
5 nulla.j̃.ſtatim plenius dicetur. Videamus ergo,† an & qñ exce-
ptio nullitatis poſſit opponi ad impediendum executionẽ ſen-
tentiæ,& eſt paſſus vtilis,& quotidianus,quem Bar.hic plenius
explicat quàm alibi,& facit tria membra,in duobus vult,ꝙ im
a pediat executionem ſententiæ, a quando excipiens nihil habet
probare,vel qñ incontinenti poteſt probare,aliàs non impedit
executionem. Et ſic ex doct.Bar.habes tres concl.vt hic per eũ.
* Et cum iſta doctr.*tranſeunt communiter Doct.* hic, & dicit d.Alex.
quòd ſatis eſt communis iſta deciſio Barto. iſtam doctr. Bartò.
per omnia ſequitur Ioann.de Lig. in cap. 1.extra. eod.do.Abb.
in conſil.65.incip. venio ad primum. in pen.colu. ¶Circa pri-
mam concluſionem Bart.inquantum Bart. tenet, quòd quan-
doque opponens exceptionem nullitatis ſententiæ, eo quia
dicit, quòd non fuit citatus ad talem ſententiam, nihil habet
probare, talis exceptio impedit executionem. ſolus Ioann. de
Imo.hic dicit,quòd iſtud non eſt ſimpliciter verum, quòd ille,
qui dicit, quòd non fuit citatus,nihil habeat probare, quando
6 in ſententia facta eſſet mentio de citatione, † vt quia iudex in
ſententia diceret viſa citatione peremptoria ad audiendum
ſententiam; talia verba enunciatiua probarent citationẽ pro-
pter auctoritatem ſententiæ, ex quo non fuit ab ea appellatũ,
& ita dicit tenere Spec.& Ioann.And.in titu.de ſententia.in §.
vt autem, in verſ. & not. & ibi dicit Ioann. Andr.poſt Gul.de
Suza. quòd ita ſeruatur de conſuetudine. imò plus ſentit ibi
Spec.quòd licèt in ſententia non ſit facta mentio de citatione,
ex quo tamen non fuit ab ea appellatum,præſumitur pro ſen-
tentia ratione proceſſus, & hoc propter auctoritatem ſenten-
tiæ.c.in præſentia.de renun.& c.quoniam cõtra falſam.de pro-
ba.vt hic plenius per eum. Vltra eum, ꝙ citatio probetur per
ſententiam facientem mentionem de citatione,tenent Ang.&
* do.Alex.in l.de vnoque.j̃.eod.& ibi.do.Alex.in 2.col.*dicit, quòd
iſtud communiter tenetur* cum multis concor. ibi allegatis per eũ.
vide per te, tamen Bart. hic non apertè loquitur in iſtis termi-
nis,qñ in ſententia erat facta mentio de citatione. ¶Ego vltra

Scriben.arguo contra Bart.nam cùm iſta negatiua, ꝙ non fue-
rit citatus ad ſententiam, ſit fundamentum ipſius opponentis
nullitatem, ergo talẽ negatiuam tenetur probare, quia iſta eſt
7 vera regula, † ꝙ quando negatiua eſt fundamentum alicuius,
tenetur illam probare. iſtam regulam tradit Inn. qui quotidiè
ad hoc allegatur in c.ſuper his, & ibi do.Ant. de Butr. & Imo.
de accu.refert,& ſequitur Bart.in l.in illa. & ibi omnes ſequun-
tur,vbi dixi.ff.de verb. oblig.Bart. in l.pen. §. docere.per illum
text. ff.ne vis fiat ei, & iſta regula eſt nunquam fallens ſecundũ
Ang.in l.veterib.ad fin.ff.de capt.Confirmo per illud,quod te-
net Bart.in l.2.§.qui ad ciuilia.C.de appel.vbi tenet, quòd licèt
appellauerim à ſententia, quo caſu cùm appellatio reſcindat
pronunciatum.l.1.§.fin.ff.ad Turpil.& conſequẽter tollat præ-
ſumptionem ſententiæ, vt eſt gl.in c. quoniam contra falſam.
in glo.fi.& ibi Doct.de proba.& in c.in præſentia. de renunc.ta
men mihi alleganti negatiuam. ſ. ſententiam fuiſſe latã me nõ
8 citato, incumbit onus probandi,ergo contra Bart.hic. ¶† Se-
cundò contra Bart.facit, quia in dubio præſumitur præceſſiſſe
citationem ad hoc,vt ſententia valeat,dato, ꝙ in ſententia nõ
fuerit facta mentio de citatione,vt eſt bonus tex.in c.bonæ me
* moriæ.& in c.1.de elect.*& iſtud communiter concludunt* Doct.ſm
do.Alex.in d.l.de vnoquoq;.in 2.col. ergo iſta præſumptio de-
bet transferre onus probandi in ipſum opponentem, vltra ꝙ
ſit fundamentum ipſius opponentis,vt ſtatim dixi. Salua Bart.
ꝙ loquatur,quando ex inſpectione ſententiæ, & actorum ap-
paret, ꝙ aliqua citatio non interuenit abſque alia probatione
extrinſeca,& ad hoc Bar.bene allegauit tex.in l.3.C.de ſen.quę
ſin.cert.quanti.vbi ſententia erat nulla,quia non continebat ali
quam quantitatem nec per ſe,nec per relationem ad aliud,iſta
exceptio nullitatis non requirit aliam probationem extrinſe-
cam,quia ex inſpectione ſententiæ apparet, ꝙ eſt nulla, & iſta
non requirit aliam probationem,& impedit executionem ſen
tentiæ,ita bene allegauit Bart.illam.l. 2.quamuis Raph.Cu.di-
cat.l.2.illius tituli nihil facere. In propoſito ergo noſtro iſta ne-
gatiua,ꝙ non fuerit citatus ad audiendam ſententiam,ideo nõ
requirit probationem,vt dicit Bar.eo quia ex inſpectione acto
rũ apparet,ꝙ non fuit citatus, & hoc modo bene probatur.in
l.fin.vbi eſt text.C.de reb.cred.gl.& Doct.in l.2.C.de errore ad-
uocatorum. Et ſic non requiritur alia probatio extrinſeca,quã
iſta per inſpectionem actorum, quæ ſufficit,prout etiam tenet
Bart.in d.l.qui ad ciuilia.C.de appel.& in l.1.ff. ſi tutor,vel cura.
appel.& iſta eſt propriè mens Bart.hic, & hoc modo tolluntur
duæ obiectiones.ſ. factæ. ¶Tertiò inquantum Bart.in iſto pri-
mo membro,& etiam.ſ.alleg.l.ſi cum nulla.j̃.eod.ad proban-
dum, ꝙ exceptio nullitatis impediat executionem ſententiæ,
malè alleg.illum text.quia ibi iam facta erat executio, quia iã
pignora erant capta,& diſtracta, vt ibi in litera,ergo ſola exce-
ptio nullitatis oppoſita à parte non poſſet operari retractatio-
nem illius executionis, ſed requireretur ſententia alterius iudi-
cis declaratoria, quæ declararet illam primam ſententiam eſſe
nullam,& retractaret illam executionem ſententiæ, nam pars,
quæ eſt priuata perſona, nihil poteſt contra factum ſuperio-
ris.cap.cùm inferior.de maio.& obe. Niſi ſalues Bart.intelligen
do.d.l.ſi cum nulla,prout reperi intelligere Iacob.de Rauen.&
Alb.de Roſ.ꝙ ibi ſententia erat nulla,ideo non valet executio,
ſi contra executionem opponatur de nullitate ad eam retra-
ctam.Sed ex alio,ꝙ illa.l.ſi cùm nulla. malè allegetur per Bart.
patet,quia ibi alius eſt verus ſenſus illius literæ,ꝙ executio fuit
facta antequam eſſet lata ſententia, vnde ab executione ante
latam ſententiam non poteſt inchoari.l. 1. C.de exec. rei iudic.
ita intelligunt ibi illum text. Angel. Imo. & Paul. de Caſtr.
* Rapha.Cum.& dom.Alexan.*& eſt communis, & verus* intelle-
ctus. dum ergo text. dicit ſi cùm nulla ſententia præceſſiſſet,
quia nulla ſententia adhuc erat lata, ergo malè allegatur per
Bartol. quòd ibi exceptio nullitatis opponeretur conra ſen-
tentiam, cùm ſententia nondum eſſet lata, quamuis etiam
ipſemet Bartol. ibi in illa.l. in ſumma.ad idem not. illum text.
quòd exceptio nullitatis oppoſita contra ſententiam impe-
diat

ADDITIO.

a ¶Executionem ſententiæ. Adde, quòd exceptio manifeſtæ nullitatis impe-
dit executionem etiam trium ſententiarum conformium, teſte Rip.Reſpon.
197.num.9. Natt.conſil. 172.num. 5.& dicitur notoria nullitas, quando ex
actorum inſpectione apparet,teſte Rolan. conſil. 1. num.29.conſil.37. num.
14.lib.1.Afflic.Deciſ. 283.& quando de ipſa nullitate habet quis probatio
nes in promptu, quia tunc iudex executionem retardare debet.Rol.conſ.37.
& quando incontinenti de ipſa nullitate docetur.Alexan.conſil.66.colu.2.in
fin.lib.5.Rom.conſi. 51.colu.1.poſt med.Qua de re plura not.D.Oſaſc.De-
ci.142.nu.34. Alexan. conſil.83. num.9. lib.5.Guid.Pap.quæſt.50.Por.lib.1.
concl.32. MASVER.

diat executionem ſententiæ,& malè, quia text. hoc non vult,
ſuſtinendo Bart.eo modo quo poteſt,dic, ꝙ Bart.in iſto primo
membro concludit, ꝙ quando exceptio nullitatis verificatur
ex ſola inſpectione actorum abſque alia probatione extrinſe-
ca, vt quod non fuerit citatus, illa impedit executionem ſen-
tentiæ,ſubdit Bart. quod ſic intelligitur dictum Inn. & d.l. ſicũ
nulla,& l.1.C.de execu. rei iud. quas ſimul allegat, quia idem
dicunt, nam quòd non fuerit lata aliqua ſententia,verificatur
ex ſola inſpectione actorum, abſque alia probatione extrinſe-
ca, vnde etiam iſta exceptio quamuis non ſit exceptio nullita-
tis ſententiæ,impedit executionem fieri, quia etiam iam factã
faceret retractari. ¶Circa ſecundam concluſionem, quòd ex-
ceptio nullitatis,quæ poteſt incontinenti probari, ſed per pro-
bationes extrinſecas impedit executionem iudicati, quia exe-
cutio ſententiæ requirit ſummariam cognitionem. l. à diuo
Pio.§.ſi ſuper. ĩ.eod. dixi in l. 1.ſ.eod. ſed in ſummarijs admit-
tuntur exceptiones,quę poſſunt incontinenti probari.l.3.§.ibi-
dem.ff.ad exhib.l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff. ad Trebell.&
c.literas.de reſti.ſpol.¶Iſtam ſecundam conclu.limitant Ang.
9 Imo.& do.Alex.& dom.Petr.de Bex.niſi appareat,quòd† gra-
tia differendæ ſolutionis opponerẽt nullitas, quia etiam ſi offer
ret incontinenti ſe paratum probare, non impeditur executio
10 ſententiæ,per l.ſatis apertè.C.de fal.& plus non dicunt.¶† Ad-
de pro iſta limitatione facere, quòd quando iudex veriſimili-
ter ſuſpicatur exceptionem calumnioſè opponi, poteſt eã reij-
cere,dato,quòd eſſet peremptoria.ita tenet dom.Abb.poſt In-
no.in cap.poſt electionem. in vlt. colu. de conceſ.præb. & in c.
ſuſcitata.in 3.not.per illum text. de in integ.reſti. & in c.ex par-
te.2.in 3.not.& in c.paſtoralis.in §. pen.in 2.col. de offi.deleg.&
in c.nullius.in fin.de præſum.& in ca. ſuper eo. el 1. in fin. & in
cap.interpoſita.in princip.in 1.not.de appel.& in cap. conſtitu-
tus.de fideiuſſ.¶Secundò addo illud,quòd not.dom. Abb.in c.
ſuper eo.in vlt. colu.de offic. deleg.per glo.ibi, ſuper verbo te-
11 nebit.ad fin.quam ad hoc reputat ſingularem, † quòd ſi iudex
præſumit malitiam contra tertium volentem impedire execu
tionem ſententiæ ratione ſui intereſſe, non debet audire nec
curare de appel.quod eſt plus, quod bene not.¶Tertiò addo,
quòd per eandem gloſ. in cap .ſuper ea. notant ibi Bald.& do.
12 Abb. ad fin. † quòd etiam à ſummaria cognitione poteſt quis
repelli,vbi præſumitur calumniari. ¶Iſtam limitatio.Angel.&
ſequacium ſic vltra eos ampliatam, & confirmatam,quamuis
à nemine impugnatam,non puto eſſe veram,quia ex quo op-
ponens offert ſe probaturum incontinenti, per talem oblatio-
nem purgatur præſumptio malitiæ ſecundum dom.Abb.in d.
cap.ſuſcitata.& gloſ. not. de iure ciuili in l. 1. §. ſiue autem. in
verb.imperfectam.ff.de tab.exhib.& ita limitat dom.Abb.ea,
quæ ſupra proximè dicta ſunt, quod eſt tenendum menti, &
vltra eum,quia ipſe alleg. duas glo. ego allego tibi text.in cap.
13 literas.de reſti.ſpol.† vbi quando probationes offeruntur incõ-
tinenti,non præſumitur exceptio opponi calumnioſè, licèt ad
cautelam iuramentum recipiatur, ꝙ talis obiectio malitioſè
14 non fiat. ita ibi eſt text. ¶† Confirmo, quia leuis præſumptio
malitiæ contra opponentem non ſufficit ad eum repellendũ,
vt eſt text.in cap.licèt cauſam.in verſ. nonnulli crederent,& ibi
dom.Abb.in 2.colu.ad hoc no.de proba.imò requiritur, quòd
ſit malitia vehemens,& multum vrgens, & ſic, quod ſuſpitio
iudicis,& eius opin.non ſit leuis, & ex leui cauſa, ſed multum
vehemens,& multum vrgens,vt eſt text. optimus in d.cap ſuſ-
citata,& ibi do.Abb.in 3. notab. ad hoc multum not. & idem
do.Abb.in c.poſt electionem. in 1.col.in princ. de conceſ. præ-
15 ben.¶†Secundò princip. limitat iſtam ſecundam concl. Bart.
niſi quis habeat pro ſe tres ſententias diffinitiuas conformes.
nam ſi omnes dicantur nullæ, vel altera earum, vel vltima,&
offeratur probatio nullitatis incontinenti, non impeditur ta-
a men executio,vt eſt caſus hodie in clem. 1. [a] de re iudi. vbi Pa-
pa ſtatuit, vt calumnijs litigantium obuietur, quòd poſt tres
ſententias diffinitiuas, vel etiam intercutorias aliàs exequibi-
les in petitorio,vel poſſeſſorio latas ad agendum, vel opponen
dum de nullitate reus nullatenus admittatur,donec huiuſmo-
di ſententiæ executioni fuerint plenariè demandatæ, & ita per
illum text.limitat Raph. Cum. Pau. de Caſt. & latius Alex.hic
cum alijs concor.alleg.per dom.Alex.tamen Bald.in l.vnica.cir
ca prin.C.ne liceat tertiò prouo.tenet contrarium, ꝙ quando
exceptio nullitatis poteſt ſtatim probari, impedit executionẽ
illarum trium ſentẽtiarum,nec tunc habet locum d. clè.1.quæ
in ratione proęmiali fundatur, vt calumnijs litigãtium obuie-
tur;ſed qñ opponens nullitatem vult eam incontinenti proba-
re,conſtat de nõ calumnia opponentis, & ad hoc bene faciũt,
quæ dixi ſupra in proxima præcedenti limitatione.idem tenet
And.de Iſer.de quo Doct.non faciunt mentionem in c.1. circa
fi.de contro.inter vaſ.& alium de benefi. & iſta ſecunda opin.

videtur ſatis colorata, vt dixi ex his,quæ tenui in præced. limi.
iuncto proęmio d. cle.1. tamen prima opi. videtur eſſe verior
per text.in d.cle.1.vbi Papa ſpecialiter ſtatuit,quando ſunt tres
ſententiæ conformes,ꝙ omnino exequantur, ergo etiã qñ op-
ponens offert ſe velle incontinenti probare, aliàs nulla ſpeciali
tas eſſet illarum trium ſententiarum, ſi poſſet earum executio
impediri, quando exceptio nullitatis incontinenti debet proba
ri,tamen non pono bene pro conſtanti, ſed pro ea dico facere
16 illud,ꝙ ponam in ſeq.limitatione.¶†Tertiò limita iſtam con-
cluſionem Bart. qñ ſententia eſt confirmata per ſuperiorem,
tunc allegatio nullitatis etiam ſi nõ exigat altiorem indaginẽ,
non admittetur,ſm Inn.in c.1.de confir.vti.vel inut.& in c.ſu-
per literis.in glo.ſua in verſ.forſan. de reſcrip. vbi ad hoc alleg.
c.1.de tranſ.& ſequuntur Raph.Cum.& d.Alex.hic,quia dato,
ꝙ prima ſententia eſſet nulla, tñ ex quo fuit confirmata per ſe-
cundam,habetur pro veritate,licèt ſit ꝯ ius litigatoris.l.1.§.itẽ
cum contra ſacras.ff.quæ ſen.ſine appel.reſcin. & l.fin.C. quan-
17 do prouoc.addo, & confirmo à fortiori, † etiam qñ ſententia
eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis iudicis, & fuiſſet confirma-
ta, & à ſententia confirmante non eſſet appellatum, tunc talis
exceptio nullitatis opponi non poteſt, ſm d.Abb.in c.ea, quæ.
eod.tit.de re iud.idem tenet do.Alex.licèt de dño Abb. non fa-
ciat mentionem in l. de pupillo.§. qui opus.in 4.col. ff.de oper.
nou.nun.& in conſ.3.5.partis,ꝙ inc.viſo themate ſupraſcripto
18 puto veriſſimum eſſe.¶ † Tertia concl.Bart. ꝙ exceptio nulli-
tatis requirens altiorem,& prolixiorem indaginem non impe-
dit executionem iudicati, alioquin eluſoria eſſet illa ſententia,
vt dicit text.in l.ſi prætor.in princ.& in c.commiſſa.§. porrò.de
elect.in 6.ſed ſeruatur in iudicio ordinario.l.ille à quo. §.ſi de te
ſtamento.ff.ad Trebell.& poſt factam executionẽ poterit age-
re de nullitate, & facere retractari illam executionem, vt eſt
text.in d.cle.1.de re iud.& in l.fin.C.ſi ex fal.inſtr.Bart. in l.1.an-
te fin.& ibidem Bald.in 3.col.C. quando prouo. non eſt neceſ.
& ideo quando eſſet aliqua præſumptio pro opponente, tunc
petens executionem deberet cauere victo de reponendo om-
nia in ſtatu,in quo erant ante ſententiam,& de reſtituẽdo om-
nia in caſu,in quo in poſterum declaretur ſententiam eſſe nul-
lam,vt in Auth.quæ ſupplicatio.C.de precib. Imper. offe.& c.
ſuſcitata.de in integ.reſt. Raph.Cu. & d.Alex.hic. ¶Limita iſtã
conclu.Bart.vt procedat, quando peteretur executio ſententiæ
per officium iud. ſecus ſi peteretur via actionis iudicati, vel in
factum,quia cùm tunc requiratur libellus, & litis conte,vt de-
clarat Bart.in l.inter dies. ĩ.eod. tunc indiſtinctè admittitur ex-
ceptio nullitatis etiam requirens altiorem indaginem, ita limi-
tat Bal.in l.fi.C.de ordi.cogn.& in l.fin.C.ſi ex fal.inſtr. ſed caue,
vt etiam dicit d.Alex.dato, ꝙ intentetur via actionis iudicati,
& lis conteſtetur,tñ quia ſummariè proceditur, non admittun
tur exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem. l.3.§.idẽ.
& l.tigni.§.pen.ff.ad exhib.¶Secundò limita concluſionẽ Bart.
19 non procedere, qñ † opponitur nullitas procedens ex defectu
iuriſdictionis iudicis,quia illa debet admitti,& impedire execu
tionem,ſi requireret altiorem indaginem. ita not. limitat Ang.
in l.fin.C.ſi ex fal.inſtru.alleg.not.per Inn.in c.ex literis. de offic.
deleg.ſed ſm Raph.Cu.& Alex.Inn.ibi hoc non dicit, ſed me-
20 lius facit, qa † exceptio nullitatis proueniens ex defectu iuriſ-
dictionis nunquam intelligitur eſſe reiecta etiam poſt tres ſen-
tentias conformes,vt eſt gl.reputata ſingularis in cle. 1.in verſ.
non obſtante.de ſequæſt. poſ. & fructuum.Bald. in l.1.in 2.col.
C.ſi à non compe. iud.fue. iud.quamuis contrarium videatur
tenere gl.in cle.1.de re iud.in verſ.pendere.de quarum concor-
dia vide per Imo.& d. Alex.in l.de pupillo.§. qui opus. vbi ali-
21 quando dixi.ff.de oper.nou.nun.¶ † Tertiò not. limita prædi-
ctam concl. procedere in executione, quæ eſt retractabilis, vt
eſt illa,quæ fit in bonis,quia poſt executionem ſententię pote-
rit poſteà reus agere de nullitate, & facere executionem retra-
ctari,ſecus quando executio eſt irretractabilis, puta, quia aga-
tur de vita hominis, vel de membro hominis abſcindendo,
tunc exceptio nullitatis impedit illam executionem retracta-
bilem, dato, quòd illa exceptio requireret altiorem indagi-
nem.

ADDITIO.

a ¶Clem.1.De qua vide, quæ ſcribit Rom.ſing. 291. vbi Doctor.in apoſt. ponunt limit.& declar.diſtingue,vt per eos ibi, & plenè per Gabriel.com.opi. lib.2.tit.de exec.rei iud.concl.1.dic, ꝙ exceptio nullitatis licèt opponi non poſſit contra executionem, quando ſunt tres ſententiæ conformes, fallit tamen,quando ex inſpectione actorum conſtat de nullitate,quia non intelligitur reiecta,teſte Rol.conſ.29.nu.44. conſ.37. nu.14. lib.1.Afflict. Deciſ.283. D.Oſaſc.Deciſ.142.num.34. Quam concl.declara, vt per Alex. conſ.83.nu. 8.lib.5.Rom.conſ.51.Dec.conſ.103.col.1.Neuiz. conſ.70.nu.31. & 36.pulchrè Natt.conſ.172.col.3.conſ.217.col.2.circa fin. Seb. de nulli.c.8.nu.3.& alijs ſeq.Ale.conſ.17.col.2.lib.1.& 77.col.fi.nu.13.lib.2.Prac.Pap.for.exec. ſen.verſ.ſapens.poſt nu.5.vbi dixi. MASVER

nem.ita no.limitat Bal.post Cyn.ibi in l.ab executione.C. quorum appel.non recip. Bald. in l.eum, qui duas.C.de adul.in l.1. C.de tempo.in integ.restit.Petr.Raph.Cum.Pau. de Cast. & d. Alex.hic cum alijs concor.alleg. per do.Alex. confirmatur ista
22 limitatio, quia † vbi periculū est irreparabile,recedimus à reg. iuris communis.l.Senatus.ff.de offi.præsid.& l.2.ff.de fer.secundum Bald.in l.1.in vlt.colu.C.qui accu.non poss.Cyn.in l.fin.in 8.quæst.C.de compens.imò fortius tenet sing.Pau.de Cast.hic, ꝙ etiam si petatur executio fieri in personam per capturam personæ, tunc quia ex illa captura personali infertur quædam iniuria,quæ non potest aboleri,tenet Pau. de Castr.quod tunc indistinctè impediatur talis executio per viam exceptionis nullitatis sententiæ, quamuis probatio non habeatur in promptu, sed requirat altiorem indaginem,& dicit,quòd ita videtur velle Bald.in l.vnica.C.in integ. restit. postul.nil non fieri, vbi Bal.
23 videtur dicere, † quòd captura personæ sit ignominia irretractabilis.Istam deci. Pau.de Cast. refert, & sequitur dom.Alex. hic in vlt.colu. & reputat, quòd sit nótabile verbum,pro eo alleg.illud,quod not.in l.si creditores,circa fin.ff.de priuil. cred.& in l. si verò. §.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.ad idē alleg. quod tenet Angel.in repe.l.si vacantia. C.de bon. vacan.lib.10.
24 vbi Ang.tenet,quòd † contra minorem 25.ann.non potest fieri executio per capturam, quia non est retractabilis, quamuis possit fieri executio per missionem in poss. ex 1.& secundo decreto.puto aduertendum, quòd si dictum Pau.de Cast.est verum,est valde sing.in ista materia,& exceptio nullitatis,quę nō potest incontinenti probari,impedit capturam personæ,& sic executionem personalem, quod est bene ligandum ad digitum, tamen caue, quia Doct. superius allegati loquuntur de executione irretractabili, puta, quando agitur de vita aut de aliquo membro truncando, quia impossibile est, quòd talis executio facta amplius retractaretur, sed captura personæ bene est retractabilis relaxando eum à carcerib.& licèt illa captura afferat sibi iniuriam, & illa iniuria non videatur retractabilis, tamen etiam executio, quæ fit in bonis alicuius,affert verecundiam,quia ille cuius bona capiuntur afficitur iniuria,vt di-
25 citur in §.1.instit.quib.ex cau.manum.non licet. † quāuis apud graues personas maior iniuria reputetur captura personæ,quā
26 rerum,& sic bonorum.¶†Subdit Bar.quòd ea,quæ dicta sunt de exceptione nullitatis sententiæ, an & quando habeat impedire executionem sententiæ, procedunt etiam quando petitur restitutio in integ. aduersus sententiam, quia si causa,propter quam petitur resti. in integ.non requirat altiorem indaginem, sed incontinenti possit probari, tunc impedit executionem,alias secus per l.si prętor.§.Marcellus.vers.Paulus.vbi Bar. idem tenet.ff.de iud.idem videtur tenere Bal.in l.fin.C.si ex falsis instrum.sed Ioann.de Imo. Raph.Cum. & do. Alex. reprobant istam opin.Bar.& bene,quia imò resti.in integ.indistinctè impedit executionem sententiæ, sicut & appellatio, vt patet expresse in rubro, & vigro. C. in integr. rest. petita nihil noui fiat,& ibi Barto.met,Bald. & alij idem tenent. ad idem allegat Raph.Cum.text.in l.defendente.ad fin.& ibi Bart.met in duob. locis ad hoc not.ff. de auct.tut. & dicit Raph. Cum. quòd ista
* opin.*communiter tenetur*, quòd resti. in integ.[a] impediat execu-
a tionem sententiæ, etiam si exigat altiorem indaginem, dicit etiam do.Alex.quòd istud magis communiter tenent Cano.in d. cap. suscitata/& pro ista communi opin. alleg. etiam Raph. Cuman.alium text.in l.si causa cognita.in vers.suspendatur,& ibi Bald.ad hoc not.C.de trans.vbi est text.quod effectus senten
27 tiæ, & sic executio suspenditur per rest.in integ. † Confirmo, quia restitutio est quædam species appellationis. l. præses.ff.de mino. sed appellatio proculdubio impedit executionem. l. 1. ff.nil nou. appel.interpo.ergo etiam rest.in integ.& ad tex.quē pro se alleg.Barto.in d.cap.suscitata.vbi erat petita restitutio in integ.& tamen Papa ibi decidit, quòd sententia ante omnia executioni demandetur, respondetur dupliciter secundum Inn.ibi.Primò, quòd ibi erant præsumptiones vehementes,ꝙ talis restitutio perebatur per malitiam, vt ibi dicit text. ne per excogitatam malitiam,sicut ex plurib.præsumptionib.videbatur effectum. Secundò ibi petebatur restitutio in integ. con-
28 tra sententiam cuiusdam principis, † contra quam non ita de facili admittitur restitutio.l.præfecti.§.1.ff.de min.propter pręsumptionem, quæ resultat ex sententia vnius magni Principis, vt not.Bart.in l.1.C. de temp. in integ.rest. pe.& in d.l.si prætor.
29 §.Marcellus.ff. de re iud. & ratio est, † quia resti. in integ. quæ petitur aduersus sententiam latam ab aliquo iudice inferiori,il la habet vim appellationis, & impedit executionē, vt dixi, sed rest.in integ.quæ petitur contra sententiam princi.aut Regis,est potius quædam supplicatio, quia per viam supplicationis gratia conceditur.d.l. præfecti.§. 1.ff. de mino. & talis supplicatio non impedit executionem.Auth. quæ supplicatio. C.de preci.

impe. off. intelligendo, & declarando prout ibi aliquando di-
30 xi. ¶Successiuè quærit Bartol. † quando dicatur exceptio incontinenti posse probari,dic, vt hic per eum, & l.si is à quo. in princip.ff.vt in pos.leg.per illum text. quem Bartol. ibi reputat ad hoc singularissimum, & per eundem Bartol. in extraua. ad reprim.in versi.summariè.in 2.colum. & cum Bartol.transeūt dom.Card.Flo.& Ioann.de Imo.in cap.cùm in iure peritus.de offic.deleg.Angel. in l.ille à quo.§. tempestiuum.ff. ad Trebell. dom.Ant.de Butr.in cap.veniens.2.de testi. quamuis Bald.in l. si ex falsis.in 3.colum.C.de transact.& in l.2.C.de edi.diui Adri. toll.& in l.1.C.vt in pos.leg.& in l.fin.C.de ord.cogn.& in l.3.§. idem.ff.ad exhib.teneat, quòd istud sit arbitrio iudi.allega. not. per glo.in dicta.l.si is, à quo.in princip.in versic.hodie.idem tenet dom.Abb.post Inn.in d. cap.veniens.2. in 4. colum. de te-
quæ tamen non apparent fuiſſe in actis producta. Tene primā * opin.*quæ eſt communior*,& verior,& d.Alexan. in præalleg.conſi. 20 53.5. partis ad fin. dicit eam eſſe communem opin. ¶† Adde pro ea bene facere, quòd ſi iudex in ſententia dicat,pronuncio in omnibus,& per omnia,prout talis iudex in tali cauſa pronūciauit, certè iſta ſententia nihil valet, ex quo illa alia ſententia relata non fuit producta in actis.ita tenet Io. And.in d.tit.de ſen. prola.§.qualiter.in verſi. quid ſi reus, quem refert, & ſequitur do. Abb.in d.ca. cùm venerabilis. in pen. col.de excep. Ang. & Imo.in l.ſi conuenerit.ſ.eod.Ang. de Aret.in §. curare.inſtit.de acti. ad idem facit, quia non poteſt videri in iudicium deductum illud, quod non fuit productum in actis, ſm Bald.in 21 d.l.1.ad fi.C.de ſen.quæ ſine cert.quanti. ¶† Item facit, quia inſtrumentum non productum in iudicio non probat, nec concludit iudici vt iudici, licèt inducat priuatam ſcientiam. ita ſignanter tenet Bald. qui frequenter in palatijs ad hoc allegatur in l.fi.in 13.col.C.de edict.diui.Adr. tol.imò fortius, & ſingularius, inſtrumentum productum coram iudice adhuc nō probat, niſi parti detur copia cum aſſigatione termini ad opponēdum,ita ſing.tenet Bart.in extraua.ad repri.in verſi.de plano.in in 2.col.Saly.in l.fi.in 1.col.vbi limitat.C.de fide inſtr. Lud.Ro. in conſi.159.inci.honorande domine. in 1.col. & in conſi.170. quod incip. in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum exiſtimo. tamen ad iſta poſſet facile reſponderi, ſi vellemus tenere ſecundam opi.nam procedunt quo ad plenè probandum, quia inſtrumentum publicum, quod non eſt in iudicio nec in actis productum, nihil probat, ſed hic agitur ſolū de declarando illud ad quod,ſe refert ſententia, ꝙ eſt leuius.l. hæredes palàm.§.ſi quid poſt.ff. de teſta.ſed vt dixi iudicando, & conſulendo non recedas à prima opin.quæ eſt magis com-22 munis opin. ¶† Iuxta iſtam gloſſ. pro eius intellectu quærit Bart.an valeat ſententia, in qua iudex dicit, condemno te ad ſoluendum id,ꝙ debes,& diſtinguit, concordando duas gloſſ. quæ videntur contrariæ, vt hic per eum.cum Bar.tenent communiter alij, maximè do.Alex. idem tenet Bart. in d.l.3. C.de ſen.quæ ſi.cert.quant.& ibi Bald. Ang. Saly. & Flo. idem tenet Imo.in l.in ſumma.in prin.in 1.col.ad fi.ſ.eo.& in c.illa.ad fi.de * accu.d.Ant.de But.in c.cùm venerabilis.de excep.*& iſta eſt communis opin.* ſecundum d. Alex. hic, quicquid dicat Raph.Cumper aliqua leuia,quib.reſpondet d.Alex.licèt Ang.de Aret.in §. curare.inſti.de act.dicat opi.Raph.Cum.eſſe de iure veriorem, ſed quòd opi.Bar.ſeruaretur in practica.adde tu,quòd contrarium etiam tenet Io. Eab.in d.§.curare. in 6.col. vbi fortius tenet, ꝙ etiam,quando ſententia expreſsè ſe refert ad acta probatoria, adhuc non valeret, quia acta, & atteſtationes vt plurimum ſunt dubiæ, vnde ratione incertitudinis debet ſententia vitiari,ſed tu dic Bar.loqui,quando in actis probatorijs continebatur certa quantitas,& ſic quando ſententia ſe referebat ad 23 certum.adde etiam pro Bart.facere, † quia ſententia debet declarari per acta, ad quæ debet in dubio referi, ſecundum gloſſ. in l.ſi quis ad exhibendum, & ibi clarius Bart. ff.de exce.rei iud. per quam glo.etiam dicit Bart.in l.Iul. verum debitorem. in 3. col.ad fi.ff.de cond. indeb. ꝙ ſententia ſemper refertur ad cauſam,quæ colligitur ex actis. eſt alia gl. in c.confirmationem. in gl.fi.& ibi Gem.de elect.in 6.& dicit egregiè Bal.in c.ſuper.ad fi. de cauſa poſ.& propri. ꝙ acta ſunt vehiculum ad ipſam ſentē-24 tiam,& ideo ſententia videtur elicita ex mente actorum.¶† In vlti.parte glo.habes, ꝙ valet ſententia condemnatoria ad reſtituendam poſſeſſionē aduerſario talem qualem habebat ante lit.conteſt.& eſt text.in c.Piſanus,quod eſt c.fi. in prin.de reſtit. ſpo. quia ſicut in interdicto retiēndæ poſſeſſionis poteſt pronūciari vti poſſi. ita & poſſideatis,ita ēt in interdicto recupetandæ 25 pōt pronūciari ſicuti poſſidebatis,ita nunc poſſideatis.†nā paria ſunt pronunciare vti poſſi. vel iubere reſtitui poſſeſſionem talem qualem habebat ante lit.cōteſt. & iſtam gl. reputat ſing. Bal.& quòd alibi non formantur iſtæ queſtiones,in l.3.in 2.col. C.de ſent.quæ ſine cert.quan.intellige iſtam gl.ſecundum Bar. & alios,quando in aliqua parte actorum probatorum apparebat,quam poſſ.habebat, vt eſt text.in d.c.Piſanis.aliàs ſecus, & idem tenet gl.in c licèt cauſam.in verſi.vti poſſ.de proba.Bart. in l.j.in vlt.col.per gl.ibi,in verſi.prohibeat.& in l.ſi duo.in prin. in 2.col.ff.vti poſſi.¶Extra gl. Bart. fortiter opponit contra tex. ex quo dicit, ꝙ iudex condemnauit aliquem ad reſtituendum illud,quod habet ex teſtamento, vel codicillis Meuij, quòd videtur quaſi quantitatem nominaſſe,quæ teſtamento,vel codicilis continetur.Contra, quia iſta differūt,redde quod habes,& redde,

ADDITIO.

a *Communis opi.Adde,quòd hāc ſequitur,& communem dicit Villalo.inter com.opi.lib.17.verſi.ſententia.vbi ponit amplia. MASVER.

redde, quod in tali teſtamento comprehenſum eſt, quia ſtat
ſimul, ꝙ in teſtamento, vel codicillis ſit expreſſa certa quanti-
tas,& tamen iſte condemnatus eam non habuerit,& ille à quo
eſt relicta quantitas,non tenetur niſi illam,vel ampliorē à teſta
tore habuerit, vt l.Imperator.in prin.ff.de leg.2.Bart. dupliciter
reſpondet.Primò, quod iſte text. intelligitur in fideicommiſſo
vniuerſali hæreditatis, quod poteſt ſolo verbo reſtituere.l.reſti
tuta,& l.facta.in prin.ff.ad Treb.& facta reſtitutiōe ſolo verbo
verū eſt te reſtituiſſe illud,ꝙ habes ex teſtamento , ſed huic ſo-
lutioni obſtat iſte tex.in verſi. quantitatem , qui non dicit vni-
26 uerſitatem.Bart. reſpondet , † quòd appellatio quantitatis eſt
generalis etiam ad vniuerſitatem, per l.quiſquis.ff.de leg.3.ſed
caue,quia ibi ſunt alia verba.ſ.quantas ſummas.nec ibi dicitur,
ꝙ comprehendatur hæreditas,& ſic vniuerſitas,licèt tex.dicat,
ꝙ vltra pecuniam numeratam comprehendantur prædia ,
mancipia, veſtes, & argentum. ¶Secundò modo reſpondet
Bart.intelligendo text.loqui in relicto particulari, prout glo.in-
telligit , ꝙ iſte confeſſus erat in iudicio ſe habuiſſe quicquid illi
in teſtamento,vel codicillis erat relictum,vel ꝙ in aliqua parte
actorum iſtud continebatur,aliàs ſecundum Bart.iſte text.non
poſſet procedere,per d.l.Imperator.in prin.ſed vt etiam dixi,ſ̃.
in text. in 3. not. iſta eſt nimia diuinatio , & reſtrictio ad iſtum
text.vnde reſponde planius,vt ibi dixi,ꝙ iſte text.in verſi.quan-
titatem. propriè loquitur in relicto particulari. item loquitur
in hærede vninerſali , vel in fideicommiſſario vniuerſali facta
illi actuali reſtitutione grauato paſſiuè. idem in ſimilib. & eorū
hæredib. iſte præſumetur totum habere abſque alia probatio-
ne extrinſeca, & iſtud ponit iſte text.pro conſtanti. item ad d.l.
Imperator.in prin.in qua Bart. fundat principaliter iſtam opp.
poteſt dici, quòd nō obeſt,quia dicit,quòd ſi grauatus nullam
habet quantitatem ſibi relictam , ſufficit quòd cedat actiones:
ſi verò habuit, debet reſtituere, ergo verificantur verba ſentē-
tiæ.ſ.reſtituas , quòd habes, quia habet actiones,quamuis nihil
aliud acceperit. ¶Secundò per iſtum tex.decidit Bart.quòd va-
27 let† ſententia,in qua iudex cōdemnat reum in petitis,ſi eſt pro
batum, & ſi non eſt probatum , abſoluit , quia eſt conditio in-
trinſeca,& de præſenti,& hac cautela ſecundum eum vtuntur
aſſeſſores , qui ex forma ſtatutorum tenentur pronunciare ſub
pœna,& habent breuem terminum ad deliberandum,vt con-
demnēt, vt ſ̃.ſi eſt probatū.idem faciunt imperiti,qui neſciunt
ex actis colligere , vtrum ſit probatum vel non, cum iſta deci-
ſio.Bart. tenent Ang.Imo. & d.Alex.hic. ¶Contrarium tenent
Raph.Cu. & d.Pet.de Bex. eo quia ſecundum Raph. apparet ,
ꝙ iſta ſententia eſt lata ſine cauſæ cognitione, ergo nihil valet.
l.prolatam.C.de ſen.& interloc.om.iud. quia illud, ꝙ eſt dubiū,
iudex indiſcuſſum reliquit , ſed vt dixi ſ̃.in gl.in prin. & dicit ēt
d.Alex.hic eo ipſo,ꝙ iudex proceſſit parte præſente vel citata ,
dicitur proceſſiſſe cum cauſæ cognitione , & probatio non eſt
de ſubſtantia ſententiæ.¶Contra Bar.etiam mouetur d. Pet.de
Bex.quia iſta non poteſt dici ſententia,ex quo ei non competit
diffinitio ſententiæ,quia non imponit finem controuerſiæ,vt l.
1.ſ̃.eo.ſed reſponde,ꝙ imò imponit finē,referendo ſe ad intrin
ſeca proceſſus,vt no.gl.in d.l.cùm iudex. C.de ſent. & interloc.
omn.iud.¶Secundò mouetur,quia iudex dicendo , ſi eſt pro-
batum, demōſtrat, ꝙ non cognouit de cauſa,& forma verbo-
rum dat apertè hoc intelligere , ergo ſententia lata ſinæ cauſæ
28 cognitione nihil valet.d.l.prolatam. † Item eſt in arbitrio iudi-
cis,an adhibeat fidem probationib.vel ne.l.3.§.1.ff. de teſti.glo.
not.in l.Lucius,& ibi Bart.in fi.ff.de his,qui no.infra , ſed iudex
dicendo cōdemno,ſi eſt probatum, nō declarat, an adhibuerit
fidem probationib.vel ne,ergo cùm ſimus in incerto,ſententia
debet dici nulla, ſed reſponde , vt ſ̃. proximè dixi ad fundamē
29 tum Raph. quia ad idem tendit. ¶† Tene cum Bart. cum quo
etiam tenet Bald. in c.ꝙ ad conſultationem.in 3.col. eod.tit. ꝙ
valet ſententia lata ſub conditione intrinſeca , quæ eſt de præ-
ſenti , vel de præterito, ſcilicet ſi eſt probatum,prout clarè lo-
quitur Bar.¶Vnde adde ſecus eſſe,ſi ſententia feratur ſub con-
ditione intrinſeca, ſed de futuro, tunc talis ſententia nihil vide-
tur valere , & iſte erit pulcher , & vtilis paſſus , puta ſi iudex in
ſententia diceret,condemno reum actori in petitis,ſi probaue-
rit,vel ſi probabit intētionem ſuam, & ſic in futurum,nam vi-
detur reddi nulla ratione incertitudinis, quia ſe refert ad pro-
bationes futuras,quæ non ſunt in eſſe.l.3.C.de ſentent.quæ ſine
cert.quant. & §.curare.inſtit.de act. niſi ſit probatio , quæ poſſit
fieri incontinenti poſt ſententiam,antequam iudex diuertat ad
alios actus,puta per iuramentum, puta quia iudex condemna
uit reum in petitis, ſi actor iurauerit illa mutuaſſe , aut illa ſibi
deberi.l.generaliter.poſt prin.& ibi not.gl.in verſ.diffinitiua. C.
de reb. credi. & licèt valeat ſententia , quæ continet in ſe cer-
tum lata ſub conditione extrinſeca , puta ſi nauis ex Aſia vene-
rit, niſi reſcindatur per appellationem. l.1.§. biduum. ff.quan-
do appel. ſit.tamen ſi contineret conditionē intrinſecam , quæ
non poſſit ſtatim impleri poſt ſententiā , illa ſententia propter
incertitudinem nihil valeret.ita tenent gl.Bart.& Bald.in l.cùm
iudex.per illum text.C.de ſen. Bald.in addi. Spec.in titul.de ſen.
prola.in 7.col.in verſi.an valeat hæc ſententia, Condemno te ſi
actor probauerit.idem ſequitur Pau.de Caſt.dicens ſe ita de fa-
cto reſpondiſſe in l.continuus.in prin.ff.de verb.obl.Io.de Imo.
in l.qui Romæ.§.Augerius.ff.eo.d.Ant.de But.in conſi.50.inci.
puto iudicem aditum.d.Alex.in conſi.73.2.vol.quod inci.vide
tur prima conſideratione dicendum dictum Barnabam.in pe.
& vlt.col.& iſtud etiam eſt ſatis de mente Bart.hic,qui dicit in
quęſtione hic formata,quòd ideo valet ſentētia, quia erat lata
ſub conditione extrinſeca , quæ erat de præſenti. ergo vult , ꝙ
ſecus ſi eſſet de futuro, vt hic. imò plus tenet Bald. in d.l. cùm
iudex. quòd non valet ſententia , ſi iudex dicat, condemno te
in petitis ex probationib.factis, & fiendis, & iſte videtur caſus
mixtus,ex quo condemnat non ſolùm ex probationib.iam fa-
ctis in præteritum , ſed etiam ex fiendis in futurum , & tamen
adhuc decidit talem ſententiam nō valere. ¶Contrariam opi.
ꝙ imò valeat iſta ſententia, condemno te in eo , quod actor
probabit, vel condemno te in centum , ſi actor probauerit te
habuiſſe illa centum, multum facit , quia ſi valet ſententia lata
a ſub conditione extrinſeca , [a] d.l.1.§ biduum. quantomagis de-
bet valere facta ſub conditione intrinſeca,quia licèt ita ferri nō
debeat ſententia,tamen ita lata valet , & tenet.d.l.1.§. biduum.
& talis ſententia bene dicitur iniqua , & iniuſta, quia iudex de-
bet iudicare ex actitatis,& probatis.l.properandum.§.& ſi qui-
dem. C. de iudi. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offic.præſi. tamen
30 † quia talis ſententia eſt contra ius litigatoris,valet, & tenet , ſi
non appelletur.l.1.§. item cū contra ſacras.ff.quæ ſen.ſine app.
reſcin.& l.2.C.quando prouo.non eſt neceſ. vnde ſi non appel-
laret, tranſiret in rem iud.vt iurib.præalleg.nec obſt. incertitu-
do, quæ aliàs ſententiam reddit nullam.d.l.3.C. de ſen.quæ ſin.
cert.quant.quia procedit , quando eſt omnimoda incertitudo.
ſ. quæ non declaratur per ſe , nec per relationem ad aliud. hic
autem incertitudo venit declarāda per relationem ad futuras
probationes,& ita in effectu tenet Spec.in tit.de ſen.prola.§.iu-
xta.verſi ſed ecce.Bal.ſibi contrarius in l.non dubium.in 5.opp.
C.de leg.& in l.peremptorias in 4.col.C.ſent.reſcin. non poſ.&
in l.1.in pen.colu.C.qui accuſ.non poſ. & in l.ſi de meis.§.fin.ff.
de arb.Ang.in l.non quemadmo.ff.de iud.Io.de Imo. ſibi con-
trarius in l.iudex poſteà quam.in pen.col.j̃.eod.Ang.in d. l.qui
Romæ.§. Augerius. & ibi plenius Alex. ſibi contrarius in pen.
31 & vlt.col.& idem d.Alex.hic.adde , † ꝙ etiam valet talis ſentē
tia,condemno te in centum,niſi intra 10.dies probaueris te ſol
uiſſe.ita ſignanter tenent Spe.& Io.And.in tit. de ſent.§.ſpecies.
in verſ.quid ſi iudex pręcepit.quamuis ſecundum eos tutius ſit
illud tempus expectare per c.ſubrogata.extra eo.de re iudi. qd
tenendum? teneo primam ſententiam Bart. & ſequacium per
ſuperius adducta , quam etiam aliàs ſum ſequutus. nec obſt.
fundamentum tenentium contrarium,præcipuè d.Alex.quòd
talis ſententia dicatur lata contra ius litigatoris,ergo valet,licèt
ita ferri non debuerit,quia dico,ꝙ imò eſt lata contra ius legis ,
ex quo eſt incerta, & lata ſub cōditione incerta relata ad futu-
ras probationes, quæ non poſſunt fieri poſt ſententiam latam.
imò nec poſt concluſionem in cauſa. l. peremptorias. C. ſent.
reſcin.non poſſ. & c.paſtoralis. de excep. nec poſſunt tales pro-
bationes verificari incontinenti poſt ſententiam latam , ergo
32 eſt nulla.d.l.cùm iudex.cum glo.¶† Circa cautelam Bart. pro
iudicibus imperitis,vel aſſeſſorib.qui habet breuem terminum
ad iudicandum,ꝙ condemnent reum,ſi eſt probatum,aliàs eū
abſoluant,& ita etiam tenent alij hic, & Bal.in c. quòd ad cō-
ſultationem.in 4 col extra eo.& in addi.Spe.in tit.de ſen.prola.
in 4.col.& notab.in d.l. cùm iudex.C.de ſen. & in l.peremptor-
rias.in 5.col.C.ſen.reſcin.nō poſ.& in l.ab eo.in vlt. col.C.quo-
modo,& quando iud.Ang.in l.non quemadmodum.ff.de iud.
& in l. iudex poſteà quam j̃. eod. iſta cautela eſſet vtilis ad eua-
dendum decretum ducale diſponens , quòd iudex teneatur
pronunciare diffinitiuè intra 40. dies ſub pœna centum aureo-
rum,ſed aduerte, quia Bald. in l.ſi de meis , aliàs incipit , idem
Pompo.§.ex compromiſſo.ff.de arb.no.ex illo tex.quòd iudex
excuſatur,& ſimiliter arbiter à pronunciādo , quādo nō liquet
eis de

ADDITIO.

a ¶Conditione extrinſeca.Adde,quæ ſcribit.Domin.Oſaſc.Deciſ.145.& ſeq.
idem Iaſ.in repet.l.admonendi.nume.67.& 68. ſequen.ff.de iureiurand.Ga-
briel.commun.opinio.libr. ſecundo,titul.de ſent. concluſio.prima,vbi dicit,
quòd ſententia ſub conditione ferri non debet , lata tamen tenet , & debet
appellari.Quam conclu. latiſſimè ſuo more proſequitur diſputando , ac de-
clarando. MASVER.

eis de meritis cauſæ, nec tunc arctantur per terminum ſtatu-
ti, vel pacti ad aliquam pœnam, ſi non pronunciēt. facit, quod
not. idem Bald. in l. ſi ideo. per illum text. C. de his quib. vt indi.
qui dicit excuſari iudices, ſi non potuerunt ferre ſententiam
intra tempus ſtatuti, prout etiam dicit tenere Cyn. in l. 1. C. qui
33 accu. non poſ. vbi etiam per Bald. in antepe. col. ¶† Aliam no-
tabi. cautelam tradit Inn. in c. 1. de confir. vti. vel inuti. quam ſe-
quuntur Ang. Imo. Raph. Cum. & d. Alex. hic, quòd iudex ab-
ſoluat reum conuentum non diffinitiuè, ſed ab obſeruatione
iudicij adiecta cauſa, quia ſibi non liquet de cauſa. l. properan-
dum. §. ſinautem ex geſtis. & §. ſi quidem, & ibi Bart. in 3. oppo.
C. de iud. & ibi Barto. declarat, quomodò non poſſit liquere de
cauſa, & idem Bart. in l. admonendi. in 3. colu. ff. de iureiur. & in
l. ſi de meis. §. fin. ff. de arb. & iſta cautela eſt mais in communi
obſeruantia, ſed aduerte, *licèt omnes ſequantur iſtam cautelam*, con-
tra eam adduco illud, ꝙ not. Bart. in l. dicere. per illum tex. ff. de
arb. & in l. generali. per illum text. not. de decur. lib. 10. in quib. lo
cis not. Bart. quod iudices, vel arbitri, ſeu arbitratores, qui debēt
ex forma ſtatu. terminare cauſas. ĩ. tres men. ſub certa pœna,
certè ſi abſoluunt partes ab inſtantia iudicij, ita vt quilibet re-
maneat in ſuo ſtatu, non ſatisfaciunt ſtatuto, nec euadunt pœ-
nam ſtatuti, quia licèt per abſolutionem ab obſeruatione iudi-
cij inſtantia reſcindatur, tamen non diffinitur cauſa, nec termi-
natur diffinitiuè, vt vult ſtatutum, & ita etiam tenet Bald. in l.
iuſiurandum & ad pecunias. §. fin. vbi limitat. ff. de iureiur. do.
Alex. ſ. in rub. in 3. col. & in conſi. 50. 2. vol. inci. viſis actis cauſæ.
34 in 2. col. Lud. Rom. in l. 1. ad fi. ſ. eod. ¶† Tertiò quærit Barto. ſi
iudex in ſententia dicat, condemno, ſi eſt probatum, & pro par
te ſit probatum, pro parte non, tenet, quòd nihil valet ſenten-
tia, ex quo non reperitur ſuper toto pronunciatum, & ideo de-
bet addere, & in eo, quòd non eſt probatum abſoluo: ſi autem
iudex in ſententia diceret, condemno ſi eſt probatum, & ſi non
eſt probatum abſoluo, & reperitur pro parte probatum, & pro
parte non, tunc valet ſententia, quia intelligitur ſi. i. quatenus ſit
probatum. l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. cum Bart. tenēt
alij hic, & Bal. in c. quod ad conſultationem. in 3. col. extra eod.
limita concluſionem Bartol. procedere in ſententia lata ſuper
principali, ſecus ſi ſit lata ſuper acceſſorijs puta ſuper expenſis,
tunc valebit, licèt non reperiatur ſuper toto pronunciatum ſe-
cundum Bald. & Saly. in l. 3. C. de ſen. quæ ſine cert. quant. per
text. in l. fi. C. quando prouo. non eſt neceſ. in verſic. *licèt minus
condemnauerit quàm debuerat*, & loquitur in ſumptib. litis. refert, &
ſimpliciter ſequitur Raph. Cum. hic in fi. ſed Imo. & d. Alexan.
hic tenent contrarium, & reſpondent ad d. l. fin. altero de 4. mo
dis, vt hic per eos, & pro certo text. in illa. l. fi. non bene probat,
quin condemnauerit in totum in expēſis, licèt in minus con-
demnauerit, quàm actor petijſſet, vel fortè probaſſet. ſubdit
35 ſucceſſiuè Bart. ꝙ prædicta conditio, † ſi eſt probatum, intel-
ligitur de legitima probatione, per l. hæc conditio filiæ meæ. in
prin. ff. de condi. & dem. vbi in ſimili illa conditio ſi nupſerit, in-
telligitur de legitimis nuptijs. melius in ſpecie facit tex. in l. Lu-
cius, vbi eſt melior text. de iure. ff. eo. de condi. & dem. & ideo ſi
eſſet probatum ſolùm per vnum teſtem, reus cenſeretur abſo-
lutus, patet, quia propter inopiam probationis deuenitur ad iu-
ramentum in ſupplementum probationis. l. admonendi. de iu-
reiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. c. fi. de iureiurand. & cum
Bart. tranſeunt alij hic. idem tenent Bald. & Saly. in d. l. 3. C. de
ſen. quæ ſine cert. quanti. & Bald. in d. cap. quod ad conſultatio-
nem. in 3. colum. confirmatur, quia iſta conditio, ſi probatum
eſt, debet impleri in forma ſpecifica, & ſic propriè, & ſtrictè. l.
qui hæredi, & l. Mæuius. ff. de condi. & demon. ergo in vera, &
propria probatione. d. l. Lucius. item intelligitur de plena pro-
batione, & non de ſemiplena, iuxta gl. in cle. conſtitutionem. in
verſi. fides. de elect. Gemi. in c. 1. in verſic. fin. eod. titul. de elect.
36 in 6. † imò fortius quando fit mentio de probatione ſub con-
ditione non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum pro
bationis, ſecundum Bald. & Saly. in d. l. in bonæ fidei. C. de reb.
cred. dixi in d. l. admonendi, quia iuramentum in ſupplemen-
tum non eſt probatio, ſed quaſi probatio, ſeu loco probatio-
nis, vt eſt gloſſ. not. in capitu. § ſi quis feudum. in verſicu. abſol-
uendus, & ibi Bartol. eam not. & reputat eam menti tenen-
dam, ſi de inueſti. inter dom. & vaſ. lis oriatur. Bald. in cap. ſacra-
mentum. in princip. de conſue. recti feudi. & latius in cap. 1. §.
conuenticula. de pace iur. fir. ¶ Vltimò an, & quando valeat
ſententia incerta, diſtinguit Bart. vt hic per eum, & plenius idē
37 Bartol. in l. 2. C. de ſen. quæ ſin. cert. quanti. † Adde in primò
membro inquantum tenet, quòd in iudicijs vniuerſalib. & ge-
neralib. valeat ſententia incerta, quæ poſteà in executione cer-
tificabitur corā iudice, qui habebit exequi, idē gl. & Bar. in d. l. 2.
C. de ſen. quæ ſin. cert. quant. & gl. in l. 1. in prin. in gl. mag. ff. de
eden. & ibi Bal. Ang. Raph. Fulg. & d. Alex. & reprehēdunt Bar.
ibidē ſibi ↄtrium, qui conſtituit differentiam inter iudicia ge-
neralia, & vniuerſalia, & vult, ꝙ in iudicijs generalib. debeant
fieri probationes ſpecificæ ſuper qualitate, & quantitate rerum
adminiſtratarū, vt poſſit poſteà ferri ſnīa certa, licèt ſecus ſit in
vniuerſalibus, & ita ēt tenent Spec. in tit. de act. & pet. §. ſequit.
in verſi. differt aūt, & Ant. de But. in c. 2. de libel. obl. ſed *illa diffe
rentia communiter reprehenditur*, quia vr̄ eadem ratio in vtroque,
prout tenet Bart. met hic, & ita ēt reprehendit d. Alex. hic, & in
cōſ. 176. 2. vol. ꝙ inc. in cauſa, & lite vertente inter A. in 2. col. &
ita ēt tenet Bal. in repe. Peruſina. l. edita. C. de edē. in 17. col. in
verſ. ſed nunquid idē in actione generali, & ibidē Sal. Vltra Bar.
38 & Scrib. adde alium caſum, † qn̄ eſſet incertitudo tp̄is, quia iu-
dex in ſnīa diceret, deporto, vel bannio Titium ad tp̄s, & non
dixit ad quantum tp̄s, non vitiaretur ſnīa, quia dicendo ſimpli-
a citer ad tp̄s, intelligitur relegaſſe ad decennium,[a] & ſic tempus
declaratur per legem, tex. eſt valde ſing. in l. ſine præfinitione. ff.
de pę. & ibi dicit Bar. ꝙ ille eſt notabi. & ſingularis tex. & ꝙ for-
tè non reperies ſibi ↄcordantem, & idem, ꝙ ille text. non ſit ali-
bi in iure, dicit alibi Bal. in l. 1. poſt prin. C. de poſtu. & in c. 1. de
transla. Epiſc. in c. ex literis. in 7. colu. de conſti. & ibi d. Ant. de
But. Io. de Imo. & Gemi. & ibidē Bal. aſſignat rōnem illius text.
39 quia † decennium intra breue tp̄s, & longiſſimū tenet mediū,
vt nec intelligatur de momento, nec ēt de infinito, quia extre-
mitates ſunt euitandæ, & media via eligenda. eandem rōnem
ad illum text. aſſignat idem Bal. in l. à munerib. C. de decur. libr.
10. & per illum tex. infert ſignanter Bal. in d. c. ex literis. in 7. col.
quòd ſi apparet inſtrumentum feudi, vel emphyteuſis ſub hoc
termino ad tempus, intelligeretur ad decennium, quod valde
40 not. † alibi tamen habes, ꝙ tempus abſolutè poſitum ponitur
pro anno, & tp̄s in plurali numero pro biennio, & dimidiū tp̄s
pro ſex menſib. l. vſuræ. cum gl. & ibi Bal. ita no. C. de vſur. item
limita doct. Bart. procedere in principali, ſecus in acceſſorijs, vt
in fructib. in dānis, in intereſſe, & in expenſis. vnde valet conde-
mnatio expenſarum incerta ēt ſine reſeruatione taxationis, ſi
iudex ſimpliciter dicat, condemno Titium in expēſis ſine alia
taxatione, & ſine reſeruatione taxationis, valet, & tenet, ita ſin-
gulariter tenet Bart. in l. terminato. in 1. q. C. de fruct. & lit. expē.
quis dicat communem eſſe practicam, ꝙ iudex reſeruet ſibi
taxationem illarum expen. & ibi Bal. tenet generaliter idē eſſe
in omnibus acceſſorijs, ſed aliter tenet d. Abb. in c. 1. in 7. col. ad
fi & ſeq. de ſequeſt. poſ. & fructuū. de quo etiā vide Bal. in addi.
Spec. in tit. de ſen. prola. in 13. colu. Ang. in l. ſi homo. ĩ. eo. Inn.
& alios. in c. finem litibus. de dolo, & contum.

A D D I T I O.

a Decennium. Adde, quòd idem tenet Dec. in capit. ex literis. col. 14. de conſti. Seb. de nulli. c. c. 13. nu. 95.

S V M M A R I V M.

1 *Miles armatæ millitiæ habet priuilegium, vt condemnatus ſimpliciter, vel etiam inſolidum non exigatur vltra quàm facere poſſit, cui miles non poſſet renunciare.*

2 *Relatiuum qui, poſitum ſine copula, ſtat reſtrictiuè.*

3 *Quæ dicuntur in militibus armatæ militiæ, non habent locum in militibus noſtri temporis auratis; qui non ſunt bellatores.*

4 *Sicut milites bellatores de iure torqueri non poſſunt etiam præcedentibus legitimis indicijs, ita nec milites aurati.*

5 *Non valet ſtatutum, vel conſuetudo in contrarium, quòd milites poſſint torqueri.*

6 *Doctores, & aduocati gaudent priuilegijs militum, & nu. 9.*

7 *Miles an habeat priuilegium huius legis, quando contraxit domi, vel vagando.*

8 *Validum eſt arg. de vltimis voluntatibus ad contractus.*

9 *Miles miſſus ignominioſè à militia perdit priuilegium.*

10 *Milites etiam noſtri temporis, & Doctores, & aduocati non poſſunt capi pro debito ciuili.*

11 *Priuilegium noſtri text. habet locum etiam in milite cœleſtis militiæ, & in clerico.*

12 *De iure canonico clerici cedunt bonis ſicut laici, & eorum bona inſolidū capiuntur, niſi opponant exceptionem, quòd non tenentur vltra quàm facere poſſunt.*

13 *In clerico non præſumitur ignorantia iuris, nec excuſatur propter iuris ignorantiam.*

14 *In exorbitantib. licita eſt extenſio de milite armatæ militiæ ad celeſtem.*

15 *Sicut miles non poteſt donare aut in teſtamento relinquere concubinæ, vel meretrici, & ſi donet, vel relinquat, nihil valet, idem eſt in aduocato, & in quolibet clerico, & Doctore.*

16 *Priuatus poteſt donare, & legare concubinæ, & meretrici, & cuicunque mulieri, in qua turpis ſit ſuſpicio, & etiam inſtituere hæredem.*

17 *Meretrix*

17 *Meretrix, & quælibet mulier impudica habet teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam.*
18 *Dictio nec, eſt implicatiua.*
19 *In militibus maior honeſtas requiritur.*

LEX VI.

MIles. Contra militē armatę militiæ nō fit exe-
cutio iudicati, vltra quā facere poſſit.h.d.
1 ¶† Not.1.ex iſto tex. ꝙ miles armatę militię habet
priuilegium, vt cōdemnatus ſimpliciter, vel etiam
inſolidum non exigatur vltra quam facere poſſit, & licèt Bart.
in ſuo ſum. appellet iſtud beneficium, & etiam in 3.q. tamen
non eſt propriè beneficium in ſpecie, ſed potius priuilegium,
prout tenet ipſe Bart.melius quam hic in l.1.in vlt.col.in pen.q.
C.de iur. & fact. igno. quia priuilegium propriè dicitur priuās
legem.3.diſt.in c.priuilegia, & aliàs plenè examinaui in l.fin.ff.
de conſti.prin. & Bart.met hic in 1. q. poſteà appellat priuile-
gium. ita etiā appellat gl. 1.hic. Adde, quòd huic priuilegio nō
poſſet miles renunciare, eo quia eſt inductum nō ratione obli-
gationis, vel contractus, ſed eſt indultum ratione perſonæ.ita
alibi examinat, & concludit d.Alex.in l.alia.§.elegenter. in pen.
col.ff.ſol.mat.alleg Io.And.in c.Odoardus.de ſol. & quoſdam
alios Doct.antiq. ibi per eum relatos. item pondera, quòd iſte
text.loquitur ſolùm in milite armatæ militiæ, cùm dicat, miles
2 qui ſub armata.† illud relatiuum, qui, poſitum ſine copula, ſtat
reſtrictiuè.l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.Bart.in l.omnes popu
li.in 1.colum. ff. de iuſtit. & iure.& in l. cunctos populos, &
vtrobique dixi. C.de ſacroſan. Eccleſ. ex quo ſequitur, quòd
iſte text. non habet locum in militibus noſtri temporis aura-
tis, qui non ſunt bellatores, nec vacant armis, ſed tota die
3 ſtant in plateis, & ita tenet Raph.Cum.hic.facit, quia † genera-
liter in omni materia ea, quæ dicuntur in militib.armatæ mili-
tiæ, non habet locum in militib.noſtri temporis auratis, qui nō
ſunt bellatores ſecundum Cyn.& alios in l.1.in 6.q.C. de iur.&
fact.ign.& latè.d.Alexan. alios omnes cumulatè refert in l.Cen
4 turio.in 8.col.& ſeq.ff.de vulg.& pupil.† niſi in vno caſu, quia
ſicut milites bellatores de iure torqueri non poſſunt etiam pręce-
dētib.legitimis iudicijs.l.milites. C.de quęſt.& l. deſertorem.
§.1.in verbo nec torquentur.ff. de re milit.ita nec milites aura-
a ti [a] noſtri temporis, eo quia ratio iſtis priuilegij non fuit exerci-
tium militare, ſed quædam dignitas, vel nobilitas ſecundum
Bart. in l.diuo Marco. C. de quęſti. ita in ſpecie tenet expreſsè
Sal.in l.1.in vlt.col.C.de iur.& fact.igno.& d.Alex.in d.l.Centu-
rio.in 9.col.idem etiam tenuit Bart.in d.l.milites.C.de quęſtio.
vbi dicit ſe aliàs dixiſſe de facto. Quidam fuerat Poteſtas, qui
erat miles auratus, & de quibuſdam delictis erant indicia cō-
tra eum, ſyndici deputari ad eum ſyndicandum volebant eū
torquere, dicit Bart.ſe dixiſſe, quod de iure non poterant per
5 illum text. imò fortius, & ſingularius † non valet cōſuetudo,
vel ſtatutum in contrarium, quòd milites poſſint torqueri. ita
ſing.not.Bart.in l.omnes iudices.per illum text. C.de decur.libr.
10.¶Secundò per illum text.inductum, vt.ſ.videtur inferri, ꝙ
iſte tex.nō habeat locum in militib. legalib. & ſic in Doctorib.
6 vel aduocatis.† Contrarium tamen tenet gl.hic, vbi dicetur.
¶Gl.1.in verb.armata.iſta gl. ponit duas limitationes ad iſtum
7 text. Prima, ꝙ † miles habet priuilegium huius.l. qn̄ contraxit
exiſtens in caſtris, ſecus ſi contraxit domi aut vagando, per text.
in §.1.inſti.de mili.teſta.adde, quòd ille §. primus poteſt fortius
8 induci, † arguendo de vltimis voluntatib.ad contractus, quod
argumētū eſt validum. l.ſeruum filij.§.eum, qui chirohraphū,
& l. quæ de legato.ff.de leg.1. ſed miles in teſtando non gaudet
priuilegijs militum, niſi teſtamentum faciat in caſtris in expedi
tione militari occupatus, vt dicit text. ibi, ergo idem in pro-
poſito in contractu non debet habere iſtud priuilegium, niſi
contrahat in caſtris.iſtam limitationem expreſsè ſequitur Bart.
hic, ſed eam impugnat, & bene Raph.Cum.& latius. d. Pet.de
Bex. hic, quia ſecundum Raph. non eſt curandum, an milites
contraxerint in caſtris, an alibi, & an tempore condemnationis
eſſet in caſtris, vel alibi, & ſic in armis, vel non, nihil tamen in
ſpecie allegant, & mihi placet per iſtum text.qui generaliter lo
quitur, nec eſt aliqua lex, propter quam debeat ſic reſtringi.itē
ſi iſte text.reſtringeretur, vt ſolùm procedat, quando miles cō-
traxit in caſtris, non bene extenderetur ad aduocatam, & cleri-
* cum, prout gl.ſequens, *& Doct.communiter tenent*, quia non ca-
deret, qualitas terminorum, nec obſt.text.in d.§.1.inſti.de mili.
teſt.allegatus per gl. quia ille text.in vno facit contra glo. dum
dicit, quod filiuſf.miles etiam domi exiſtens retinet priuilegiū
teſtandi. nec obſtat illud, quod ibi dicitur, quòd miles domi
exiſtens non poteſt teſtari ſine ſollennitate teſtium, & ſic iuris
communis, quia reſpondeo, quòd alia ratio format pactum,
prout dicit text. in l. interpoſitas. C. de tranſac.nam domi exi-
ſtens poteſt habere copiam teſtium, quam non poteſt habere
in procinctu armorum.l.miles.C.de teſt.mil. ſed in caſu noſtro
miles habet priuilegium non ex eo, quia ſit actualiter in armis,
& ſic in actu bellandi, ſed quia eſt miles ſtipendiatus armatæ
9 militiæ, vt dicit text. † Secunda fallentia gloſſ. eſt plana, quòd
iſte text. non procedit in milite miſſo à militia ignominiosè,
quia luſit arma.argum.l. teſtamenta eorum.ff. de teſtam. mili.
alleg.in gl.¶Gl. in verbo. [facere poteſt,] diuiditur in quatuor
partes.In 1.declarando text. reſpondet tacitæ quæſtioni. & be-
ne.In 2.extendit iſtum text. ad aduocatos per tria fundamenta.
In 3.quærit, quid in militib. cæleſtis militiæ. In 4.allegat vnam
concordantiā ad text.Secunda ibi, [idem in patrono.] Tertia
ibi, [Quid in militæ cęleſtis militię.] Quarta, & vlt. eſt ibi, [Et
facit.C.de execu.rei iud.]¶In ſecunda parte gl.habes extēſionē
ad iſtum text. ꝙ priuilegiū huius legis habeat locum etiam in
militi.legalis militiæ, & ſic in aduocatis, & text.alibi appellat li-
teratam militiam, in l.proximos. C.de proxi. ſacr.ſcrin.libr.12.
* iſtam gl.tenent Bart.*& communiter alij*.ſolus Alb. tenet contra-
rium, dicens magnum verbum ad practicam, quòd iſtud de
aduocato non ſeruaretur de facto, quia text. ſolùm loquitur
de milite armatæ militiæ.breuiter tene cum iſta gl. communi-
ter approbata, quòd priuilegia conceſſa militib. armatæ mili-
tiæ extenduntur ad milites legalis militiæ, & ſic aduocatos, vt
eſt not gl.in l.1. §.eſt alius.in verb. cęperit.ff.ſi quis à paren. fue.
ma.& ibi Bart.niſi ſint priuilegia conceſſa militib. propter præ-
ſumptam ignorantiam iuris, quæ non cadit in aduocatis.l.2.§.
Seruius autem Sulpicius. ff. de origi. iuris. & l.profeſſio. C.de
mune.patrimo.lib.10.& iſtam extenſionem tenent Cyn.& Sal.
in l.1.ſ.de iur.& fact.igno.& do.Alex.hic, ideo ſicut milites de
iure torqueri non poſſunt ēt præcedentib.legitimis indicijs, vt
dixi.ſ.in text. idem in aduocato ſecundum Cyn. in l.milites.C.
de quæſtio.Bar.in l.1.per illum tex.C.de aduo.diuer.iud.Raph.
10 Fulg.in conſi.21.inc.in cauſa inquiſitionis formatę ad fin.† Itē
ſicut milites non poſſunt perſonaliter capi pro debito ciuili, ſe
cundum Bal.in l.fin.C.qui bo.ced.poſ. qui tenet hoc ēt proce-
dere in militib. noſtri temporis, eodem modo aduocatus, vel
b Doctor non poteſt pro debito priuato capi, [b] vt eſt text. in l.
medicos.C.de profeſ. & medi.lib. 10.not.Bart.in l. ſi libertus ff.
de in ius voc.¶In 3.parte gl.ibi, reſpondeo idem multo magis.
11 habes ſecundam extenſionem, † quòd priuilegium huius.l.ha
beat etiam locū in milite cæleſtis militiæ, & ſic in clerico mul-
to magis, & ſic clericus condemnatus habet priuilegium, vt
non poſſit exigi vltra quam facere poſſit deducto ne egeat. cū
* iſta gl.tranſeunt Richar. Malumb. Bar.*& magis communiter alij*,
& dicit Ang.ꝙ iſta opin.eſt æqua, quia non debet dari occaſio,
vt clerici auocentur à diuinis.adde, quòd idem tenet d. Abb.in
c.1.de cleri.egro. Pet.de Anch.& Ioan. de Imo. in c. Odoar.de
ſol.Io.de Imo in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu. mat.contrarium te-
nent Old.Laud.Alb.de Roſ.& Pau.de Caſt.hic, & dicit Pau.de
Caſt.ſe credere, quod iſta gl.non ſeruaretur de facto, quia etiā
canones in clericis videntur velle contrarium, cùm etiam de
12 iure cano.cedant † bonis ſicut & laici, & eorum bona inſolidū
capiuntur, vt in d.c.Odoardus, & in c.peruenit de fideiuſ.quod
non eſſet ſi haberent iſtud priuilegium ne poſſint exigi vltra
quam facere poſſunt, ſed ad d. c.Odoar.reſpondent Ray.Ang.
Imo.Raph.Cum.& do.Alex.hic, & Ioan. de Imo.in d.l.ſi vero.
§. de viro, quòd ibi iſtud priuilegium non fuit oppoſitum,
quòd clericus non teneretur vltra quam facere poſſit, ideo
opus fuit ceſſione bonorum, ſed certè iſtud non eſt veriſimile,
13 quòd non oppoſuerit, † cùm in clerico non pręſumatur igno-
rantia iuris, nec excuſetur propter iuris ignorantiam, vt eſt
gloſſ. in l. repetita. in verb. peritos. C. de Epiſcop. & cler. Alio
modo, & melius reſpondēt domin.Petr. de Bexu.hic, & Petr.
de Anch.& Imo.in d.capitul.Odoard. quod imò ille text. facit
pro

ADDITIONES.

a ¶Milites aurati. Adde, an milites aurati, & nobiles poſſint torqueri, & dic, quòd videtur, quòd non, per l.nullus, vbi glo.C.ad l. Iul.maieſt.l.decuriones. C.de decur.Petr.Bellus de re mil.parte.1.tit. 2. nu.11. ſed Tiraq. de nobil.ca. 25.nu.140.dicit hoc non ſeruari in Frācia.Clar.in pract.§.fi.quęſtio.64.verſ. vlterius quæro.dicit, quòd nec in Ducatu Med.& ſeruandam eſſe in hoc cōſuetudinem pronunciæ, ſed ego in verè nobilibus dicerem ſeruari ius commune, vt vult Iaſ.hic de milite poſt Bart.in l.omnes iudices.C.de decur.libr. 10.Rom.ſing.494.idemque ſeruari in Hiſpania teſtis eſt Didac.Variar.reſol. lib.2.ca.9.num.4. BELLAC.

b Capi. Adde, quòd Doctores perſonaliter capi, & carcerari non poſſunt pro ciuili debito ex contractu, vel quaſi, teſte Matheſ.ſing.59.vbi nu. 2.declarat, quomodo procedat ea concluſ. & fac. quæ ſcribit idem Iaſ.in l.generaliter. in vlt.verſi.ff.de in ius voc. & quòd neque etiam torqueri poſſint, not. Rom. ſing.494.idem Iaſ.in l.de quib.col.23.ff.de legi.Bal.in l.2.C. de lib.& poſthu. Fulgo.conſi.173.in fin.Bart.in l.milites. C.de quæſtio.item nec eorum filij, vel vxores. Lanfranc. tracta. priuileg. & præced. Doctor. & mil.volum. 12. nume.22. MASVER.

pro opi.glo. & Bart.quia text.ibi non facit mentionem de ces-
sione bonorum,& reprehenditur ibi iudex,qui excommunica
uit clericum impotentem ad soluendum, & mandatur, quòd
dictam excommunicationem reuocet.tene cum ista gloss. cui
addo aliam gl.in c.studeat.in gl.fi.50.dist.idē tenēt Io. de Imo.
& Gemi.in c.si propter tua debita. in 1.not.de rescrip. in 6. & in
c.si tibi concesso.de præb.in 6.licèt illi duo text. videantur pro-
bare contrarium, ꝙ imò clericus teneatur soluere sua debita
nulla habita ratione ne egeat,sed responde secundum Gem.in
d.c.si propter tua debita, quòd ibi illud disponitur non ex ne-
cessitate,sed potius propter honestatem,ne Ecclesia dehoneste
tur apud vulgares,si debita sua non solueret,nec ibi dicitur, ꝙ
non sit habenda ratio ne egeat.Et ꝙ clerici non gaudeant isto
priuilegio, vt non possint exigi vltra quam facere possint,
14 † confirmatur, quia in exorbitantib. licita est extensio de mili-
te armatæ militiæ ad militem cęlestis, vt est gl.not.in l. stipen-
dia.C.de execu.rei iudica.& in glos.in l.si vt proponis. C. de rei
vendica.& est text.in capi. degradatio.§. 1. & ibi Gemi. ad hoc
not. de pœnis in 6. ¶ Vltimò dicit Bart. istam glos. esse signan-
dam, & tenendam menti, dum æquiparat istas tres militias. s.
armatæ militiæ, legalis, & cęlestis, nam facit ad quæstionem
15 disputatam per Ricard.Malum.† ꝙ sicut miles non potest do-
nare, aut in testamento relinquere concubinæ, vel meretrici,
aut focariæ,& si donet,vel relinquat,nihil valet,vt l.2.C.de do.
inter vir.& vxor.& l.miles ita.§ mulier.ff.de testa.mili.idem sit
in clerico, & in aduocato, licèt aliud sit in alio priuato. l.affe-
ctionis.ff.de don.& idem in clerico,quòd nō possit donare, vel
relinquere concubinæ aut meretrici, tenet Bart.in d.l.affectio-
nis.vbi istud gn̄aliter intelligit in quolibet clerico.& Bar.in d.l.
2.C.de don.inter vir.& vxor.& in l.mulierē.ff.de his, q̄b.vt ind.
&in d.l.miles ita.§.mulier.Io.And.in regula sine culpa.in 6.col.
in mercurialib.de reg.iur.in 6.& in c.de his.in vlt. col. de sepul.
d.Abb.in c.1.de clerico ægro.Ang.in cōsi.171.inci.super pūcto
prædicto, & ꝙ idem etiam sit in aduocato, & Doctore tenet
16 ēt Io. And. in d. c. de his. de sepultu. † in priuato aūt planum
esse videtur, ꝙ possit donare, & legare propriæ concubinæ, &
meretrici, & alij mulieri, in qua turpis sit suspicio. per d.l.affe-
ctionis.ff. de dona. & in legato est expressum in l. qui concubi-
nam, & in l.item legato.§ parui.ff.de leg.3. & ita tenent gl.Bart.
Bal.& alij in d.l.miles.ita.§ mulier.Lud.Rom.in cons.43.quod
incipit, ad primum quęsitum breuiter dicēdum est Franciscū.
in quarto dubio. per ista aliàs consului in ciuitate Ferrariæ in
quodam testatore Mutinensi,quòd potuit instituere hęredem
vniuersalem mulierem impudicam, & inhonestæ vitę, quam
longo tempore in eius contubernio tenuit, & vltra prædicta
adducebam alium text. in §.1.in verb. à quodam coniuncto.in
Auth.quib.mod.nat.effi.legi.colla.6.quem text.ibi not.Ang.&
dicit esse casum expressum, ꝙ coniunctus potest in testamēto
relinquere meretrici sibi coniunctæ omnia bona sua. Secun-
17 dò confirmabam, † quia etiam meretrix, & quælibet mulier
impudica habet testamenti factionem actiuam,& sic potest fa
cere testamentum, secundum Bal. in l. 1. C.de condi.ob turp.
caus.& in c. cùm decorem.de vita, & hone. cleri. ergo fortius
debet habere testamenti factionē passiuam, & sic debet posse
hæres vniuersaliter institui. §. testamenti autē factionem. insti.
de hære. quali.& diffe. Tertio, quia certæ sunt personæ prohi-
bitæ hæredes institui, enumeratæ per gl. magistram in §.legari.
instit.de leg.inter quas non reperitur enumerata mulier impu-
dica, vel inhonestę vitę. In contrarium tamen fortiter stringit
text.in d.l.miles ita.§.mulier,quia dicit, ꝙ mulier in quam tur-
pis suspicio cadere pōt, *nec testamento militis aliquid capere potest*,
18 illa dictio † nec, quæ est implicatiua.l. sacra loca. § pen. cum
gl.ff.de re.diu.& l.nec auus.cum gl.de eman.lib.& l.nec nos.cū
gl.C.de cap.ergo implicat,ꝙ nec ex tęstamento militis, nec al-
terius cuiusquam possit talis mulier capere.respōde, quòd ille
tex.debet intelligi in mulierib.impudicis,cum quib.committi-
tur adulterium,incestus,vel stuprum, & sic earum coitus est à
lege ciuili prohibitus,& istæ nec ex testamento pagani, nec ex
testamento militis possunt aliquid habere. ita procedit ille tex.
secus est in alijs mulierib.impudicis,vt in meretricib. concubi-
nis, & similib. quarum coitus non est prohibitus à lege ciuili,
quia à priuatis personis potest eis relinqui in vltima volūtate,
19 & inter viuos, sed non à militib. [a] per iura alleg. † quia in mili-
a tib. maior honestas requiritur,quàm in alijs personis priuatis,
secundum Bald.& Angel.in dicta.l.miles ita.§.1.item, quia fa-
uore publico per leges specialiter fuit interdictum militibus,
ne mulieribus impudicis possint relinquere, ne per eas pro-
prijs bonis expollientur, secus in priuatis personis, & ita illam
implicatiuam nec, intelligit notabiliter, & declarat Raphael
Cuman.ibi.idem etiam tenet Bald.in consil.467.5.partis incpi.
ad euidentiam præmitto, quòd concubinatus. vbi omnino
videas, & ita videtur necessariò intelligendus ille text. propter
alia iura superius alleg. & ista est tutior respon. quam intel-
ligere, quòd nec ex testamento, nec ex donatione inter vi-
uos, nec causa mortis, nec alio titulo possint capere, cùm
text. dicat, quòd nec ex testamento militis, ergo nec ex testa-
mento alterius.

ADDITIO.

a ¶ Militib. Adde,quæ scribunt Doct.in l.2.C.de do. inter uir. Rip. hic, & dic,
quòd donatio facta concubinę per militem armatæ militiæ cum iuramen-
to non valet, teste Rol.consil. 98.numer.15.libr. 1.Castr. in l.si quis inquili-
nos.§.si quis.de legat. 1. Bald. & alij in l. pacta, quæ contra. C.de pact. not.
Roman.consil.34.nume.5.Quid in clerico?& dic, vt per Rol.d.consil. 98.nu.
31.Quid in Doctore? & vide eundem Rol.consil.11.num.2.lib.2. Quæ om-
nia declara,vt per Rip.hic nu.12.Calc.cons.58.colu.2.& 3. Aym. cons. 229.
Doct.in aposti.ad Rom. dict.consi.43.Ang.de Peru. in Repe.l.1.nu. 48.ff.de
iureiuran. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Sententia intelligitur secundum naturam causæ, seu obligationis pri-
mæ super qua est lata, siue sententia feratur simpliciter, siue alterna-
tiuè, & nume.4.*
2 *Verbum respiciens plura determinabilia, debet ea determinare, prout
naturæ vniuscuiusque conuenit.*
3 *Quando duo vocabula tendunt ad determinationem eiusdem verbi,
debent intelligi, vt pariformiter determinent.*
4 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet illa æquali-
ter determinare.*
5 *Quæ diffe. sit inter stipulationem alternatiuam, & sententiam alter-
natiuam.*
6 *Sententiæ, & stipulationes æquiparantur.*
7 *Sententia sicut iudicium confertur in inuitum.*
8 *In stip. alternatiua vtrunque est in obligatione, tamen electio est de-
bitoris.*
9 *In sententia alternatiua si seruus moreretur intra tempus iudicati in-
dultum ad soluendum sine culpa, & mora domini, dominus libera-
bitur etiam ab obligatione quantitatis.*
10 *Stipulatio conuentionalis intelligitur secundum formam verborum, &
non secundum naturam actionis noxalis super qua interponitur.*
11 *Qualiter intelligatur regula, quòd stipulatio interposita super aliquo
actu, vel in aliquo actu, intelligatur secundum naturam illius actus,
super quo interponitur.*

§.Decem. Quando vnum est in obligatione, &
aliud in solutione, illud solum peti po-
test,ꝙ est in obligatione, sed in obligatione alternatiua vtrun-
que peti potest.h. d. secundum Bart. Ang. & Imo. vel sic pro-
prius ad corticem verborum ex mente Pau. de Castr. Si debi-
tum noxaliter in sententiam deducatur, quantitas est in obliga
tione, sicut in prima actione, & noxæ deditio est in solutione,
ideo non potest agi, nec peti executio nisi quantitatis. si autem
in stipulatione vtrunque deducatur, vtrunque est alternatiuè
petendum. h.d. Vel sic, & notabilius secundum Raph. Cum.
intelligitur secundum naturam causæ, stipulatio verò secun-
dum formam verborum.h.d.notabiliter, & dicit Raph.Cum.
ꝙ non meminit vidisse meliorem text. in corpore iuris quàm
sit iste,quamuis ad hoc non soleat communiter allegari. Diui-
ditur magistraliter in tres partes. In prima ponitur dictum in
sententia noxali alternatiua cum eius ratione. In secunda po-
nitur dictum contrarium in stipulatione noxli alternatiua. In
tertia assignatur notabilis ratio diuersitatis inter istos duos ca-
sus contrarios vsq; ad fin. quam rationem diuersitatis breuius
declarat Bart. hic in 1. q. Secunda ibi, [sed is, qui stipulatus est
decem.] Tertia, & vlt.est ibi, [quia in stipulatione singulæ par-
tes,] & iste.§.est fundamentalis, & notabilis ad multa, quæ sta-
1 tim.ī.subijciam. ¶ No.1.ex isto.§ ꝙ † sententia intelligitur secū-
dum naturam causæ seu obligationis primæ, super qua est la-
ta, siue sententia feratur simpliciter, seu etiam alternatiuè, ita
est text.solennis hic.Contra istud opp. Bart.de l.Paulus. 2.ī eo.
& l.1. C. si plures vna sententia. vbi verba sententiæ non intel-
liguntur s̄m naturam causæ, & sic obligationis deductæ in iu-
dicium, sed s̄m significationem verborum sententiæ. nam ibi
contra duos,vel plures obligatos insolidū,si iudex eos simpli-
citer condemnauit,non censeter quemlibet insolidum condē-
nasse,prout erat eorum obligatio, sed in viriles, & sic quēlibet
pro parte, prout verba sententiæ important.l.reos.§.cùm in ta
bulis ff.de duo reis. & sic sententia videtur proficere condem-
natis,ꝙ videtur esse contra regulam.l.euidenter.ff.de excep. rei
iud.de qua glo. ibi opp.& Bartol. tangit.huic oppo. respondet
Bart. hic aliqualiter obscurè, & secundum Alex.teutonicè lo-
quitur,ꝙ hic lex disponit circa officium iudic.sententiantis, &
tunc

tunc verba ſententiæ intelliguntur ſecundum diſpoſitionem legis, & ſic ſecundum naturam obligationis declaratæ per legem, vt hic, iuncto text. inſti. de offi. iud. in prin. quandoque lex non diſponit circa formam ſententiæ, ſed circa ipſam obligationem, ſeu obligationis ſubſtantiam concedendo parti legis, vel prætoris beneficium, vel ipſæmet partes diſponunt. de primo eſt exemplum: nã lex diſponit, ꝙ plures fideiuſſores vnius tutoris omnes de per ſe teneantur inſolidum, vt l. fin. ff. rem pup. ſal. fo. vel ipſæ partes diſponunt, ꝙ quilibet teneatur inſolidum, vt in duob. reis debendi, in quib. partes egerunt, ꝙ quilibet teneret inſolidum, & tunc ſententia non intelligitur ſecundum naturam obligationis deductæ in iudicium, ſed ſm propriam ſignificationem verborum, & ſic in viriles, ita loquitur ꝯrium, & reputat Bar. tenendum menti, & ſic vno verbo, quãdo lex diſponit circa officium iudicantis, tunc verba ſententie debent intelligi ſm diſpoſitionem legis, vt hic, ſecus quando lex non diſponit circa formam iudicandi, ſed de ipſa obligatione, vt in ꝯrijs. Iſtam ſol. ſequuntur Ang. Imo. & d. Alex. hic, & dicit d. Alex. ꝙ eſt notabiliſſima ſolu. idem & dicit Bar. in l. Pau. 2. ꝭ. eo. iſta ſol. ſm Raph. Cum. & d. Pet. de Bex. non eſt bona, nec quo ad iſtum text. nec quo ad ꝯrium: nam hic lex non diſponit circa modum, & formam ſententiandi, nec circa officium iud. ſententiantis, vt dicit Bar. imò iſta lex interpretatur ſententiam iudicis, qui iam iudicauit, ꝙ intelligatur condemnaſſe in decem, non autem vt det ſeruum pro noxa, & ſic Iuriſc. hic interpretatur ſentẽtiam iam latam ſecundum naturam cauſę, & ſic actionis intentatæ. ſimiliter in l. contraria lex non diſponit circa ſubſtantiam obligationis, vt dicit Bart. ſed interpretatur ſententiam latam. nam ibi Iuriſc. fuit interrogatus, ſi plures tenebantur inſolidum, & fuerunt ſimpliciter condemnati, an intelligantur cõdemnati inſolidum ſm naturã cauſę, & ſic obligationis primæ, an verò pro parte, & ſic in viriles, & ibi deciditur, ꝙ in viriles ſm propriam ſignificationẽ verborũ ſñiæ, ſed tu aduerte, ꝙ Bart. met videtur ſenſiſſe iſtam oppoſitionẽ, ꝙ hic non videbatur lex diſponere circa officium iudicis, ideo Bart. cum myſterio dixit, vt hic, iuncto text. inſt. de offi. iud. in prin. vbi lex expreſsè, & ad literam diſponit circa officium iud. expreſsè inſtruẽdo, qualiter iudex debeat formare ſententiam in cauſa noxali, ſed in l. contraria lex nihil diſponit circa officiũ iud. eum inſtruendo, ſed circa obligationem. Alio ſecundo modo ad principale contrariũ reſpondet notabiliter Pau. de Caſt. hic, ꝙ in contrario, ꝙ quilibet teneretur inſolidum, non proueniebat ex natura actionis, & obligationis, ſed quia ita expreſsè fuerat actum inter partes, ꝙ ſi non fuiſſet actum, quilibet teneretur pro parte tantum. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. cùm ergo in ſententia hic non fuerit actum, ceſſat ratio, quæ erat in prima actione, & obligatione, ſed hic, quòd quantitas tantum eſſet in obligatione, proueniebat ex natura actionis noxalis, ideo ſententia intelligitur ſm naturam cauſæ, & ſic obligationis. iſtam ſol. reprobat do. Alex. & dicit Pau. de Caſtr. ſomniaſſe, qa d. l. Paulus põt generaliter intelligi, & qñ ex diſpoſitione legis plures erant obligati inſolidum abſque ꝯuentione, vel aliquo pacto partium, vt in l. 1. C. de condi. ex leg quæ lex nihil facit, quia loquitur in fiſco. Tertiò modo põt reſponderi ſm d. Petr. de Bexu. ꝙ vtraque deciſio tam legis noſtræ ꝗ legis ꝯriæ fundat ex regula. l. Arrianus. ff. de act. & obl. & l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. qa in fine cauſę, & ſic in ſñia fauorabiliores ſumus reis ad abſoluendũ: nã ibi plures fuerunt ꝯdemnari inſolidum, vñ debemus facere interpretationẽ ſm propriã ſignificationẽ verborum ſñię, ꝙ intelligat ꝯdemnatus, quilibet pro parte, & ſic in viriles, licèt antea teneretur inſolidũ, quia poterit dicere non recedamus à verbis ſñiæ, hic aũt idẽ fauor rei ꝯdemnati ſuadet, vt recedamus à propria ſignificatione verborũ, & ſtemus naturę actionis, & obligationis, qa ſi ſtaremus ſignificationi verborum, faceremus ꝯ naturam obligationis, & fauorem rei cõdemnati. nec ergo ſñia, quę eſt ſtricti iuris, interpretetur ꝯ naturã primę obligationis, & actionis, & ꝯ fauorẽ rei ꝯdemnati, interpretamur eã ſm cauſam primæ oblõnis, ita eſt text. hic. Secundò diligenter no. ex codẽ tex. bonam, & vtilem regulam, ꝙ verbum condemnamus, reſpiciens duo determinabilia ſcilicèt decem, & noxæ dedere, non determinat ea ſeruata ęqualitate, ſed ſm naturã vniuſcuiuſq; determinabilis: nam verbum condemno, reſpicit illa decem iure obligationis, & illud noxæ dedere, iure facultatis ſoluendi, quod bene not. Adde ad idem
2 confirmandum, † quòd verbum poſitum poſt plura determinabilia, ea debet determinare, prout naturæ vniuſcuiuſque conuenit. text. not. in c. cùm dilectus. de conſue. & ibi do. Abb. in 2. colum. poſt Card. Flo. plurimum commendat illum text. & dicit, quòd eſt multum ſingularis, & nunquam tradendus obliuioni ad interpretationem ſtatutorum. ad idem text. not. in capitul. olim ex literis, & ibi domin. Cardi. Floren. ad hoc not. de reſcrip. & idem domin. Cardi. Florenti. in capitul. ab ex-
3 communicato. eo. tit. de reſcrip. ¶† Et ſecundum iſtam regulam limita duas alias regulas. vna eſt, quando duo vocabula tendunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt pariformiter determinent, vt eſt text. ſolennis, & expreſſus in l. fi. C. de ſent. & interlo. omn. iud. quem text. Bart. ibi dicit eſſe ſingula rem, & ſe neſcire alibi. eum etiam reputat ſing. Bal. in c.
4 ſuper eo. 2. de appel. ¶† Secundò limita aliam regulam, quæ habet, ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet illa equaliter determinare. l. quamuis, & l. hæreditatem. C. de impuberum. & l. iam hoc iure. in §. ſed ſi aliter. ff. de vulgar. & pup. nam ſecundũ Bart. ibi illud procedit, quando poteſt ea æqualiter determinare, aliàs ſecus. idem dicit Pau. de Caſt. in l. cohæredi. §. qui diſcretas in 3. no per illum tex. & ibidem etiam Aret. in 2. not. ff. de vulg. & pupil. Ad prędicta accedat, ꝙ vult gl. in l. 2. ff. de offi. procon. & leg. ꝙ idem verbum relatum ad duo, quantum ad vnum ſtat propriè, quantum ad aliud ſtat impropriè. Tertiò not. ex text, ꝙ condemnatus ad dandum decem, aut ſeruum pro noxa, non põt conueniri ad ſeruum, nec contra eum poteſt peti executio pro ſeruo, quia licèt ſeruus ante ſententiam non erat in obligatione, ſed tantum in facultate ſoluendi, tunc poſt ſententiam videbatur, ꝙ eſſet in obligatione, & actione, tamen contrarium decidit iſte tex. in hoc valde notabilis, quia iſta ſententia intelligitur ſecundum naturam primæ obligationis, vt tantum ſit obligatus ad decem, & noxæ deditio ſit in facultate ſoluendi, & iſta facultas ſoluẽdi ſeruum pro noxa, quia competit ex legis diſpoſitione, durat vſque ad lit. conteſt. factam ſuper actione iudicati, & ſic ſuper executione. l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de pet. hære. & gl. parua hic in verſi. ex lege, & Bart. & idem Bart. notabiliter in l. 1. §. fi. in fi. ff. de pen. leg. ſecus ſi facultas ſoluendi competeret ex diſpoſitione hominis, tũc non durat vſq; ad lit. conteſt. factã in cauſa principali, vt eſt text. reputatus ſing. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit. 10. in melle. in prin. ff. de ſol. quia mitius agitur cum l. quam cũ homine. gl. in l. Celſus. in prin. ff. de arbi. & per hoc dicit Bar. in d. §. idẽ rectè. ſe dixiſſe. in q. de facto. Quidam tenebatur alicui dare centum hoc pacto, ꝙ ſi vellet dare pro iſta quantitate certum terrenum, cogeretur accipere, certè perdit iſtam facultatem dandi terrenum, ex quo patitur lit. conteſt. ſuper debito, quod no.
5 ¶† Quartò not. ex text. 2. parte text. in verſ. is autem, qui ſtipulatus eſt, iunctis præcedentib. & ſequentib. differentiam inter ſententiam alternatiuam, & ſtipulationem alternatiuam in cauſa noxali, quia in ſententia alternatiua ſola quantitas eſt in obligatione, & ſolutione, ſed in ſtipulatione alternatiua vtrunque eſt in obligatione, & vtrũque debet peti, vt l. ſi duo ff. verb. obl. rationem diuerſitatis aſſignat text. in 3. parte in verſi. quia in ſtipulatione vſque ad fi. & declarat Bart. in 1. q. & ita limita regulam, quæ habet, quod ſententiæ, & ſtipulationes æquiparantur.
6 † l. 3. §. idem ſcribit, & ibi Bart. in pen. not. ff. de pœn. quia etiam in ſententia quaſi contrahitur, vt ibi, & not. Bal. in l. vnica. in 2. col. C. ſi plures vna ſententia, & in l. ab executione. in vlt. col. C. quorum app. non recip. Nam illa æquiparatio non procedit, qñ datur ratio diuerſitatis. text. eſt hic, & ſecundum Bal. in d. §. idem ſcribit. in vlt. colu. in multis differunt, quia in ſententia quaſi contrahitur, ſed in ſtipulatione contrahitur verè, & pro-
7 priè. ¶† Item ſententia ſicut, & iudicium confertur in inuitum. l. inter ſtipulantem. in prin. ff. de verb. obl. ſecus in ſtipulatione, ſed caue pro intellectu literæ, ꝙ differentia text. noſtri inter ſententiam alternatiuam, & ſtipulationem alternatiuam in cauſa noxali, videtur eſſe ſine effectu, & ſic eſſe impoſita verbis, & nõ reb. & conſequenter vr̃ eſſe differẽtia verbalis, & non realis ꝯ l. 2. in fi. C. communia de leg. & c. commiſſa. in prin. de elect. in 6.
8 quia licèt † in ſtipulatione alternatiua vtrunque ſit in obligatione, tamen cùm electio ſit debitoris, prout etiam dicit Bart. hic in 1. opp. certè non cogitur ſoluere niſi illud, ꝙ ipſe volet, aut quantitatem, aut ſeruũ pro noxa, ſicut in ſñia alternatiua, ꝑut expreſsè firmant, ſed ad aliud propoſitũ Pau. de Caſt. & d. Alex. hic, & in effectu vr̃ parum referre, ꝙ in ſtipulatione alternatiua vtrũque ſit in oblõne licèt alternatiuè, & ſm Pau. de Caſt. & d. Alex. iſta ſtipulatio in nihilo nocet, & in nihilo eſt damnoſa, cũ poſſit ſoluere illud, ꝙ velit de duob. ſicut prius, ergo eſt ſine effectu. iſtud nõ declarant Doct. nec attingunt. dic pro intellectu
9 tex. ꝙ imò multum refert in effectu, † qa in ſñia alternatiua, ſi ſeruus moreret intra tps iudicati indultum ad ſoluendũ, ſi ſine culpa, & mora dñi, certè dñs liberaretur etiã ab oblõne quantatis, cùm ſit debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, ꝗ eſt in facultate ſoluendi. ſ. ſerui, qui dedit damnũ, ergo perempta illa ſpecie liberat. & à quantitate, vt eſt tex. in l. electio §. ſi is quem. & l. ſi plurimum. §. fi. ff. de noxa. Bar. in l. ꝙ te. in 1. col. vbi dixi. ff. ſi cert. pet. ſed in ſtipulatione alternatiua cùm vtrumquæ ſit in oblõne, licèt ſeruus moreretur, tñ dominus teneretur ad quãtitatem,

titatem, vt eſt text. not. in l. græcè. §. ſi quis Stichũ. ff. de fideiuſſ. quia vbi debetur quantitas reſpectu ſpeciei exiſtẽtis in obligatione, tunc perempta illa ſpecie non liberatur debitor à quantitate ſm Pau. de Caſt. & d. Alex. in l. ꝙ te. ex mente Bart. ibi. ff. ſi
10 cert. pet. ¶† Secundò no. in verſi. is autem. text. ſolennem, & ſignandum, ꝙ ſtipulatio conuentionalis intelligitur ſm formã verborum, & ſm naturam actionis noxalis ſuper qua interponitur: nam in actione noxali vnum eſt in obligatione, & alterũ ſolùm in ſolutione, ſed in ſtipulatione iſta vtrunque eſt in obligatione, ꝙ videtur eſſe contra vulgarem regulã, quæ habet, ꝙ
11 ſtipulatio † interpoſita ſuper aliquo actu, intelligitur ſm naturã illius actus, ſuper quo interponitur. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. & l. ſi legati ſerui nomine. ff. de leg. 1. & l. damni infecti quidam. in prin. cum ſim. ff. de dam. infec. & l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ibi, *ſtipulationi eaſdem cauſas, & conditiones ineſſe.* ff. vt legat. nomine caue. Rapha. Cuma. dicit iſtud videri ſibi forte, & ingenuè fatetur, ꝙ neſcit bene ſoluere iſtam oppoſitionẽ. Pau. de Caſt. ẽt reputat hoc eſſe notandum, ſed reſpondent Imo. Pau. de Caſt. & d. Alex. ꝙ per iſtum text. datur ſingularis limitatio ad illa iura, quæ dicunt, ꝙ ſtipulatio intelligitur ſm naturam præcedentis actus, vt intelligantur quantum ad hoc, vt promiſſor propter ſtipulationem non cenſeatur ſe in plus voluiſſe obligare ꝙ̃ tenebatur actione prima, & ſic ne plus effectualiter exigatur in ſtipulatione, quàm exigi potuiſſet ſm naturam precedentis actus, ita loquuntur iura præallegata, ſed ꝑꝑ ſtipulationẽ bene poteſt cenſeri efficacius obligatus, quàm prius eſſet, quia per hoc debitor non ſentit damnũ. ita loqtur text. hic, vbi noxæ deditio non erat in obligatione, tunc aũt erit in oblõne ꝑꝑ ſtipulationẽ, q̃a ex hoc nullũ damnũ reſultat debitori, q̃a ita nũc põt liberari dando ſeruum pro noxa ſicut prius: ſecus eſſet ſi ex hoc ſentiret damnum, vt in cõtrarijs, & ſic vno verbo propter ſtipulationem non põt obligari in plus, ſed bene efficacius. ſimile in fideiuſſ. qui non põt obligari in plus ꝙ̃ principalis, ſed bene efficacius. vnde ſi principalis eſſet obligatus naturaliter, & ciuiliter, & ſic efficacius. l. 1. & l fideiuſſ. obligari. §. fideiuſſ. & l. grecè. §. illud. ff. de fideiuſſ. & dicit Imo. ꝙ iſte text. eſt ad hoc ſingulariter notandus, quia fortè alibi non reperies. adde, quod iſtam ſol. etiam tenent Pau. de Caſt. & dom. Alex. in §. fin. ĩ. ea. l. eam etiam ſequitur. d. Alex. in l. 1. in vlt. col. ff. de pact. & in l. ſciendũ. in 1. col. ff. de verb. obl. vbi dicit, ꝙ iſtud rectè intuenti videtur voluiſſe Bart. in l. 2. ad fin. C. de cond. ob cauſam. eam ẽt ſequitur. d. Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. in 10. col. ff. de verb obl. & in l. ſi legati. ff. de leg. 1. ſic vbique d. Alex. eam firmat, ſed tu aduerte, ꝙ imò debitor per iſtam ſtipulationem alternatiuam videtur poſſe pati damnum, & aliàs teneri quàm prius, quia ſi contingeret ſeruum mori, non liberaretur promiſſor à quantitate l. grecè. §. ſi quis Stichum. ff. de fieiuſſ. & tamẽ fuiſſet liberatus ſi ſtipulatio nõ interueniſſet, vt dixi. ſ. in preced. no. niſi dicas defendendo iſtã cõem ſol. ꝙ p̃dicta intelligunt de primordiali natura actus, & non de iſta accidentali ꝑꝑ mortẽ ſerui. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de pet. hære. gl. no. in l. certi condictio. in prin. in gl. mag. ad fi. ff. ſi cert. pet. alio modo reſpondet Aret. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in 9. col. ꝙ iſte. §. intelligitur, qñ ſtipulatio interponitur ſuper delictis, quæ non dependent à voluntate partium, ſm Bart. in l. ex hoc iure. in vlt. col. ff. de iuſt. & iur. ſed iura ꝯ̃ria loquuntur, qñ ſtipulatio interponitur ſuper ꝯ̃tu. ſm ꝙ partes ꝯ̃xerunt. Iſta ſol. vr̃ planè confundi per iſtũ tex. in 3 parte, qui dicit, ꝙ in ſtipulatione ſingulæ partes p ſe veniunt, & ea ꝙ̃ ſingula ſepartim ſtipulari poſſumus, & ſic text. apertè dicit, ꝙ ſtipulatio interponit ſuper his, ꝙ̃ pendent à voluntate partium, & ſic in text. ſtipulatio non interponitur ſuper delictis, ſed bene ſuper obligatione, ꝙ̃ fuit cauſata ꝯ dñm ꝑꝑ delictum ſerui, & ſic in iſto tex. non agitur criminaliter ſed ciuiliter. Ego iſtã materiã, an ſtipulatio interpoſita in aliquo actu, vel in aliquo ꝯ̃tu debeat intelligi ſm naturã actus, ſuper quo interponit, plenè examinaui in repe. rub. ff. de verb. obl. ad ibi dicta me remitto. ¶ Vlt. gl. parua in verſi. pecuniariam. dicit niſi ex delicto vicarij, vult dicere, ꝙ ſi dominus habet ſeruum ordinarium, & alium ſeruum vicariũ, qui ſit in peculio ordinarij, ꝑꝑ delictũ vicarij nõ debet dominus condẽnari ad æſtimationem damni, aut quod det ſeruum ordinarium pro noxa, ſed bene ipſum vicarium, qui deliquit, vt eſt text. in l. ſi in re communi. §. fi. ff. de noxa.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando liceat victori exequi ſententiam propria auctoritate.*
2 *Vendens rem, licèt recipiat pretium ab emptore, non propterea per hoc concedit licentiam accipiendi rem emptam propria auctoritate.*
3 *Reſtitutio in integrum ceſſat, vbi aliud auxilium ordinarium competit.*
4 *An in omni ſententia ſit opus, quòd executio iudicati fiat per iudicem.*
5 *Si pronunciatum ſit aliquam eſſe vxorem alicuius, an poſſit propria auctoritate illam inuitam accipere.*
6 *Mulier an ſit in poteſtate mariti, vel tantum ſub eius obſequio.*
7 *Marito an ſit licitum vxorem verbare, & in vinculis tenere.*

§. Qui iudicati.

Victor non debet propria auctoritate ſñiam pro ſe la
1 tam exequi, aliàs delinquit. h. d. ¶† Not. quòd non licèt victori exequi ſñiam propria auctoritate, imò ſi exequatur, põt conueniri vti fur, vel vt raptor. ex quo corellariè no. ꝙ iudex per ſententiam nõ vr̃ dare licentiam victori ad eã exequendã propria auctoritate. item, licèt aliquis per ſñiam iuſſus ſit rem alteri reſtituere, adhuc per iudicem debet fieri executio. l. qui reſtituere. ff. de rei vend. & arguendo à iudicijs ad contractus, iuxta. l. 3. §. idẽ
2 ſcribit. ff. de pecul. idem eſt in ꝯ̃tib. † quia ſi vendens recipiat pretium ab emptore, non tñ per hoc concedit licentiam emp. accipiendi rẽ emptam propria auctoritate, imò ſi acciperet, dr̃ prędo. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acq. poſſ. ¶ Limita niſi iudex dederit licentiã parti vincenti, ꝙ exequatur ſñiam ꝑpria auctor. l. dotis. C. ſol. mat. l. pig. C. de pig. actio. gl. Bart. & Doct. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. Bart. & alij hic. Bald. in l. iubere cauere. circa fi. pen. q. ff. de iuriſd. omn. iud. ſed aduerte, quia non vr̃ tũc propria auct. exequi, ex quo habet licentiam à iudice, ſed potius cenſetur nuncius iudicis in cauſa propria, ꝙ fieri põt. l. eũ, qui. §. ſi epiſto. ff. de fur. Bart. & alij in d. l. iuſtè poſſidet, & ſic nõ eſt propria limitatio ad iſtum tex. quamuis ſit vera. ¶ Secundò limita, qñ copia iudicis haberi non poteſt, tunc poterit ſñiam ꝑpria auctoritate exequi. l. nullius. & ibi gl. & Doc. C. de Iudęis. l. ſi alius. §. belliſſimè, & ibi Bar. no. ff. ꝙ vi aut clã. & l. generaliter. C. de decurionib. lib. 10. per quẽ tex. idẽ tenet Spe. in tit. de actore. in §. itẽ, qui vult propria auctoritate. in 8. caſu. gl. 1. diſt. in ca. ius gentiũ. in gl. 1. & gl. in c. paſtoral. de cã poſ. & propri. Bart. in l. hoſtes. in 3. col. ff. de capt. & in conſ. 105. inci. inquiritur ꝯ dñm Io. de Piſa. Bal. in l. 2. in 17. col. C. de ſer. & aqua. Inn. & alij in ca. olim. de reſt. ſpo. d. Abb. in c. qualiter, & qñ. in 1. no. de iud. Imo. & d. Ale. hic, quis ꝯ̃riũ notet Bal. & minus bene in l. 2. §. poſt originẽ. ff. de orig. iur. vbi per illũ tex. not. ꝙ licèt in ciuitate nullus ſit rector, tñ nõ põt qs ſibi dicere ius ꝑpria auctoritate. Alibi ẽt gl. no. in c. 1. in verſi. expectandi, & ibi Bal. in fi. de ꝯſue. recti feudi. ſignanter tenet, ꝙ ꝑꝑ abſentiã magiſtratus non debet. qs ſibi ius dicere ꝑpria auctoritate, ſed debet magiſtratus expectari, & hoc videret tutius. Item limita, ꝙ ſolus defectus iudicis non ſufficeret, vt qs poſſit ſibi ius dicere ꝑpria auct. ſed ẽt requiritur, ꝙ periculũ ſit in mora. ita ſingulariter ſtat Bal. in l. ſed & ſi per prętorẽ. §. deinde ait pretor. ff. ex quib. cauſ. maio. ꝑ illũ tex. vbi eſt locus reſtõni in integ. ꝑꝑ abſentiã magratus, qñ non potuit haberi copia magiſtratus, ſed ſi poſſet propria aucto. ius di
3 cere, non eſſet locus reſti. in integ. † quæ ceſſat, vbi aliud auxilium ordinarium competit. l. in cauſæ. in princi. ff. de mino. facit, quod tenet Bar. in d. l. ſi alius. §. belliſſimè. vbi dicit ſe putare, quod ſi quis arriperet animalia alicuius, quæ de facili fame moriuntur, vel vineas, quæ ſi non putantur, de facili exiccantur, tũc eſt ſibi licitum ius dicere propria auct. magis quàm in alijs reb. ſed d. Alex. tenet contrarium, quòd quando quis non habet copiam iudicis, quamuis ius ſuum non ſit breui tempore periturum, tamen poteſt ſibi ius dicere propria auct. in d. l. nullus. & d. §. belliſſimè, & licet remedium ordinarium faciat ceſſare reſt. in integ. d. §. ait prætor, non tamen facit ceſſare remedium ſubſidiarium, quòd quis ſibi ius dicat propria aucto. quando iudicis copia haberi non põt, & eſt ſatis tolerabile. ¶ Vltimò Bar. ꝑ
4 quinque quæſtiones examinat, † an in omni ſententia ſit opus,
* quod executio iudicati fiat per iudicem, dic vt per eum, *cum*
5 *quo omnes tranſeunt* ſine additione. ¶† Inquantum tamen Bar. in 5. q. videtur tenere, licèt non bene firmet, ꝙ ſi ſit pronunciatum aliquam eſſe vxorem alicuius, ſiue ab alio detineatur ſiue non, poteſt propria aucto. illam inuitam accipere, quia incideret in penam raptus. l. vnica. C. de rap. virg. ideo tunc requiritur executio iudicis. nam ſecundum Imo. illa lex loquitur, qñ maritus nunquam habuit poſſeſſionem maritalẽ. vnde pro Bart. melius facit illud, ꝙ tenet Io. And. in add. Spe. in tit. qui fil. ſint legi. ſup
6 verſi. cõpetit. † vbi tenet, ꝙ vxor non ſit ſub poteſtate mariti, ſed potius ſub eius obſequio, per l. ſicut. cum gl. ff. de opc. lib. & in §. 1. inſti. ad Tert. ergo maritus non habet in eam manus iniectionem. breuiter, qñ maritus iã adeptus fuit quaſi poſſeſſionẽ maritalẽ, tunc habet in ipſam manus iniectionem, ſm Imo. &
7 d. Alex. hic, qui dicunt ita ſeruari de facto. itẽ † licitũ eſt marito ſubſiſtente cauſa verberare vxorem modicè tñ, licèt non acriter, vt eſt gl. no. in c. ſicut alterius. in gl. 1. 7. q. 1. d. Abb. in c. cùm contingat. in 7. col. de foro compe. & not. d. Abb. vbi videas in c. quemmad. in vlt. col. de iureiur. imò licitum eſt marito non ſolùm

ſolùm vxorem caſtigare,ſed etiam in vinculis tenere,gl.eſt no.
in d.c.quemad.in glo.fi.ad fi.de iureiur.& ibi.d.Abb.in vlt.col.
reputat multum tenendã menti,declarando tamen, vt ibi per
eum, & vltra gl. iuris canonici, ꝙ licitum ſit marito ſubſiſtẽte
cauſa verberare vxorem,tenet etiam gl.in l.ſed & ſi quemcun
que.§.fi.ff.ad leg.Aquil.& qñ maritus adeptus eſt quaſi poſſeſ-
ſionem maritalem,ſi inijceret manus in vxorem, non haberet
tunc locum pœna raptus,de qua in d.l.vnica.C.de raptu virgi.
ſecundum Cyn.ibi in 2.col.& etiam Bal.idem tenet in l.rapto-
res.C.de epiſ.& cle.& no.Bal.in l.benignius.ff.de legi.

SVMMARIVM.

1 *Actio iudicati eſt perpetua,& trãſitoria ad hæredes actiuè,& paſſiuè.*
2 *Actio,quæ oritur ex ſententia,an appelletur actio iudicati, vel actio in factum.*
3 *Ad actionem in factum non eſt recurrendum, quando habemus nomen actionis.*
4 *Ex ſententia arbitri oritur actio in factum.*
5 *Ex ſententia iudicis oritur actio præſcriptis verbis.*
6 *Per ſententiam non fit nouatio propriè,quæ ſit extinctiua obligationis, & actionis.*
7 *Sententia in actione reali an producat actionem nouam iudicati, vel in factum.*

§.Iudicati. Actio iudicati eſt perpetua, & tranſito
ria ad hæredes actiuè, & paſſiuè. h. d.
1 ¶No.1.ex iſto tex.ꝙ † actio, quæ oritur ex ſententia,eſt perpe-
tua, & tranſitoria ad hæredes, dato ꝙ prima eſſet temporalis,
& non tranſitoria ad hæredes,puta quia erat ex delicto, vt hic
in glo.& ſic correlariè habes,ꝙ actio ex ſententia poteſt eſſe al
terius naturæ,& alterius vitæ,quàm eſſet prima actio.ratio eſt,
quia per ſententiam quaſi contrahitur. l.3.§. idem ſcribit.ff. de
pecu.Bal.in l.ab executione.in vlt.col.C. quorum app. non re-
cip.& in l.vnica.in 2.col.C.ſi plures vna ſentẽtia.& ex illo quaſi
ɔ̃ctu ſententiæ oritur actio,quæ eſt perpetua, & tranſitoria ad
hæredes, ſicut ſunt regulariter actiones ex contractib. l.vnica.
C.vt actiones ab hæred. & contra hæredes, ſicut etiam actio
de conſtituto eſt perpetua, licèt actio prima eſſet temporalis.l.
item illa.§.ꝙ adijcitur.ff.de conſti.pec. Fallit, qñ eſſet merè ac-
ceſſoria ad primã,vt eſt ſtipulatio de iudicio ſiſti, quæ eſt eiuſ-
dem naturæ,& vitæ cum prima actione,quia eſt merè acceſ-
ſoria.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.ſed hic,& in d.
§.ꝙ adijcitur,non eſt merè acceſſoria,cùm in ea directo dedu-
catur illud, quod deducebatur in prima ſm Pau. de Caſt. hic,
& ante eum latius ponit Bar.in l.j.§. hæc actio.in ver. tertiò ca-
ſu principali.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue. dixi in d.§. qui iniuria-
2 rum.¶In gl.1.habes,† ꝙ actio, quæ oritur ex ſententia,non ap
pellatur actio iudicati,prout vr̃ dicere tex.ſed actio in factum
per tex.in l.actori.C.de reb. cre.in verb. ad ſimilitudinem iudi-
cati in factum actio competit, ſed Cyn.ibi reſpondet, ꝙ ibi ſit
ſimilitudo actionis in genere,ſed non in ſpecie,ſed caue, quia
ibi ſimilitudo cùm ſit facta per legem,debet intelligi eſſe facta
per omnia,ſi fieri põt,per illud,ꝙ no.gl.in l.ſacrilegij.prima.&
ibi Bar.ff.ad leg.Iul.pecu.& ſic,ꝙ ibi fiat ſimilitudo actionis nõ
ſolũ quo ad genus, ſed etiam quo ad ſpeciẽ, vt in ſpecie actio
in factum ita ɔpetat ex ſententia,ſicut ex iur̃o.iſtam opi. tenẽt
vbiq; gl.iuris ciuilis,& gl.in cle.fi.de appe.Bal.& Sal.in d.l.acto
ri.Imo.& d.Alex.hic.Lud.Ro.in l.nã & poſteà.§.fi.ff.de iureiu.
ɔ̃riam opinionem,& melius, ꝙ imò actio,quæ oritur ex ſnĩa,
ſit actio iudicati,prout dicit text.hic,& plures alij text. allegati
per Bar.tenent Iac.de Are.& Cy.in d.l.actori.Bar.Alb. de Roſ.
Ange. Rapha. & Pau. de Caſt. hic, quia cùm habeamus pro-
3 prium,& ſpeciale nomen actionis.ſ.iudicati,vt hic, † ad actio-
nem in factum non eſt recurrendum, ſed qñ propria nomina
actionum deficiunt,ita dicit tex. in l. nam cùm deficiunt.ff. de
4 præſcri. verb. Fallit ſm Bar. † in ſententia arbitri, ex qua bene
oritur actio in factum.l.cùm antea.C.de arb. ratio,quia ſenten
tia arbitri non eſt propriè ſententia,nec dr̃ iudicatum, ſed lau-
datum,prout plenè dixi in l.j.s̃.eo.ideo nimirum ſi ex ſentẽtia
arbitri oritur actio in factum, cùm non poſſit oriri actio iudi-
cati, tñ non eſt magnæ vtilitatis, cùm nomen actionis non ſit
de neceſſitate exprimendum in libello.c.dilecti.de iud.gl. Bar.
& Doct.in l.j.in prin.in gl.mag.ff.de eden.¶Vnus tamen caſus
5 ſpecialis eſt,in quo † ex ſentẽtia iudicis oritur actio præſcriptis
verbis in ſententia diuiſionis.l.ſi familiæ.C.fa.erciſ. quem text.
Bal.ibi in ſecundo no.ad hoc notat,& reputat mirabilem,& ra
tio eſt ſm eũ, quia diuiſio illa facta à iudice inter partes,vr̃ eſſe
quædam permutatio, ſed permutatio eſt ɔ̃ctus innominatus
ſm gl.& Doct.in rub.C.de rer.permutatione, & ex ꝑmutatio-
ne orit̃ actio præſcriptis verbis.l.cũ precib.C.de rer.permu.ſeq.
tur etiam ſimpliciter.d.Alex.hic.¶Gl.fi.in verb.cõpetit.diuidit
in tres partes.In 1.ampliat tex.In 2.ponit vnum dictum, per ꝙ
reſpondetur tacitę quæſtioni.In 3.limitat tex.Secunda ibi,quia
vetus quoque durat. Tertia,& vlt. eſt ibi, ſed ſi vetus fuerit rei
ven.¶Ex ſecunda parte.gl.ibi,vetus quoque durat. habes elice-
6 re, ꝙ † per ſententiam non fit nouatio propriè, quæ ſit extin-
ctiua obligationis,& actionis,vt §. propterea.inſtit. quib.mod.
tol.obl.& l.nouatione.ff.de nouatio.ſed fit nouatio accumula-
tiuè,& ſic adiectione nouæ actionis vltra veterem, quæ durat.
idem tenent gl.& Doct.in l.j. in gl.mag. C.de iud. gl.in l.duob.
ff.de excep.rei iud.& l.nepoti.& ibi Bar.ff. de fun.inſtr. & gl.no.
in l.fi.circa med.in verb.nouatur.C.de execu.rei iudi.quamuis
7 ibi videatur eſſe tex.in oppoſitum.¶†In vlt.parte glo.habes,ꝙ
ſententia lata in actione reali non producit actionem nouam
iudicati, vel in factum. & ita limitatur iſte text. Pro opinione
glo.duo vidẽtur facere.Primò,quia in actione reali iudex non
agit aliquid de nouo inducere, ſed ſolùm declarare agentem
eſſe dominum. l.ex diuerſo. §.1.ff. de rei ven. & l. ſicuti.§.ſed ſi
quæratur.ff.ſi ſeruitus vend.ergo præter intentionẽ iudicis non
debet poſſe oriri actio iudicati.ſed ad hoc reſponde,ꝙ in reali
iudex non agit inducere,verum eſt principaliter, ſed in conſe-
quentiam etiam inducit, vnde per traditionem factam aucto-
ritate ſententiæ latæ in actione reali, efficitur victor dominus
ſi ante non erat,ſed reus conuentus,ſm gl.in §.fi.inſtit.de offi.
iudi.& gl.in l.Pomponius.§.ſi iuſſu.ff.de acq. poſ.Barto. in l. ex
hoc iure.vbi dixi.ff.de iuſt.& iu.Secundò pro iſta gl. facit, quia
ſi ex ſententia lata in actione reali naſceretur actio iudicati, vel
in factum,eſſet repugnantia actionum, quia reſpectu actionis
realis diceretur non obligatus,& reſpectu actionis iudicati,vel
in factum diceretur obligatus. vt inſtit. de obl.in prin. item res
mea non poteſt mihi deberi.l.neque pignus. ff.de regu. iur.ſed
nec iſta ratio obſtat,vt patet in ſimili in l.ſi ventri. §.in bonis.ff.
de priui.credi.& in l.officium.ff.de rei ven.nam rei vendicatio
dat ratione poſſeſſionis, vel detentationis exiſtentis penes con
uentum, quæ obligationem non cauſat, licèt actio perſonalis
detur ratione ſententiæ,& ſic diuerſis reſpectibus.Contrariam
opi.& melius, ꝙ imò ex ſententia lata in actione reali compe-
tat actio noua iudicati,vel in factum, & duret etiã vetus actio
realis,tenet gl.in l.nam & poſteà. §. fi.& in l. ſed & ſi poſſeſſori.
in 3.reſponſo.ff.de iureiur. ſequitur Bar.hic poſt Antiquos per
eum relatos.Ang.Imo.& alij.Bar.& alij in d.l. nam & poſteà.
§.fin.per illum tex. vbi iuramento præſtito in actione reali orit̃
actio perſonalis in factum, & etiam durat vetus actio realis.
confirmatur,quia per ſententiam, etiam ſuper reali actione la
tam,quaſi contrahitur,vt tenet gl.reputata ſing.in l.2.§. fi.ff.de
præto.ſtipu. ergo ex iſto quaſi cõtractu debet oriri noua actio
iudicati,vel in factum.

SVMMARIVM.

1 *Licet intra tempus, ꝙ miſerationis gratia indulgetur à lege iudicatis ad ſoluendum,non poſſit fieri executio ſententiæ, nec agi iudicati contra eum,poteſt tamen interim condemnatus ſoluere, & per alios modos iuridicos ſe liberare.*
2 *Inducta ad fauorem non debent eius contrarium operari, & etiam ècontra.*
3 *An in iudicio,in quo petitur executio ſententiæ,requiratur libellus, litis conteſtatio,& alius ordo iudiciarius.*
4 *Per quod officium petatur executio ſententiæ.*
5 *Quando intentatur officium iudicis nobile,an requiratur libellus, & ordo iudiciarius.*
6 *Quando intentatur pro executione ſententiæ actio iudicati vel in factũ, an requiratur libellus,& litis conteſta.*

LEX VII.

INtra dies. ¶Intra tempus iudicati po-
teſt condemnatus ſe multi-
pliciter liberare.hoc dicit. Diuiditur in duas partes.
In prima ponitur deciſio.In ſecunda ratio deciſio-
1 nis. Secunda ibi, quia conſtitutorum. ¶ † Not. primò ex iſto
text.quòd licèt intra tempus, quod miſerationis gratia indul-
getur à lege iudicatis ad ſoluen. non poſſit fieri executio ſen-
tentiæ,nec agi iudicati contra eum,poteſt interim condemna
tus ſoluere, & per alios modos iuridicos ſe liberare, ideo inte-
rim poteſt compenſationem opponere, & ea mediante ſe li-
berare,vt eſt text.in l.ſi cùm militi. §.j. ff.de compenſa. & glo.
hic.quem text.ad hoc reputant ſingularem Imo.& dom.Ale-
xan.hic.Ange.in l.ſocer.§.Lucius.ff.ſolu.matrimo. ¶Secundò
2 no.ex ſecunda parte text. † quòd inducta ad fauorem alicuius,
non debent in eius damnum retorqueri,vt hic, & l. ꝙ fauore.
C.de legib.in regula,ꝙ ob gratiam.de reg.iur.in 6.Adde,quòd

priuilegium nunquam ſic eſt interpretandum, vt priuilegiato ſit nociuum, vt l. diuus. in ver. *nec vllorum magis intereſt.* & ibi Ang.in fi.ad hoc no.ff.de teſt.mil.Item priuilegium non debet interpretari contra priuilegiatum.ita no.Bal.in l. ſi Rufinus. C. de teſta.mil.Item adde,ꝙ ſimiliter ècontra, inducta ad grauamen, vel ad onus, non debent operari fauorem aut commodum. tex.in l. hæreditas ad Statium.& ibi Bal.& Ange.ad hoc not. ff. de hær. inſti. Item inducta ad pœnam non debent trahi ad gratiam.ita dicit tex.in c.inter corporalia.in 2.col.de transla
3 tio.prælator. ¶ † Vltimò quærit Bar.an in iudicio,in quo petitē executio ſententiæ,requiratur libellus,litis conteſtatio, & alius ordo iudiciarius,& concludit poſt Spe.in tit.de exec.ſen.§.qualiter.in prin.ꝙ ſi agitur actione iudicati, vel in factum,tunc bene requiritur libellus, & ordo iudiciarius,per reg. l.j. in prin. ff. de eden.& l.edita.C.eo.de eden.& per text.in l.item veniunt,& §. idem rectè.in verb. poſt ſuſceptum. ff.de pet.hære.& in l.j.in verbo *actio iudicati exercenda eſt.* C.quando ex facto tu. bene facit tex.in l.minor 25.annis cui fideicom. in verbo *ad initium nouæ petitionis redegerat.* ff.de mino.ſed ſi imploratur officium iud. pro executione ſententiæ,tunc nō requiritur libellus,nec figura iudicij,ſed debet ſummariè petitio procedere.l. à diuo Pio. §.ſi ſuper reb.ꝫ eo.Cum iſta diſt.Spe.& Bar.tenet Ang.in l.4.§. ſi ex conuentione.& ibidem Pau.de Caſt.in §.præcedenti. ſup. eo.& d.Pet.de Bex.hic,& dicit Io.de Imo.hic in fin ꝙ iſta opin. *eſt communis,& in practica tutius eſſet eam tenere.* ſimiliter Rapha. Cuma hic dicit,ꝙ eſt hęc communis ſententia,à qua in practica non eſt recedendum.Idem tenent Bar.Bal.& alij in l.2. C.de exec.rei iud cum alijs concor.hic traditis per do.Alex. Contra ſecundum membrum Bar. ꝙ imò quando imploratur officiū iud.pro executione ſententiæ requiratur libellus, arguit forti-
4 ter.d.Alex.fundamento colorato. † Quia officium iudi. per ꝙ petitur executio ſententiæ,eſt officium iudicis nobile, ſm Bar. in l.iubere cauere.in vlt.col.ff.de iuriſdi.om iud.l.à diuo Pio §. ſententiam.in j col.ad fi ꝫ eo. Et quia non deſeruit alicui actioni principaliter intentatæ, ergo eſt officium iudi. nobile.l.3. cū
5 gl. magiſtra. C.de compenſa. ſed † quando imploratur officiū iudicis nobile, ꝙ datur loco actionis, tunc ibi requiritur libellus,& lit.conteſt.prout quando intentatur actio.text.eſt in c.fi. de offi.iud.& Bar in rub.ff.de interro.acti.& latius in l. ne quicquam.§.vbi decretum.in 2.col.ff.de offi.procon.& leg. in l.4.§. hoc autem iudicium.in 6.q.ff.de dam.infect.& in l.j.§.fin.ff.de varijs, & extraor.cog.& in l. ab hoſtib. §. ſed ſimpliciter.ff.ex quib.cau.ma & huic fundamento non reſpondet. Tu reſponde huic obiectioni notabiliter defendendo Bar.ꝙ quando imploratur officium iud.nobile ſuper eo, ꝙ nunquam fuit antea deductum in iudicio,tunc ibi neceſſarius eſt libellus, & lit.conteſt.ita loquitur tex.in d.c.fi. ita loquitur Bart.in locis præalleg. ſed quādo imploratur officium iudicis nobile ſuper eo, quod eſt liquidatum in iudicio, & ſuper quo iam lata eſt ſententia diffinitiua, vt in caſu noſtro, tale officium iudicis nobile ſummariè expeditur,& non requiritur libellus,nec alia figura iudicij.ita formaliter tenet,& declarat Bar.in l.iubere cauere.in vlt. col.ff.de iuriſd.om.iud.& in terminis noſtris ſequitur alibi ipſemet.d.Alex.in l.ſi finita.§. Iul.in 22.col.ad fi. & ſeq.in ver.item inquantum Bar.hic quærit,an debeat dari libellus.ff.de dam.in fect.& facit,ꝙ ſtatim.ꝫ proximè ſubijciam.¶Secundò inquan
6 tum Bart. hic principaliter tenet, † ꝙ quando pro executione ſententiæ intentatur actio iudicati,vel in factum,tunc requiritē libellus,lit.conte.& ordo iudiciarius.contrarium & melius tenent Imo.Raph.Cuma.& d.Alex.hic,& plenè Ant. de But.in c.j.de libelli oblatione, ꝙ imò tunc ſufficiat qualiſqualis petitio ſine libello,prout & in ſummarijs.cle.ſæpe.de verb. ſigni.& ſic ſiue intentetur actio iudicati,ſiue imploretur officium iud. nunquam requiritur libellus, ſed habet locum via executiua. & ſequūntur gl.in l.qui de inoffi. in glo. mag cir.med.ff.de inoffi.teſt.& in d.l.minor 25 annis cui fidei.ff.de mino.& glo.in l. j.in gl.mag.cir.med.C.de iud quæ videntur velle, ꝙ actio iudicati habeat executionem paratam, & non exigat ordinem iudiciarium. Pro iſta parte duo ſtringunt. Primò,quia iura allegata per Bart. quæ dicunt, ꝙ agens aliqua actione debet prius libellum offerre,procedunt, quādo quis vellet agere pro re nōdum deciſa per ſententiam, ſecus qn quis ageret actione iudicati ex facto iam deciſo per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt in caſu præſenti, vbi petitur condemnatum cōpelli ad id, ꝙ in ſententia diffinitiua ꝯ eum lata continetur, & tunc non requiritur libellus, ne lites ex litib. oriantur.l. 4. §.ait prætor.ꝫ.eo.& iſtud fundamentum voluit originaliter gl. in d. l.qui de inofficioſo.in gl mag.cir.med.Secundò ſtringit text.in l. cùm antea. circa prin. C.de arb. in verb.actionem in factum ex noſtro nomine damus, quatenus poſſit ſententia eius executioni mandari, vbi litera vī apertè velle, ꝙ per actionem in factū ſententia mandetur executioni,nec eſt bona ſolutio Bar ꝙ ibi executio fiat per officium iud. & non per actionem in factum,quia violat illum tex.& ſm Imo.Bar.cauillatur illū text. ¶ Vltimo ad iſtā q.vide ſuper hoc tex.in l.ſi pignora. ff.de euic. in verb. extra ordinem ſententiam exequentes, quem allegat Bal.in l. 2.in 1.col.C.de execu.rei iudi.

SVMMARIVM.

1 *Specie perempta poſt litem conteſtatam durat inſtantia propter fructus.*
2 *Actio perpetuatur per litis conteſtationem.*
3 *In contractibus ſtricti iuris non veniunt fructus niſi à tempore litis conteſta.*

LEX VIII.

1 I homo. † Specie perempta poſt lit. conteſta. adhuc durat inſtantia propter fructus.h.d.ſecundum Ang.Imo.& d.Alexan. iſtud ſummarium procederet tenendo intellectū, qui aliqualiter tangitur in gl.1.& clarius in gl.3.in ver.fructum, ꝙ hic reus conuentus habuit iuſtam cauſam litigandi, & homo promiſſus deceſſit ſine dolo, & culpa debitoris, quo caſu debet abſolui ab homine.l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb. obl.qa iuſta cauſa litigandi excuſat à culpa,& mora,& ſic ab interitu. l.ſi quis ſolutioni.ff.de vſur.& debet condemnari de fructib.vt dicit gl.3.quia cùm per litis conteſtationem ſit fundatum officium iudi. etiam ſpecie perempta, illud etiam durat quo ad fructus ſm gl.& Bar.in l.vtique.ff.de rei ven. & hoc modo procedit ſummarium prædictum, ꝙ ſpecie perempta poſt litem conteſtatam abſque dolo,& culpa debitoris,& ſic eo liberato quo ad ſpeciem promiſſam,tñ adhuc durat inſtātia cauſę propter fructus.Iſte intellectus eſt verus in ſe per d. l. vtique, & l.ſi ſeruus.ff.iud ſol.ſed ad iſtum tex.non poteſt ſtare,qui dicit abſolutionem de homine non eſſe faciendam, ergo condemnatio debet fieri. vnde ſumma melius iſtum tex.hoc modo. Poſt litem conteſtatam tenetur promiſſor de interitu ſpeciei promiſſæ,& etiam de fructib.h.d.& ſic condemnatio debet fieri in vtroque tam in homine quàm in fructib.perceptis poſt lit.cōteſt.& ſic dum tex.dicit *abſolutionem non faciendam,* dic ſed condemnationem.& dum tex.dicit *de fructib.ſup. quæſitis per ſeruum promiſſum poſt litem conteſt.* ratio vtriuſque eſt, quia per litis conte.reus conſtituitur in mora,& ſic tenetur ſpecie debita perempta.l.nemo rem ſuam.§.1.de verbo.obli.& l.ꝙ te.ff. ſi cer.peta.
2 † quia per lit.conteſt.actio perpetuatur.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. & §.de illo.ff.de verb.obli.item fur, & moroſus æquiparantur. l.inter ſtipulantem.§.pen.ff.de verb.obli. ſed fur indiſtinctè tenetᷣ de interitu ſpeciei.l.j.§.rectiſſimè.ff.de vi & vi arm. & l.ſub tracto.C.de fur.ergo etiam moroſus li.conteſta. item odio moroſi ſpecies perempta fingitᷣ extare,& adhuc viuere.d.l.ſi ſeruū. §.fi.vnde condemnabitur in homine promiſſo, licèt mortuo, ſed executio fiet in æſtimatione, vt ibi, ratio ſecundi, quia hic
3 ſumus in ſtipulatione,† & ſic in contractu ſtricti iuris, vbi non veniunt fructus niſi à tempore lit.cōteſt.l.cùm fundus.in prin. vbi dixi. ff.ſi cer.pet. & l. videamus.2. §.ſi actionem. ff.de vſur. ideo veniunt ſolùm percepti poſt lit.conteſt.non ante, & ideo gl.fi.hic parua in ver placet.quæ dicit ante lit. conteſt. malè loquitur,quia in iudicijs ſtricti iuris, quando petitur illud, quod nunquam fuit agentis,non veniunt fructus ante lit.conte.vt in iurib.præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Datiuus importat fauorem eius,qui in datiuo nominatur.*
2 *In ſententia quaſi contrahitur.*
3 *Sententia lata pro abſente non contumace non valet, neque tenet. & num.6.*
4 *Per iudicem poteſt quæri abſenti,quia eſt publica perſona.*
5 *Iudex non debet impartiri officium ſuum niſi parte inſtante.*
6 *Quare non valet ſententia lata parte abſente non contumace.*
7 *Vbi fit citatio,ibi eſt actus trium perſonarum.*
8 *In cauſis ſummarijs valeret ſententia lata pro abſente non citato.*
9 *Furioſus obligatur in contractib. in quib. obligatio contrahitur re ipſa.*
10 *Si dominus,qui litigat per procuratorem,ſit citatus ad audiendam ſententiam, vel alium actum iudiciarium, & fuit contumax, an valeat ſententia, vel ille actus,& quid quando comparuit ſponte, vel ſi fuit præſens,& non citatus, vel in cauſis ſummarijs.*
11 *In iudicijs ſummarijs alteri per alterum non acquiritur obligatio etiam naturalis.*
12 *In conſtituto verba conſtituentis ſe ſoluere, debent conferri in procuratorem,& non in dominum.*

LEX

LEX IX.

FVrioſo. Non ſumatur propter breuitatē.
pondera text.in dictione furioſo,
1 quæ eſt datiui caſus, † & datiuus denotat fauorem
illius,qui in datiuo nominatͣ, & importat ei acqui-
ſitionem.l.j.in prin.cum gl.in verb.ei,& in ver. in eū.ff.de con-
ſti.prin. vnde hoc modo probat text. ꝙ ſententia etiam lata in
2 fauorem furioſi non valet,ꝙ eſt contra primam ſol.gl.¶†Con
firmatur,quia in ſententia quaſi ꝯhitur.l.3. §.idem ſcribit. ff.de
peculio.dixi in l.miles.§.pen.& fi.ſ̃.eo. ſed furioſus non eſt ca-
pax alicuius ꝯctus.l.in negotijs.ff.de reg. iur. & §.furioſus.inſti.
de inuti.ſtip.& ſicut non pōt verè ꝯhere, ita nec fingi. l. qui ad
certum.ff.locati.¶Gl.vnica in verb.non poteſt.diuiditur in tres
partes principales. In 1.opp.contra text. de l.non eo minus.C.
de procu. & tripliciter ſoluit. Prima ſolutio confunditur per
iſtum tex.inductum,vt ſ̃.proxime in tex.Secunda ſol.eſt con-
tra iſtum tex.æquiparantem iudicem & arbitrum. *Tertia com-
muniter tenetur declarata*,vt per Bar.item ibi non loquitur in mi
nore,ſed in procuratore minoris non legitimè conſtituto.In 2.
parte gl.remouet aliam oppoſitionem contra text. In 3. rñdet
tacitę quęſtioni quid in ꝯctibus.Secunda ibi,nec obſtat,ꝙ pro
abſente contumace.Tertia & vlti.eſt ibi,in ꝯctib.autem acqui
ritur.¶In ſecunda parte gl.ibi,quia cōdemnari, & ſolui ei po-
teſt.rñde melius ſm Bar.& Doct. hic, ꝙ ibi loquitur in abſente
contumace, qui habetur pro præſente, quia eius abſentia per
Dei præſentiam ſuppletur.d.l.properandum.§.ſinautem reus,
allegata in gl.ſed furioſus ſemper habetur pro abſente, & non
poteſt in contumacia conſtitui. Not.diligenter iſtam ſol. Bart.
3 & Doct.ex qua habes, † ꝙ ſententia lata pro abſente non con-
tumace non valet,neque tenet.Idem no.gl. in l.ea quæ.C. quo
modo,& quando iud.& gl.in d.l.quæſitum.in gl.1.iuncto text.
ſ̃.eo.ꝯrium tenet gl.in l.properandum.§. ſinautē reus.in verb.
ꝯdictionem,& in §.ſinautem alterutra.in verſi.victori,ſed pri-
mam opi.tenent Bar.*& communiter Doct.* hic,& in locis prælle.
Can.in c.cauſam.de iud. & iſta eſt communis opi. ſm Rapha.
Cuma.& d.Alex.hic,& gloſſæ contrariæ poſſent procedere in
criminalib. quia valet ſententia pro accuſatore abſente, licèt
non citato.l.quāuis indubitati.C.de adulte.& ſic lata pro fiſco,
quia fiſcus vbique eſt,vt no.in l.j.C.de quadri.præſcri. ſecundū
Bal.in l.ne quicquam.§.vbi decretum.in 6 col.ff.de offi.procō.
& lega.& in l.ſi accuſatorib.in pen.col. C.de accu.Ange.in d.§.
ſinautē reus. ſed aduerte licèt omnes indifferenter ita teneant,
tamen inſignis Doct.d.Pet.de Bex.tenet ꝯrium,& dicit, ꝙ con
traria opi.ſemper ſibi placuit. Motus primò, quia ſi valet ſen-
tentia lata pro abſente contumace, multomagis debet valere
pro abſente non contumace,quia non debet eſſe melioris con
ditionis contumax,quàm non cōtumax.arg.l. ſeruus. in fi.ff. ꝙ
4 vi aut clam.& in c.cum qui. de præb. in 6. † Secundò,quia per
iudicem poteſt acquiri abſenti, quia eſt publica perſona. l.j. ff.
de magiſtra.conue. ergo ſententia lata per iudicem volentem
acquirere abſenti, debet valere. Tertiò & fortius, quia iudex
non poteſt ferre ſententiam pro abſente, niſi ille, qui eſt præ-
5 ſens,petat. † Quia non debet iudex officium ſuum impartiri
niſi parte inſtante.l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de dam.infect.
& l.properandum.§.ſinautem alterutra C.de iud.tūc ſic, ſi iu-
dex non poteſt ferre ſententiam niſi parte inſtante,ergo eo ip-
ſo,ꝙ pars præſens petit ferri ſententiam,videtur remittere cita
tionem,quæ poteſt remitti.c.de cauſis.de offi. delega.quia qui
vult conſequens,vr̃ velle omne neceſſarium antecedens ad il-
lud.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de proc. ergo poteſt
valere ſententia pro abſente non citato, & ſic non contuma-
6 ce. Tene communem opi. per vnum fundamentum,† per ꝙ
tolluntur omnia illa tria fundamenta.d.Pet.de Bex.quia quan-
do fertur ſententia pro abſente legitimè citato,& ſic qui eſt cō-
tumax,& non comparet,tunc ideo valet ſententia, quia ſerua
ta eſt forma tradita à lege,ꝙ ſententia feratur inter partes præ-
ſentes,aut peremptoriè,& ſic legitimè citata.l. de vnoquoque.
ſ̃.eo.& c.1.de cauſa poſ. & propri. ſed quando fertur ſententia
pro abſente non contumace, & ſic non citato non valet ſen-
tentia,quia non interuenit illud,quod eſt de forma ſubſtantia-
li ſententiæ.ſ.citatio.l.j.§.item cùm ex edicto.ff. quæ ſententiæ
ſine appel. reſcin. nec eſt verum, ꝙ iſtud, ꝙ pars debeat citari
ad ſententiam,ſit inuentum ad fauorem litigatorū, & ſic poſ-
ſit remitti, quia imò principaliter eſt inuentum ad rigorem iu-
diciorum conſeruandum, ſecūdum quem rigorem per actus
ciuiles alteri per alterum nō quæritur,niſi ille ſit præſens.l.quæ
cunque gerimus. ff.de act. & obli. & l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.
de verb.obli.ita ad literam dicit notabiliter Bart. in d.l.ea quæ.
C.quomodo & quando iud.Item iudicium eſt actus triū per-
7 ſonarum,ſcilicet iudicis,actoris,& rei.c.forus.de verb.ſig. † ſed
vbi fit citatio,ibi eſt actus trium perſonarum, quia contuma-
cia habetur pro præſentia.Auth.qua in prouincia.C.vbi de cri
mi.agi opor.ſecus vbi non eſt citatio.& ideo quando vna pars
abeſt, & alia pars eſt præſens, & petens ſententiam ferri, tunc
ſententia lata pro abſente non citato non valet, neque tenet
ſecundum Bal.notabiliter in d.l. nec quicquam. §.vbi decretū.
in 6. colum. ¶Per iſta apparet ratio,quare iſto caſu melior ſit
conditio contumacis, quàm non contumacis, quia in contu-
mace fuit ſeruata forma legis circa ſententiam,quia fuit legiti
mè citatus,ſecus in abſente non contumace, qui non fuit legi
timè citatus, vnde ſi eſſemus in caſibus, in quibus proceditur
8 ſummariè, & ſine figura iudicij, † tunc valeret ſententia lata
pro abſente non citato, quia eſt ſolennitas iuris ciuilis, & non
iuris gentium, quæ in cauſis ſummaris non attenditur. ita ele-
ganter tenet Bar.in extrauaganti ad reprimen.in verb. ſine figu
ra.circa fi.cum quo tranſeunt Raph.Cuma.& d.Alexān.hic, &
9 Pet.de Anch.in cle.ſæpe.de verb.ſig. ¶ † In fi.glo.dic clarius,ꝙ
in cōtractibus,in quibus obligatio contrahitur re ipſa ſine cō-
ſenſu,tunc etiam furioſus obligatur, vt eſt text. melior de iure
in l.furioſus.ff.de act.& obli.facit.l.3.§.& ſi furioſi. ff. de neg.ge.
10 ¶†Extra gl.quærit vtiliter Bar.ſi dominus,qui litigauit per pro
curatorem,ſit citatus ad audiendum ſententiam, vel ad alium
actum iudiciarium, & fuit contumax, an valeat ſententia, vel
ille actus iudiciarius,concludit,ꝙ non & bene, cum Barto.alij
tranſeunt.bene facit,quia ex quo procurator,qui eſt dominus
litis,& inſtantiæ non fuit citatus,ſed dominus principalis, talis
citatio cùm non ſit legitima,non fecit dominum contumacē,
ergo ſententia lata eſt nulla,ſicut ſententia lata pro abſente,qui
non fuit contumax,vt ſupra firmaui. idem vbique tenet Bart.
in l.procuratorib. C.de procu. & in l.mutari. ad fi.ff.eo. & in l.
pen.C.ſi aduer.rem iud.& in l.j.in pen. col.C. de ſent.& interlo.
om.iud.Et idem Bald.in l. ſi quando in 7.q. C.de teſti. Io.And.
& d.Ant.de But.in c.2.de teſt.& ibidem.d.Abb.in pen. colum.
& notabiliter.d.Bar.Vero.in caute.165.inci.ſi tu aduocatus vis
cauſam vincere.¶Limita,quando dominus citatus ſponte cō
paret, tunc valet ſententia propter ius vtile inſtantiæ, ꝙ habet
dominus ſine ceſſione.l.in cauſæ.§.fi.ff.de procu. quando pro-
curator non contradiceret.l. quæ omnia ff. de procu.ſecundū
Bar.hic,& latius in locis ſuperius allegatis,& in l.ſi procuratori
præſentis.ff.de verb.obli.bene facit text.in c. ſi quem in primo
reſponſo iuncta glo.de procu.in 6 quem allegat ad hoc dom.
Abb.in c.2.in vlt.colum.de teſti. Amplia idem eſſe,ſi dominus
citatus fuit ſolùm præſens ſententiæ,adhuc valet ſententia ſe-
cundum Bar.hic in vlt.q.quem cæteri ſequuntur.& Bar.in d.l.
ſi pcuratori præſentis.ff.de verb.obl.imò fortius tenet notabi-
liter Bal.in l.j.in 2.colum.C.de ſen.& interlo.omn.iud. ꝙ ſi no-
tarius ſcribens ſententiam dicat eam fuiſſe latam præſente do-
mino,valet propter ſolam præſentiam domini, acſi dominus
expreſsè conſenſiſſet, quamuis non appareat de eius citatione
per l.cum oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſ.tut.& ſequitur ſimplici
ter Raph.Cuma.hic.Idem tenet dom. Alex. quando notarius
ſciente, & patiente domino ſcripſiſſet ſententiam latam ipſo
domino præſente. Secundò vltra Bar. notabiliter limita,quā-
do eſſemus in cauſis,in quibus proceditur ſummariè, & ſine
figura iudicij,tunc valet ſententia,licèt dominus ſit citatus, &
non procurator lit. quia iſta eſt ſolennitas iuris ciuilis, & non
iuris gentium,quæ in dictis cauſis non attenditur.ita ſingulari-
ter tenet Bar.in extrauagan.ad reprimen.in verſi. ſine figura.ad
fin.& ſequitur ſimpliciter Rapha.Cuma. hic in fin. idem tenet
Lud.Roma.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. ff.de verb. oblig.vbi
reputat tenendum menti perpetuò. ¶Contrarium tenet ſolus
dom.Alexan.hic,licèt dicat,quòd Barto.in hoc non habet con
tradicentem. Motus in effectu,quia in iudicijs ſummarijs non
debet acquiri effectus ſententiæ abſenti non citato, aut non
11 legitimè citato, † quia etiam in iudicijs ſummarijs alteri per al
terum non acquiritur obligatio etiam naturalis, ſecundum
Ange.Imo.& alios in l.ſtipulatio iſta.§.alteri. vbi dixi.ff.de ver-
bo. obliga. & tamen obligatio naturalis eſt de iure gentium. l.
cùm amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur. quod fundamen-
tum videtur mihi parum ſtringere in propoſito. ¶Vnde vltra
dom. Alexān. ego arguo fortius contra Barto. & eius funda-
mentum:nam etiam in conſtituto attenditur merum ius gen
tium.l.j.in princip.& l.& licet. ff. de conſtitu. pecu. & tamen in
12 conſtituto attenditur iſta differentia, † quòd verba, conſti-
tuens ſe ſoluere, debeant conferri in procuratorem, & non in
dominum,aliàs ſi conferrentur in dominum,non valeret con-
ſtitutum, vt eſt text.in l.cum qui.§.Iulianus.ſecundo. ff.de con
ſtitu.pecu.

S V M M A R I V M.

1 *Filiusfa. contrahendo durante patria poteſtate obligatur inſolidum ex omni contractu, præterquam in mutuo, & voto.*
2 *Filiusfa. ex contractib. celebratis per eum tempore patriæ poteſtatis, factus ſui iuris non tenetur vltra quam facere poteſt niſi tempore contractus mentitus ſit dicendo ſe patremfam.*
3 *Maritus, qui negauit matrimonium, conuenitur inſolidum.*
4 *Mendacium circa id quòd eſt fundamentum, & cauſa priuilegij, facit priuilegium perdi.*
5 *Mercator, qui in iudicio negauit calculum, ſeu rationem factam inter eum, & alios mercatores, non per hoc perdit, quin poſſit allegare errorem calculi.*

LEX X.

QVi cum ſe. Propter mendacium perdit quis priuilegium, ne exigatur vltra quam facere poſſit. h. d. Et præmitte ad euidentiam literæ ex mente Bart. in rub. ff. ꝙ cum
1 eo. † ꝙ filiusfa. exiſtens in poteſtate patris, ſi contrahat durante patria poteſtate obligatur inſolidum ex omni ꝯctu, prętérquã in mutuo, & voto. l. tam ex contractib. ff. de iud. & l. filiusfa. ff.
2 de act. & ob. † tamen ſi poſteà ſit emancipatus, vel effectus ſui iuris per mortem patris, qui eum exhæredauit, cenſetur nouus homo, ideo pro cõtractib. per eum celebratis tempore patriæ poteſtatis non poteſt exigi vltra quam facere poſſit, vt eſt text. in l. 2. in prin. ff. ꝙ cum eo. & de exhæredato eſt etiam text. in l. & exhæredatum. ĩ. eo. & ſic vno verbo filiusfa. ex contractib. per eum celebratis dum eſſet in poteſtate patris tenetur inſolidum, ſed factus poſteà ſui iuris tenetur ſolum inquantum facere poteſt, per titulum. ff. ꝙ cum eo. Hoc eſt verum, niſi tempore, quo contraxit, per mendacium aſſeruerit ſe eſſe patremfa. & ſic ſui iuris, & hoc modo induxit creditorem ad ꝯhendũ ſecum, certè propter tale mendacium perdit dictum priuilegium, vt non exigatur vltra, quàm facere poſſit, & tenebitur in ſolidum. iſtud eſt, ꝙ decidit iſte tex. & tex. in l. ſed hoc ita. §. 1. ĩ.
3 eo. & tex in l. 4. §. interdum. ff. ꝙ cum eo. † ſicut etiam maritus negando matrimonium, & ſic ſe eſſe maritum propter mendacium perdit priuilegium, ne condemnetur niſi inquantum facere poteſt, ita notabiliter tenet Bar. in l. etiam. § 1. circa fi. ff. ſol. mat. Et ſequitur ſimpliciter d. Alex in l. maritum. in 2. col. e.
4 tit. ff. ſol. mat. Ratio prædictorum eſt, † nam mendacium circa id, ꝙ eſt fundamentum, & cauſa priuilegij, facit priuilegium perdi. l. ſi dubitetur. §. ita demum. & ibi Barto. ff. de fideiuſ. & l. ſi vnus. §. fi. ff. pro ſocio. gl. magiſtra. in c. nullus plurib. de reg. iur.
5 in 6. & glo. in l. nemo ex his. ff. de re. iu. aduerte tamen quod † ſi ſunt plures mercatores, & vnus neget in iudicio calculum, ſeu rationem eſſe inter eos factam, ſi conuincatur de mendacio, non per hoc perdit, quin poſſit allegare errorem calculi, & ſic intentare diſpoſitionem. l. j. C. de errore cal. quando poteſt in promptu oſtendere errorem per euidentiã facti. ita tenet Pau. de Caſt. in conſi. 33. incip. in caſu præſenti.

S V M M A R I V M.

1 *In obligationibus faciendi venit intereſſe à tempore moræ.*
2 *Stipulatio ſemel commiſſa ad totale intereſſe amplius committi non poteſt.*
3 *Intereſſe, ſeu æſtimatio quo iure veniat.*

LEX XI.

1 SI calendis. † In obligationib. faciendi venit intereſſe à tẽpore moræ, & ſic à tempore, quo debuit fieri. h. d. glo. 1. intelligitur tamen, ꝙ poſſit poſteà creſcere intereſſe vſque ad litis conteſtationem, vel etiam vſque ad ſententiam. & cum iſta glo. ſimpliciter tranſeunt Ang. & Pau. de Caſt. hic. idem tenet gl. in l. in hac. in prin. in diſt. magna. ff. de condi. tritica. ſed caue, quia hoc modo iſtum tex. qui dicit, *quanti interfuit mea id fieri, oportet intelligere.* ſ. tunc vel poſteà, quæ eſſet deſtructio tex. ideo iſtam gl reprobant, & melius Barto. Imo. Rapha.
* Cuma. *& cæteri omnes hic*, & Bart. in l. in hac. ff. de condi. tritica. vnde Bar. Imo. & cæteri hic, & Bart. in d. l. in hac. dicunt, ꝙ hic ſumus in obligationib faciendi, in quib. poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, & ſic intereſſe eſt in obligatione, & actione l. ſi quis ab alio. § fi. ĩ. eo. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in ver. Celſus. ff. de verb. obl. & in iſtis attenditur præcisè tempus moræ, & vlterius non creſcit intereſſe, & ſic non recipit poſteà augmentũ nec diminutionem. l. fundum cornel. in vlt. rñſo. ff.
2 de noua. & l. hominem. ff. man. † nam ſtipulatio ſemel cõmiſſa ad totale intereſſe amplius committi non poteſt. l. cùm quæreretur. ff. iud. ſol. ſed iura allegata in gl. loquuntur in obligationibus dandi, in quib. non committitur ſtipulatio ad intereſſe, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. vbi autem non apparet. §. fi. & l. ſi ſeruũ. §. effectus. ff. de verb. obl. & §. ſic itaque. inſtit. de actio.
3 † & æſtimatio, ſeu intereſſe venit officio iudicis mercenario, ideo iudex poteſt habere rationem talis intereſſe, & æſtimationis quanti plurimi à tempore moræ vſque ad lit. conte. & etiã vſque ad ſententiam. d. l. in hac. cum glo. & l. vinum. vbi plenè notatur, & plenius dixi. ff. ſi cer. pet. & ꝙ in l. datio. §. ſi per venditorem. ff. de act. emp. alleg. in gl. eſſet obligatio dandi, & non tradendi, patet, quia ibi erat vinum venditũ in genere, ſed obligatio generis ſemper eſt dandi ex quocunque contractu debeatur etiam emptionis, non ex natura contractus, ſed ex natura rei, quæ eſt in genere. l. qui concubinam. §. ſi hæres, & ibi glo. in verbo teſtamento. ff. de leg. 3. gl. & Bart. in l. ex emp. in prin. ff. de act. emp. & in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. ¶ Glo. fi. opponit de l. cùm quis. ff. de act. & obli. ſed illa concordat, cum velit, ꝙ attendatur tempus, quo ſatis acceperit, ſcilicet ſoluendum, & ſic tempus moræ, vt etiam dicit gl.

S V M M A R I V M.

1 *Depoſitario, & commodatario, & ſimilibus condemnatis, quia dolo deſierunt poſſidere, cedendæ ſunt actiones per actorem, quas habet contra alios.*
2 *Actio in rem licèt ſit ſtricti iuris, eſt tamen arbitraria.*
3 *Nulla actio poteſt fieri arbitraria, niſi quæ ſit ſtricti iuris.*
4 *In actionibus bonæ fidei veniunt omnia, quæ æquum eſt venire, etiam ſi de eis non ſit actum.*
5 *In arbitrarijs neceſſariò debent ferri duæ ſententiæ.*
6 *In actionibus bonæ fidei non fertur niſi vna ſententia.*
7 *In actione depoſiti condemnatus efficitur infamis.*
8 *Dolus dans cauſam contractib. bonæ fidei, illos reddit nullos ipſo iure, ſecus in contractib. ſtricti iuris, quia non ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
9 *Dolus commiſſus circa poſſeſſionem purgatur per actionem ex contractu ſoluta æſtimatione.*

LEX XII.

IN depoſiti. Etiam ei, qui dolo deſijt poſſidere, ꝯdẽnato actione perſonali cedendæ ſunt actiones. h. d. ¶ Not. ꝙ depoſitario, & cõmodatario, & ſimilib. condemna
1 tis, quia † dolo deſierunt poſſidere, cedendæ ſunt per actorem actiones, quas habet contra alios, puta rei vendicatio cõtra extraneum poſſeſſorem, quia ſine ceſſione non trãſit directa nec vtilis rei vendicatio, vt innuunt text. & clare no. Bar. in l. j. ff. de vſucap. pro emp. & l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa. & in l. in cõmodato § fi. ff. commodati. ſi autem reus condemnatus poſſideret, & non extraneus, tunc non poſſet actor cedere rei vendicationem ipſi reo, quia recipiendo litis æſtimationẽ à reo poſſidente transfertur dominiũ actoris in reum. l. eius rei, & l. hæc ſi res. ff. de rei ven. vnde ius concernens dominiũ ipſius rei ſibi cedi non põt, cùm illud habeat. vñ ſi actor haberet alias actiones perſonales, tenetur eas cedere ſoluẽti æſtimationem arg. l. in creditore. & l. ſi res. cũ gl. ff. de eui. puta in re legata actori, qui non ſolũ hẽt dñium, & ſic rei vendicationẽ, ſed ẽt actionẽ perſonalem, & hypothecariã. l. j. C. commu. de leg. & §. noſtra. inſt. de leg. ita tenet Bar. hic ad fi. poſt Iac. But. in l. ſi culpa. ff. de rei ven. *cum quo cæteri tranſeunt*, quicquid teneat Dyn. in regula ſine poſſeſſione. in 3. q. de reg. iu. in 6 ita debet intelligi. ¶ Limita prędicta procedere, qñ actor ſciebat reum poſſidere, ſecus ſi ignorabat, tunc pp malignitatem rei occultantis poſſeſſionem, nulla debet ſibi fieri ceſſio actionum, nec tunc transfertur dñium in reũ. gl. eſt no. in l. hoc ſi res. & ibi Bar. in 2. opp. ff. de rei ven. Io. de Imo. in l. ij. §. fi. ff. pro emp. & d. Alex. hic. ¶ Glo. fi. in verb. cedat. fortiter opp. ꝯ tex. de l. is, qui dolo. ff. de rei ven. ꝙ ꝯrium eſt valde difficile ſm d. Alex. & gl. pro ſolutione ſe remittit ad ea, quæ ibi dixit, ibi gl. tripliciter ſoluit, & eſt intricata materia, q̃ ĩ. explicabo. Primò ſoluit, ꝙ hic loquał in actionib. perſonalib. quæ ſunt bonæ fidei, ibi in actione in rem, quæ eſt ſtricti iu-
2 ris, ita ẽt dicit gl. 1. hic. Bar. reprobat iſtã ſolutionẽ, † quia actio in rem licèt ſit ſtricti iuris, tñ eſt arbitraria. § præterea quaſdã. inſt. de act. ideo in actione in rem, quia eſt arbitraria, põt deferri iurm̃ in litẽ ſicut in actionib. bonæ fidei, ꝙ nõ p̃t fieri in alijs actionib. ſtricti iuris, q̃ non ſunt arbitrariæ. l. in actionib. ff. de in lit. iuran. ideo in ea poteſt multũ officiũ iudicis ſicut in actione bonæ fidei, & ita ei deſeruit officiũ iud. ſicut in actionib. bonæ fidei. iſta impugnatio Bar. ſm Io. de Imo. & Raph. Cu. non eſt bona,

bona,quia licèt iudex multum poſſit in arbitrarijs,tamen latio
res habenas habet in actionib.bonæ fidei,in quib. magis exube
rat bona fides , & ſic potentius eſt officium iudicis. §. in bonæ
fidei.inſti.de act.licèt d.Alex.dicat,quòd ille text.hoc nō dicit.
Tu autem dic fortius,& fundamentalius contra impugnatio-
3 nem Bar.† quòd nulla actio poteſt fieri arbitraria , niſi ſit ſtri-
cti iuris,quia in actionib.bonæ fidei ex natura actionis, quæ eſt
larga, & exuberans, iudex poteſt deferre iuramētum in litem,
propterea dicit tex.no.in l.quia tantundem. ff.de nego. geſt.ꝙ
in actionib.bonæ fidei tantum poteſt officium iudicis,quantū
4 in ſtipulatione in his, quæ nominatim ſunt promiſſa,† nam in
actionib. bonæ fidei veniunt omnia , quæ æquum eſt venire,
etiam ſi de eis non ſit actum,vt ibi,& l.ſed Celſus.§.j.cum ſim.
ff.de contrah.emp. iō ratio nulla actio bonæ fidei etiam aptitu
dine poteſt fieri arbitraria , imò habent ſe vt oppoſita. l.in bo-
næ fidei. ff.de eo ꝙ cer.lo. ſolùm ergo actiones in rem , & aliæ
actiones ſtricti iuris poſſunt aſſumere iſtam qualitatem arbi-
trariam , & effici arbitrariæ propter accidens. ſ. propter con-
temptum iudicis in non reſtituendo , vel non exhibendo rem
prout iudex iuſſit , vel inducit alio modo contumaciter non
obtemperando,iſte contemptus iudicis facit , vt actio efficia-
tur arbitraria, & iudex præter naturam actionis, quæ eſt ſtricti
iuris,poſſit deferre iuramentum in litem de affectio. & ſecun-
dum illud condemnare.d.l.in actionib.& ibi Bart.in 3. colum.
ibi dixi. & eſt ibi text. quem allegat in l. qui reſtituere. ff. de rei
5 ven.† Hinc eſt,quòd in arbitrarius neceſſariò debent ferri duę
ſententiæ, vna per quam condemnatur reus ad reſtituendum
rem,vel quid ſimile, & ſi reus ſit contumax , iſtud accidens fa-
cit,vt iudex habeat arbitrium ferendi ſecundam ſentētiam, &
ſic prout fuit iuratum in litem de affectione arbitrio tamen
ſuo,vt per glo.& clarius Bar.in l. ſi cùm exceptione.§. in hac.ff.
6 ꝙ met.cauſa,& in l.j. ff. de in litem iur. † ſed in actionib. bonæ
fidei non fertur niſi vna ſententia ſuper re principali , & ſuper
intereſſe,vt eſt glo. reputata ſingularis in l. j.in prin. in glo.2.&
ibi Bar.de act.emp.& ſic apparet Bar.non bene dixiſſe,quòd in
actione ſtricti iuris arbitraria multum poſſit officium iudicis,
ſicut in actione bonæ fidei, hoc eſt falſum, vt patet per prædi-
cta , quòd actio ſtricti iuris efficiatur arbitraria, fuit inductum
fauore actoris contra reum doloſum , & contumacem, vt di-
xi,ergo non debet officium iudi. poſſe , vt cedi debeant actio-
nes reo doloſo,quia officium iud. inductum contra reum do
loſum,non debet in eius fauorem poſſe operari.c.inter corpo
ralia. in 2. colum. de tranſla. Epi.l. hæreditas ad Statium. & ibi
Bald.& Ang.ad hoc no.ff.de hær.inſti & ita habes defenſatam
primam ſol.iſtius glo.& vide, quod dicam ſtatim in ſeq. ſolu-
tione.Secunda ſol.glo.ibi eſt, quòd hic reus habuit cauſam ab
actore , qui ſecum contraxit deponendo , vel commodando,
ibi non,per text.in l.ſi donatę.in prin.ff.de don. inter vir.& vxo.
& iſtam ſol.ſequuntur Dyn.Imo.& Raph.Cuma.hic,Bart.au-
tem impugnat per duo,quia d.l.ſi donatę.loquitur in cauſa,ſci
licet , quo ad animum donantis vera, vel habili ad transferen-
dum dominium, & omne ius, ſed hic in depoſitario, & com-
modatario , licèt habeat cauſam à domino , tamen illa cauſa
non eſt habilis ad tranſlationem dominij.tu dic glo.ponderaſ-
ſe text.in ratione decidendi ibi, *quia cauſam poſſidendi habuit à do
nante,quam ſi non habuiſſet,non teneretur cauere de euictione.*l.& ex di
uerſo.§.petitor.ff.de rei ven.& tamen ibi deciditur, quòd tene
retur cauere,quia cauſam ab eo habuit.& iſtud eſt, quod pon
7 derauit illa glo. ¶† Secundò mouetur Barto. quia hic deberet
puniri furti,quia contra voluntatem actoris fecit.l.j.& l.qui iu
menta. ff. de fur. & in actione depoſiti condemnatus efficitur
infamis.l.j. & l.furti.§.fin. ff.de infa. caue, quia hic ſolùm deſijt
doloſè poſſidere,& ſic non videtur,quòd interuenerit contra-
ctatio,ſed dolus in omittendo , ergo non videtur, quòd cadat
furtum.d.l.j.ff.de fur.niſi Bar.aliud ſenſerit, quam non expreſ-
ſit. ad aliud,quòd condemnatus in actione depoſiti efficiatur
infamis,non videtur generale , cùm non procedat ſimpliciter
in commodato,ſed vltra Bar.poteſt confirmari iſta impugna-
tio,quia maior eſt perfidia in depoſito, & commodato , & ſic
in actionibus bonæ fid. ergo minus deberet ſuccurri per ceſſio
nem actionum,quàm in actione in rem, & in alijs ſtricti iuris..
8 nam videmus, quòd † dolus dans cauſam contractibus bonæ
fid.illos reddit nullos ipſo iure,& tamen ſecus eſt, quando do-
lus dat cauſam contractibus ſtricti iuris , quia contractus non
eſt ipſo iure nullus , licèt obſtet exceptio doli, eo quia non re-
putatur tanta perfidia in contractibus bonæ fid.l.3.§.fin.ff. pro
ſocio.& l. dolo, vel metu. C.de inuti. ſtipu. & l.& eleganter.in
prin.ff.de dolo.& l.ſi ſtipuler.ff.de verb.obl.& iſta oppoſitio ēt
tendit ꝯ.1.ſol.præcedentem,ſed rn̄de ex mente Imo. & Raph.
Cuma.ꝙ obiectum procederet,qn̄ actori, & ſic dn̄o non eſſet
conſultum,prout hic, vbi actor habuit æſtimationem rei ſuæ,
vnde æquum eſt,& bona fides ſuggerit, ꝙ bis idem habere nō
debeat.l.bonæ fid.ff.de reg.iur.& ſic,ꝙ debeat actionem cede
re reo condemnato,qui ſoluit æſtimationem,aliàs poſſet rem
exigere, & ſic in effectu bis idem habere. Nec ad hoc obſtat il-
lud,ꝙ ſubtiliter dicit.d.Alex.ꝙ etiā in actionib. ſtricti iuris non
eſt æquum,ꝙ bis exigat idem,per d.l.bona fid.quæ ſm eum ēt
habet locū in actionib. ſtricti iuris. Nā rn̄de , ꝙ ex quo hic reus
condemnatus habuit cauſam ab actore,qui ſecum ꝯxit,& per
actionem deſcendētem ex ꝯctu ſoluta æſtimatione purgatus
fuit dolus , ideo ex æquitate fit ceſſio actionū,ne actor bis idē
conſequať.quæ ratio ceſſat,qn̄ reus non ꝯxit,& ſic non habuit
cām ab actore , & conuenitur ſolū ratione poſſeſſionis,in qua
deliquit, nec iſte dolus pōt purgari per actionē ex ꝯctu , cùm
nihil ꝯxerit,ideo non fit ceſſio actionū, nec curať, ꝙ dn̄s vltra
æſtimationem , q̃ habuit à condemnato , qui deſijt poſſidere,
ēt ab alio poſſit rem conſequi , & ita habes bene defenſatā ſe-
* cundā ſol.gl.¶ Tertiā ſol.ponit ibi gl.q̃ ſequuntur *Bar. & cōiter
alij*,ꝙ ibi conuentus rei vendicatione petit ceſſionē actionum
ratione poſſeſſionis,q̃ habuit , ſed ipſe circa poſſeſſionē deliqt,
quia eam deſijt dolo poſſidere,ideo priuatur commodo,ꝙ ex
poſſeſſione procedit,ne poſſit petere ceſſionē actionū, ſed hic
non petit ceſſionē ex poſſeſſione depoſiti , vel ꝯmodati circa
q̃ deliquit,ſed petit ex ꝯctu,circa quem non deliquit , & ſic ibi
deliquit circa poſſeſſionem pro qua conuenit , hic aūt ꝯuenit
ex ꝯctu,& deliquit circa poſſeſſionē.Iſtā 3.ſol. reprobat Raph.
Cuma.& d.Pet.de Be.nam ſm Raph.ēt hic depoſitarius,& cō
modatarius deliquerūt circa ꝯctum,& bonā fidem,quæ in eis
requirebatur,ideo ꝯ doloſum agiť actione ex eo ꝯctu.l.ꝙ Ner
ua.ff.depo.ſoluendo iſtā ſol dicunt Inn.& d. Ale. ꝙ hic princi-
paliter deliquit circa poſſeſſionē, & in ꝯn̄am circa ꝯctum, vn̄
debet inſpici illud,ꝙ principaliter agiť.l.ſi quis nec cām. & l.ro
gaſti.in prin.ff.ſi cer.pe.d.Pet.de Bex.ēt reprobat iſtam ſol.& di
cit,ꝙ non meruit exire de ore tāti viri,ſicut fuit Bar. quia imò
hic multo plus deliquit,q̃ ibi,primò circa poſſeſſionem , quia
ibi reus poſſidebat,licèt dolo deſierit poſſidere, hic aūt depoſi-
tarius,& ꝯmodatarius non poſſidebant,ſed dn̄s.l.j. §.j.de vſuc.
pro hærede. ſi ergo deſijt dolo poſſidere priuauit , & ſpoliauit
dn̄m poſſeſſorem ſua ciuili poſſeſſione,quia debebat dn̄o poſ-
ſidere.Secundò deliquit circa ꝯctum, quia cū deberet bonam
fidem præſtare in ꝯctu depoſiti,& cōmodati.l. ei apud quem.
ff.depo.ꝯrium doloſè fecit,pōt dici,vt ſtatim fuit dictū, ꝙ hic
deliquit principaliter circa poſſeſſionē,& in ꝯn̄am circa ꝯctū.
¶ Tu aūt vlt.loco iunge ſimul iſtas tres ſolutiones , & habebis
veritatem.nam ꝯrium loquiť in actione ſtricti iuris,in qua poſ
ſeſſor non habuit cām ab actore,quia ſecum non ꝯxit, & con
uenit ſolum ratione poſſeſſionis, circa q̃ deliquit, ideo ſibi nō
ſunt cedendæ actiones in ꝯrio. hic aūt loquitur in ꝯctib. bonæ
fidei,in quib.reus habuit cām à dn̄o,qui ſecum ꝯxit, & conue
9 niť ratione ꝯctus,circa quē principaliter non deliquit, & † do-
lus ꝯmiſſus circa poſſeſſionem purgať per actionem ex ꝯctu
ſoluta æſtimatione , ideo iſtis trib.concurrentib. cedendæ ſunt
actiones,vt hoc tex.qui propriè loquitur in iſtis terminis.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio ſatiſdandi pro alio continet intereſſe.*
2 *Vani timoris nulla eſt æſtimatio.*
3 *An,& quando ſit inſpiciendum,quod euenire poteſt,remiſſiuè.*

LEX XIII.

SI quis ab alio. Promittens pro alio ſatiſdare,ſi non ſatiſ-
dat,tenetur ad intereſſe, ꝙ eſt quatenus reus princi
palis non pōt facere.h.d. Concordat text.not.in l.ſi
quis ſtipulatus ſit Stichum.§.fi.in l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.
1 in §.poſſum.ff.de verb.obl. ¶† No. 1.ꝙ promiſſio ſatiſdādi pro
alio continet intereſſe,quia eſt promiſſio facti,ideo ſi principa
lis eſt idoneus, & ſoluendo, iſta promiſſio in nihilo poteſt cō-
mitti,nec eſt attendendum, ꝙ poſſet labi facultatib. & ſic fieri
non ſoluendo , niſi res ſuas habèret in loco periculoſo,puta in
mari , tunc probabilis eſt ſuſpicio, quia inſtans eſt periculum,
& res debitoris ad hoc tendunt,vt no.glo.in l.2.in prin. ff.ſolu.
mat.& ita etiam limitat Bar.hic,& in l.3.§.fin. ff.de libe.lega. &
2 in d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.fin. ¶ † Secundò no.illud,
ꝙ dr̃ in litera,ꝙ vani timoris nulla eſt æſtimatio , concordat.l.
metum.1.cū duab.ſeq.ff.ꝙ met.cau.& ꝙ no.d.Alex.poſt Guid.
de Suza.in l.ſi ex falſis.quæ eſt l.pe.in 1.no. C.de tranſ.item va-
ni timoris non eſt iuſta excuſatio.l. vani timoris.ff. de regu.iur.
nam non eſt fugiendum ad ſonum cymbali alio non viſo , ſm
Ang.in d.l.metum.item vana formido non nocet.l.2.& ibi ita
no.Bal.C.de his,qui per metū iud.non appel.alibi no.Bal.in l.ſi.

in prin.in 2.not.C.de iure delibe.per illum text. quòd formido loſi dicuntur illi, qui timent ea, quæ non ſunt digna ſuſpicione, vt ibi per eum. ¶Glo. in verb. neque.diuiditur in tres partes.In 1.declarat text.In 2.opp.& non ſoluit.ſed reſponde,ꝙ in illis legib.illud prouenit ratione præcedentis doli, vel culpæ ſe
3 cundum glo. in l.diuortio. in prin. ff.de nego. geſt. † & de hoc an, & quando debeat inſpici illud, quod poteſt euenire, ponunt gl.Bar.& alij in l.ſi idem cum eodem.§.fi.vbi dixi.ff.de iuriſd.om.iud Bar.& alij in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.obli.In 3.ponit dictum cōtrarium,ꝙ iuſti timoris bene habenda eſt ratio,& cum allegat de deiectis.l.prætor.§.prætor.eſt corrupta, debuit alleg. l.ſi verò plures. §. prætorij.ff.de his,qui deiecerunt, vel effude. Secunda ibi,ſed argumentum contra. Tertia ibi,at iuſti metus.

S V M M A R I V M.

1 *In obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
2 *In obligationib.faciendi poſt moram intereſſe eſt in condemnatione.*
3 *Intereſſe an ſit in obligatione faciendi poſt moram, & an peti poſſit in libello.*
4 *An promiſſor facti poſſit cogi præcisè ad factum.*

1 §.Si quis promiſerit. † In obligationib. faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe ſecundum Bart.Angè. Imo.& do.Pet.de Bex.& ita quotidie allegatur, tamen iſte text. hoc non probat, ſecundum Pau.de Caſt.& do.Alex. & bene, quia non dicit, ꝙ ſuccedat obligatio ad intereſſe, ſed bene condemnatio, & ſic quòd intereſſe poſſit deduci in condemnatione, ſicut etiam in obligationib.dandi,quæ ſunt præciſæ,in quib. nō ſuccedit obligatio ad intereſſe.l. vbi autem non apparet.§. fin. cum glo.ff. de verb.obli.& glo.hic in fin. & tamen officio iudicis mercenario poteſt fieri condemnatio in æſtimatione, quando illud, ꝙ erat dandum,dari non poterat,quia mortuum poſt moram.l. ſi ſeruum.§.fin.& ibi glo.& Barto.ff.de verbo.obli.vel quando non poteſt ſolui in eadem æſtimatione,prout ſolui debebat,vt eſt glo.in l.vinum.in glo.mag.cir.fin. ff.ſi cert.pet. ergo non eſt bona conſequentia,tex.dicit, quòd intereſſe eſt in condemnatione,prout hic dicit litera,ergo etiam eſt in obligatione, & petitione,hoc eſt falſum.tamen iſtud ſummarium Bar. & Doct. eſt in ſe verum.& licèt non probetur hic, tamen probatur in l. ſtipulationes non diuiduntur. in ver.Celſus.ff.de verb.oblig.& ibi glo.& Doct.& in l.j.in prin.in ver.in id quod intereſt agitur. ff.de act.empt.& in l.fin.cum ſim.ff. ſi quis in ius voc.non ierit. ¶Vnde ſumma congruentius iſtum text.hoc modo.In obligationibus faciendi poſt moram fit condemnatio ad pecuniam, & ſic ad intereſſe.hoc dicit. ¶Glo.fin.in verbo,obligationibus. diuiditur.in 4.partes.In 1.declarando tex. tenet ſecundum om
2 nes,† quòd in obligationib. faciendi poſt moram intereſſe ſit in condemnatione,& hoc eſt expeditum, quia iſtud dicitur in text.In 2.examinat an intereſſe ſit in obligatione, & petitione. In tertia quærit,an promiſſor poſſit præcisè cogi ad factum,& refert tres opin. In quarta limitat iſtum text. vt non procedat in obligationibus dandi. Secunda ibi, [ſed an in obligatione.] Tertia ibi, [ſed an præcisè ad factum.] Quarta, & vlti. eſt ibi,
3 (item hic in factis.) ¶ † In 2. parte glo.ibi, & hoc placet.habes,
a quòd in obligationib. faciendi[a] poſt moram intereſſe non ſit in obligatione, nec in libello poſſit peti, ſed quòd debeat agi ad ipſum factum, & poſteà fiet condemnatio officio iudicis
* ad intereſſe, *contrarium communiter tenetur* per glo.& Docto.in d. l.ſtipulationes non diui.in §.Celſus.per illum text. & ibi glo. in verbo oporteret.tenet,quòd ille,qui ſtipulatur factum, cenſetur etiam ſtipulatus intereſſe ſub tacita conditione,ſi non fiat, & ſic poteſt recta via agi ad intereſſe,& in libello peti. & tenendo iſtam opin.ad quatuor iura allegata per glo.in contrarium reſpon. vt per Bart.in d.l. ſtipulationes non diui.in 10.oppo. & dic,quòd omnes leges allegatæ per gl. excepta vltima loquuntur in obligationib.dandi & non faciendi, vltima autem concordat.ſed aduerte,quia contra iſtam communem opin.Pau. de Caſt. ponderat hic eſſe text. in verbo, facit quod promiſit. vbi patet,quòd quando quis promittit factum, ipſum factum dicitur eſſe in promiſſione, & ſic in obligatione, & dicit Pau. de Caſt. quòd iſtum text. allegabat contra quoſdam Docto. Papienſes,qui dicebant, quòd cenſetur intereſſe promiſiſſe, & non ipſum factum.Miror, quòd do.Alex. non fecerit mentionem de iſta ponderatione Pau. de Caſt. de iſto text. ſed certè iſte text. poteſt de facile euadi,imò poteſt retorqueri ad oppoſitum,defendendo communem opi. & illos Doct. Papienſes, quòd iſte text. in primo caſu,quem ponderauit Pau. de Caſt. bene loquitur,quando promiſſor adimpleuit illud,quod promiſit, tunc bene facit, quod promiſit,vt dicit tex.ſed hoc non eſt ad propoſitum noſtrum. ¶Poſteà ſecundò loquitur text. quando non impleuit,tunc cenſetur intereſſe promiſiſſe,& nō factum,& hoc videtur ſubiungere text.dum poſteà dicit,ſi minus, quia non facit, quod promiſit,in pecunia numerata condemnatur. reliqua circa iſtum articulum dixi in d.l.ſtipulatio-
4 nes non diui. ¶ † In tertia parte glo.recitat tres opin. ſuper illo articulo, an promiſſor facti poſſit cogi præcisè ad factum.adde multas alias opin. vltra iſtas, quas recitat glo. in l. hæredita-
* tem. C. de dona. *communiter tenetur*, quòd non poſſit cogi præcisè ad factum, ad quod eſt obligatus ex conuentione, & non ex contractu, & non ex legis, vel teſtatoris diſpoſitione, vnde ſoluendo intereſſe liberaretur,per iſtum text.& l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.§.fina. cum ſimi. ff. de verbo. obliga. & ad iura hic allegata per glo. in contrarium reſpond. vt per Barto. in l. ſtipulationes non diuid. in quarta quæſtio. vbi dixi. ff.de verb.obli.

A D D I T I O.

a ¶Faciendi. Adde,quæ ſcribit Villal.inter commu.opi.lib. 13.verſi.obligatus. Viui.com.opin.lib.2.conclu.200.vbi limitat communem de qua ibi. Quam etiam declarat Suarez.lib.com.opin.verſic.factum. vbi concludit,quòd obligatus ad factum non tenetur præcisè facere. Quid ſi adſit iuramentum? & diſtingue,vt per eum ibi.& verſi. iniuriando ad factum. Gabri.comm.opin. lib.2.titu.de iureiuran.conclu. 8. & licèt regulariter quis non teneatur præcisè ad factum,ſed dando intereſſe liberetur,tamen vbi quis per ſententiam tenetur addere,ad illud præcisè cogi poteſt, vt not. Doct. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi.Quomodo autem teneatur obligatus ad factum, ſi quod ipſe promiſit minimè fecerit,vide Docto.in l.ſi inſulam.ff. de verbo.obliga. Aym.conſi.64. MASVER.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex poteſt ſuam interlocutoriam reuocare, & ſic tollere, & remittere.*
2 *Banna cùm ſint ſententiæ interlocutoriæ poſſunt per iudicem reuocari, & mutari.*
3 *Valet interlocutoria iudicis incerta, cùm poſſit per ipſum declarari.*
4 *Per interlocu.poteſt iudex generaliter condemnare in expenſis, & poſteà in proceſſu negotij eas taxare.*
5 *Iudex poteſt interlocutoriam reuocare, etiam ſi ab ea ſit appellatum.*
Item poteſt eam mutare, etiam ſi in deterius faciat, & reuocatio interlocutoriæ poteſt fieri quolibet tempore vſque ad ſententiam.
6 *Taxatio expenſarum eſt interlocutoria, ideo poteſt retractari contrario imperio.*
7 *Interpoſitio ſecundi decreti eſt interlocutoria,ideo poteſt iudex illud reuocare.*
8 *Excommunicatio eſt interlocutoria,ideo poteſt reuocari ſi eſt iniuſta, non obſt.contradictione partis aduerſæ.*
9 *Etiam ſi poſt interloc.factam factæ ſunt expenſæ per partē, poteſt adhuc iudex reuocare.*
10 *Iudex quando non poterit ſuam interlocutoriam reuocare.*
11 *Decretum,quod tranſiuit in formam contractus,vel quaſi, non poteſt reuocari.*
12 *Eadem poteſtas verſatur in reuocando, quæ in iubendo, aut prohibendo.*
13 *Licèt iudex habeat poteſtatem reuocandi ſuam interlocutoriam, non tamen poteſt ad hoc cogi.*
14 *An poſſit iudex ſæpius reuocare ſuam interlocutoriam.*
15 *Iudex non poteſt ſuam diffinitiuam reuocare.*
16 *Appel.ſententiæ ſimpliciter facta intelligitur de diffinitiua.*
17 *Iudex poteſt prohibere partib.ne veniant per talem locum.*
18 *Si eſt inimicitia inter aliquos, poteſt iudex prouidere futuris ſcandalis, præcipiendo ſub pœna ne per certos fines incedant.*
19 *An iudex poſſit prohibere alicui, ne exeat domum.*
20 *Prætoris appellatione venit quilibet iudex.*
21 *An interlocutoria, quę continet aliquid dari,vel reſtitui,aut quid ęquipollens,poſſit reuocari.*
22 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio an ſit diffinitiua.*
23 *Quęlibet interlocutoria regulariter poteſt retorqueri, & mutari contrario imperio.*
24 *Quando iudex pronunciauit non eſſe procedendum in cauſa,an talis interlocutoria poſſit reuocari.*
25 *An interlocutoria, per quam iudex pronunciauit ſe non eſſe iudicem, poſſit reuocari.*
26 *Delegatus non poteſt reuocare interlocutoriam, per quam pronunciauit ſe non eſſe iudicem,ſecus tamen ordinarius.*

Iudex

27 *Iudex intra quantum tempus poterit suam interlocutoriam reuocare.*
28 *Reuocatio interlocutoriæ fit eo modo quo appellatio.*
29 *Qui non appellat, videtur consentire, & sic quodammodo se obligare ad parendum sententiæ.*
30 *Iudex nemine instante potest officium suum impartiri circa correctionẽ erroris sui.*
31 *Interlocutoria transit in rem iudicatam parti, & non iudici, quando est lata cum causæ cognitione.*
32 *Interlocutoria nõ potest reuocari per iudicem, quando est quæsitum ius parti.*
33 *Missio in pos. ex primo decreto licèt sit sententia interlocu. & mandata executioni, tamen potest iudex ex causa reuocare.*
34 *Missio ex secundo decreto fit officio iudicis nobili.*
35 *Quid dicatur propriè incidens, & quid emergens.*
36 *An post appel. interpositam ab interlo. in casib. in quib. de iur. ciu. ab ea appellatur, possit iudex eam reuocare.*
37 *An iudex inuitus compelli possit suam interlocutoriam reuocare.*
38 *Verbum potest, relatum ad iudicem videtur importare necessitatẽ parte instante, & iusta petente.*
39 *De iure ciuili potest appellari, quando infertur per interlocutoriam grauamen irreparabile per appel. à diffinitiua.*
40 *Si iudex lædat partem in his, quæ eius potestati relinquuntur, poterit pars ab eo appellare.*
41 *Iudex tenetur parte non petente reuocare sententiam excommunicationis, quando excommunicatus propter excommunicationem ex diuturno tempore efficeretur deterior.*
42 *Iudices Ecclesiastici nõ debent proferre sententiam excommunicationis, vbi prauident eam futuram inutilem.*
43 *Quoties potest iudex suam sententiam interlocutoriam reuocare.*
44 *In casib. in quib. à iure permissum est variare, non tamen permittitur nisi semel.*
45 *Declaratio alicuius obscuri, vel ambigui non potest nisi semel fieri.*
46 *Iudex non potest nisi semel suam sententiam interpretari.*
47 *An iudex possit suam interlocutoriam reuocare partib. absentib.*
48 *Interloc. an possit per alium reuocari, & pari ratione ferri.*
49 *An interlo. in qua non speratur diffinitiua, possit per iudicem, qui eam tulit, reuocari.*
50 *Quid dicatur decretum.*
51 *Si duæ sententiæ interlocutoriæ contrariæ appareant, nec apparet, quòd iudex tulerit secundam animo reuocandi primam, an in dubio prima intelligatur reuocata.*
52 *In facto proprio intricato tolerabilis est ignorantia.*

LEX XIIII.

QVod iussit. Ista lex est vtilis, habẽs materiam quotidianã, & practicabilem, ideo ad eam bene aduertendum. l. legaui. ff. de libe. lega. hoc dicit. Iudex potest interlocutoriam suam reuocare, sed non diffinitiuam. h. d. secundũ Bar.
* *& communiter alios*, vel sic propius ad text. secundum Ange. & Imo. Interlocuto. potest contrario imperio tolli & remitti, non diffinitiua. h. d. & habet duas partes. In prima tractat de interlocutorijs, & in secunda de diffinitiuis. Secunda ibi, licèt de sentẽtijs. Item tractat ista. l. de 3. par. rub. de interlocu. omn. iud. Not.
1 j. ex isto tex. regulam, † quòd potest iudex suam interlocutoriam reuocare, & sic tollere, & remittere, & ad hoc semper allegatur iste tex. concordat. l. dicere. §. fi. ff. de arb. & l. pen. ff. de præto. stipu. & l. si opus. ff. de ope. no. nun. & c. cùm cessante. de appel. Adde ad istam regulã primò, ꝙ ex hoc sequitur, quòd omnis interlocutoria potest dici momentanea aptitudine, q̃a potest per iudicem reuocari secundum Bald. in l. post senten-
2 tiam. in vlt. col. C. de sent. & interlo. omn. iud. † Secundò adde, quòd banna cùm sint sententiæ interlocutoriæ, possunt per iudicem reuocari, & mutari secundum Bald. in l. j. in pen. colum. C. de hære. insti. & in addi. Spe. in tit. de instr. edi. in 9. colum. in versi. an exbannitus. & in tit. de sen. prola. in 2. col. in ver. sententia banni. d. Iaco. Aluaro. in §. item nulla. in titu. de statu. contra lib. eccle. in vsi. feu. intellige sanè, quando est bannitus propter contumaciam, prout communiter contingit, & prout Bal. in d. l. j. in 6. col. in præce. & seq. semper loquitur. secus quando cã cognita, & diffinitiuè per sententiã fuisset bannitus per 2. regu. huius tex. in fi. ¶ Tertiò amplia, ꝙ sicut iudex potest suam interlocutoriam reuocare, vt hic, ita si est incerta potest eam certificare, quod est minus secundum Abb. in c. auditis. in vlt. col. de procu. facit, quia qui declarat, vel certificat, nihil dicitur de nouo facere, aut disponere. l. hæredes. §. si quid post. ff. de test. & c. super quæstionum. in prin. vbi Abb. in 1. no. ff. de offi. deleg. c. pastoralis. §. 1. vbi d. Abb. in 1. col. de appel. Item qui declarat, non disponit aliquid, sed quod in præteritum actum sit, ostendit. ita no. Bal. in l. cùm testamento. C. de testam. manu. ex ista ampliatione inferuntur duo secundum d. Abb. in d. c. auditis.
3 † Primo, ꝙ valet interlocutoria etiam si sit incerta, cùm possit
4 per officium iudicis certificari. † Secũdò infertur, ꝙ per interlocutoriam potest iudex generaliter condemnare in expensis, & posteà in processu negotij poterit eas taxare. & ita tenent Bal. & Bar. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Bar. in l. Paulus. j. ĩ. eo d. Ant. de But. in c. 1. de seque. pos. & fruct. & ibi dom. Abb. in 2. & 3. colum. & seq. Ioan. Fab. & Ange. de Are. in §. cu-
5 rare. vbi dixi. instit. de actio. ¶ † Tertio amplia, vt procedat etiã si à tali interlocutoria sit appellatum, & pendeat appellatio, adhuc iudex, qui eam tulit, poterit eam reuocare. tex. est in d. c. cũ cessante. & ibi no. Abb. de appel. ponit hic Bar. in 3. col. ad fi. vbi reseruo dicen. & limitã. ¶ Quartò amplia, ꝙ iudex potest suam sententiam interloc. mutare, & reuocare, etiam si in deterius faciat, cùm possit de albo nigrum, & de nigro album facere. Bald. in c. nosti. de elect. & dixi. s̃. in rub. ¶ Quintò amplia, ꝙ reuocatio interlocutoriæ potest fieri quolibet tempore vsque ad sententiam, secundum Inno. in c. sæpe. de appel. quem sequitur Bald. in l. eleganter. §. si quis post. in pen. col. de condi. indebi. licèt glo. magna. hic teneat, ꝙ possit fieri vsque ad quatuor menses, & non vltra, quem passum Bar. ĩ. examinat. ibi re-
6 seruo. ¶ † Sextò amplia, ꝙ taxatio expensarum cùm sit sententia interlocutoria, vt hic in glo. mag. potest retractari cõtrario imperio etiam si taxentur, seu reuocentur post sententiam diffinitiuam. ita no. tenet Inn. in c. super. ꝙ met. causa quem etiam refert, & sequitur Bal. in d. l. eleganter. §. si quis post. in pen. col.
7 dicam latius. ĩ. ¶ † Septimò no. amplia, ꝙ cùm interpositio ẽt secundi decreti sit sententia interlocutoria, cùm fiat lit. conte. l. cũ proponas. C. de bo. auth. iud pos. poterit iudex tñ illud secundum decretum reuocare. ita no. tenet Inno. in c. dilecto. de verb. sig. quem refert d. Abb. in cõsi. 150. incip. ex omnibus per partem narratis. in vlt. col. ponit Bar. hic in 4. col. vbi plenius di-
8 cetur. ¶ † Octauo amplia, quod cùm excõicatio sit sententia interlocutoria, põt excõicator reuocare suã excõicationẽ iniustè latã nõ obstãte ꝯtradictione partis aduersæ. ita notat Abb. in c. sacro. in 4. no. per illum tex. de senten. excom. adde fortius, ꝙ si excommunicatus propter excõicationẽ ex diuturno tpe fit deterior, dẽt excõicans ex officio illam tollere, ex quo videt eam nõ ꝑficere, sed contemni, & debet vti alio remedio, ſm Beat. Tho. in 4. sent. in dist. 18. sub articulo fina. in solutione secundi argumenti primi dubij, quem refert, & sequitur Io. An. in c. j. in princi. & ibi Gemi. in j. col. de sen. excom. in 6. d. Abb. in c. ab excommunicato. in pe. co. & alibi sæpe in variis locis. ex-
9 tra gl. ¶ † Nonò not. amplia etiam si post interlocutoriam latam factæ essent expensæ per partem, adhuc potest per iudi-
a cem reuocari, etiam non refectis illis expensis [a] parti, vt probatur in d. c. cum cessante. de app. vbi post latam interlocu. ꝯtrate, appellasti ab ea, & sic iam fecisti expensas circa appellationem ab interlocutoria, & tñ tex. ibi vult, ꝙ iudex, qui illam tu-
* lit, possit eã reuocare, & ita ibi tenet Host. Ioan. And. *& communiter alij Cano. & ista est cõmunis opi.* secundũ d. Ale. ibi. in 2. char. in 8. fallẽtia. quãuis ꝯtrarium sentiat gl. in d. c. cũ cessante. dũ dicit tex. ibi, re integra, quam sequitur ibi d. Anto. de But. per tex. in c. interposita. §. j. de appel. ad quem dupliciter respon. vt hic per dom. Alexan. quasdam aliàs ampliationes collige per te.
10 ex his, quæ. ĩ. dicentur. ¶ † Istam regulam huius tex. sic ampliatam limita primò, vt procedat ante executionem factam, sed postquam est facta executio, quia res non est integra, non potest per iudicem, qui eam tulit, reuocari. glo. est no. in l. j. in fi. & ibi Bar. ff. de præto. stip. quæ tenet, quòd interlo. mandata executioni non potest amplius reuocari nisi de partium voluntate. de quo ponit Bar. in 3. colum. vbi dicetur. ¶ Secundò limita in interlocu. geminata, quia propter geminationem non potest per iudicem reuocari. ad hoc solet alleg. glo. pro singulari iuncto text. in clem. fin. in verbo, super ea. de appel. per quam glo. ita tenet dom. Abb. in d. cap. cum cessante. in pen. colum. tu dic melius, quòd illa glo. aliter loquitur, & aliter limitat regulam text. nostri, vt non procedat, quando bis fuisset appellatum ab interlocutoria, & semper sit confirmata; tunc per iudicem, qui eam tulit, non poterit reuocari etiam ante diffinitiuam, & ita est glo. elegans, per quam ita not. dom. Anto. de But. in cap. fraternitatis. de frigi. & malefic. dom. Alex. hic. in sexta fall. ¶ Tertiò limita in sententia, qua iudex pronunciat se non esse iudicem competentem, quia licèt sit interlocutoria, & ab ea possit appellari, secundum gloss. in Authen. habita. C. ne fil. pro patr. tamen non potest per ipsum iudicem, qui eã tulit, reuocari,

ADDITIO.

a ¶ Expensis. Adde pract. Bal. tit. de q. circa appellationem. q. 3. nu. 8.

cari,vt est tex.reputatus sing.in c.significantib.de offi.deleg.ponit Bar.hic in 2.col.vbi plenius ponam ampliando,& multipliciter limitando. ¶Quartò limita in interlocutoria, per quam iudex concedit abolitionem criminis alicui, de quo pendebat accusatio,illa absolutio non potest reuocari per iudicem, qui eam concessit. quia abolitio abolitionis non potest fieri iure magistratus,sed tantum per principem.l. 1. C. de aboli. secundum Bald.in l.j.C.qui accusa.non pos.in 11.colum.versicu.sed quid si per formam statuti productio libelli, &c. & sequitur simpliciter do.Alexan.hic in 7.colum. ¶Quintò limita,quando interlocu. fuit lata de consensu partium, tunc non potest per iudicem altera parte inuita reuocari,nisi subsit congrua causa.text.est not.in cap.significante.de appella.vbi dilatio data per iudicem de consensu partium, quæ est sententia interlocutoria,non potest sine causa reuocari altera parte inuita,& ita in specie ad terminos nostros not.ibi.do.Abb.in 3.not.per illum text.& idem dom.Abb.in cap.cum cessante.in 10.colum. & Bald.in l.eleganter. §. si quis post. in pen.colum. ff.de condi. indebi.& in l.dicere.§.j.ff.de arbi.& in addi.Spec. in titu.de senten.in 2.colum.& do.Alexan. hic in 8.fall. licèt ipse non alleget prædicta. ¶Sextò limita, quādo interlocutoria esset lata simul cum principali,tunc censetur diffinitiuè lata.l.qui agnitis.cum glo. ff.de except. vnde non potest per iudicem reuocari, sicut nec principalis diffinitiua, vt hoc text. in fine, cùm sit functus officio suo.l.iudex postquam.ſ.eo.& sic limitatur ratiò hic assignata per Barto.in 1.colum.de qua dicam.ſ.in 4.not. ita in specie tenet Saly.in l.2.C.de sent.& interlo.omn.iud.Alexan.non hic,sed in l.patris,& filij.in 3.colum.ff.de vulga. & pupil. ¶Septimò limita, quando interlocutoria fuisset semel per principalem confirmata, tunc non posset per iudicem, qui eam tulit,reuocari secundum Ange. & Imo. in l. Paulus. prima infra eo.alleg.not.per Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de sent. prola. §.vt autem. super versi. quid si Papa.allegant etiam quod not. gl.in cap.4. in glo. fin.de instit. & sequitur hic simpliciter Alexan.in 11.fallen.¶Octauò limita, quando interlocutoria esset in scriptis lata, tunc propter in scriptis recitationem non poterit amplius per iudicem, qui eam tulit,corrigi. ita mirabiliter limitant Nic.de Neap.& Ioan.de Pla.in l.rura.C.de omni agro deser.lib.11.moti per not.per glo. ibi, sed certè illa glo. ibi non loquitur de sententia, nec etiam text. ideo ista limitatio non est tenenda, quia non probatur iure, & eam reprobat etiam Alexan.hic. ¶Nonò limita istam regulam procedere in interlocu.simplici, secus in ea quæ habet vim diffinitiuæ, vt est illa, quę non diffinit totaliter causam principalem,sed diffinit vnā partem substantialem tantum, vt quando petitur restitutio in integrum,& iudex pronunciat super ætate, est interlocutoria habens vim diffinitiuæ.glo. est in l.intra vtile. in glo. 1. in fin.ff. de min.Bald.in l.j.in 4.quæst.C. quando prouo. non est necess. & quod not.Barto.in l.Titia.ff.de accusa.vel quando per interlocutionem diffinit causam principalem, vt quia iudex interloquitur agenti obstare exceptionem peremptoriam,puta pacti de non petendo,vel similem, vel quando interloquitur appellationem esse desertam,vt est glo.in clem.fin.in glo.2.de appella.dom. Alexan.in rubr. supra eod.in vlt.colum.post dom. Anto. de But. in rubr. extra eo.talem interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ non potest iudex, qui eam tulit,reuocare, sicut nec diffinitiuam,vt est glo.not.in cap fina. in verbo, inanes.de elect. in 6. & ibi Gemi. in 9. colum. ꝙ limitat Bald. in l. arbitro. ff.qui satisd. cog. & in l.eleganter.§.si quis post.in pen. colum.ff.de condi. indebi.& in d.l. hac edictali. §.quam obseruationem. C. de secun.nupt.Saly.in l.post sententiam.C.de senten.& interloc.omn.iudi.dom.Anto.de But.& Io.de Imo.in d. cap.cum cessante.de appel.& dom.Anto.in rub.extra eodem. Ista limitatio clarè procedit,quando interlocutoria habēs vim diffinitiuæ non expectat post se aliam diffinitiuam,aliàs si esset ferenda sententia diffinitiua,ista limitatio videretur dubia, secundum Ioan.de Imo.in d.cap.cùm cessante. & dom.Alexan. hic in 4.colum. Tu autem in hoc dic, vt not. per Barto. hic in

11 pen. quæstio. vbi dicetur. ¶ † Decimò limita istam regulam procedere in sententia, secus in decreto, quod transiuit in formam contractus, vel quasi, quod non potest reuocari.l. quod semel.ff.de decre.ab ordin.faci.secundum Barto. hic in 2. opp. & latius Barto.in l.omnes populi.in 4.quæst.3. quæst.prin. ff.de iusti.& iu.Cano.in cap.nouit.de iudi.cum alijs suis concordan. quasdam alias limitationes poteris per te colligere ex dicēdis infra in materia. ¶Secundò principaliter nota ex text.ibi,con-

12 trario imperio, † quòd eadem potestas versatur in reuocando, quæ etiam in iubendo, aut prohibendo,nam quæ requiruntur in faciendo actum, requiruntur etiam in dissoluendo. Auth ècontra si filij.& ibi Barto. ad hoc not. C.de repud. glo.l. tria prædia,& ibi Pau.de Cast.ff.de serui.rusti.prædio. Barto.in l.actor.in pen.colum.in prin.ff.rem ra. habe. & ex hoc infertur ad tres quæstiones Barto. vnde Barto.in pen. quæstio. decidit, quòd vbi iudex potest interloqui sine causæ cognitione, ibi etiam potest illam interlocutoriam reuocare sine causæ cognitione, alias secus. Nihil enim est tam naturale, quàm vnumquodque dissolui eo modo, quo inductum est, vt l. nihil tam naturale. ff.de regu.iur.& l. prout.cum simi.ff.de solu.similiter determinatur alia quæstio Barto. quòd exigatur in reuocatione interlocutoriæ citatio partium,vbi causæ cognitio exigitur in iubendo,aut vetando,per l.omnia quæcunque.ff.de reg.iur. & l.sed interpellatur.& l.diem proferre. ff. de arbi. pari ratione etiam determinatur antepen.quæstio Bart.nunquid per alium possit interlocutoria reuocari,nam potest reuocari per alium, quando interlo.non exigit causę cognitionem,vt ibi per eum.

13 ¶Tertiò pondera text. in verbo potest, ad duo. ¶ † Primò, quòd licet iudex habeat potestatem reuocandi suam interlocutoriam,non potest tamen ad hoc cogi,cùm text.dicat potest,& sic si vult.l.non quicquid.ff.de iudic. & l.j.C. quomodo, & quando iud.de quo ponit Barto.infra late,ibi dicetur.Secundò cùm istud verbum potest,sit extensiuum. l. si ita quis. ff. de

14 lega.2.videtur probare, † quòd iudex possit sæpius,& quoties

a voluerit suam interlocutoriam reuocare. [a] facit.l.vbicunque. ff.de interroga.actio.Barto.tamen infra secundum Dyn. tenet, quòd solum bis possit suam interlocutoriam reuocare, sicut potest bis appellari. ibi dicetur. ¶Quarto not. ex secunda par-

15 te text. † quod iudex non potest suam diffinitiuam reuocare, neqne mutare, vt hic. & l. iudex postquam. infra eodem,& l. post sententiam C.de senten.& interlocu.omn.iud.tunc enim euolat emissum semel irreuocabile verbum,intellige, quando sententia diffinitiua est valida.secus si est nulla.l.si vt proponis. la 1.& l.si præses.C.quomodo, & quādo iud.Barto.hic in 3.oppo. & sic habes in text. differentiam inter interlocutoriam, & diffinitiuam.interlo. potest per iudicem reuocari, non autem diffinitiua, ratio differentiæ est secundum Barto. quia statim, quod tulit sententiam diffinitiuam,desinit esse iudex,ideo amplius reuocare non potest, sed in interlo. durat iudex propter sequentia.ita dicit text. in l. iudex postq̄ infra eodem, & istam rationem Barto.infra pondera ad multa. Adde pro ista ratione bonum text.in l.dicere.§.fin.ad fin.ff. de arbi. ibi, *cæterum si condemnauit,vel absoluit, quando arbiter esse desierit, mutare sententiam non potest.* Istam rationem differentiæ etiam sequitur do.Abb. in d.cap.cum cessante.in pen. colum. & ibi etiam addit aliam rationem diuersitatis, quia diffinitiua fertur cum maiori maturitate.quàm interlo.ideo difficilius reuocatur.¶Quintò no. ex eo. text. ibi, [sed de sententijs contra] secundum Albe. de Ros.Imo.Rapha.Cuma. Pau.de Cast. dom.Alexan. & Pet.de

16 Bel.hic esse text. † quod appellatione sententiæ simpliciter facta intelligitur diffinitiua, quia interlocutoria non est propriè sententia,licet largè,& impropriè, ideo non caderet in statuto faciente mentionem de sententia. istud notabile est verum in se,prout latè tetigi in rub.ſ.eo.post glo.ordi.in l.j.§. biduum.ff. quando appel.sit.quia verba debent intelligi in potētiori significatu.l.j.§.qui in perpetuum.ff.si ager vect.vel emphy.pet.& l. quæritur.ff.de stat. hom. tamen iste tex. non benè probat istud notabile,quia finis huius tex. in verbo sententijs. necessario intelligitur de diffinitiuis propter præcedentia verba tex.in quib. fuit dictum interlo. posse reuocari, vnde cùm dicat in fin. [in sententijs ècontra,] intelligitur necessariò de diffinitiuis, vnde cùm tex.dicat iudicem posse reuocare iussum, sed nō sniam,

17 intelligitur.l.diffinitiuam.l iudex postquam.ſ.eo.¶† Gl.in verbo,[iussit] melius staret in verbo, [vetuit.] nam vult, ꝙ iudex possit prohibere partib. ne veniant per talē locum. & per istā gl.dicit Bar.cum quo alij tenent,ꝙ si duo habent guerram adinuicem, potest iudex vetare, & præcipere sub pœna, ꝙ vnus non trāseat ante portam,vel domum alterius,& est iusta causa vetandi propter rixas,scandala,& pericula euitāda. pro hoc etiam

ADDITIO.

a ¶Interlocutoriam reuocare. Adde pro materia huius. l.an iudex suam interlocutoriam reuocare possit,& dic,quod interlocutoria,quæ est modici præiudicij mutari,& reuocari potest.teste Nat.consi.336.col.2. de quo per eundem consi. 251. & consi. seq. Quid si partes consentiant? & vide quæ idem scribit consi.337.Quid de interlocutoria nulla?Fely.in c.in literis.nu.5. extra de offi.deleg.& declara,vt per Bal.in l.post sententiam.col. fi.in fin.C.de sent.An autem omnis interlocutoria per iudicē,qui eam tulit,reuocari possit? & vide Capel.Tolos.q.185.& dic,quod etiam post lapsum decem dierū, & si ad instantiam partis,ex officio tamen reuocare potest, vt not.Dec.cōsi. 143.in fi.aliqua ponit Afflict.Dec.115.num.2. quæ omnia plenius examinat Pract.Pap.for.sent.interlo.super incompet.iudi.versi.nos Bernard. num.7.& 8.vbi dixi.Suarez, libr.com.opin.versi.interlo. Dec.consi.84. & 445. Alex. consi.99.lib.1. MASVER.

etiam allegat Bartol. text. in l. 1. §. final. ff. de offic. præfect. vrb.
in verbo solitarum regionum, & ibi glo. in verbo, regionum,
exponit, idest contratarum. addunt Angel. Imol. Rapha. Cum.
& do. Alexan. tex. in l. si cui. in §. sed si inter duos, aliàs incipit. l.
æquissimū. ff. de vsufruct. vbi est text. no. & ibi Bart. & Bal. no-
tant, quòd si duo contendunt de possessione alicuius loci, &
est timor, ne veniant ad arma & rixam, potest iudex præcipe-
re vtrique eorum sub pœna, ne vadant ad illum locum. Item
per istam glo. dicit Raph. Cum. se putare, quòd eodem modo
possit quis cogi per iudicem mutare hospitium, in quo habitat
causa vitandæ discordiæ. item per istam gloss. dicit dom. Petr.
Bex. se dixisse in quæstion. de facto, quòd quidam Episcopus
potuit licitè præcipere sub pœna suo archipresbytero, ne trā-
siret per contratam duorum fratrum, quorum patrem inter-
fecerat, ne eorum animos prouocaret. Ista sunt omnia dicta
Scribentium super ista gloss. ¶ Adde, quòd idem, quod Bartol.
hic, tenet etiam Io. And. post Guid. de Suza. in addit. Spec. in tit.
18 de pignor. §. sequitur. in versic. quid si timeo, † vbi tenet, quòd
quando est inimicitia inter aliquos, iudex potest prouidere fu-
turis scandalis præcipiendo sub certa pœna, ne per certos fines
incedant. argum. l. 1. §. fin. ff. de offic. præfect. vrb. hic alleg. per
Bartol. & illam decisionem Ioan. Andr. refert, & sequitur do.
Alexand. in l. qui bona. §. si quis iusto. ff. de dam. infect. item ad-
de text. in l. fin. ff. de offic. procur. Cęsa. in verbo, *vetuit contume-
liosum.* vbi est text. quòd procurator Cæsaris, & quilibet officia-
lis potest ex causa prohibere ne aliquis accedat ad talem fun-
dum, & per istum text. decidit ibi in terminis nostris Alber. de
Ros. post Iacob. de Aret. quòd si sunt duo inimici, arbiter po-
test prohibere, ne vnus vadat per contratam alterius, & ècō-
tra. idem etiam tenet Alber. de Ros. in l. final. ff. de interdict. &
releg. vbi tenet, quòd iudex potest præcisè præcipere alicui ne
vadat per contratam alicuius inimici sui, per dict. l. 1. §. fina. ff.
de offic. prefect. vrb. ¶ Aduerte tamen pro limitatione prædi
ctorum ad illud, quod tenet Bald. in cap. quintauallis. in 2. colu.
de iureiurand. quòd arbitrator pro bono pacis non potest mā-
dare alicui, quod exeat ciuitatem suam, & dicit, quòd olim
19 hæc quæstio fuit de facto. † Et similiter secundum eum non
potest iudex præcipere alicui ne exeat domum, quia esset spe-
cies seruitutis, nisi hæc potestas esset sibi specialiter concessa à
principe, capit. ex rescripto. de iureiuran. Sed caue, inquantum
Bald. in d. c. quintallis. tenet, quòd iudex non potest prohibere
alicui ne exeat domum, nam in contrarium videtur esse text.
formalis in l. fin. ff. de interdict. & relega. vbi est text. quòd iu-
dex potest iubere alicui ne exeat domum suam, quem text. ad
hoc allega. simpliciter. d. Alexand. hic, nullam mentionem fa-
ciens de Bald. qui tenet contrarium. adde, quòd Alber. de Ros.
in d. l. final. notat etiam ex illo text. quòd præses prouinciæ, &
Potestas potest præcipere subdito suo sub pœna ne discedat
de domo. Sed tu salua Bart. & dic, quòd ille text. propriè loqui-
tur, quando propter delictum commissum quis punitur à prę
side ista pœna, ne quis exeat de domo sua, sicut per delictum
posset eum firmare in aliquo loco, ne inde recedat, sed in casu
nostro, & in materia nostra non est delictum, sed solus timor
rixæ, & armorum, quamuis dom. Alexand. hic alleget. d. l. fi. ad
materiam nostram. ¶ Gloss. magn. in verbo prætor. Ista gl. vt
etiam dicit. d. Alexand. est aliqualiter intricata, ideo vt eam ex-
trices, diuide in quatuor partes principales. In prima respond.
tacitæ quæstioni, de quo iudice intelligatur text. In secunda
ponit exemplum ad text. quod exemplum est planum, & se-
quitur etiam gloss. 1. in fin. secundum Hugo. In tertia, quæ est
difficilis, ponit de qua interloc. debeat intelligi text. In quarta,
& vltima oppo. & soluit, quòd ita intelligatur secundum istā,
nisi iudex reuocet dilationem. Secūda ibi, [& da exemplum.]
Tertia ibi, [& idē in qualibet sententia interlocutoria.] Quar-
ta, & vlt. est prope finem ibi, [sed videtur, quòd etiam in dictis
exemplis.] Rursus tertia pars principalis, in qua consistit diffi-
cultas, subdiuitur in quatuor particulas. In prima ponit opin.
Azon. quòd nulla interlocutoria, quæ continet aliquid dari,
vel restitui, aut æquipollens, vt quietè possidere, possit reuoca-
ri, vt in interlocutoria lata in iudicio momentaneæ possessio-
nis, sed illa per quam deciditur aliquod incidens vel emergens,
bene potest reuocari, & de ea loquitur iste text. In secunda po-
nit secundum Azo. vsque ad quantum tempus possit interlo-
cutoria reuocari. In tertia per viam quæstionis reprobatur il-
lud, quod tenet Azo de sententia lata in possessorio, quòd sit
interlocutoria, tamen non possit reuocari, quia continet rem
restitui, hoc est falsum, imò est sententia diffinitiua. In quarta
ponitur secunda opin. Hugolini de directo contraria Azo. qđ
imò interlocutoria decidens aliquod incidens, vel emergens
non possit reuocari, sicut nec diffinitiua, declarando quid sit in
cidens, vel emergens, sed quando talia non continet, sed aliud,
tunc bene potest reuocari. Secunda ibi, [& secundum eum
vsque ad quatuor menses.] Tertia ibi, [sed quid erit de sen-
tentia lata in possessorio.] Quarta, & vltim. est ibi, [alij dicunt,
ꝙ si est talis interlocutoria] ¶ In prima parte glo. habes, quòd
iste text. generaliter procedit in quolibet iudice non solùm
ordinario, put prætor, vt loquitur tex. sed ēt in delegato, prout
est text. licèt gloss. non alleget, in cap. cùm cessante. & ibi dom.
Abb. in 2. not. de appellat. confirmatur, quia cùm iste text. pro-
cedat in arbitro, qui idem potest. l. dicere. §. 1. ff. de arbi. qui nul-
lam habet iurisdictionem, sed simplicem notionem. l. ait prę-
tor. §. eod. ergo fortius in delegato, qui habet iurisdictionem
20 saltem delegatam, vt ibi fuit dictum. † Item appellatione pre-
toris largè venit quilibet iudex. l. si autem. §. final. cùm glo. ff. de
21 aqua plu. arcen. ¶ † In tertia parte principali gl. opin. Azo. est,
quòd nulla interlocutoria, quæ continet aliquid dari, vt ex-
pensas, vel restitui, vel æquipollens, vt quietè possidere, & sic
præstare patientiam possidendi, & eum non molestare, potest
per iudicem reuocari, sed bene illa, quæ est lata super inciden-
ti vel emergenti, ex quo non continet aliquid dari, vel fieri, &
de ista loquitur ista. l. Ista opin. Azon. peccat in multis. primò
nimis restringit regul. huius legis, generaliter positam. secundò
facit vnum fundamentum, quod non est verum, in tali inter-
locutoria non potest appellari, ergo iudex non potest eam re-
uocare. ista consequentia est falsa, quia ab interlocutoria regu-
lariter de iure ciuili appellari non potest. l. ante sententiæ tem-
pus. C. quorum appel. non recip. & tamen regulariter potest
per iudicem reuocari, vt hoc text. Tertiò vult, quòd sententia
lata super possessorio sit interlocutoria, & malè, & reprobatur
22 per glo. hic, † quia imò diffinitiua. Confirmat Bartol. quia in
possessorio requiritur litis contesta. § hodie. Institu. de interdi.
gl. in l. 2. C. si per vim, vel alio modo. quæ non requiritur in in-
terlocutorijs. idem, quod sententia lata in possessorio sit diffi-
nitiua, & non interloc. tenet glo. Bartol. Bald. & alij in l. vnica.
C. si de momen. possess. fuer. appel. glo. Bartol. & Bald. in l. post
sententiam. C. de senten. & interloc. omn. iudic. & gloss. in cap.
cùm ad sedem. in glo. pen. ad fin. de restitu. spol. & probatur in
d. c. fin. de iudic. in verbo super possessione diffinitiuam senten-
tiam promulgauit, & ibi glo. 1. in fin. idem no. probatur etiam
in clem. 1. in princip. de sequestra. possess. & fructuum. in verbo
contra possessorem diffinitiua. & ibi glo. in verbo contra pos-
sessorem. dicit patere in illo text. quòd etiam super possessorio
* fertur diffinitiua, sed aduerte, *licèt omnes ita teneant*, in contrariū
allego text. formalem in §. de possessione. 2. quæstio. 6. sub cap.
ei, qui appellat. qui formaliter dicit de possessione, & eius mo-
mento si causa dicatur, sententia interlocutoria appellatur, dic
secundum Archidia. & alios ibi, quòd Gratianus compilator
Decreti, qui non habuit potestatem legis condendę, addidit il-
la verba de suo cerebro, quæ non sunt in l. de qua tractat. §. in l.
vnica. C. si de momen. possess. alibi glo. in capit. consultationib.
de offic. deleg. appellat sententiam latam in possessorio quasi
diffinitiuam, & sic non simpliciter diffinitiuam, & non sic sim-
pliciter interlocutoriam, sed quasi diffinitiuam, & dicit Gemi.
2. quæst. 1. in summa, & in 2. q. 6. in cap. sunt quorum. quòd illa
gl. est sing. & de facili non inueniretur similis. Intellige, quando
causa possessorij fuit principaliter intentata, secus si incidenter
per viam exceptionis, tunc sententia super ea lata est interlo-
cutoria, vt est text. in c. 2. de ordin. cogn. ibi, *sed quoniam illa quæ-
stio fuit in modum exceptionis obiecta interloquendo pronunciamus*, &
text. in c. cùm venissent, versi. *nos igitur interlocuti fuimus*. de insti.
vel nisi possessorium esset cumulatum cum petitorio, tūc sen-
tentia lata in possessorio non diceretur diffinitiua, cùm expe-
ctaretur alia sententia diffinitiua in petitorio, quæ absorberet
vires possessorij. capitul. cùm dilectus. de causa poss. & pro-
prieta. & probatur etiam in d. c. cùm venissent. & ibi Ioan. de
Imol. in 14. colum. ita etiam tenet dom. Anton. de Butr. in d. c.
fin. de iudic. & ibi dom. Abb. in 4. colum. ¶ Secunda principal.
opin. Hugo. relata in glo. est, quòd interlocu. lata super aliquo
incidenti, puta, quòd actor sit, vel nō sit seruus, vel super emer-
genti, puta testes esse, vel non esse admittendos, non potest per
iudicem reuocari, & in hoc de directo contradicit dom. Azo.
motus, quia talis interlocutoria parit exceptionem rei iudica.
per. l. ꝙ in diem. §. si rationem. ff. de compensa. & l. 1. C. si ex fals.
instr. sed illa iura secundum Bartol. loquuntur postquam lata
est sententia diffinitiua, & sic iudex in illa causa functus est of-
fic. nimirum si non potest reuocari, & sic parit exceptionem
rei iudic. post sententiam diffinitiuam, & non ante, cùm sit re-
uocabilis. subdit Hug. quòd interlocutor. ad præparandā, vel
ordinandam litem, vt quando iudex iubet partes adesse calen-
dis Septembris, illa bene potest reuocari, & hoc est indubitatū
per tex. planum in l. dicere. §. fi. ff. de arbi. ista opin. Hugol. etiam
nimium restringit regulam huius text. generalem, ideo est rei-
cienda,

cienda, breuiter cõclude, quòd regula huius. l. generaliter pro-
23 cedit, ſicut eſt generaliter poſita, † quòd quælibet interlocuto. regulariter poteſt reuocari, & mutari contrario imperio eius, qui eam tulit, etiam ſi contineat aliquid dari, vel fieri, vel quietè poſſideri, cõtra d. Azo. & etiam ſi ſit deciſiua incidentis, vel emergentis contra Hugo. per iſtum text. & d. c. cùm ceſſante. vbi Can. & per l. 1. §. fin. cum gl. & l. pen. ff. de præto. ſtipul. & l. ſi opus. ff. de ope. nou. nunc. & in l. vltima. ff. à quib. appel. non licet, & ita etiam tenet glo. in l. 1. C. ſi ex falſ. inſtru. Inno. & Can. in c. quod ad conſultationem. de re iudica. Dyn. Bar. & alij hic. Cyn. & Bart. in d. l. poſt ſententiam. cum alijs concord. per do.
* Alexand. *& iſta eſt vera, & communis.* intellige, & limita ſecundum Bart. & alios hic, niſi ſit talis interlocutoria, qua lata finiatur officium iudicis, vt ſi iudex pronunciet non eſſe procedẽdum in cauſa, vel ſe nõ eſſe iudicem ꝯpetentem; tunc non põt eam reuocare, quia per eam functus eſt officio ſuo. l. dicere. §. fina. ff. de arbitr. & ſic eſt eadem ratio, quæ in diffinitiua, quam dixi. s. in text. in 3. not. quia per eam finitur officium iudicis.
24 ¶† Aduerte circa primum exemplum Bartol. quando iudex pronunciauit non eſſe procedendum in cauſa, talis interlocu. ſecundum Bar. non poteſt reuocari, quia per eam officium iudicis finitur. Iſtud non videtur ſimpliciter verum: nam ſi iudex pronunciauit ita ex eo, quia libellus eſt ineptus, vel quia inſtantia ſit finita, per hoc non videtur finiri officium iudicis, nec eius iuriſdictio, cùm poſſit ſolutis expenſis parti nouus libellus dari, & noua inſtantia incohari. l. 1. ff. ſi menſor fal. mod. dixer. & ita etiam tenent Paul. de Caſt. & dom. Petr. de Bexut. hic. eod. modo ſi iudex pronunciauit non eſſe procedendum in cauſa, eo quia non fuit ſatiſdatum de iudicio ſiſti, vel de iudicato ſoluendo, iſta etiam non videtur finire officium iudic. cùm poſſit ſatiſdare, & in cauſa procedi. de quo vltimo, an ſit diffinitiua, vel interlocut. dic, vt per Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de prætor. ſtipulat. tamen alio modo poteſt defendi Bart. ſecundum Paul. de Caſt. quia iſtæ interlocutoriæ, quòd non ſit procedendum in cauſa, quia libellus ineptus, vel quia inſtantia ſit finita, trahunt ſecum executionem, quia faciunt, vt nõ ſperetur amplius diffinitiua in illa cauſa, ideo non poteſt reuocari, ſicut quando eſſet facta executio per hominem, vt tenet Barto. in l. 1. §. final. per glo. ibi. ff. de prætor. ſtipula. & vult etiam Bartol. in
25 l. Titia. in 2. colum. ff. de accuſ. ¶† Secundum exemplum Bart. eſt, quando iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem, iſta interlocut. non poteſt per iudicem reuocari, quia per
* eam finitur officium ſuum. *cum Bar. tenent omnes.* Adde bene facere, quia licèt ſit interlocu. & ab ea poſſit appellari etiam de iure ciuili, vt eſt glo. not. in Auth. habita. C. ne fil. pro patr. tamen, quia per eam finitur iuriſdictio iudicis, ideo non poteſt per ipſum reuocari, vt eſt text. in capit. ſignificantibus, & ibi Abb. in 3. not. de offic. delegat. & idem Abb. in capit. cùm ceſſante. in penul. colum. de appellat. idem tenet Gemin. in capit. iudex ab apoſtolica. in 1. colum. de offic. delegat. in ſexto. vbi not. argum. illius text. quod per pronunciationem incompetentiæ iudicis totaliter extinguitur eius iuriſdictio, & ſic facit ſecundum eum, quòd iudex, qui pronunciat ſe eſſe incompetentem, non poſſit talem interlocutoriam reuocare, ita tenet Bald. in l. antepenult. ante fin. C. de pact. & l. eleganter. §. ſi quis poſt. in vlt. colum. ff. de condi. indebit. adde vltra Barto. & Doctor. aliam rationem, quia ſententia, qua pronunciatur negatiuè ſe non eſſe iudicem competentem, licèt ſit interlocutor. tamen habet vim diffinitiuæ. ita not. Abb. in dict. capit. ſignificantibus. in 3. notab. per illum textum. eo. modo ſententia, qua pronunciat affirmatiuè, ſe eſſe iudicem competentem, licèt ſit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ, vt not. domin. Abb. in cap. ex parte decani. in 6. not. de reſcript. ſed interlocu. quæ habet vim diffinitiuę, per iudicem, qui eam tulit, non poteſt reuocari, vt dixi. s. in text in 1. notab. in 9. limitatione. ¶Iſtã
26 concluſionem Bart. & communem limita † procedere in delegato, de quo loquitur text. in d cap. ſignificantibus. ſecus in ordinario, qui bene poteſt reuocare illam interlocutor. in qua pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem. ita limitat Bald. in l. ſi præſes. in 1. oppoſi. per illum text. quomodo, & quãdo iudex, & reputat not. dignum. Iſte eſt pulcher paſſus, idem ſequitur Paul. de Caſtr. hic, & in l. 2. ad fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Felyn. in d. capit. ſignificantib. in 1. colum. reprobat aliter hoc, licèt dicat, quod maxima ſit auctoritas prędictorum Doctor. ideo ſit diligenter tenenda menti, & quòd non reperit contradictorem, motus quia etiam in ordinario militat ratio hic aſſignata per Bartol. & omnes, quia ex quo pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem, in illa cauſa expirauit eius officium, ergo non poteſt illam interlocu. reuocare. ante eum etiam reprobat Roma. in ſingul. 129. vbi mouetur per fundamenta. d. Alexand. quia in ordinario eſt eadem ratio, quæ in delegato, quia expirat officium iudic. ordinarij in illa cauſa, ergo non poterit reuocare, Idem contra Bartol. tenet do. Maria. Soc. in capit. qualiter, & quando, primo. de accuſat. tamen ad iſtud fundamentum Lud. & domin. Alexand. reſpond. Felyn. in dict. cap. ſignificantib. in 1. colum. quòd imò eſt diuerſa ratio inter delegatum, & ordinarium, quia ſi delegatus interloquitur ſe non eſſe competentem, non habet poſteà fundamẽtum iuriſdictionis, ſuper quo poſſit reuocare, ſecus in ordinario, quia illi remanet firma iuriſdictio ordinaria, ſed iſta ſolutio nihil valet, nec tollit difficultatem, quia licèt remaneat firma iuriſdictio ordinarij quo ad alias cauſas, non tamen quo ad iſtam, in qua pronunciauit ſe incompetentem. adde etiam, quòd contrarium tenet idem Bald. ſi bene inſpiciatur in l. pen. circa fin. in pen. quæſt. C. de pact. vbi Bald. in præceden. quæſt. quærit de iudice ordinario, qui pronunciat ſe non eſſe iudicẽ competentem, an teneatur parti ad intereſſe totius litis. Poſteà quærit, an iſtã interlocut. qua pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem poſſit reuocare, & tenet, quòd non, & ſic loquitur in ordinario, imò etiam ſecundum eum ſi aliàs nõ haberet iuriſdictionem, vt eſt delegatus, non poſſet etiam de conſenſu partium reuocare, per text. not. in d. capit. ſignificantibus, licèt aliter hic dicat Bald. ibi idem ſentire, quòd in dict. l. ſi præſes, & malè, quia imò vult contrarium. ¶In ead. gl. ibi, [& ſecundũ eum vſque ad quatuor menſes poterit reuocare.]
27 habes etiam glo. † intra quantum tempus poſſit iudex ſententiam interloc. reuocare, quia vſque ad quatuor menſes, & non poſt. ratio eſt ſecundum gl. ſub dubio fortè, quia poſt quatuor menſes habet executionem. Not. ſingul. ex iſta glo. quòd tempus quadrimeſtre, quod indulgetur iudicatis à lege pro executione ſententiæ diffinitiuæ. l. fi. & ibi glo. Barto. & alij. C. de executio. rei iudic. & l. 1. & 2. & ibi glo. & Barto. C. de vſur. rei iud. dicetur in l. debitoribus. ȷ. eod. habet locum etiam in ſententijs interlocutorijs, & puto, ꝙ in hoc iſta glo. ſit ſingularis, & menti tenenda, ſi eſt vera, ſed quamuis nemo tangat, puto, quod non ſit vera, quia omnis vox iudicis, & omnis iuſſus iudicantis faciens ad cauſam dicitur eſſe ſententia interlocutor. vt dixi in rubric. s. eod. vnde interuenirent nimia quadrimeſtria, & ſic nunquam eſſet litium finis, contra. l. properandum. in princip. C. de iudic. circa concluſionem glo. quòd intra quatuor menſes poſſit interlocu. reuocari. adde, quòd imò videretur quolibet tempore vſque ad diffinitiuam ſententiam poſſe interlocutoriam reuocari, vt tenet Innoc. in capitul. ſæpè. de appellat. quem ſequitur Bald. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. in penul. colu. ff. de condi. indebit. tu diſtingue, vt hic magiſtraliter per Bart. intelligentem iſtam quæſtio. altero de tribus modis, vt hic per eum. adde dictis Bar. primo inquantum tenet, quòd ius petendi reuocationem ſententiæ interlocutoriæ quo ad partem durat vſque ad decem dies, ſicut ius appellandi. Authen. hodie. C. de appella. & ius ſupplicandi. Auth. quæ ſupplica. C. de pre-
28 cib. Imper. offeren. † quia reuocatio interlocutorię fit eo modo, quo fit appellatio. l. fin. ff. à quib. appella. non licet. & de cætero pars non poteſt petere, ſed quo ad iudicem non currit illud tempus, quin poſſit poſteà ex officio ſuo reuocare, & ita expreſsè tenet gl. in capit. cùm ceſſante. & ibi dom. Abb. in vlt. colum. in princip. de appel. & gl. in c. quærelam. in verbo abſoluere. de procura. Bartol. in l. arbitro. in 2. lectur. per text. ibi. ff. qui ſatiſdar. cogan. ad idem text. in cap. venerabilib. & in §. & hoc ipſum, & ibi glo. in verbo dicendum, & ibidem Gem. de ſen. excommunic. in ſexto. ad idẽ facit, quia nulla interlocutoria concludit iudici, ſed parti ſecundum Bald. in d. l. 1. §. fina. ad fin. ff. de prætor. ſtipul. ſolus d. Pet. de Bexu. tenet contrarium, quia ſi tempus datum ad appellandum, ſcilicet decem dierũ intelligitur datum ad petendum reuocationem interlocutoriæ, prout Bartol. & Docto. volunt, ergo elapſis decem diebus interlocutoria tranſibit in rem iudica. de voluntate partis, ſic tranſit ſententia in rem iudica. ex tacito conſenſu partis, quæ non appellauit intra decem dies. l. ab eo. cum ſimilibus. C. quomodo, & quando iudex. ſi ergo de voluntate partis tranſiuit in rem iudic. quomodo poterit eam reuocare, cùm tunc habebat vim contractus, qui non poteſt per iudicem reuocari. l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordin. facien. per quem text. dicit Bartol. hic in 2. oppoſitio. confirmo vltra eum per illud, quod
29 Bald. dicit in l. 1. in 1. quæſtio. C. ſenten. reſcin. non poſ. † vbi dicit, quòd qui non appellat, videtur conſentire, & ſe quodammodo ad parendum ſententiæ obligare. d. l. ab eo. ergo per viam contractus adſtringitur. reſpon. prout dicit gloſſ. notab. in d. c. cùm ceſſante, quòd elapſis decem diebus interloc. tranſit in rem iudica. & ſic in quaſi contractum, quo ad partem, vt poſt decem dies non poſſit appellare, nec petere interlocu. reuocari, ſed non tranſit quo ad ipſum iudicem, quin poſſit ſuã interlocutoriam reuocare, etiam poſt decem dies, prout etiã

hoc

hoc dicit Bar.& facit, quod dicam in seq. fundamento. ¶Secundò, & fortius arguit idem dom. Petr.de Bexut. quia iudex non potest impartiri officium suum nisi petenti.l.4. §.hoc autem iudicium. cum simılib. ff. de dam. infect. ergo iudex non poterit à seipso reuocare interloc. nemine petente, cùm pars ipsa non possit petere, vnde secundum eum Bartol.& Docto. non possent saluari, nisi in casibus specialibus, quibus iudex potest ex officio procedere nemine petēte, vt quādo versatur publica vtilitas, vel in causis pijs, aut similibus, de quibus per Bart.in d.§.hoc autem iudicium, sed pro certo ista esset nimia restrictio,& hic agitur de priuata vtilitate. Tu autem saluando
30 Bartol.& Doctor.respon.altero de duobus modis.† Primò, ꝙ iudex nemine instante potest officium suum impartiri circa correctionem erroris sui, & sic errorem suum corrigendo, vt est text.not.in cap.qualiter,& quando. primo. de accusa. vnde dom.Alexand.hic in 4.colu. licèt de prædictis non faciat mentionem,not.ex ista decisione Bart. quòd iudex ex officio suo à nemine implorato, etiam quod pars petere non possit, potest interlocutoriam suam per errorem, aut iniustè latam reuocare, & sic errorem suum corrigere, quòd est diligentissimè notandum secundum eum, & pro hoc dicit. esse bonum text.in d.cap.qualiter,& quando.per quem text. ita etiam tenet Bald. in l.1.in 2.quæstio. C. senten. rescin. non pos.& idem ante eos dicit gloss.in d.capit. querelam.in glo.fin.de procur.& hoc adde ad ea, quæ traduntur in d.l.4. §. hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.¶Secundò respond. quòd in his, quæ sunt nota iudici ex actis, potest iudex impartiri officium suum etiam non postulatum.ita tenet Cyn.& ibi latius. d.Alexan. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoca.Ioan.de Imol. in d.l.4. §.hoc autem iu-
31 dicium.¶† Limita conclusionem Bartol. & Docto. quod interlocu.transit in rem iudicat.parti,& non iudici, vt procedat, quando est lata cum causæ cognitione, sed quando non est lata causa cognita, tunc non transit in rem iudic. nec parti, nec iudici.l.ex stipulatione, & ibi Bald.ad hoc not. C. de senten.& interlocut. omnium iudicum. Secundò inquantum Bartol.
32 tenet, † quòd quando sententia interlocutoria est mandata executioni facto hominis, & sic est quæsitum ius parti, tunc non potest per iudicem, qui eam tulit, reuocari, nisi de partium voluntate, nisi ex iusta causa, & sic causa cognita, vt est gloss.notabil. in l.1. §.final.ff.de prætor.stipulat. quam Bar. ibi commendat, & dicit esse multum notab. illa gloss. non est alibi in iure, secundum Rayn. & Bald. ibi. eam etiam reputat singular.Bal.in d.capit.prætereà.de dilat.in duobus locis.in 1.& in pen.colum.& Ludo.Rom.in consil.226.incip.vltra prædict. alleg.in princip.eam etiam sequuntur Rapha.& Ioan.de Imol. in l.pen.ff.de prætor.stipul.adde glo.in d.c.cùm cessante.in glo. mag.post med.in versic.sed verum, quæ dicit, quòd iudex potest interloc. reuocare re integra, ergo antequam sit facta executio,& illam glo.ad hoc ibi not.d Abb.in vlt.colum.Amplia etiam si sit interloc. quæ secum trahat executionem à lege sine facto hominis,vt si iudex pronunciat te non esse audiendū, vel te non esse admittendum ad probandum, & similia, quæ hominis executionem non requirunt, cùm à lege fiat executio, ista etiam non potest per iudicem reuocari, nisi causa cognita,vel partibus volentibus secundum Bartol.in d.l.1.ante fi. de prætor.stipul.& sequitur Paul.de Castr.& dom.Alexand.in in 9. fallen. ¶ Limita, & intellige hanc conclus. quando interlocu. quæ fuit executioni mandata, erat valida, secus si fuisset nulla, tunc quatenus fuit de facto mandata executioni, ita de facto poterit reuocari, secundum Bald.& Salicet. in l.post sententiam. ad fin. C. de senten.& interlocut. omnium iudic. alleg.gloss. secundum eos singul.in l.minor.in princip.in glo.2.ff. de euict.idem tenet Bartol.in l.arbitro. ff.qui satisdar.cogan. & sequitur dom.Alexand.hic in duobus locis.in 9 fallen. & in pe-
33 nult. char. Tertiò inquantum Bartol. tenet, † quòd missio in possess.ex primo decreto, licèt sit sententia interlocutor. mandata executioni, tamen potest per iudicem ex causa reuocari, vt patet in Authen.ei,qui.C.de bon.author.iudic.possid. Adde fortius, quòd istud etiam procedit in sententia secundi decreti,quæ similiter est interlo.cùm feratur lite non cōtesta. l. cùm proponas. C.de bon. author.iudic. possid. & est gloss. not. in l. præsenti. in §. cùm autem monitus.in verbo, modum. C. de his,qui ad Eccles.confug.quam gloss. Ioan.de Imol. hic ad hoc reputat singular.idem tenet Bart.in l.si finita.§.si fortè,& ibidem Imol. ff.de dam. infect.poterit per iudicem ex causa reuocari. ita tenent Ioan.de Imol.& domin.Alexand.hic in 4.fallen.mo-
34 ti, † quia ista missio ex secundo decreto, cùm fiat officio iudicis nobili, secundum Barto. in l.iubere cauere.in vlt columna. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & l. si finita. §.Iulian.in 6. colum.ff.de dam.infect.ergo debet posse per iudicem reuocari,per illud,quod tenet Bartol.hic in vlt. colum. alleg. l.quamuis.cum gl.ff.de reb.cor.quod reputat Imol. esse singu. notandum.idem tenet Innoc.in cap.dilecto.de verbor. significa. vbi tenet, quod vbicunque apparet iudici secundum decretum esse iniquum,potest illud reuocare,quem refert, & sequitur.d. Abb.in consil.150 incip.ex omnibus per partem narratis.in vltim. colum. & in capit.1. in 3.colum. de eo, qui mit. in possess. idem tenet Specul.in tit.de primo decreto.in §.iam de effectu. in versicul. sed quid si iudex. & in titul. de secundo decreto. §. nunc videamus.in versic.illud.Ioan.Andr.in capit.consultatio-
* nib.de offi.deleg.Sed aduerte,licèt ista videat *esse communis opin.* tamen contrarium fortiter stringit, quia missio in possess. ex secundo decreto,licèt sit sententia interlocutoria,vt dixi,habet tamen vim diffinitiuæ,per gloss.in l.qui restituere.ff.de rei vendi. ergo non debet posse per iudicem, qui eam tulit reuocari, vt dixi in text.in 1.not.in 9.fallen. & ita per istam rationem tenet Bald.in d.l.arbitro. ff.qui satisd.cogan.& dom.Ant.de Butr. in rub.extra eod.de iudic.¶In ead.gloss.ibi, incidens autem est.
35 dic melius secundum Angel.Imol.& d.Alex. † quòd incidens propriè dicitur illud,quod respicit merita causæ, & sic habuit originem ante litem motam, vt est exceptio compensationis vel pacti de non petendo, vel transactionis, vel alia similis.
a emergens [a] vero propriè dicitur illud, quòd emergit in causa, & in ipso iudicio, & sic respicit processū, & nō habuit causam vetustiorem ante iudicium, vt si dicatur dilationem esse, vel non esse dandam, vel testem esse, vel non esse repellendum, vt melius declarant glo.Bart.& alij in l.1.C.de ordi.iudic.habetur in c.1.de ord.cogni.¶Extra glo.Bart. format octo quæstiones.
36 primo quærit, † an post appellationem interpositam ab interlocu.in casib.in quibus potest ab interlocu. de iure ciuili appellari,qui ponuntur per Bart.in l.2.ff.de appel.recip. & ponit Bar. infra in sequen.quæstio.not.in l.ante sententiæ tempus.C.quomodo appella.non recip. possit iudex, qui eam tulit reuocare, & tenet,quòd sic,& bene per text. expressum in d.c. cùm cessante.ibi, *non obstante si à tali interlocu. fuerit appellatum.* & ibi do. Abb.in 3.not.ad hoc ponderat illum text.& sic not.quòd pendentia appellationis ab interlocu. non impedit iudicem, qui eam tulit,posse eam reuocare,quia per appellationē non dicitur finita, sed suspensa iurisdictio sua, vt dixi in l.1.§. eod. ideo potest suam interlocutoriam reuocare, licèt aliàs pendente appellatione nihil sit innouandum. l.1. & per totum. ff. nil noua.appel.pe.& c.non solùm.in princip.de appel. in sexto. ¶Limita, quando iudex à quo detulisset appellationi, quia tunc omnis iurisdictio iudicis ab eo est abdicata, & transfusa in superiorem.cap. cùm appellationibus friuolis. de appellationib. in sexto. tunc non posset interloc.à se latam reuocare. ¶Secundo not. limita, quando iudex ad quem inhibuit iudici à quo, tunc non posset eam reuocare per eandem rationem. c. Romana §.si verò,& ca.non solùm. de appellationib.in sexto. & ita tenet d. Alex.hic in 3.fallen.& Petr. de Bexu. alij non tangunt.adde, quod in contrarium fortiter facit, quia licèt iudex à quo fuit appellatum stante inhibitione iudicis ad quem non possit procedere in principali, non tamen impeditur reuocare grauamen illatum, quia inhibitio principaliter tendit ad tuendum appellantem ne grauetur,non autem vt à grauamine nō possit releuari, quia appellatio suspendit iurisdictionem iudicis in principali,non autem respectu reuocationis grauaminis. capit.si à iudice.de appellationib.in 6. quia inductum ad fauorem, & commodum alicuius non debet in eius odiū, & damnum trahi. l.quòd fauore. cum similibus. C. de leg. & capitul. quòd ob gratiam.de regul.iur. in 6. nisi dicas secundum dom. Abb.in dict.cum cessante.in 3. colu. ad fin.ideo esse, ne iudici ad quem illudatur,vt videtur in simili in capit. bonæ.2. de postul.prælator.¶Tertiò limita, quando petiti essent apostoli, & iudex à quo recusasset intra tempus legitimum eos tradere, quia tunc omnis processus,qui fieret in posterum per iudicem à quo,nullius est momenti,quasi careat omni iurisdictione. c. vt super.& cap.ab eo.de appellationib.in sexto.per consequēs non posset talem interlocutoriam reuocare.¶Quartò,& vlt. limita si causa talis appellationis fuit commissa per superiorem alteri eadem ratione. cap. pastoralis. §. prætereà. de offic. deleg.& ita tenet Spec.in tit.de excep. §. viso. in versi.sed nun-
37 quid iudex interloc.cum versi.seq.¶†Secundò quærit Bart. an iudex inuitus possit compelli suam interlocu. reuocare parte instante.Dyn.tenet,ꝙ non.cùm text.dicat,pōt.iuncta.l.non quicquid.ff.de iudic.& l.1.C.quō,& qn iud. sed caue, quia verbum potest,

ADDITIO.

a ¶Emergens. Adde,quę dicantur emergentia,quæ incidentia,& vide,quę scribit Pract.Pap.for.excip.contra pos.ver. petens.vbi dixi,& not.Bartol. in l.à procedente.C.de dila.Nat.consil.138.col.fin. MASVER.

38 poteſt, † relatum ad iudicem videtur importare neceſſitatem
parte inſtante, & iuſta petente, vt not. Angel. Rapha. Fulgoſ. &
d. Marti. Lauden. in l. 1. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. per
illum text. in verbo poteſt, iuncta gloſ. Bart. autem tenet, quòd
ſi eſt interpoſita appellatio ab illa ſententia interlocutoria, quę
de iur. cano. poteſt interponi, cùm ab omni grauamine de iu-
re canon. poſſit appellari. cap. cùm ceſſante, & cap. cùm ſit Ro-
mana, & c. vt debitus. de appellationibus. tunc illa interlocut.
reuocabitur per iudicem appellationis. c. fin. de appellat. in 6.
eod. modo, quando de iure ciuili poteſt appellari, quod eſt,
39 † quando per talem interlocutoriam infertur grauamen non
reparabile per appellationem à diffinitiua, vt habetur in l. 2. vbi
Bart. ff. de appellatio. recip. & tunc ſimiliter reuocabitur inter-
locut. per iudicem appellationis. l. arbitro, ſecundum vnam
lectur. ff. qui ſatiſdar. cogan. cum diſtinctione. c. non ſolùm. de
appel. in 6. ſi autem ab ea non potuit appellari, quod eſt regu-
lariter de iure ciuili. l. ante ſententiæ tempus. C. quorum ap-
pel. non recip. & tunc iudex non pōt compelli ad reuocandū,
ſed tenebitur parti ad intereſſe, inqtum eam lædit. l. ſancimus.
in fi. C. de iud. & l. ſiqñ. in fi. C. de teſtib. ita in effectu concludit
Bar. licèt obſcurius loquat̃, & ſic Bar. tenet in effectu cum Dy.
quòd iudex, qui tulit interloc. non poſſit compelli eam reuo-
care, ſed iudex appellationis eam reuocabit, vel contra iudi-
cem, qui eam tulit, agitur ad intereſſe, alij nihil tangunt. Tu
40 pondera Bar. velle, † quòd in his, quæ reliquuntur poteſtati
* iudicis, vt hoc text. in verbo poteſt, *ſecundum communem*, tamen
ſi lædat partem, poteſt appellari, quod bene not. adde gl. fin. in
fin. & ibi Gem. in cap. 1. de confeſ. in 6. ſicut etiam in his, quæ
relinquuntur arbitrio iudicis, poteſt appellari, ſi æquè nō fuerit
arbitratus. glo. eſt not. in l. qua pœna. in glo. mag. & ibi Bartol. ff.
de verbor. ſignifica. dom. Ant. & alij in cap. ſuper his. de accuſ.
& in c. cùm parati. in 3. colum. de appellat. Ludouic. Roma. in
l. 1. in 9. colum. ff. de arbit. domin. Alexand. in l. & ſi ſeuerior. ad
fin. C. de infam. latè. d. Felyn. in cap. exceptionem. in 1. colum. &
ſequen. de excep. accedat. quod tenet Pau. de Caſtr. in l vbi pa-
ctum. in 4. colu. in verſic. quid ſi iudex. C. de tranſact. vbi ad de-
clarationem glo. ibi volentis iudicem poſſe ex officio repelle-
re actorem non habentem ius agendi, dicit Pau. de Caſtr. quòd
ſi non repellat, caſu quo fuerit à parte petitum, quòd tunc iu-
dex in ſyndicatu tenebitur parti ad intereſſe, & idem eſt de mē
41 te. d. Abb. in c. cauſam quę. de iudic. Vltra Bart. & Scrib. † adde
vnum caſum, in quo iudex tenetur ſuam interlocutoriam re-
uocare etiam parte non petente. ſ. ſententiam excommunica.
quæ eſt interloc. vt not. dom. Abb. in c. ſacro. in 4. not. de ſent.
excommunica. quando excommunicatus propter excom-
municationem ex diuturno tēpore efficitur deterior, nam tūc
tenetur excommunicans ex proprio officio illam tollere, ex
quo videt eum non proficere, ſed contemni, & debet vti alio
remedio ſecundum Beat. Thom. in 4 ſententiarum. diſtinctio.
18. ſub articulo final. in ſol. argumenti primi dubij, quem ita
refert, & ſequitur Ioan. And. in c. 1. in prin. & ibi Gem. in 1. col.
de ſen. excomm. in 6. d. Abb. in cap. ab excommunicato. in pe.
colum. de reſcrip. & in c. ad reprimendum. de offic. ord. & in c.
frequenter. §. fin. in 29. col. vt lite non conteſta. & in capit. cleri-
cos. de cohabit. clericor. & mulier. & in c. ſignificaſti. ad fin. de
eo, qui duxit in matrimoni. quam pol. per adulter. adde etiam
pro hoc bonum text. in c. præsbyter. circa med. 82. diſtinct. ibi,
ne indureſcat, & fiat particeps corporis, & ſanguinis Chriſti. al. bi Io.
Andr. poſt Hoſt. in cap. Romana. §. ſed nec. de ſenten. excom-
munic. in ſexto. & in cap. conſtitutionem. ad fin. eod. titul. & li-
42 bro. & vtrobique Gemin. dicunt, † quòd diligenter aduertere
debent prælati eccleſiarum, ne ferant ſententiam excommu-
nicationis, vbi præuident eſſe futuram inutilem, & in vilipen-
dium, vnde inuehit Hoſtien. contra quendam legatum Papæ,
qui exercitibus armatis, & volentibus iam congredi præcepit
ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ne congrede-
rentur, nam ſpreto eius mandato manus conſeruerunt, & pe-
rierunt multorum corpora, & animæ. gladius enim Eccleſiæ
non debet occidere, ſed viuificare. capit. inter hæc. 33. quæſtio.
2. & eſt bona glo. in cap. ex literis. 2. in glo. pen. de ſponſ. ſimili-
ter. d. Anto. de Butr. in cap. 1. in pen. colum. de offic. delegat. &
ibi Io. d. Imol. ad fin. & Gemin. tenent, quòd ſi delegatus videt
turbatores ſuæ iuriſdictionis adeo peruerſos, quòd ſi excom-
municarentur, peiora facerent, debet proceſſum ſuſpendere,
donec mutentur tempora, & Deus, ſeu eius Vicarius apponat
43 conſilium. ¶In 3. quæſtio. Barto. bene dicit. ¶† Quartò quærit
Bartol. quoties poſſit iudex ſententiam ſuam interloc. reuoca-
a re. [a] iſtam quæſtionem intendo bene examinare, in qua repe-
rio tres oppo. prima fuit Dyn. quam ſequitur Bartol. & dicit
* eſſe æquam, *& communiter ſolet teneri*, vt ſtatim ſubijciam, qui
tenet, quòd bis tantū poſſit reuocare, & ſic ſi fuiſſet bis reuoca-
ta, non poſſet vlterius reuocari, ſicut non poteſt niſi bis à diffi-
nitiua appellari. l. 1. in text. & in rubr. C. ne lic. tertiò prouoca.
Iſtud fundamentum confirmat fortius dom. Alexand. hic in
10. fallent. nam iudex appelationis dicitur ſuccedere in locum
iudicis principalis. l. cùm apud Sempronium. ad fin. ff. iudica.
ſolui. gloſſ. in cap. final. in verbo vltra decennium. de appellat.
in ſexto. Sicut ergo per viam appellationis iudex non poteſt
niſi bis adiri, ita iudex principalis non debet poſſe niſi bis ſuam
interlocutor. reuocare, ſed tamen aduerte, quòd iſto modo
non videntur Doctor. bene arguere de parte ad iudicem, nam
licèt pars non poſſit niſi bis à diffinitiua appellare, non ſequi-
tur, ergo iudex non poteſt niſi bis ſuam interloc. reuocare, iſta
non eſt bona conſequentia à parte ad iudicem, nec à ſententia
diffinitiua ad interlocu. nam pars non poteſt petere interlocut.
reuocari à iudice elapſis decem diebus, & tamen iudex poteſt
quandocunque vſque ad diffinitiuam reuocare ſecundum
Bartol. & Doctor. in quæſtio. gloſſ. noſtræ vſque ad quantum
tempus interloc. poſſit reuocari, ibi dixi. ¶Vnde 2. fuit opin.
Rayn. de For. quam refert, & ſequitur Rapha. Cuman. hic in 2.
colum. quòd iudex poſſit ſæpius, & quandocunque ſuam in-
terlocu. reuocare per regulam genaralem. l. vbicunque. ff. de
interlo. act. Secundò per iſtum text. in verbo poteſt, quod eſt
extenſiuum in futurum. l. ſi ita quis. ff. de legat. 2. ¶Tertia fuit
opin. inſignis Doctor. dom. Petr. de Bexut. de directo contraria
duabus præcedentibus, quam dicit vidiſſe ſeruari in practica,
quòd imo iudex non poſſit niſi ſemel ſuam interlocutor. re-
uoca. quia aliàs eſſet verecundia iudici iſta variatio, argu. l. in
cauſæ. in princip. ff. de procuratorib. item, quia aliàs eſſet ſignū
inconſtantiæ, & quòd iudex procederet ex abrupto, & ſine cau
44 ſæ cogni. ¶Ego vltra eum confirmo, † quia in caſibus, in qui-
bus permiſſum eſt à iure variare, tamen non permittitur niſi
ſemel, ita tenet Bald. in Auth. habita. in 9. in col. in 3. quæſtio. in
fin. C. ne fil. pro patr. per text. in l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb.
credit. per quem text. tenet etiam Bartol. in l. poſt legatum. in
princip. in vltim. colum. ff. de his, quibus vt indig. & in l. final. ff.
de prætor. ſtipulat. quòd quis non poteſt niſi ſemel ſuam po-
45 ſitionem, vel negationem reuocare. † Item declaratio ali-
cuius obſcuri, vel ambigui non poteſt niſi ſemel fieri. gloſſ. eſt
notab. & reputata ſingul. in l. quicquid aſtringendæ. in princip.
in gloſſ. magn. in verbo ſecundum promiſſiorem, circa med.
ff. de verbor. obligat. & Bartol. ibi in vlt. colum. reputat multū
ſingul. & ſe neſcire alibi, & per illam gloſſ. dicit Bald. in l. fina. C.
de codi. quòd libellus ſemel declaratus, iuxta. l. ſi quis inten-
tione ambigua. ff. de iudic. amplius declarari non poteſt.
Item per illam glo. tenet Bald. in l. 2. C. de ſenten. ex breuic. re-
46 ci † quòd iudex non poteſt niſi ſemel ſuam ſententiam inter-
pretari. item tenet Imol. in l. ab executore. in princip. ff. de ap-
pellat. Ange. & Rapha. Cuman hic, quicquid teneat. d. Alexan.
in 2. fallen. ſi ergo iudex non poteſt ſuam interlocutor. inter-
pretari niſi ſemel, quod eſt minus. l. hæredes palàm. §. ſi quid
poſt. ff. de teſt. ergo multo minus poterit eam in totum reuo-
care, quia cui denegatur, quod eſt minus, intelligitur denegari,
quod eſt maius. l. cui pacto. in fin. ff. de ſer. exportan. Tenendo
iſtam partem non obſtat fundamentum Dyn. & Bartol. quòd
à diffinitiua ſententia poteſt bis appellari, ergo etiam iudex
bis debet poſſe ſuam interlocutoriam reuocare. Iſta non vide-
tur eſſe bona ꝯña vltra ſuperius dicta, quia duæ appellationes
fiunt coram duobus diuerſis iudicib. & diuerſis tribunalibus,
ſed hic eſt vnus, & idem iudex, in quo iſta variatio non vr̃ tole-
rabilis, cùm arguat inconſtantiam, & carentiam debitæ cauſæ
cognit. iſta opi. ſic corroborata in puncto iuris eſſet ſuſtenta-
* bilis, tamen prima opin. Dyn. & Bart. *eſt magis communis*, quam
etiam tenent Canon. in d. cap. cùm ceſſante. de appellat. domi.
Anto. de Butr. in d. cap fraternitatis. de frig. & maleſic. per gloſſ.
in verbo fornicatio. Salicet. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. &
interlocut. omnium iudicum. d. Alexan. hic. & in d. l. quicquid
aſtringendæ. in princip. in vltim. colum. vbi dicit, quòd cum
47 Bar. tranſeunt communiter Doctor. ¶† Quintò quærit Bart.
nunquid

ADDITIO.

a ¶Interlocutoriam reuocare. Adde, quæ ſcribit Villa. inter commun. opinio. libr. 17. verſic. ſententia interlocutoria, vbi ponit concluſ. cum amplia. & not. Rob. de ordi. iud. parte 6. capit. 53. de deciſor. iudicij. num. 7. & alijs ſeq. Lanfran. Balb. conclu. 194. & 264. vbi diſtinguit in ter delegatum, & ordinarium, vel delegatum ad vniuerſitatem cauſarum. vide ibi limi. Quid ſi pendeat appellatio ab interlo. utoria, an poſſit iudex ipſam interlocutoriam reuocare, & ſic de cauſa principali ſe impedire? & concludit idem Lanfran. quòd ſic, concluſ. 459. niſi iam eſſet inhibitum per iudicem ad quem, quia tunc reuocare non poteſt, cùm ex eo cenſeatur negotium perfectè ad ſuperiorem deuolutum, & alia plura notab. in materia vide in locis ſupra allega. MASVER.

nunquid iudex possit suam interloc.reuoca. partibus absentib. & sic non citatis, concludit, quòd si requirat causæ cognitionem, puta, quia partem lædit, & tunc non possit reuocare partibus absentibus, aliàs secus, quia sicut in prolatione interlocu.quando tractatur de præiudicio partis, requiritur præsentia, & sic citatio partis.l.à procedente. C.de dilat.ita in eius reuocatione, vt hoc text.in verbo *contrario imperio*, quia eadem solennitas, quæ requiritur in confectione actus, est etiam necessaria in eius dissolutione. Auth.ècontra si filij.& ibi Bart.not. C.de rep. & l. prout.ff. de solution.& l.nihil tam naturale. ff.de regul.iur.vnde interlocu.quæ non potest afferre præiudicium, potest absentibus partib. proferri, vt est text.in l.ille à quo. in princip.& ibi Angel.Imol.& d.Alex.ita not. ff.ad Trebel. item quando est modici præiudicij, puta, quia continet progationem termini, ista potest absentibus partibus proferri, & lata reuocari.l.diem proferre.in princip. & l.sed interpellatur. §. 1. ff. de arbitr.vnde alibi dicit Bald.in c.1.in princip.de milit. vassal. qui contu.est.quòd interlocu.qua iudex moderatur dilationes suas augendo vel minuendo, potest ferri parte non citata. alleg. Innoc.in c.ad petitionem. de accus. idem tenet Bart. in extrauag.ad reprimen.in verbo per edictum. in 2.colum. quamuis contrarium, & malè teneat idem Bald.in l. 1. ad fin. C.quomo, & quando iudex. Ista doctr.Bar. est vera, *& communis*, & in specie sequuntur Io.de Imol.& Rapha.Cu.& d.Alex.& etiam d.Petr.de Bexut.hic.eam etiam tenet Specul.in titul.de dilat.§. nunc videamus.in ver.sed pone eccle. & in tit.de excep.§.viso. in versi.sed si iudex videt se malè interlocutum.idem, quòd interloc. ex qua pars potest lædi, debeat ferri partibus præsentib. aut legitimè citatis, tenet etiam Bart. in l. ne quicquam. §. vbi decretum.in 1.col.ff.de offic. procon.& leg.Bar. & Moder.in l. si opus.ff.de oper.no.nunc.Bart.in l.consentaneum.C.quomodo, & quando iudex. Bald.in l.1. & in l.statutis. C.de senten.ex breuic.recit. Ang. Imol.& d.Alex.post Antiquos in l.recusare. in princip.ff.ad Trebel.do. Anton. Imol. & alij in cap. auditis. de procur.Lud.Rom. in consil. 72. quod incip. circa primum quo quæritur, an hæc probatoria. d.Alex.in consil.100. 5.volu. quod incip.discussis omnibus.in 3.colum. illud etiam planum est, quòd interloc. iudicis continens notoriam iniustitiam potest reuocari etiam parte non citata.ita not. Gemin.in capitul.
48 1.per illum tex.de supplen.negligen.præla.in 6. ¶† Sextò quærit Bar. an interloc.possit per alium reuocari, & pari ratione, an possit per alium ferri, & tenet, quòd sic, si non requiratur causæ cognitio. per d. l. diem proferre.in princip. & l.sed interpellatur.§.1.idem tenent Alberic.de Ros.& Rapha. Cuman. hic. idem gl.in l.statutis.in glo.1. & ibi Bartol. C. de sen. ex breuic. recit.dic melius, quòd nulla sententia etiam interlocuto.potest ferri per alium, quoniam oportet, quòd ille, qui profert sententiam, sit iudex ordinarius, aut delegatus, aliàs non potest, vt toto tit.C.si à non competen.iud. & in cap. at si clerici. de iudic. vel q̄ sit arbiter. l.non distinguemus.§.quæsitum.in versi.quod si hoc modo, vbi est bonus text.ff.de arbitr.ideo si alius iudicaret, nō esset sententia.nec obstat.d.l.diem proferre.in prin.cum gl.& l.sed interpellatur.§.1. quia ibi nūcius non iudicabat, nec proferebat sententiam, sed illud, q̄ iudex, vel arbiter fecerunt, nunciabat, & exequebatur, & ita tenēt, & melius Bald. & Salic. in d.l.statutis.& d.Alex. hic.illud enim, quod facit nuncius, facit tanquam pica, & organum iudicis, cùm nudum ministerium præstet.l.& licèt, & ibi glo.not.ff.de constitu.pecu.& glo.
49 in l.multū interest.C.si quis alte.vel sibi. ¶† Septimò q̄rit Bar. an interlo.in qua non speratur diffinitiua, possit per iudicem, qui eam tulit, reuocari, facit duas conclusiones, vt hic per eū. Prima, quando per interloc.finitur officium iudicis, quòd non possit eam reuocare, cùm sit functus officio suo, & eadem est ratio, quæ in diffinitiua. idem tenet Bart. s̄.in 2.colum. vbi plenè examinaui, & tetigi in gl.nō repeto, & vide.d. Abb.in c.peruenit.de appellat.Secunda conclusio Bart.quòd q̄n interlocutoria fertur officio iudicis nobi. principaliter intentato, vt q̄n dat tutorem, vel interponit decretum in alienatione rei minoris, quia per eam non finitur officium iudicis nobile, poterit causa cognita illud reuocare, vt l.quamuis.vbi glo.fin.ff.de rebus eor.commendat do Alex.& dicit esse diligenter notandū. facit pro eo, quod tenui. s̄.in glo.quod interlocu. secundi decreti possit per iudicem, qui eam tulit, reuocari causa tamen cognita, cùm ista missio in possessionem ex secundo decreto fiat officio iudicis nobili, cùm sit mixti imperij, & expediatur ad priuatam vtilitatem.l.iubere cauere, & ibi Bart.& alij. ff. de iurisd.omn.iudic.& ita ponderat Io.de Imol.in 4.col. & etiam do. Alex.vt s̄.retuli Not.etiam diligenter differentiam, quam facit Bar. an interlo. feratur officio iud.mercenario, & illa pōt ferri, & etiam reuocari sine causa, & sic quamuis causa non subsit, tamen fiat partibus præsentib.Adde de hoc esse gl.in l.q̄ semel.in glo. vni.ad fin.de decret. ab ord.fac. secus est in interlocutor.quæ fertur offic.iud. nobili, & sic in decreto. adde, q̄d
50 ratio sumitur ex etymologia vocabuli, † quia decretum dicitur quasi cum deliberatione verbum certum, ita dicit Bartol. in l.ne quicquam.§.vbi decretum.in penult.colum.ff.de offic. proconf. & leg.& ante eum Cyn. in l. placet.C.de peda.iud.& in l.cùm proponas.in 1.quæstio.princip.C.de bon.author.iud.
51 possid.¶† Octauò, & vlt. quærit Bartol. si super eodem appareant duæ interlocut.contrariæ. nec appareat, quòd iudex tulerit secundam animo reuocandi primam, an in dubio prima intelligatur reuocata, concludit, quòd si prima interlocut. non poterit reuocari sine causæ cognit.quia partem lædebat, tūc non vr̄ primā reuocasse, nisi appareat, quòd de ea scientiā habuerit.l.hoc autem.§.1.ff.ex quibus cau.in possess.ea.& in iudice ordinario propter multiplicationem factorum præsumitur ignorantia sententiæ interlo.per eū latæ, vt est tex.in c.cùm
52 olim. extra eo. sicut † etiam in facto proprio intricato tolerabilis est ignorantia.ad hoc Bartol.in fine voluit allegare text. in l.cùm fideicommissum. j̄. tit.1. quem ad hoc allegat Bart. in l. non fatetur, in 3.colum.j̄.tit.1.& in l.si quis delegauerit.in fin.ff. de nouatio.si autem prima interlo.est talis, quæ potest reuocari sine causæ cogni. vt dilatio expectatoria ad comparendum, & tunc dando secundam videtur recessisse à prima.l.dicere.§. final.ff.de arbitr.& cum Bart.in specie transeunt. d. Alex.& do. Petr.de Bex.hic.alij nihil tangunt. idem tenet. d.Abb. in d.cap. cùm olim.in 4.col.& seq.per illum tex.vbi limitat, nisi iudex in facto notabili de proximo pronunciasset, tunc de illa pronunciatione videretur notitiam habuisse.cap.cùm illorum.de sen. excommunica.& ita etiam limitat idem.d.Abb.in consil.41.2. volum.incip.in causa, quæ vertitur, seu verti speratur.in 1.dubio, & ita teneas, quamuis idem Bartol.in l.cùm procurator. §. 1.in penul.quæst.ff.de oper.nou.nunc.teneat, quod quando secunda interloc. est contraria primæ, aut diuersa, quòd in dubio videtur à prima recessum, per l.si opus. ff.de ope.nou.nun. quæ nihil facit, quia ibi secunda faciebat expressam mentionem de prima, vt ibidem per gloss. & Bartol. nam ibi prætor reuocauit primam commissionem factam nuncio de nunciando nouum opus, prout etiam declarat illum text. Bald.in c.cùm venissent. in penul. colum. de eo, qui mit.in possess.sed intellige Bart.ibi secundum distin.hic traditam, & non erit cōtrarius, sed erit limitatio, & vide, quæ dixi post eum, vbi tetigi quædam, quæ hic traduntur per do.Alex.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet magistratus habens ordinariam iurisdictionem potest delegare.*
2 *Cui causa est commissa simpliciter, intelligitur etiam commissa sententia, licèt nihil dictum fuisset in commissione.*
3 *Delegati an possint exequi suas sententias, & quid in arbitris.*
4 *Sententiæ de iure communi habent executonem paratam absque alio iudiciario ordine.*
5 *Delegatus inferioris à principe an possit mandare suam sententiam executioni.*
6 *Delegatus à principe an de iure ciuili possit mandare executioni suam sententiam, & num.10.*
7 *Regulæ est inhæredum tanquam firmamento.*
8 *Delegatio est stricti iuris.*
9 *Procurator in causa habet maius ius, quàm delegatus.*
10 *Delegatus principis an possit exequi suam sententiam, & num.9.*
11 *Cui mandatur executio, an videatur mandata cognitio, & èцontra.*
12 *Maius trahit ad se minus, sed non ècontra.*
13 *Iudex exequens potest cognoscere super exceptionibus appositis directò oppugnantibus sententiam.*
14 *Qualiter cognoscatur merus executor à mixto.*
15 *Cui est commissa cognitio causę, an intelligatur commissa eius diffinitio.*
16 *Valet argum.de delegatione ad procurationem.*
17 *Cui est commissa cognitio causę à lege, intelligitur etiam commissa diffinitio.*
18 *Arbitri electi ad cognitionem causę videntur etiam electi ad decidendum, & sententiandum.*
19 *An cui est commissa tacitè, vel expressè diffinitio causæ, intelligatur etiam mandata executio.*
20 *Subdelegatus à delegato principis potest suam sententiam exequi, sicut & ipse delegatus principis.*
21 *Executio sententię est mixti imperij.*
22 *Priuilegia concessa delegato princip. an transeant ad eius subdelegatum.*
23 *Licèt delegatus inferioris à principe non possit suam sententiam exequi,*

qui, poterit tamen pronunciare exequendam esse, & eam exequi per modos iurisdict. quam habet.

24 *Delegatus inferioris an possit exequi suam sententiam inducendo multctam.*

25 *Executio sententię an possit similiter delegari.*

26 *Si appellatum sit à sententia, & iudex appella. eam confirmat, quis mandabit eam executioni, an iudex causæ princ. vel appellationis.*

27 *An delegatus possit suam sententiam interloc. exequi.*

28 *Ex sententia interlocutoria an oriatur actio in factum.*

LEX XV.

A Diuo Pio. Ista lex secundum Rapha. Cum. est ita practicabilis, sicut alia, quæ sit in iure. & secundum dom. Alexan. est vtilissima, & solennissima. Ordinarij exequuntur sententias suorum delegatorum, & arbitrorum. hoc dicit. Bart & Doct. diuidunt istam. l. secundum glo. in §. in venditione. ̅j. ead. l. quod primo tractat per quos sententia mandetur executioni. Secũdo qualiter, & sic quo ordine, & forma, & de quib. fiat. Scđa est in d. §. in venditione. ¶No. 1. ex text. ibi, magistratibus populi Romani. iunctis sequentibus verbis ibi, iudi-
1 cum à se datorum, † quòd indefinitè quilibet, magistratus potest delegare. intellige sanè de magistratibus habẽtibus iurisdictionem ordinariam, & in causis ciuilib. & tales ordinarij possunt causam delegare. facit. l. 1. C. qui pro sua iurisdict. ratio assignatur in l. more. vbi aliquãdo plenius dixi. ff. de iurisd. omn. iudic. quia ordinarij habent iurisdictionem iure proprio, & sic in eis fundatur radix iurisdictionis, & istud procedit etiam si iurisdictio ordinaria esset priuilegiata, adhuc potest delegari. text. est not in c. fin. de offic ordin. & ibi Bald. in fin. not. & dicit, quòd vix alibi reperies. ¶Secundò not. ex tex ibi, datorum,
2 iunctis sequentib. nihil subaudiendo ad text. hic esse text. † q̃d iudex, cui causa est simpliciter commissa, potest, & debet ferre sententiam, etiam si in commissione non fuit dictum, quòd decidat, & determinet, sed solùm fuit dictum, committimus tibi talem causam, & nihil de sententia fuit dictum, & ita latè firmat Barto. ̅j. in 2. colum. vbi dicetur, non facit tamen mentionem aliter de isto text. ¶Tertiò not. quòd iudices ordinarij
3 exequuntur sententias delegatorum à se datorum, † ex quo correlariè sequitur, quòd ipsi delegati non possunt exequi suas sententias, prout etiam not. glo. magn. in 1. part. Ratio est, quia lata sentẽtia statim delegatus in totum functus est officio suo, nec vlteriorem habet iurisdictionem. l. si vt proponis. C. quomodo, & quando iudex. & l. iudex postquam. ̅j. eod. sed ordinarius, licèt deleget causam, tamen retinet iurisdictionem suam ordinariam, quam etiam à se abdicare non potest. l. penult. ff. de offic. præsi & virtute illius iurisdictionis ordinariæ exequitur sententiam delegati à se dati. ¶Quartò diligenter pondera text. in verbo, vel arbitrorũ. iuncto tex. ibi, hic, qui eos dederũt, nam illa verba in fin. posita debent referri ad ambo præcedentia. s. iudicum à se datorum, vel arbitrorum, per regulam. l. talis scriptura. in prin. ff. de leg. 1. & c. Scđo requiris. de appell. vnde iste text. videtur velle, quod sententias arbitrorum exequantur illi, qui eos dederunt, & sic loquitur in arbitris iuris, qui eleguntur à iudicibus ex forma iuris communis, vt l. apertissimi, & l. final. C. de iudic. & l. arbitro. & l. ab arbitro. secundum vnum intellectũ ff. qui satisda cog & c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. & sentit gl. fin. hic in fin. vel ex forma statuti municipalis cogentis affines vel coniunctos ad compromittendũ, & isti arbitri iuris assimilãtur delegatis vel ordinarijs, quorum loco succedunt, & propterea dicuntur habere iurisdictionem, & non simplicem notionem, & eorum sententiæ transeunt in rem iudic. & ideo ab eorum sententijs appellatur etiam de iure ciuili, vt est text. in d. l. fi. ad fin. C. de iudic. vbi Bartol. & alij ponunt, & ibi dixi, isto modo iste text. non loquitur in arbitris compromissarijs electis voluntariè de consensu partium, quia cùm illi, qui eos dederunt, sint priuatæ personæ, non possent exequi eorũ
* sententias, tamen gl. fin. hic, *& communiter Doct.* intelligunt istũ tex. loqui de arbitr. compromissarijs, & intelligunt istum text. procedere, quando sententia arbitri fuit emologata expresè à partibus, vel tacitè per lapsum decẽ dierum, quo casu meretur executionem per l. penult. C. de arbitr. sed certè obstat iste text. in fin. ibi, qui eos dederunt, qui non conuenit priuatis personis compromittentibus: item illud, quod dicitur in d. l. pen. C. de arbitr. fuit inductum per iura noua. C. Dicetur super
4 glo. fin. & tetigi etiam in l. ait prætor. in princip. ̅s. eod. ¶† Tertiò not. quòd sententiæ de iur. communi habent executionem paratam absque alio iudiciario ordine, vt hic, & in §. seq. & per totam istam. l. & l. 4. §. si ex conuẽtione. in verbo manebit ordo executionis, & ibi Ang. & alij ad hoc notant. ̅s. eo. & est bonus text. in l. minor. 25. ann. cui fideicommis. in verbo ad initium alterius petitionis redegerat. ff. de minor. intelligendo, vt per Bartol. & alios in l. intra dies. vbi dixi. ̅s. eod. ¶Glo. magn. diuiditur in tres partes principal. In prima intelligit text. dupliciter in verbo à se. & ex tex. infert. In secunda circa illationem, quã fecit ex tex. format quatuor questiones. In tertia, & vlt. oppo. contra text. & dupliciter soluit. Secunda ibi, sed quid in delegato principis. Tertia, & vlt. est ꝓpè fi. ibi, item videtur delegatum. ¶In ead. glo. ibi, sic ergo delegatus non exequitur senten-
5 tiam suam. Habes, † quòd delegatus inferioris à principe non potest suam sententiam exequi, sed ipse delegans exequitur, & propter hoc factum, est princip. huius. l. quamuis contrarium, & malè teneat gl. iuris canon. in capit. si quis contra clericum. in gl. penul. de for. compe. ratio huius conclusionis est duplex, prima, vt dixi in text. in 3. no. quia delegatus lata sententia functus est officio suo, & vlteriorem iurisdictionem non habet. l. si vt proponis. la prima. C. quomodo, & quando iudex. & istam rationem ponit etiam Bartol. infra in 4. colum. ibi dicetur. Secunda ratio est, quia executio sententiæ est de mixto imperio, vt habetur in d. l. iubere cauere. & in l. imperiũ. ff. de iurisdict. omnium iudicum. & gl. hic in 1. quæstio. sed ea, quæ sunt mixti imperij, non transeunt in talem delegatum, vt habetur in d. l. iubere cauere. & in l. ea, quæ. §. magistratibus. ff. ad municip.
10 to. ¶† Secundò quærit Bart. in vna ciuitate sunt duo magistratus eandem iurisd. habentes, vt Potestas, & Capitaneus, an vnus possit exequi sñiam alterius, concludit, ꝙ in causis ciuilib. non possit sine voluntate aut literis eius, qui sñiam tulit, vt l. 1. ff. de offic. consu. secus in criminalib. vnde exbannitus in personam pp contumaciam ab vno eorum, põt per alium capi, & potest facere executionem sine literis alterius, qͣ si à quocunque potest animaduerti in exbannitos alterius ciuitatis nobis confœderatæ, vt est tex. sing. in l. non dubito. in vers. fin. ff. de capti. pp publicam vtili. & qͣ reputantur publici hostes, quantomagis magistratus vnius, & eiusdem ciuitatis poterit animaduertere in exbannitos ab alio magistratu habente eandem iurisd. sine eius literis. & cum Bart. transit simpliciter Raph. Cu. hic. Bald. in d. l. 1. in 8. q. ff. de offi. consul. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in repet. in 9. col. ff. de pact. Io. de Imo. in l. pen. in prin. ff. de pub. iudi. adde Bal. in c. 1. in 4. col. de offi. ord. vbi idem tenet, & dicit, ꝙ cùm istæ duæ iurisd. s. ecclesiastica, & secularis sint adinuicem colligatæ, & confœderatæ, vt per Bart. in seq. q. vbi dicam, ideo vnus iudex debet vitare proscriptum, & exbannitum alterius, sicut quando sunt duæ ciuitates inuicem confœderatæ, vna debet vitare proscriptum, & exbannitum alterius, & si proscriptus non vult obedire, debet puniri de inobedientia. ita dicit esse text. in d. l. non dubito in fi. & not. per Bart. hic. contrarium tenet Bal. ibi contrarius in l. executorem. in 8. col. in vers. sed quæro quid de ciuitatib. confœderatis. C. de execu. rei iudi. vbi mordaciter reprehendit Bart. hic, inquantum præsupponit, ꝙ in criminalib. attribuatur iurisdictione confœderationis, quæ aliàs non competeret per d. l. non dubito. in fin. ꝙ alibi non reperitur, & esset no. dignum ſm eum: nã natura cõfœderationis est consequi hostes alienos vt proprios. tñ dicit Bal. ꝙ Bart. in hoc errauit, nec seruatur dictum suum de consuetudine, qͣ sapientib. non placet, & consuetudo illud abhorret, eo qͣ confœderatio non operatur plus, vel minus q̃ conti-
11 neant pacta confœderatorum. facit vltra eum, ꝙ † adhærentes, & confœderati non includuntur in capitulis pacis nisi exprimantur, vt probat text. valde not. in c. ad appostolicæ in 2. colu. de re iud. lib. 6. ibi, *& omnes amicos, sibique adhærentes in pace ponere.* per quem text. ita ibi not. Gemi. in princip. & dom. Abb. in cap. 1. in 7. colu. de postul. præla. dom. Alexan. hic etiam tenet istam opin. Bald. contra Barto. quia dicta l. non dubito. in fin. non probat secundum eum, vnde cùm non reperiatur esse differentia inter executionem causæ criminalis, & ciuilis nisi in casu. §. si quis verò comprehensorum. in Auth. vt nul. iud. non videtur esse facienda differentia inter actiones criminales, & ciuiles. Tu dic, quòd ad hoc facile respondetur ex verbis
12 Bart. hic, dum dicit, † quòd bannitum capitaliter quilibet iudex potest punire propter publicam vtili. quia reputat̃ hostis publicus, quod non est in causis ciuilib. Mihi videtur, ꝙ tex. d. l. non dubito. in vers. fin. multum stringat pro Bart. non cauillando eum, quicquid dicat d. Alex. nam dicit ibi text. *at fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus,* & per illum text. dicit not. Bald. in Auth. & omnino. in 4. col. C. ne
13 vxor pro mari. † quòd ciuis vnius ciuitatis potest obtinere represalias in ciuitate confœderata, sicut in propria, quod bene not. & solutiones, quæ dantur ad illum text. aut diuinant, aut eum destruunt. Bart. ibi respondet, ꝙ text. ille vult, ꝙ cõtra homines ex ciuitatib. confœderatis non procedimus tanquam ꝯ hostes, sed si delinquunt, proceditur contra eos de iure com muni, sicut ꝯ nostros reos, & ꝯ quemlibet forensem delinquẽtem. ad hoc etiam tendit vna sol. Bal. in d. l. executorẽ. in 8. col. ꝙ ille text. intelligatur damnatos. s. à nobis exequentib. pœnã, & sic facimus executionem sententiæ nostræ condemnatorię, & non alienæ. Ista sol. nihil valet, quia isto modo confęderatio nihil faceret, in qua se fundat ille text. sed delictũ commissum ibi, & sic de iure communi. c. Romana. de for. comp. in 6. vel secundum Bald. in d. l. executorem. ille text. loquitur in confœderatis populo Rom. qui in plenam tutelam populi Rom. recepti sunt, sed certè text. ibi loquitur in generali, & simplici confœderatione, vnde ſm Bal. intelligi ĩ populis confęderatis requrentib. aliàs non. Aduerte, ꝙ diuinat ad illum text. & restrin-

14 git.¶†Tertiò quærit Bart.quid ſi iudex,qui tulit ſententiã,non-poteſt facere executionem facti,qa non habet milites ſeu barbarios, vt rector ſcholarium, & lector legens, quis mandabit executioni? dic, vt hic per *Bart.cum quo cæteri tranſeunt cum* con-
15 cor.d.Alex.¶†Vltra eum adde do.Abb.in c.ſi quis contra clericum.in 18.col.de for.comp.inquantum tenet Bart.ꝙ indiſtinctè iudex ſecularis poteſt implorare auxilium iudicis eccleſiaſtici,& ècontra pro tuenda ſua iuriſdictione,& pro executione ſententiæ,per c.1.& ibi plenè per Inn.de offi.ord.& c. vt famæ. de ſen.excom. alij nihil tangunt.Quæro ergo pro intelligentia
16 huius concluſionis Bart. † an Epiſcopus teneatur exequi ſententiam iudicis ſecularis,& èċontra, Bald. in ſpecie tangit in c. 1.in 4.col.de conſti.vbi tenet, ꝙ Epiſcopus tenetur exequi ſententiam iudicis laici,ſi eſt iuſtè lata, & à iure canonico non diſcrepat,aliàs ſecus per c.vlt.de excep. in 6.& multofortius ècõtra , vt patet expreſsè in l. epiſcopale. C. de epiſ. aud. vt ibi per eum.idem tenet Bal.in c.Eccleſ.S.Mar.in 3.col.de conſt.vbi dicit ita eleganter not. per gl. in l.ex ea. in gl.fin.ff.de poſtul.idem Bal.in c.licèt vndique.in vlt.col.in prin.de offic.deleg. tenet no. ꝙ Epiſcopus tenetur obedire literis Poteſtatis ei ſcribentis, & habentis temporalem iuriſdictionem,qa hoc facit auctoritate legis.ſ.legis,cùm vnus.§.is qui,cum ſim.ff.de bon.auct.iud.poſſid.& ita dicit eſſe gl.not.in d.l.ex ea. q̃ reputat tenendam menti.tñ ſm eum non poſſet eum punire,per.l.nam & magiſtratus. ff. de arbi. ſed puniet eum Archiepiſcopus. Sed idẽ Bal.in d.c. 1.in 3.col.ad fin.de offi.ordi. refert Inno. ibi tenere , ꝙ ſecularis Poteſtas nõ poſſit mandare Epiſcopo, ꝙ adiuuet eum in executione facienda de ſententia per eum lata, ſed èċontra ſic, ꝙ intelligit Bald.eſſe verum in mandato arctatiuo, bene tñ faciet Epiſcopus non tanq̃ obediendo,ſed tanquam patrocinãdo fauore iuriſdictionis temporalis in licitis,& honeſtis,per no. in d. c.1.de exce.in 6.Subdit etiam ibi Bal. poſt Inn. ꝙ proſcriptũ ſiue exbannitum iudicis ſecularis Epiſcopus non tenetur excõ-
17 municare,niſi forma canonica præmiſſa. Similiter † èċontra, iudex ſecularis non tenetur exbannire excõmunicatos ab Epiſcopo,licèt debeat eos vitare, inbedientes autem Epiſcopo iudex ſecularis poteſt mulctare,& bannire, & ſimiliter è ꝯ ſi laici nolunt obedire ſuo Prædi , vel poteſtati, Epiſcopus requiſitus poteſt,& debet eos excõicare. ita ibi notabiliter tenet Bal.& vide plenius per d.Abb. & alios ibi . Pro limitatione prædictorũ
18 adde , ꝙ † iudex eccleſiaſticus non exequetur ſententiam iudicis ſecularis, anteq̃ cognoſcat,an ſit preiudicialis animæ,ita no.
19 Gem.in c.2.per illũ text.de excep.in 6.¶ † Quartò quærit Bart. quid ſi iudex,qui tulit ſententiam,non vult ſcribere alteri iudici implorando eius auxilium pro executione ſententiæ, vel iudex requiſitus non vult exequi nec auxiliũ præſtare,tenet Bart. ꝙ poſſit per ſuperiorem cogi,& puniri,& tenebitur etiam parti ad intereſſe,*& cum Bart.omnes tranſeunt.* & do.Ant.in c.poſtulaſti.de for.comp.Tu adde,ꝙ ſi iudex requiſitus nollet, vel negligeret exequi literas primi iudicis,iſto caſu permittitur iudici citare condemnatum exiſtentem extra ſuum territorium ꝑ nunciũ,vel per edicta,acſi eſſet in territorio.ita ſing. tenet Bart. in extraua.ad repri.in verbo per edicta.in 4.col. & ſequit Aret. in conſ.58.inc.diligenter conſideratis omnib. in 3. col. ꝙ dictũ bene liga ad digitum pro limitatione.l.extra territorium.ff.de
20 iur.omn.iud.¶ † Quintò quærit Bart.ſi iudex excedit modum in exequendo, quo caſu poteſt appellari. l. ab executione. C. quo.appel.non reci.& l. ab executore.ff.de appel. ad quem debebit appellari,an ad ſuperiorem primi iudicis, an verò ad ſuperiorem iudicis exequentis,diſtinguit, vt hic per eum faciendo tria membra ſine vlla iurium alleg. iſtam doct.refert dom. Abb.in c.ꝙ ad conſulta.in pen.col.de re iud. vbi tenet cũ Bart. niſi in 2.caſu,qñ ſecundus iudex non exequitur,ſed præſtat auxilium iuris primo iudici exequenti,tunc ab eo appellatur, ſm Bart.quia ipſius actus eſt,qui me lædit.nam d. Abb. tenet, ꝙ ẽt tunc poteſt appellari ad ſuperiorem primi iudicis, qa etiam ipſemet grauat implorãdo iniuſtè auxilium iuris , & qui cauſam damni , vel exceſſus dat, damnum dediſſe videtur.c.fin.de iniur.& dam.dat.& l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.facit,ꝙ tenet Bart.in d.l.ab executione.in 1.col.in verſ.quæro pone,ꝙ iudex miſit nuncium.vbi tenet, ꝙ ſi iudex commiſit executionẽ nuncio,& nuncius excedit modum in exequẽdo, ſi grauat me in mandando nuncio, debet appellari ad ſuperiorem mandantis,alias appellatur ad iudicem, qui nũcium miſit.l.arbitro.ſm
21 vnã lect.ff.qui ſatiſd.cog.¶†Sextò, & vlt. quærit Bart. & in iſta q.Bar.facit duas concluſiones primò,ꝙ ſententia arbitri lata in iſta ciuitate poſſit alibi mãdari executioni ex mero officio iud. exequentis,abſque requiſitione,& literis ipſius arbitri , vel alterius iudicis,cùm arbiter careat iuriſd.& non poſſit ipſe exequi, ſicut nec iudex delegatus,prout inter eos fit æq paratio in prin-
22 cip.huius l.iſtud,ꝙ tenet Bart.de offi.impugnat Ang. † quia ex ſententia arbitri tria remedia oriuntur.ſ.actio in factum,& vtilis in rem,qñ lata in reali,vel condictio ex.l.vt.l.ne in arbitris.& l.cùm antea. C. de arbitr. ſed nullibi in iure reperitur officium iud.eſſe proditum.& cum Ang.tenet Raph.Cu.hic, ſed ſecundum Imo.& d.Alex. videtur, ꝙ pro ſententia arbitri exequenda poſſit intentari officium iudi. per d. l.cùm antea. intelligendo eam prout facit Bart.in l.intra.ad fi.ſ.eo.vbi dicit illã l.cùm antea.velle , ꝙ illa ſententia,ex qua oritur actio in factum , vel iudicati, debeat mandari executioni per officium iud. & ſm Imo.cum text.ibi in prin.dicat *executioni mandetur*, & ſic dirigat
23 verba ad iudicem, † ergo vr̃ oriri officium iudicis, vt eſt gl. in l.ſi ſoror.C.de collat.cum alijs gl.concor.quas allegat Bald.in l. vnica.ff.de cond.ex leg.vnde tene cum Bart.cum quo etiam tenet Bal.in l.fi.in 2.col.C.de exec.rei iudi. vbi tenet ſententiã arbitri mandari executioni per implorationem officij iudicis.
24 ¶†Secunda concluſio Bart.eſt,ꝙ inſtrumẽta guarentigię poſſunt alibi per quemcunque iudicem executioni mandari non expectata requiſitione alterius iudicis,vel illius notarij, qui tale inſtrm̃ facit, cùm notarius non habeat auctoritatẽ exequendi ſicut nec arbiter.Et poſtquam fecit pręceptum guarentigię, functus eſt officio ſuo quo ad illud inſtrm̃.Abb.impugnat, qa cùm oriatur condictio ex illo ſtatuto,quæ eſt actio perſonalis, poteſt vbicunque locorum intentari cum ſuo priuilegio.l.fin. verſ.pen.C.de præſcrip.long.temp.& cum Ang.contra Bart.tenet etiam Raph.Cu.hic,ſed ſm Imo.& d.Alex.cùm ſtatuta dicant inſtrumenta guarengię mittantur executioni,ſicut ſententia diffinitiua,& verba dirigantur ad iudicem,& æquiparentur ſententiæ,videtur,ꝙ poſſit implorari officium iudi. per gl.in d. l.ſi ſoror.adde,ꝙ per iſta dicta Bart.tenet Bald. in l. fi. in 7.q.C. de ędi.diui Adr.tol.ꝙ in executione ꝯtuum non requiruntur literę alicuius iudicis,quia ipſum inſtrm̃ habetur pro literis.Tu aduerte, ꝙ ꝯ iſtam deciſio.Bart. facit illud , ꝙ ſignanter tenet Bald.in l.1.in 4.& 5.q.C.ne fil. pro patre,ꝙ ſtante ſtatu.ꝙ inſtrumenta guarentigiæ habeant executionem paratam , ſi de tali inſtro hic celebrato peto alibi executionem,vigore illius ſtatuti non ſum audiendus.Secundò in contrarium facit, ꝙ ſing.tenet Bal.in l.vnica.ad fin.in vlt.q.C.de confeſ. ꝙ qñ ſententia lata meretur executionem ſolùm ex forma ſtatuti loci,in quo lata eſt,iudex alterius territorij non tenebitur ad literas primi iudicis facere executionem, ꝙ reputat tenendum menti. Tertiò in executiuis debent ſtatuta illius loci attendi,in quo fit executio,& non alterius ſm Bart.& alios in l.cunctos populos.C. de ſum.Trin.& iſta etiam retuli.ſ.in 1.q.Bar. extra gloſſ.propterea Pau.de Caſt.& d.Alex.intelligunt Bart. procedere, qñ in loco, in quo petitur executio illius inſtrumenti,vigebat ſimile ſtatutum,ꝙ talia inſtrumenta debeãt mandari executioni, nam debent intelligi ſiue ſint confecta in illo loco ſiue in alio , ſecus ſi non eſſet ibi tale ſtatutum, quia inſtrumenta de iure communi non habent executionem paratam, vt eſt text.melior de iure in l.minor. 25.ann.cui fideicom.in princ.in verbo, *initium nouæ petitionis redegerat.*ff.de mino.

SVMMARIVM.

1 *Quis ordo ſit ſeruandus in executione ſententiæ,& nu.10.*
2 *Experientia eſt magiſtra rerum.*
3 *Quando executio ſit pro minore,primò eſt deueniendum ad id,quod eſt ei vtilius.*
4 *Res captæ pro executione habentur loco pignoris iudicialis.*
5 *Declaratio iudicis facta poſt ſententiam diffinitiuam ſuper eius executione dicitur interlocutoria.*
6 *Quæ dicatur ſententia interlocutoria.*
7 *Appellatione mobilium , vel immobilium non veniunt nomina debitorum.*
8 *Iura,& actiones non circumſcribuntur loco.*
9 *In executione ſententiæ an requiratur citatio partis cum termini congrui aſſignatione.*
11 *Licitum eſt reſtringere legem generaliter loquentem per rationem naturalem,licèt ratio non ſit expreſſa in lege.*
12 *Si debitor ſit captus non ſeruato ordine , an ſit retractanda captura, ſi apparet eum eſſe verum debitorem.*
13 *Qui iurauit renunciare, & virtute talis iuramenti compellatur per iudicem,non dicitur coactè renunciaſſe.*
14 *Tenuta data pro vero debito, ſed non ſeruato iuris ordine , an valeat, & teneat.*
15 *Pignora capta pro executione intra quantum tempus poßunt vendi.*
16 *Quadrimeſtre indultum à lege condemnatis , non habet locum in condemnatis per interlocutoriam.*
17 *An ſententia recipiat conditionem.*
18 *Si bona mobilia non reperiuntur, in quib.poſſit fieri executio , debet iudex ſtatuere terminum parti ad oſtendendum mobilia , aliàs ſi non oſtendit,capientur immobilia.*

19 *An*

19 *An executio ſententiæ facta non ſeruato ordine huius legis ſit ipſo iure nulla.*
20 *Sententia lata contra vxorem in actione perſonali non poteſt mandari executioni in reb.dotalib.*
21 *Quando condemnata eſt Eccleſia, vel eius capitulum ex cauſa reſpiciente ipſam Eccleſiam, poteſt fieri executio ſententiæ in reb.Eccleſiæ.*

§.In venditione. Quia captis pignoribus,& diſtractis ſentẽtia ſortitur
effectum executionis, vt l.ſi quis à liberis.in §.ſi quis ex his.ff.de
lib.agn.ideo iſte text,illatiuè dicit,in venditione itaque pigno-
rum,vt ſic videatur quo ordine capiantur, & diſtrahantur . In
executione ſententię primò debent capi mobilia,ſecundò im-
mobilia , tertio nomina debitorum. h.d.vſque ad.§.ſi pignora.
1 ¶†Not.1.ex iſto text.ordinem,qui ſeruandus eſt in executione
ſententiæ, qui habet tres gradus , vt hic , & l.1. C.de præt.pign.
Adde,ꝙ deficientib.iſtis trib.ſ. bonis mobilib. immobilibus, &
nominib.debitorum,tunc caperetur perſona debitoris , & niſi
bonis cedat,detrudetur in cerceres.l.1.C.qui bon.ced.poſ.& eſt
glo.reputata ſing.in l.3.§.tutores. ff.de ſuſpe. tut. quæ tenet , ꝙ
non poſſit capi perſona pro executione ſententiæ, niſi prius fa-
cta diſcuſſione non reperiantur aliqua bona.& Bart.ibi confir-
mat,quia ſi eſt ordo in capiendis bonis,vt hic,ergo multo for-
tius in capiendo perſonam , quæ cunctis reb. eſt præferenda.l.
iuſtiſſimè.in princ.ff.de ædi.edict.& ita ſimpliciter tenẽt Raph.
Cum.& Pau.de Caſt.de veritate illius glo.vltra Imo.hic habes
per do.Alex.in 4.colu.& duab.ſeq.cum concor.per eum alleg.
& vltra eum addo do.Abb.in c.lator.in 2.not.in princ.& in c.ꝙ
ad conſultationem.de re iudi. Ang.de Aret.in §.cum eo quo-
quæ.in 3.colu.inſti.de act.¶Limita iſtum text.procedere,quan
do fit executio ſententiæ fauore creditoris, tunc debet ſeruari
ordo hic traditus ratione facilioris executionis,quia facilius bo
2 na mobilia reperient emptorem,vt experientia † docet,quę eſt
rerum magiſtra.c.quam ſit.in princ.de elect.in 6. & ſic per exe-
cutionem ſententiæ non debet eligi via, per quam retardetur.
3 §.ſed ſi emptor.ĩ.ead.l. † ſecus,quando executio fieret pro mi-
nore,tũc prius debet deueniri ad nomina debitorum, quia vti-
lius eſt minori.l.magis.§.non paſſim.in verſ. quęrere ergo prę-
tor debet. ff.de reb. eo. ſecundum Bart.hic in 2. opp. cum quo
alij tranſeunt. Tu vide Spec. qui videtur tenere contrarium in
titu.de execu. ſen. in §. ſequitur videre.in verſ. quid ſi ſententia
debet mandari executioni contra minorem, & ibi expreſsè Io.
4 And.poſt Alb.Galeoti.¶†Secundò not.ex text.ibi , *capi pignora
iubentur*, ꝙ res captæ pro executione rei iudicatæ habentur lo-
co pignoris,intellige iudicialis. Nam quadruplex reperitur pi-
gnus.ſ.pretorium , quando nulla præcedente ſententia diffini-
tiua proceditur ratione contumaciæ contra reum, & pignora
capiuntur.l. cùm vnus.ff.de bon. auth.iud.poſſid. item iudicia-
le, quando præcedente ſententia diffinitiua pro eius executio-
ne capitur pignus,vt hoc text.& per totam legem,licèt aliquã-
do appelletur pretorium. vt.l.1.C.de preto.pign. cum vtrunq;
à iudice expediatur, & duplicem differẽtiam inter pignus pre-
torium,& iudiciale ponit glo.in rub. & in l.2.C.de præto. pign.
Bart.in l.2.ad fin.C.qui pot.in pign.hab.Pignus legale eſt,ꝙ ta-
citè à lege conſtituitur.l.certi iuris.C.de loca. & §. item ſeruia-
na.inſti.de act.quarto eſt pignus conuentionale , ꝙ ex partium
conuentione procedit , de quo habes gloſ. magiſtram in l. 1.in
princ. & ibi fundamentalius per Bart. ff.de pign. act. & de iſtis
aliàs plenius dixi in d.§.item Seruiana. in prin. & de duob. pri-
5 mis ponit vnum verbum Alex.hic in vlt. char, ¶ † Tertiò not.
ex text.ibi ,*interloqui ſolent*,ꝙ declaratio iudicis facta poſt ſentẽ-
tiam diffinitiuam ſuper eius executione dicitur ſentẽtia inter-
locutoria, quamuis aliam ſententiam diffinitiuam poſt ſe non
expectet. Vnde hic videtur eſſe text.contra illud , ꝙ tenet gloſ.
magi.in cle.1.de ſeq.poſ.& fruct.vbi tenet, ꝙ interlocutoria di-
6 citur,quæ fertur inter principium , vel finem cauſæ. † Interlo-
cutoria enim dicitur locutio , quæ fit intra principium cauſæ ,
q̃ eſt citatio , & finem , qui eſt ſententia diffinitiua ſecundum
7 Gem.in c.1.in 2.col.de appel.in 6.dixi in rub.s̃.eod.¶ † Quartò
not. ꝙ nomina debitorum ponuntur vt tertia ſpecies ſeparata
a à bonis mobilibus , & immobilib. & ſic appellatione [a] mobi-
lium,& immobilium non veniunt nomina debitorum,vt hic,
& l.quã Tuberonis.§.fi.ff.de pec..& l.2.vbi Bald.no.C.de quad,
præſcrip.de quo eſt dicendum ,,vt per glo.& Bart.in l.mouen-
tium.ff.de verb.ſign.& latius Bart.in l.poteſt.ff.de auth.tuto.cũ
multis concor.alleg.hic per.do. Alex.in 1.not. & per eundem
in l.ſi conſtante.§.fin.ff.ſol.matr.& in conſ.44.1.vol. ꝙ inc.habi
ta ſuper his, de quib.dubitari contingit.in 1.col.& in conſ. 52.1,
vol.ꝙ inc.viſo them. & ſtatutis duob. & in conſ.109. 4.vol. ꝙ
inc.viſo the.q.præmiſſę.in 3.col.accedat , ꝙ not. tenet Bart.in l.
Centurio. in 3.q.prin.in 3.col.illius.3.q.ff. de vulg. & pupil. vbi
tenet,ꝙ ſi teſtator dicat, quandocunque filius meus deceſſerit
ſine liberis,volo,ꝙ omnia bona mea mobilia,& immobilia ꝑ-
ueniant ad talem,& non dicit iura & actiones, ille vr̃ ſubſtitu-
tus in certis bonis tñ,& non vniuerſaliter,q̃a actiones non ſunt
bona mobilia nec immobilia. Per iſta ego aliàs conſului in ar-
dua q.vltra montes.Quidam donauit alicui oĩa bona mobilia,
& immobilia præſentia & futura, vbicunque ſint , & eſſe poſ-
ſint,an talis donatio valeat?videbatur , ꝙ non,cũ eſſet de om-
nib.bonis præſentibus,& futuris,& ſic auferret teſtandi faculta
tem , ergo erat ꝯ bonos mores ſ̃m Bart. & alios in l.ſtipulatio
hoc modo concepta.ff.de verb.obl.& in l.fi.C.de pac.Contra-
b rium conſului iſta noua rõne, q̃a in donatione [b] omnium bo-
norum,præſentium,& futur.non veniunt noĩa debitorum , &
ſic iura,& actiones,cùm ſit tertia ſpecies ſeparata, vt hic, ergo
de illis poterat teſtari,ergo dẽt valere,ſ̃m Bart.met in d.l.ſtipu
latio hoc modo concepta, & ita in ſpecie ẽt conſuluit Bald.in
conſ.23.2.vol.ꝙ inc.ſuper.ĩ.ſcriptis dubijs, in vlt.dub. vbi con-
ſuluit , ꝙ in donatione oĩum bon.præſentiũ , & futurorũ non
veniunt nomina debitorũ.Secundò mouebar , q̃a in inſtr̃o di-
ctæ donationis dicebat̃ , ꝙ donans donauit oĩa bona mobilia
& immobilia,vbicunq; ſita ſunt , ꝑ illa verba vbicunq; ſita ſint ,
8 apparet,ꝙ non veniant noĩa debitorum, † q̃a iura,& actiones
non circunſcribuntur loco.l.Caius in prin.ff.de leg.2.ergo de il
lis poterat teſtari, & ita credo eſſe veritatẽ.Quid aũt ſi teſtator
reliquerat vxori ſuæ redditus,& prouentus quorumcunq; bo-
norũ ſuorũ mobiliũ,& immobiliũ,an veniant ea,q̃ ſunt in no
minib.debitorũ?ponit Bar.in conſ.50.inc.Gilius Petri de Florẽ-
9 tia. ¶†Anteq̃ veniam ad gl.ſequendo ordinem Bart.q̃ro,an in
executione ſnĩę requiratur citatio partis cum termini congrui
aſſignatione?eſt vtilis quæſtio in practica.Bart.diſtinguit,vt hic
ꝑ eum,& concludit , ꝙ in duob.caſib.non requirat̃ citatio.ſ.in
reali, q̃n fieret executio in eadem re,in qua eſt facta condẽna-
tio,& in ꝑſonali,q̃n agitur ad ſpeciem extantẽ , in alijs caſib.ſꝑ
requiritur citatio. idem tenet Bart.in l.meminerint. C.vnde vi.
& in extrau.ad repri.in verbo,ꝑ executorẽ. cũ concor. hic tra-
ditis ꝑ d.Alex.breuiter tene ꝯtrũ , ꝙ indiſtinctè in oĩ executio-
ne requiritur citatio partis, etiam q̃n in eadem ſpecie facienda
eſt executio,prout ẽt tenet Cyn.in l.ab executione. C.quo.app.
non reci.quem ẽt ſequuntur Imo.& do. Alex.hic , q̃a ẽt in illis
caſib.militant rões aſſignatæ per Bart. nam poſſet pars lædi,ſi
nõ citaretur ꝑ multas exceptiones , quas poſſet opponere poſt
ſnĩam ad impediendam eius executionem, iuxta gl.in l.1.C.de
iur.& fac.ign. puta nullitatis ſnĩæ ratione incompetentiæ iudi-
cis.l.fi.C. ſi à non compe. iud. vel q̃a lata eſſet tꝑe feriato.l. fin.
C.de fer.vel ordine non ſeruato.l.prolatam. C.de ſen. ad idem
eſt bonus text.in l.meminerint.alleg.per Gof.C. vnde vi.cui nõ
bene,pot rñderi ſ̃m d.Alex.& ſ̃m Imo.ad euitandas opi.tutius
eſſet in practica facere partem citari.& ſ̃m.do.Alex. iſta opi.eſt
* de iure verior,quis opi.Bart.*ſit cõior.* ¶Gl. in verbo,[animalia,]
diuiditur in duas partes. In prima declarat text. In 2.eum not.
10 limitat.Secunda ibi [& licèt non faciat hic ordinem.]¶†In ea.
gl.in fi.habes,ꝙ licèt tex.ſimpliciter dicat primò capienda eſſe
bona mobilia, tamen ſeruari debet ordo , ꝙ prius capiat illud
mobile,ꝙ minus nocet debitori,& ad hoc iſta eſt gl. valde no.
ſecundum Bart. qui idem putat in immobilib. ne pro modica
quantitate res vendantur, vt l.quandiu. cum gl.C.de diſt.pign.
& ſequitur etiam dom.Abb.in cap.ꝙ ad conſultationem.in 7.
col.de re iud.Bald. in l.ordo.C.de exec.rei iud. Raph.Cum.hic
intel-

ADDITIONES.

a ¶Appellatione.Adde,ꝙ mobilium, & immobilium appellatione non veniũt
iura,actiones,& nomina debitorum,teſte Rol.conſ.54.nu.35.lib.3.quæ con-
clu.fallit,quando dictum eſſet de bonis mobilib. & immobilib.quibuſcunq;,
vt per eundem d.conſ.nu.36.& 38.vbi, quòd ſi ſtatutum prohibet bona mo-
bilia,& immobilia in extraneos transferri , de actionib. quoque actum eſſe
videtur,hæc ipſe Rol.& nu.39.vbi de dictione omnium. Accedunt, quæ ſcri-
bit Suarez.lib.com.opin. verſ.Bonorum.Rol. conſ.1.nu.125.& ſeq. nu.134.
lib.3.vbi,quod appellatione bonorum ſimpliciter,veniunt iura, & actiones
tenden.ad conſecutionem immobiliũ,& ibi etiã, quid mobiliũ,& immobil.
appel. comprehendat̃. idem conſ. 65.lib. 1.& quid de diſpoſitione facta de
bonis mobilib.& immobilib.quomodo intelligatur, vide Alex.conſ.9.colu.
fi.lib.1.eundẽ Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.fin.nu.22.de verb.
oblig.Pariſ.conſ.94.lib.2.Capel.Tholoſ.q.315.& facit illud,quod mobil.reſpi
ciunt perſonam,immobilia territorium.vt not.Ale.cõſ.19.nu.9.lib.6. Quid
de mobilib.quæ ſunt in loco,vt ibi maneant ad tempus,deinde alio transfe-
runtur,& vide Natt.conſ.184.Alex.conſ.16.lib.1.vbi plura nota.ad praxim.
MASVER.

b ¶Donatione. Pro qua adde Rol. conſ.65. nu.7. & 10.lib.1.vbi de donatione
omnium bonorum mobil.& immobil. præſentium , & futurorum , & ibi de
hoc pulchrè , & vtiliter ſuo more diſſerit , & etiam Rom. conſ. 26.& 95.
Clar.§.donatio.q. 19.verſ. pariter , qui omnes pleniſſimè artic.examinant.
Quibus accedit Pract. Pap.for.lib. pro don.verſ.domum , & for.lib.hypot.
verſ.ſub eadem,nu.4.vbi dixi.& not.idem Iaſ.conſ.5.lib.3. MASVER.

intelligit iſtam gl. procedere, qñ ex alijs minus damnoſis æquè
bene, & æquè celeriter poteſt fieri executio, aliàs non procede-
ret dictum gl. quia prius debent capi ea, quæ facilius reperiunt
emptorem, quia iſte ordo fuit datus à l. vt executio habeat ce-
leritatem. §. ſed & illud. & §. ſciendum. ȷ̃. ead. l. facit. l. quandiu.
C. de diſtr. pig. d. Petr. de Bex. tenet contra gl. & communẽ. Pri-
mò per iſtum text. qui multum ordinatè voluit ordinem ap-
ponere, vnde ſi ordo debuiſſet fieri in mobilib. eum appoſuiſ-
ſet, aliàs fuiſſet defectiuus. Secundò, & fortius, quia iſte ordo
non eſt traditus in fauorem debitoris, quòd probatur, nam ſi
eſſet inuentus in fauorem debitoris, incepiſſet à nominib. debi-
torum, prout fecit in minore. l. magis puto. §. quærere ergo de-
bet. ff. de reb. eo. Bart. hic in 2. opp. adducit etiam. §. ſi ſuper reb.
ȷ̃. ead. l. prout. ſ̃. fuit adductus per Raph. Cum. vnde putat, ꝙ in
reb. mobilib. ſit electio creditoris accipere de quib. vult, & in
quib. celerius poteſt fieri executio, tamen in practica dicit eſ-
ſe adhærẽdum glo. & Doct. breuiter tene opin. gl. & commu-
nem, & ad iſtum text. reſponde, ꝙ ordo traditus in iſta l. nõ eſt
neceſſitatis, nec eius omiſſio annullat executionem, vt firmat
Bart. ȷ̃. ꝙ an ſit verum. ȷ̃. dicetur. Ad ſecundum dic, ꝙ executio
ſententiæ fundatur in æquitate, ſecundum Bart. in §. præced. ſ̃.
in 1. colu. ad fin. ſed æquitas dictat, ꝙ prius capiantur mobilia
minus damnoſa. vnde pp æquitatem licitum eſt reſtringere le-
gem generalem, vt eſt text. in. §. 1. & ibi gl. not. in verbo. eſtima-
tus. in Auth. vt ſine prohibi. ma. deb. coll. 7. per quem tex. cum
glo. do. Abb. in c. propoſuit. de appel. tradit regulam not. ꝙ per
11 rationem † naturalem licitum eſt reſtringere generalẽ diſpo-
ſitionem, licèt ratio non ſit in l. expreſſa. item verba legis quã-
uis generalia, debent tamen ciuili modo intelligi. l. ſi cui. de ſer-
ui. tit. generali. alleg. in gl. Iuxta iſtam gl. quærit Bart. quid ſi non
ſit facta executio, ſed iudex fecit capi perſonam debitoris, qui
ſoluit, an poſſit reuocare ſolutionem, eſt text. in l. fin. §. fin. ff. ꝙ
12 met. cau. vbi eſt text. valde ſolennis, † ꝙ ſi debitor fuit captus
non ſeruato ordine, ꝙ non retractatur ſi eſt verè debitor, ſecus
ſi non eſſet verè debitor, nam tunc verè retractaretur. Adde, ꝙ
illum text. in d. l. fin. §. fin. reputat vnicum, & ſingularem Bald.
in c. tuæ. in fin. vt lit. non conteſt. & in c. cõquerente. de reſt. ſpo.
& per illum text. tenet not. Pau. de Caſt. in conſ. 39. inc. in cauſa
capturæ Iac. ad fi. ꝙ ſi captura perſonæ non fuit ritè facta, quia
eo non citato, ſi tñ conſtat de debito, quia captus met confite-
tur, vel alio modo apparet, debet ſuſtineri dicta captura, ita ꝙ
relaxatio concedi non debet. item per d. l. fin. §. fin. dicit Pau. de
Caſt. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. ſe aliàs reſpondiſſe cuidã
cardinali, qui illum interrogauit de Papa Benedicto, qui iura-
13 uerat renunciare papatui, † & coactus eſt per iudicem ad ob-
ſeruantiam iuramenti, ꝙ talis renunciatio non dicatur coacta.
alleg. etiam ad hoc gl. in c. requiſiuit. de ſponſa. limita d. l. fin. vt
procedat, quando per vim compulſiuam illatam à iudice fuit
coactus ſoluere debitũ, quo caſu interuenit volũtas licèt coa-
cta, vt ibi. ſecus, quando actor inuadit poſſ. non citata parte, &
ſic nulla interueniente partis voluntate, tunc procedit. l. memi
nerint. C. vnde vi. quia actor priuari debet iure ſuo, ſecundum
Imo. & do. Alex. hic. Pau. de Caſt. Lud. & do. Alex. in l. ſi cũ nul-
14 la. ȷ̃. eod. ¶ † Secundò limita ex eo, ꝙ tenet do. Ant. de Butr. in
c. ſuper hoc. in 3. col. de renun. vbi quærit, nunquid tenuta da-
ta pro vero debito, ſed non ſeruato iuris ordine valeat, & te-
neat, dicit videri, ꝙ ſic. per d. l. fin. §. fin. in contrarium dicit eſſe
veritatem per not. in l. ſi cum nulla. ȷ̃. eod. & ad. l. fin. §. ſi. reſpon
der, ꝙ loquitur in exceptione partis tradẽtis, quæ ſi petat reuo-
cari, obſtat exceptio doli, quia ſoluit, ꝙ debebat. l. ſed & partus.
15 §. Iul. ff. ꝙ met. cauſa. ¶ † Glo. in verb. [mox.] quærit, intra quan-
tum tempus poſſint pignora capta pro executione vendi,
* cùm text. dicat mox. gloſ. ſe remittit. Barto. Angel. *& communi-
ter alij tenent*, quòd poſt duos menſes à tempore capturæ pi-
gnorum, per text. in l. debitorib. ȷ̃. eod. quæ quantum ad hoc
non reperitur mutata. Adde, quòd benè loquuntur, ſed bene
non ſe declarant, declara ergo ſecundum eundem Bart. in l. fi.
ad fin. C. de exec. rei iudic. quod requiritur, ꝙ non ſolùm ſint
elapſi quatuor menſes indulti à l. iudicatis, vt poſſit fieri exe-
cutio ſententiæ, ſed etiam debent expectari alij duo menſes ad
hoc, vt poſſit poſteà pignus captum vendi, quia agitur de alio
nouo effectu, per tex. in d. l. debitorib. quę hoc clarè dicit, vt ibi
dicetur, & ſic quatuor menſes requiruntur, vt poſſint pignora
capi, & alij duo, vt poſſint poſteà capta vendi. item aduerte, in-
quantum Dyn. Bart. & alij volunt, quòd in venditione, quæ fit
ex ſententia diffini. expectatur quadrimeſtre, ſecus, quando ex
16 interuallo. Pondera eos velle, † quòd quaqrimeſtre indultum
à l. condemnatis non habet locum in condemnatis per interlo
cutoriam, puta actor produxit libellum, in quo petijt reũ con-
demnari in centum ex cauſa mutui vel depoſiti, reus fuit con-
tumax, & propter eius contumaciam iudex interlocutus eſt

deberi illa centum actori. Poſteà fuit reus iterum citatus in
executione ſententiæ, & pignora fuerunt capta, tunc in vendi-
tione pignorum non eſt expectandum quadrimeſtre, ſed tem
pus moderandum arbitrio iud. c. de cauſis. §. 1. de offi. deleg. gl.
tamen in l. ꝙ iuſſit. in glo. magn. ante medi. ſ̃. eod. tenuit, ꝙ cuã
in interlocutoria habeat locum quadrimeſtre, ſed ibi eam re-
probant, & ibi dictis adde Bar. & Scrib. hic. ¶ Gl. in verſ. [capia-
tur,] diuiditur in duas part. In 1. opp. contra text. & quadrupli-
citer ſoluit. In ſecunda per viam illationis reſpondet tacitæ. q. ſ.
qualiter conſtabit, ꝙ non habebat bona mobilia, & dat nouũ
modum diſcuſſionis. Secunda ibi, [& ſic ſtatuetur.] In prima
parte ſecunda, & 3. ſol. gl. reputatur per Bart. & alios nota. &
bene, & tenenda menti. quarto modo reſpondet Bart. vt hic p
eum iungendo ſimul iſtas quatuor ſolutiones, diſtingue ſecũ-
17 dum Ang. Imo. Pau. de Caſt. & d. Alex. † ſi quæratur, an ſentẽ-
tia recipiat cõditionem, aut loquimur in interloc. & poteſt fer-
ri ſub conditione, vt hic, ſecundum ſecundam ſol. glo. adde be-
ne facere, ꝙ citatio, quæ eſt ſententia interloc. facta ſub condi-
tione extrinſeca valet, & tenet, gl. eſt in l. pen. in gl. fin. C. ſi man-
cip. ita fue. alie. aut loquimur in ſententia diffi. & tunc aut eſt
conditio de præſenti aut de præterito, & valet, qa non eſt pro-
priè conditio. l. cùm ad præſens. cum duab. ſeq. ff. ſi cert. pet. gl.
hic in 3. ſol. & gl. 2. q. 6. in c. biduum. in gl. 1. Si autem ſub condi
tione de futuro, & tunc aut eſt conditio intrinſeca ſecundum
naturam actus, & valet, vt hic, & gl. Bart. & alij in l. cùm iudex.
C. de ſen. & interloc. & in d. §. biduum. in c. præterea. 2. de appel.
pro hoc facit, quia valet ſententia ita lata, ſi qua ſententia repe
riatur ſic lata, te condemno, vel abſoluto, ſecundum Bald. in
l. ſupplicare. C. vt lit. pen. ſi autem eſt conditio extrinſeca, puta,
ſi nauis ex Aſia venerit, & tunc ſub ea non debet ferri ſentẽtia,
tamẽ ita lata tenet. d. §. biduum. vnde ſi ab ea appellatur, iudex
appellationis abſque probatione alterius grauaminis, & abſq;
eo, ꝙ ſibi liqueat de iuſtitia ſententiæ, debet illam retractare, vt
ibi. Tu dic planius, ꝙ in iſto text. valet ſententia conditionalis
propter tria, quæ copulatiuè concurrunt. Primo, quia interlo-
cutoria, vt in tex. ibi, *interloqui ſolet*. Secundò, quia erat cõditio
de præſenti ibi, *ſi mouentia non ſint*. Tertiò, quia erat conditio in-
trinſeca reſpiciens ipſum negotium, & ſic naturã actus, & iſta
eſt veritas, nunquid autem valeat ſententia lata ſub conditio-
ne intrinſeca, ſi eſt probatum, vel probabitur, dixi ſatis bene in
18 l. ait prætor. §. ſi iudex. ſ̃. eo. ¶ † In ſecunda parte gl. habes bonã
practicam ad oſtendendum, ꝙ bona mobilia nõ reperiantur,
ſtatuendo terminum parti ad oſtendendum mobilia, aliàs im-
mobilia capientur. iſtam gl. reputat Bart. eſſe valde notabilem,
* per quam datur nouus modus diſcuſſionis, & bonus, *& cæteri
omnes ſequuntur*, & Raph. Cum. reputat ſing. dicit etiam Ang. te-
ne menti perpetuò iſtam gl. tu aduocate, ſi voles facere diſcuſ
ſionem bonorum principalis aut fideiuſſoris, vt poſſis habere
regreſſum contra tertios poſſeſſores, vt hic per eum, mihi au-
tem non placet, nam licèt iſte modus ſit in ſe verus, & indubi-
tatus, tamen non congruit materiæ diſcuſſionis, quæ fit ad fi. &
effectum, vt poſſit deueniri contra tertios, puta contra fideiuſ
ſores. Auth. præſente. C. de fideiuſ. vel ꝯ tertios bonorum poſ.
quæ erant hypotheca. Auth. hoc ſi debitor. C. de pign. vnde ſi
ſtatuitur terminus parti victæ ad oñdendũ bona mobilia, be-
ne verum eſt; ꝙ elapſo illo termino poteſt perueniri ꝯ eundẽ
met de bonis mobilib. ad immobilia, ſed iſtud non ſufficeret
ad hoc, vt poſſit deueniri contra tertios, ꝙ facit materia diſcuſ
ſionis, vnde etiam ſi eſſet ſtatutus terminus debitori principali
ad oſtendendum bona ſua mobilia, & immobilia, elapſo illo
termino non poſſet agi ꝯ tertios poſſeſſores bonorum, qa ad
hoc, vt poſſit ꝯ eos agi, requiritur, ꝙ primò principalis ſit ex-
cuſſus facta diligenti inquiſitione bonorum ſuorum. §. ſed ne-
que. in Auth. de fideiuſ. collat. 1. & l. decem. in fi. ff. de verb. obl.
Bart. plenè in l. perſecutione. C. de pig. Ang. de Aret. & alij in §.
item ſi quis in fraudem. vbi poſui. inſti. de act. & fatentur etiam
eſſe verum Raph. Cum. & d. Alex. hic, quicquid teneant Ang.
Imo. & d. Petr. de Beſu. & malè, vt hic per Alex. bene verũ eſt,
ꝙ iſta eſt diſcuſſio bonorum mobilium quo ad eundem con-
demnatum, & eſt vera, ſed non eſt de materia propria diſcuſ-
19 ſionis. ¶ Iuxta iſtã gl. qrit Bart. † an executio facta non ſeruato
ordine huius. l. ſit ipſo iure nulla, tenet ſignanter, ꝙ non, qa non
eſt ordo neceſſitatis, nec traditus pro forma, & põt appellari,
quaſi excedat modus, & iõ ſi pars hic grauaret, reuocaret p ap
pellationẽ, ſed pro certo Bart. non probat fundm̃ ſuũ, ꝙ iſte or
do non ſit neceſſitatis, put probare debebat, & cum Bart. tenet
Raph. Cu. hic. idem tenent Io. And. & d. Ant. de But. in c. qm̃ fre
quenter. §. fi. & ibidẽ ẽt Bal. in 2. col. vt lit. nõ cõteſt. d. Abb. in c.
ꝙ ad cõſultationẽ. in 8. col. de re iud. & iſta vĩ *eſſe magis cõis opi.*
ꝯrium tenent Imo. & do. Alex. qa ſm̃ Imo. cùm ordo non ſit
ſeruatus, actus reddiẽ nullus. l. non dubium. C. de legib. & l. cùm
hi. §.

hi.§.si.pretor.ff.de transact.sed responde ex verbis Bart.ꝙ procederet,quando esset ordo necessitatis,ꝙ non est hic. Secundo secundum do.Alex.ratio Bart.non est bona dum dicit,ꝙ iste ordo non est necessitatis,imo est necessitatis, & formalis,quia certum est, ꝙ magis grauatur debitor,si fit prima executio in nominib.debitorum.l.magis puto.in §. quærere ergo debet. ff. de reb.eorum.& tamen iurisd.non posuit istum ordinem , vt minus grauetur debitor,sed vt sit pro forma. Item si iudex interloquendo diceret primo exequendum esse in reb. immobilib. commissio executionis esset ipso iure nulla,quia videretur cõtinere expressum errorem iuris,sicut nulla est citatio continens expressum errorem iuris,vt not.gl.& Doct.in c.veniens. de accus. Bart. in l.1. ff. si quis in ius voca. non ier. ego etiam teneo contra Bart.& vltra Scriben.moueor ex eo,ꝙ tenet idem Bart. in l.persecutione.in vlt.q.C.de pign.vbi quærit,pone actum fuit hypothecaria contra possessores bonorum nõ conuento prius reo princ.nec excussione facta , nunquid valebit processus, & sententia.primò dicit, quòd non , quia peruertitur ordo iuris, contrarium determinat Bart. quia quando peruertitur ordo vnius causæ ad alteram, tunc talis peruersio non vitiat ipso iure processum neque sententiam.l.j.& ibi Bar.C.de appel.secus est,quando est peruersio vnius causæ ad se ipsam, vt est casus noster,talis peruersio annullat ipso iure processum , & sententiam.l.prolatam. & ibi Bart. in 2.opp.C.de sen.idem Bart.in l.si mancipium.§.1.ff.de euict. & in Auth. contra rogatus.in fin.C. ad Trebell.gl.& Bart.in l.2.in verbo,restituit.C.communi diui. Bal.in l.conuenticulam.in 4.col.C.de epis.& cle. ¶In glo.fin.in verbo, isto modo. habes, ꝙ nullum priuilegium facit cessare executionem iudicati.¶In ead.gl.ibi,& de fun.do.l.1.istud procedit , quando sententia lata esset in actione reali , vel mixta , quæ de directo respiceret ipsum fundum dotalem , quia actũ fuit actione reali ratione dominij fundi dotalis,sed marito cõdemnato actione personali non posset fieri executio in re dotali,quæ debet deseruire onerib. matrimonij l.pro onerib. & l. vbi adhuc.C.de iure dot.& sic mulier admittetur ad contradi-
10 cendum executioni ratione sui interesse:imo nec ècõtra † sententia lata contra vxorem in actione personali non potest mãdari executioni in reb. dotalib. l. si donaturus. ff. de condi. ob cau.nisi in quinque casib.positis in l.quinque legib.& ibi glo.& Barto.ff.de bon.dam. Bartol. & Bald.in l. ob maritorum. C.ne vxor pro mar. ¶In ead glo.ibi, & C.de prædi. min.l.1.Amplia, ꝙ istud procedat in minore quolibet condemnato siue actione reali vel mixta, siue personali,vt ibi.l.3.§. item quæri potest, & l.si pupillo.§.1.ff.de reb.eo.Spec. in tit.de execu. senten.§.se-
21 quitur.vers.quid si sententia vult.¶†In ead.glo.ibi,quid autem de ecclesiasticis,responde idem habes,ꝙ etiam in reb. Ecclesiæ potest fieri executio sententiæ, intellige, quando condemnata esset Ecclesia , vel eius capitulũ ex causa respiciente ipsam Ecclesiam.l.iubemus nulli.C.de sacrosan.Eccles.secus,quando lata esset sententia contra prælatum suo proprio nomine, tunc non potest fieri executio in reb.eccl.sed solùm in fructibus beneficij permanentib.ipsi prælato.l.commodis. vbi glo. & Bart. j.eod.& l.stipendia C.de exec.rei iud.& c.peruenit. in verbo,de reditib. eorum.& ibi glo. & Doct.de fideius.Spec.in tit.de execu.senten.§.sequitur.vers.quid si debitor.

SVMMARIVM.

1 *Pignus datum simpliciter creditori per iudicem , præsumitur pro toto debito datum.*
2 *Licèt creditor accipiendo pignus conuentionale non idoneum sibi non præiudicet , quin possit petere residuum,in quo pignus non sufficit , secus est in pignore iudiciali,vel prætorio.*
3 *Transactio non rescinditur ex modica læsione.*
4 *Quæ remedia competant victori in executione iudicati.*
5 *Quando lex præsumit super certo , dicitur esse præsumptio iuris & de iure,contra quam non admittitur probatio in contrarium.*
6 *An quando pignus valet minus , possit adiudicari creditori inuito pro toto debito.*
7 *Si pignus captum detur in solutum simpliciter à debitore creditori,non valet talis datio in solutum.*
8 *Si pignora capta in executione iudicati non reperiunt emptorem , an iudex possit expressè ea adiudicare pro toto debito creditori inuito , licèt minus valeant.*

§.Si pignora. Iste.§. videtur in litera satis scabrosus,& Doctores eum non declarãt.
1 † Pignus datum in solutum simpliciter creditori per iudicem, præsumitur pro toto debito datum.h.d. secundũ Bart.& alios, & gl.idem videntur tenere,& procedit iste.§. continuando semper eundem casum vsque ad fin. secundum Doct. Istud puto esse verum in se, sed non video , ꝙ realiter bene extrahatur ex hoc text.non quidem in prin.quia text. ibi non loquitur, quando pignus fuit simpliciter adiudicatum creditori , vt patet ibi, vtique pro ea quantitate , quæ debetur : nec in secundo , quia ibi pignus non fuit adiudicatum,sed eius possessio loco pignoris retenta : nec in tertio,in qua creditor nolebat nisi pro parte crediti pignora tenere , & sic totus iste text.non videtur loqui, quando pignora capta fuerunt simpliciter adiudicata . Item istud summarium Bart.& Doc. non videtur complecti totam seriem text.nisi dicas,ꝙ complectitur principalem.nã iste text. videtur tres partes continere , primo loquitur,quando pignora capta pro executione iudicati , quæ non reperiunt emptorẽ idoneum, debent per iudicem adiudicari victori pro quantitate,quæ debetur, & pondera , ꝙ text.non contentus semel simpliciter dixisse, *adiudicentur ipsi cui condemnatus est* , iterum repetit, *adiudicentur vtrique ea quantitate, quæ debetur* . In secunda ibi, nam si creditor consistit tota difficultas. text. videtur velle , ꝙ creditor noluit , ꝙ pignora capta ad iudicarentũ sibi per iudicẽ in solutum, & sic transferetur in eum dominium , sed maluit pignora pro credito possidere , & his esse contentus , & sic eorum possessionem, sed non dominium habere , prout etiã exponunt Iac.de Rau. & Alb. de Ros.hic , & sic possidendo fructus pignorum acceptorum percipere, quousque sit sibi satisfactum per debitorem,si voluerit dicta pignora,puta fundum rehabere : nam creditor potius voluit recusare pignora accepta,quæ non reperiebant emptorem, ne sibi adiudicarentur in solutum,cùm minus valerent quàm creditum suũ , & potius voluit ea retinere in causam pignoris, & interim fructus percipere , quamuis computandos in sortem.l.1.& 2.C. de pign.act. quousque condemnatus sibi soluat , decidit text.ꝙ non possit quid amplius petere,quia transegisse videtur, q̃ contentus fuit prædia possidere loco pignoris,& non habere in solutum.& licet Ang.Imo.& Raph.Cum.dicant,ꝙ ista transactio de qua in text.non sit vera, & propria transactio, quia post rem iudicatã non cadit.l.& post rem iud.ff.de transa.imò est potius quædam quasi transactio s'm eos,ego puto,ꝙ istud non obstat,quin possit dici vera,& propria transactio,quia quando transigeretur super eo,ꝙ est iudicatum,tunc non valeret, quia trãsactio debet fieri de re dubia,& lite incerta.l.1.ff.de transa. ꝙ non est,vbi sententia transiuit in rem iud. sed hic non fuit transactum de eo, super quo fuit iudicatum,sed fuit transactum super executione circa pignora accepta pro executione iam iudicati,quę executio fit post sententiam, & isto modo in hoc vers. nam si creditor,ponitur casus notabilis,& propterea dicunt Dyn.& Alb. de Ros.hic,quòd casus istius vers.si pignora. non est alibi in iure, ꝙ non diceremus tenendo communem . In tertia ibi , nec posse eum.dicitur clarè , vt in litera. sic ergo iste text. tria dicit. Primò,quod pignora capta in executione iudicati,quę emptorem non reperiunt,debent per iudicem adiudicari victori pro quantitate,quæ sibi debetur , & ita rescripta Imperatorum statuerunt. Secundò, quòd si creditor nolit habere pignora in solutum , quia sint minoris pretij,quàm sit creditum suum , potest pro credito possidere,& fructus percipere.Tertiò, ꝙ si creditor vellet pignora accepta habere solùm pro certa quãtitate crediti,& superfluum consequi,non est audiendus. Complectendo totum text.summa sic. Pignora capta in executionem iudicati si non reperiant idoneum emptorem, adiudicantur victori pro quantitate sibi debita , nisi creditor maluerit pignora pro credito possidere, quàm in solutum accipere , & creditor non potest pignora capta solum pro certa parte crediti tenere, & residuum petere.h.d.totus.§.nihil omittendo. ruminabis ta-
2 men bene sensum vers.nam si pignora.¶†Not.1.ex isto text. ꝙ licèt creditor accipiendo pignus conuentionale non idoneum, sibi non præiudicet,quin possit petere residuum,in quo pignus non sufficit.l.creditor,qui non idoneum. cum concor.ibi traditis in gl.ff.si cert.pet.& l.1.C.de pign.tũ secus in pignore iudiciali,vel prætorio , quia licèt minus valeat,sibi præiudicat,vt hic, iuncta gl.in verbo,q̃ ꝙ.sic pondera, ꝙ pignus iudiciale,vel prætorium magis præiudicat accipienti q̃ conuentionale.ratio,q̃a in pignore iudiciali, vel prætorio facta adiudicatione per iudicem dominium transit in creditorem,& pignus efficitur suum quasi æstimatum,tantum quantum esset creditum,secus in pignore conuentionali.l.neque pignus.ff.de reg.iur. in alio tamẽ pignus prætorium, vel iudiciale plus prodest quàm cõuentionale: nam qui habet rem pignoratam ex conuentione,non potest agere aduersus extraneos possessores illius rei, nisi prius facta excussione principalis debitoris.Auth. hoc si debitor.C. de pign. secus in prætorio pignore, quia possum non excusso prius principali agere actione in factum aduersus extraneos possessores , ad quorum manus peruenerit res,in quam missus eram , & sic habebam pignus prætorium. ita singu. tenet

Bald.in l.1.in 2.col.C.de reuocan.his,quæ in frau.credi.quia ſe-
cundum eum eo imperio, quo miſſus ſum in poſ. eodem de-
beo tueri.l.ſi quis miſſus ff ne vis fiat.ei. ¶ Secundo ex iſto text.
ſubtiliter not Aret.in l.ſi quis cum aliter.in 8.col.ff.de verb. ob-
3 lig. hic eſſe caſum ſing. † quod tranſactio non reſcinditur ex
immodica læſione, & ſic remedio. l. 2.C.de reſcin. vend. nam
hic videtur, quod quando debitor voluntariè accepit pignus
in ſolutum , licèt plus ſibi debeat quàm valeat pignus, tamen
nihil plus poteſt petere,& ſic ſatis declaratur,ꝙ in iſto caſu nō
habet locum remedium.d.l.2. & ad hoc probandum dicit Iu-
riſconſul hic.ꝙ ideo non poteſt peti aliquid plus, quia videtur
eſſe tranſactum ſuper reliquo,& ſic vbi eſt tranſactio,non po-
teſt aliquid conqueri per remedium. d l. 2. nec obſt. reſponſio
Lud Rom.in d.l.ſi quis cùm aliter, ꝙ iſtud facit hic auctoritas
iudicis. quia ſecundum Aret. iſtud videtur eſſe contra verba
huius literæ ibi , *velut pacto tranſegiſſe de cætero videtur* : nam ſi in
pacto eſſet hic plus ſcilicet auctoritas iudicis, vt dicit Lud.cer
tè tranſactio non eſſet ſimilis huic pacto, & tamen Iuriſconſul.
hic ad probandum dictum ſuum de pacto vtitur ſimili tranſa-
ctione Tu dic , quod iſte text.non facit, quia non loquitur de
tranſactione ſimplici , ſed declarata, quia hic non ſolùm data
fuerunt pignora in ſolutum, ſed etiam creditor dixit ſe eis eſſe
contentum,ibi,*his eſſe contentus*,& infra dum dicit , *qui contentus
fuit pignora poſſidere*,& talia verba ſunt quę operantur iſtum ef-
4 fectum ¶ Glo. 2 in verſ.addicantur.enumerat quatuor reme-
dia competentia victori in executione iudicati, & ſecundum
Imo.eſt glo.ord.& magiſtra in hac materia, & eſt glo.aurea ſe-
cundum Bald.in l.ordo.in 2.not C.de exec. rei iud.Primum re-
medium,quòd pignora capta quaſi pignora retineat, non fa-
ciēdo ſibi addici in ſolutum,quo caſu fructus recepti compu-
tarentur in ſortem , & ſic extenuarent creditum. l. 1. & 2.C.de
pign act.& propterea text.dicit,ſi creditor maluerit. In quarto
remedio , quòd creditor poſſit impetrare à Principe dominiū
illius rei captæ pro executione iudicati, quæ propter callidita-
tem victi emptorem non reperit,dic , quod idem etiam pote-
rit impetrari à iudice,per text.in l.ordo.C. de exec.rei iud.& ita
tenent Bald.& Sal.in d.l.fi.C.ſi in cauſam iudicati, Raph.Cum.
& do.Alex.hic.¶ Glo.in verſ.contentus.iſta glo. eſt etiam aurea
ſecundum Bald.in l.ordo.in 2.not.C.de execu.rei iud & decla-
rat iſtum text.vt procedat,quando iudex pignus acceptum aſ-
ſignauit ſimpliciter in ſolutum victori, vel ipſe victor ſimplici
ter accepiſſet in ſolutum,tūc præſumitur datum,& acceptum
pro toto debito,adeo,quòd non admitteretur probatio in cō-
5 trarium,quia cùm lex præſumat † ſuper certo,dicitur eſſe præ-
ſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur proba-
tio l.ſiue poſſidetis.C.de prob.& c.is,qui fidem. cū gl.de ſpon-
ſa.ſecus.quando iudex limitatè daret pro certa quātitate, pro-
ut quotidiè fit,tunc non cenſeretur pro toto debito , quemad.
etiam ſi ipſe creditor partem debiti limitatā acciperet. l. ſi ex
maiore.C.de excep.allegata hic in gl. pen.in verbo, de cætero.
Nota diligenter iſtam glo.quę vult,quod dicatur eſſe præſump-
ptio iuris, & de iure, quando lex ſuper certo præſumit. & ad
hoc iſtam glo.not.& reputat ſing Bald. in c. quoniam frequen-
ter in prin.in 5.col. vt lite non conteſt. licèt eam corruptè alle-
get in §, ſed & illud.ſ.ea.l.ſed eſt in iſto. §. alibi glo. in cap.fer-
rū.50 diſtin.& in cap.fraternitatem.54.diſtin.tenent, quod quā
do lex præſumit & ſuper præſumpto aliquid certi ſtatuit,tunc
videtur eſſe præſumptio iuris & de iure, contra quam non ad-
mittitur probatio iuris in contrarium,intellige niſi per confeſ-
ſionem partis,vt eſt glo.reputata ſing.in § aliud. in Authen.de
æqua.do.collat.7.quam ſequuntur Bart.Bal.& alij in Auth.ſed
iam neceſſe.C.de do.ante nup. ſed eſt alia gl. in l.in contractib.
in prin.in verbo.nullo modo.& ibi Bal.not.C.de non num.pec.
etiam ſi eſſet tacita,& ficta confeſſio,vt pulchrè,& ſignanter te
net Barto.in l.abſentem. in pen.col.ff.de pœn. ¶ In ead. glo.ibi,
ſiue etiam victor dicat,cùm victus,& iudex non conſentiant.Iſta verba
gl.ſunt ambigua,& obſcura, & ſm Pau.de Caſt. iſtud non po-
teſt contingere,niſi qn̄ pignora plus valent , q̄ debeatur,& non
reperitur emptor,& condemnatus non ſoluit,tunc victor pōt
dicere, ꝙ vult illa bona in ſolutum pro toto debito , licèt plus
valeant,& pp hoc victus,& iudex non conſentiunt,vt dicit gl.
& iſtud ſm Pau.de Caſt pōt eſſe duplici ratione. Prima , quia
aliàs creditor afficeretur iniuria , qa cogeretur emere contra
reg.l.nec emere.C.de iur.delib.Secunda , & melior ratio, quia
ſicut pignora adiudicantur victori pro toto debito,etiā qn̄ mi-
nus valent,& non reperitur emptor ; ita èecontra,ſi plus valent
q̄ debeatur , poſtquam non reperitur emptor , & condēnatus
nō ſoluit, in eius odium adiudicātur creditori pro ſumma de-
bita,& nō tenetur victor aliquid profundere, ſm Pau.de Caſt.
iſtud vr̄ iuſtum,qa ſi vnum ſtatuitur ꝯ victorem, qn̄ res captæ
minus valent , æquum videtur,vt aliud ſtatuatur pro eo , licèt
valeat plus,quamuis non tangatur per Doc. hic ſecundum eū,
ſed pro certo dura videtur hæc opin. Pau.de Caſtr. cùm iudex
poſſit adiudicare pro rata crediti , puta duas partes ex reb. pi-
gnori captis, & aliam tertiam reſeruare debitori, nec eſt verū,
6 † ꝙ quando pignus minus valet, ꝙ poſſit adiudicari pro toto
debito creditore inuito,vt ſtatim dicam.ſ. extra gl. imò debet
iudex adiudicare pro rata parte, prout quotidiè fit, & de con-
ſuetudine ſeruatur , vt hic dicit gl. aliàs ſi iudex ſecus faceret,
grauaret partem,bene verum eſt,ꝙ iudex ſimpliciter adiudicā
do intelligitur pro toto debito, vt hic ſm communem. Vnde
intellige ſecundo modo iſtam gl. prout etiam intelligit d. Ale.
ꝙ ſi victor dicebat pignus non valere tm̄ , quantum eſt debitū,
victus autem,& iudex non conſentiebāt, tamen iudex ſimpli-
citer adiudicat,videtur pro toto debi.adiudicare, & nihil vltra
poterit victor petere, & iſtud magis congruit verbis gl. ¶ Glo.
in verſ.quàm ꝙ. diuiditur in duas part. In prima declarat text.
in verb.quam ꝙ, & in alio verſ.amplius.In ſecunda cōtra tex.
opp.& dupliciter ſoluit.Secunda ibi,ſed quidam dicunt. ¶ In
fin.gl.diſtingue,vt per Bart.in 1.opp.& adde inquantum in pri-
mo memb. tenet, ꝙ datū in ſolutum ſimpliciter à parte nihil
7 valet, & ſic ſi † pignus captum detur in ſolutum ſimpliciter à
debitore creditori,non valet talis in ſolutum datio , cùm in ea
non exprimatur pretium certum , eſt ſimilis emptioni. l. 3. ff.
pro emptore.& l.ſi prędium.C.de euict.ſed emptio ſine pretio
certo in nihilo valet.§. pretium.inſt.de contrahen.emp. & cū
Bart.ſimpliciter tenet Ang hic. contrarium , & melius tenent
alij Imo.Raph.Cum.Pau.de Caſt.& do.Alex. quia pretium di
citur eſſe certum,ex quo in ſolutum datio ſimplex videtur fa-
cta pro toto debito , in quo victus fuit condemnatus per ſen-
tentiam.l.ſi defenſor. §. qui interrogatus.ff. de interro. act. & in
emptione ſufficit pretium eſſe certum per ſe, vel per relatio-
nem ad aliud,per reg.l. ait.pretor.§. 1.ſ.eod.& in ſpecie eſt text.
in l. hæc venditio. §. huiuſmodi ff.de contrah. emp. Ad idem
text.in l.quamuis.aliàs incipit,Calipodius.ff.de ſol.vbi quātitas
dotis dicitur eſſe certa, quæ poteſt certificari per relationem
ad prædia in dotem tradita. & ibi Bart. ſibimet contrarius te-
net, ꝙ quando debitor dat in ſolutum rem creditori ſimplici-
ter , intelligitur pro toto debito dediſſe, & ſic valet, & tenet.
8 ¶ † Extra gl.pro intellectu literæ,& gl.quæro , quando pigno-
ra capta in executione iudicati non reperiunt emptorem , an
poſſit iudex expreſsè ea adiudicare pro toto debito creditori
inuito , licèt minus valeant , ita ꝙ aliud petere non poſſit.Bart.
hic circa fin.tenet,ꝙ ſic,quod quando in ſolutum datio pigno
rum captorum fit ſimpliciter à iudice , intelligitur pro toto
debito,quamuis creditor contradicat. idem videtur tenere gl.
in l.ordo.in glo.1.C. de excep. rei iud. quæ dicit , quòd credor
habet neceſſe capere in ſolutum pignora pro toto debito,etiā
ſi minus valeant.Si ergo neceſſe habet,ergo inuitus,& contra-
dicens cogitur.Contrarium videtur ſentire gl.hic in verbo ad-
dicantur,dum dicit, ſi magis velit,addicantur ſibi pro quanti-
tate debita non pro minori. Idem expreſsè tenet Raph. Cum.
hic,quia ſecundum eum durum videtur , quòd creditor inui-
tus,& contradicens cogatur acceptare pignus captum pro to-
to ſuo credito,quod minus valet per hoc, quòd emptorē non
reperiat. Nam ſecundum eum,ſi creditor petat ſibi dari in ſo-
lutum pro iſto pretio,debet hoc fieri per dictam.l.fin.C.de iur.
do. imp.& iudex de conſuetudine iſtud facit, vt tenet glo.ſ.in
verbo,contentus. ſed ad iſtam duritiem Raph. reſpondet ſub-
tiliter do.Petr. de Bex.quòd creditor habet , quid ſibi imputet,
cùm potuerit iſta pignora,quando publicè ſubhaſtabantur, &
quærebatur emptor tanquam tertius emptor, habere iuſto
pretio.l.2.C.ſi in cau.iud.& glo.2. in verſ.contentus , & poterat
illud pretium compenſare,vnde ſi hoc non fecit,ſibi imputet,
ſi nunc cogitur duriorem viam pati,debebat.n. à princ. aliam
viam tutiorem eligere. vt l. ſi mulier.§ fin. in fin. ff. ꝙ met.cau.
tamen iſta 2.opin.eſt æquior & tutior , quam etiam in effectu
tenet Imo.& do.Alex.

SVMMARIVM.

1 *Tertius contradictor, qui non fuit in iudicio, poteſt impedire executio-
nem latæ ſententiæ contra alium mouendo quæſtionem de proprietate.*
2 *Iudex exequens ſententiam habet cognitionem de quæſtionibus emer-
gentibus ſuper rebus captis in cauſam iudicati.*
3 *Executio ſententiæ facta parte non citata, & ſic non ſeruato iuris ordi-
ne,debet reuocari officio iudicis adhibita ſummaria cognitione.*
4 *Iudex exequens debet cauſas coram eo emergentes ſummatim cogno-
ſcere,& expedire.*
5 *Sententia lata in ſummario iudicio non habet præiudicare in ordinario,
ſi quod non fuit deductum in ſummario,deducatur in plenario.*
6 *Summaria cauſæ cognitio,& interlocutoria licèt non poſſint quo ad dā
dam*

dam exceptionem rei iudicatæ, prosunt tamen quo ad vsucapionem.

7 *Missus in possessio. ex causa iudicati possidet sicut creditor conuentionalis.*

8 *Si quis opponat causam proprietatis contra executionem sententiæ, an incumbat sibi probare de proprietate, an vero misso in posses.*

9 *Ratio posses. quam habet tertius contradictor, potest impedire executionem sententiæ.*

10 *Si posses. quam habet contradictor processit vitio debitoris condemnati, qui dolo desiit possidere, vt creditores suos fraudaret, an talis posses. impediet executionem iudicati.*

11 *Alienatio facta in fraudem creditorum an valeat.*

12 *Ius dominij debitoris potest transferri in creditorem pro executione iudicati saluo iure posses. tertij.*

13 *Post adiudicationem pignorum factam creditori, res iudicata prodest creditori ad vsucap. faciendam concurrentib. necessarijs ad vsucap.*

14 *Qui mittitur in posses. ex causa iudicati, an possideat.*

15 *Mißus in posses. ex causa iudicati, an habeat interdictum vnde vi, & vti possidetis.*

16 *An, & quando tertius se opponens poßit impedire executionem sententiæ contra alium latæ.*

17 *Si ex forma statuti non potest appellari à certo actu, intelligitur quo ad ipsos litigantes, non autem quo ad tertium comparentem pro interesse suo.*

18 *Si duo petant eadem mulierem in vxorem, & alter eorum prius probet, non est in illi adiudicanda etiam cum cautione indemnitatis alterius.*

19 *Quando fit executio sententiæ non in re petita, sed in alia, quilibet ostendens summatim de iure suo in illa re non petita, impedit executionem sententiæ.*

§. Si super rebus. Quãdo p tertiũ contradicto ẽ mouet quæstio
emergens super rebus captis in causam iudicati, summariè discutitur per iudicem exequentem, & cognitio facta in ista
causa summaria nõ præiudicat in ordinaria posteà mouenda,
& post pignus addictũ creditori res iudicata ad vsuc. proficiet.
h.d. vsque ad §. sed & illud, & est notabilis, & vtilis § secundum
Pau. de Cast. & certè multa bona in practica ex isto tex. colligũtur, quæ statim nota. Diuiditur iste. §. secundum Bart. & alios in
quinque partes. In prima ponit, cuius sit cognitio quæstionis
emergentis super pignorib. captis, & sic primo determinat personas, quæ habent cognoscere de ista quæstione emergenti. In
secunda ponit, quis sit effectus cognitionis, si appareat rem esse
debitoris condemnati. In tertia qualiter debeat adhiberi ista cognitio. Quartò, quis sit effectus, si apparet rem esse tertij cõtradictoris mouentis controuersiam. Quintò, quis sit effectus cognitionis iam factæ, quia apparuit rem esse debitoris cõdemnati. Secunda ibi, & si cognouerint. Tertia ibi, sed sciendum. Quarta ibi, nec sententiam eorum. Quinta, & vlt. ibi, nec eum cui re-
1 stituta est. ¶† Not. 1. q tertius contradictor, qui non fuit in iudicio, potest impedire executionem latę sententiæ contra alium
mouendo quęstionẽ de propietate rerum, in quas fit executio,
q Raph. Cum. reputat singularissimum, sed quomodo procedat, statim j. dicetur, imò mouendo quęstionem de sola posses-
* sione impediret executionem sententię secundum gl. 1. *hic communiter approbatã*, vbi dicetur. ¶† Secũdo no. q iudex exequens
2 sententiam habet cognitionem de quæstionib. emergentib. super reb. captis in causam iudicati, non solum inter easdem personas, inter quas fit executio, & quæ fuerunt coram eo in iudicio principali; sed ẽt inter tertiũ se oponentem, cuius aliàs non
fuisset iudex cõpetens, & sic iudex cognoscit de incidenti, vel
emergenti, ẽt vbi quęstio respicit nouã personã, q̃uis aliàs non
esset iudex competens, de quo habetur in l. quoties. C. de iudi.
& in l. 1. C. de ord. iud. intellige istum tex. qñ nulla alia sunt bona
mobilia nec immobilia, quæ sine controuersia capi possunt,
aliàs executor deberet dimittere ista pignora, super quib. controuersia mouetur, & alia pignora expedit capere, de quib. nõ
sit controuersia, vt est text. j. proximo. §. per quem limitatur
text. noster secundum Rapha. Cum. Paul. de Castr. & do. Alex.
secundò intellige istum text. vt procedat, quando res captæ in
causam iudicati nondum sunt distractæ, nec iure pignoris adiudicatæ creditori. nam post hęc cessaret summaria cognitio huius text. & esset ordinariè procedendum, vt est text. in §. si
post addictum j. ea. l. & glo. 1. hic in fin. vnde per istum text. te-
3 net Bart. in l. in venditionem. in 2. colu. s̃ ea. l. quòd † si facta sit
executio sententiæ parte non citata, & sic non seruato ordine iuris, & captum sit pignus, certè ante venditionem illius
pignoris reuocabit officio iudicis adhibitia sumaria cognitione, vt hoc text. sed post factam venditionem haberet necesse ordinari, & vendicare per d. §. si post addictum. Item
istum tex. allegat notabiliter Bart. in l. iustè possidet. in 1. colum.
ff. de acqui. pos. q si creditor Titij in executionem iudicati mittitur in possessionem rerum alterius tanquam sint Titij, talis
missio ex primo decreto valet, & tenet, sed ille cuius sunt res
admittitur ad contradicendum, & de hac contradictione summariè cognoscetur, vt hoc text. sed post interpositum secundũ
decretum, & sic post adiudicationem non audiretur nisi ordina-
4 riè dato libello. d. §. si post addictum. s̃. ead. leg. ¶† Tertiò not. q
iudex exequens debet causas coram eo emergentes summatim cognoscere, & expedire, & sic sine libello, & litis contestatione, vt fuit dictum post Bart. in l. intra. supra eod. Item semiplenę probationes sufficient, cùm non agatur de pleno præiudicio. l. 3. §. cãę cognitio. ff. de carb. edic. & l. 1. § si ea. ff. de ventre
in poss. mitten. Bart. hic in 2. oppo. & latius in extrauaganti ad
reprimendum in verbo summariè. cum concordantijs traditis
per d. Alex. & sic sufficiet probatio per vnũ testem, prout tenet
Spec. in tit. de primo, & secundo decreto. in § restat. versi. sed
qualiter, & in tit. de offic. iudi. §. postremo. in versic. 6. vbi multa
5 tractat de ista summaria cognitione. ¶† Quartò no. q sententia
lata in summario iudicio, non habet præiudicare in iudicio
ordinario, si illud idem, quòd fuit deductum in iudicio summario nũc deducatur in plenario. facit l. pen. cum glo. ff. de his, qui
sunt sui, vel alię. iur. & in l. si qs à liberis §. si vel parens. ff. de lib.
agno. per Bart. in l. 1. C. de ordi. cogni. & in l. qui Romæ. §. duo
fratres. in 6. opp. ff. de verb. obl. & ideo si fuit opposita exceptio
nullitatis sentẽtiæ ad impediendum eius executionem, & pronunciatum fuit excutionem debere fieri, illa exceptione non
obstante certè non impediretur condemnatus facta executione posteà in iudicio ordinario principaliter facere declarare illam sententiam esse nullam, & facere retractari illam executionem prius factam, & similiter ècòntra, si fuisset pronunciatum
executionem sententiæ non debere fieri propter nullitatem
oppositam, certè non impedietur victor agere ordinariè, & petere declarari sententiam esse validam, quo facto mittetur executioni. ita per istum text. singulariter tenet Bar. in l. 1. C. quãdo
prouo. non est necess. in pen. col. in versi. nunc videndum est, qñ
de nullitate agitur principaliter, & in vlt. col. in versi. quęro vtrũ
sicut condemnatus. quem in specie referunt Pau. de Cast. & do.
6 Alex hic ¶† Quintò no. ex fi. text. q licèt summaria causæ cognitio, & interlocutoria non prosint quo ad dandam exceptionem rei iudicatæ, quin denuo possit ordinariè agi, vt dixi in prę
cedenti notabili, nec quo ad transferẽdum dominium, prodest
tamen quo ad vsuca. & istud dupliciter intelligitur. s. inchoandam eo casu, quo fuerit res adiudicata, & tradita illi tertio cõtradictori, cũ habeat titulum sententiæ interlocutoriæ. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acqui. poss. Secundo potest intelligi, quòd
prodest creditori quo ad vsuca. interrumpendam, quæ erat inchoata contra debitorem condemnatum, si iudex declarauerit
7 rem esse debitoris condemnati. ¶† Et sic not. correlariè ex hoc
tex. q missus in possessionẽ in causa iudicati possidet sicut creditor cõuentionalis, & ideo per talem immissionem interrumpitur naturaliter vsucapio alterius, & istum text. in fi. Bart. in l.
Celsus. in 4. col. in versi. sed pone, q aliquis. ff. de vsucap. multũ
not. & reputat esse singularem, & non esse alibi in iure, & multũ
sibi spiritum turbasse, q per missionem in possessionem causa
rei seruandæ, si tradita sit ab eo, qui naturaliter, & ciuiliter possidet, interrumpitur præscriptio. dicam. j. in glo. in verbo integris. vbi glo. vtrunque intellectum ponit. ¶ Glo. 1. in versi. controuersia fiat. diuiditur in duas partes. In prima dupliciter declarat text. In secunda remouet contrarium. Secunda ibi, &
dic hoc fieri ante aditionem. ¶ In eadem gloss ibi, iure dominij. habes, quod iste §. procedit, quando tertius contradictor
facit controuersiam de proprietate rerum, quæ sunt captæ in
8 executionem iudicati, vel etiam de sola possessione. † Circa
primum, quando sit controuersia de proprietate, cui incumbat onus probandi, an misso in possessionem, vt probet rem
esse debitoris, an vero contradictori, dic, vt per Bart. conclũdentem, quod ei, qui non erit in possessione, incumbit onus
probandi, siue sit quæstio possessionis siue dominij, per gloss.
in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Idem tenet Bartol.
in l. is cui. § bonorum. in fin. ff. vt in posses. lega. & quod latè tradit Bartol. in l. quidam in suo. ff. de conditio. insti. Limita notabiliter, & egregiè secundum Bald. in l. etiam. in 3. colum. C. de
excutio. rei iudica. quod licet sit verum, quod tertius possidens
præsumatur dominus ad impediendam executionem sententiæ, vt hic per Bartol. tamen hoc est verum, si illle tertius hoc
in specie alleget, scilicet, quòd non solùm possidet, sed etiam,
quod est dominus, aliàs succumberet, quia illud, quod præsumit lex, debet allegari à parte. l. si adulterium cum incestu.
§. idem Pollioni, ibi, vtique si error allegetur. ff. de adult. quòd
no. ad practicam, quia multi inaduertenter in hoc errarent. idẽ
tenet Bart. in l. rem alienam. in 2. col. in versi. quæro circa istam
partem.

partem.ff.de pig.actio.& in l. cùm quid in vlt. col. vbi dixi. ff.ſi
cert.pet.Saly.in l.certi iuris.C.loca.d.Alex.hic, & in conſil.64.2.
vol.ꝙ inci.in cauſa,& lite vertente coram arbitris.in 3.col.& in
conſi 237.ſecundi vol.quod inci.in cauſa, & lite vertente inter
Lancellotum. in 2. col. ¶† Circa ſecundum, qn̄ contradictor
mouet controuerſiam ſolùm ratione poſſeſſionis pignorum
habes benè notare, quòd ratione ſolius poſſeſſionis, quam
habet tertius cōtradictor, poteſt impedire executionem ſentē
tiæ,& per iſtam glo.Bald. allegat text.in l.fin. C. ſi per vim, vel
alio modo.vbi non debet quis priuari ſua poſſeſſione ſine iudi-
cio ſummario,& ſic niſi citetur,& audiatur.cum iſta gl. *tranſe-
unt communiter Doc.*hic.Adde,d.Abb.in c.cū ſup.ad fi.extra eo.d.
Alex.in l.ſi marito.in prin.in 3.col.ff.ſol.mat.ſed caue,quòd iſte
tex. in verſ.de proprietate.videtur ſentire ſecus eſſe,ſi de poſſeſ-
ſione.gl.1.hic diuinando dicit, quòd hic conſtabat debitorem
poſſidere. dic melius, quòd iſte text. in princ.ſimpliciter dixit
controuerſia fiat, non diſtinguendo, an de proprietate, vel de
poſſeſſione,licèt poſteà ſubijciat, quando erat controuerſia de
proprietate.Ex iſta gl.dicunt Ang.Imo.& d.Alex. colligi practi
cam,qn̄ poſſidens ſuſpicatur, ꝙ alius petet executionem ſentē-
tiæ in reb.à ſe poſſeſſis, proteſtari debet victori, ꝙ in talib. reb.
non procedat ad executionem,nec aliquam nouitatem faciat,
eo quia ſunt ſuæ,vel à ſe poſſeſſę.idem tenet Bal. in l. ob mari-
torum.C.ne vxo.pro mari.vbi ſubdit,quòd ſi executio fiat pen-
dente dicta proteſtatione,erit nulla.§.ſuper hoc.in Auth.vt nul-
li iud.colla.9. Tu dic melius ſecundum Raph. Cum.& Pau.de
Caſt.ꝙ talis proteſtatio debet fieri coram iudice, & nō ſoli par-
tij, quòd in talib.rebus. nulla fiat nouitas ipſo non requiſito, &
10 audito,cùm prætendat habere potiora iura. ¶† Iuxta iſtam gl.
quærit Bar.quid ſi poſſeſſio,quam habet contradictor,procedit
vitio debitoris condemnati,qui dolo deſijt poſſidere, vt credi-
tores ſuos fraudaret, an talis poſſeſſio impediet executionē iu-
dicati,tenet, quòd ſic,niſi prius contra illum tertium agatur re-
uocatoria, per illum text. in §. item ſi quis in fraudem,inſti. de
actio.& l.1.§.neceſſario.vbi etiam Bart.in fi.idem not. ff. ſi ven.
nomine mulier. in poſſ. miſ. ¶Fallit fauore vltim.voluntatis,
vbi etiam contra emptorem fit miſſio. l. ſi legatorum. ff. vt in
poſ.leg.& l.certa eſt forma.C.eo.& cum Bart.tenet indictinctè.
d.Alex.hic.Adde Bar.l.ſi quis miſſus.§.iudex.in pe.q.ff.de dam.
infect.& in repe.l.3.8 col. & duab.ſequentib.C.de pig. d.Ant.de
But.in c.quia V.vlt.de iud.Petr.de Anch.in conſil.150.incip.in
cauſa ventilata inter dominam Altauilam. mihi placet concor
dia Bald.in d.l.ob maritorum. quam etiam tenet Pau. de Caſt.
hic, quòd quando debitor alienauit,ſeu dolo deſijt poſſidere in
fraudem executionis ſententiæ, puta poſt litem motam, tunc
procedit opin.Cy.in l.vnica.in 9. q. C. de alie.iud.mut. cau. fac.
quam etiam refert Bart.vt recta via poſſit fieri executio ſenten
tiæ contra illum tertium poſſeſſorem non facta aliter reſciſſio-
ne contractus,& dicit Pau.de Caſtr. ꝙ iſtum caſum habuit de
facto in cauſa domini Simonis Petri de Camino. aut debitor
alienauit, vel dolo deſijt poſſidere ante litem motam, & tunc
oportet,quod via ordinaria, & ſic actione in factum agatur ad
reſciſſionem alienationis probata fraude, iuxta gloſſ. in l.Fulci-
nius.§.ſi aduerſus.ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſio.eatur, & credi-
* tor ius ſuum ſuper illa conſequetur, & ita procedit *opin. Bart.*
11 *& communis.*Confirmo, quia quando † alienatio fit in fraudem
creditorum, valet & tenet, & tunc ſunt neceſſariæ actiones re-
uocatoriæ,prout declarat Bartol.in l.poſt contractum. in tertia
colum.ff.de don. ita etiam tenet Bald. in d.l.certa eſt forma, &
iſta concordia plus placet quàm alia Bald. & Salyc. in l. ignoti.
C.de reuo. his, quæ in fraud. credito. contra relata per Bartol.
12 ¶† In ſequen. quęſtio. tenet Bartol. quòd ius dominij debito-
ris poteſt transferri in creditorem pro executione iudicati ſal-
uo iure poſſeſſionis tertij, per l. ſi finita. §. ſi de. vectigalibus. ff.
de damn.infect.vbi vtile dominium emphyteutę propter con-
tumaciam transfertur in actorem remanente firmo alio iure
tertij. adde gloſſ. notabilem in l.ſi fundum. ff. de fun. dota. vbi
gloſſ. notabiliter ponit, quòd vir poteſt adipiſci dominium
ſolum ſine poſſeſſione, vt ibi in gloſſ. & licèt Bart. hoc limitet
eſſe verum, ſi tertius poſſeſſor confiteatur debitorem eſſe do-
minum, alìas ſecus per §. penul. & fin. infra ead. l. & ſequitur
Bald.in l. etiam,in ſecunda colum. C. de execu. rei iudi. tamen
Raphael Cuma.Pau.de Caſtro, & domin.Alexan. impugnant
iſtam limitationem, & bene, quia text.in d. §.penul.& fin.lo-
quitur in nomine debitoris, à quo creditor vult extorquere
pecuniam, ſed hic creditor à poſſeſſore nihil vult extorque-
re,ideo de eius confeſſione, vel negatione non eſt curandum.
ita tene, quicquid teneat idem Bal. in d. l. ob maritorum. C.ne
13 vxor pro mari. ¶† Gloſſ. in verbo integris. ponit duos intelle-
ctus ad text.Primus intellectus eſt, quòd poſt addictionem, &
adiudicationem pignorum factam creditori, res iudicata pro-
derit ipſi creditori ad vſucapionem faciendam concurrentibus
neceſſarijs ad vſucapionem,vt poſſeſſione,& bona fide,quia li-
cèt non eſſet debitoris,tamen vſucapiet, per l.Pomponius. §.ſi
iuſſu.ff.de acquiren. poſſeſ. iſte primus intellectus eſt verus, &
* de plano procedit ſecundum *Scribentes omnes.* Secundò modo
intelligit gloſſ.quod loquatur de vſucap.interrumpenda, quæ
erat inchoata contra debitorem per illum tertium contradi-
ctorem: nam ſi talis res fuerit aſſignata creditori ex primo de-
creto,interrumpetur præſcriptio illius. l.naturaliter.in princip.
ff.de vſucap. iſte ſecundus intellectus ſecundum Scribentes nul
latenus poterit procedere,quia cùm iſte creditor miſſus in poſ-
ſionem ex cauſa iudicati non poſſideat, ſed habeat ſolùm te-
nutam,& nundam detentationem.l. 3.§.fin.ff. de acq.poſſeſſio.
& d.l. ſi duo. §. creditores. ꝟ. vti poſſeſ.ergo non poteſt vſuc.ꝑ
aliū inchoatā interumpere,vt l.miſſo.ff.pro empt.& l.2. in prin.
ff.ꝓ hr̄de, quia cùm ille tertius non deſſinat poſſidere ſaltem ci
uiliter ergo non interrumpitur præſcriptio, cùm ſola ciuilis
ſufficiat ad præſcriptionem, ſecundum gloſſ. Bartol. & alios
in l. 4. §.ex contrario. ff. de acquirend. poſſeſſio. Bartol. volens
ſuſtinere ſecundum intellectum, impugnauit aſſumptum glo.
quòd imò, quando datur tenuta in executione iudicati, tran-
sferatur poſſeſſio, licèt ſecus ſit, quando conceditur ex alijs
cauſis quàm iudicati. l. 4. §. final. & d. l. ſi duo. §. creditores. ſi
ergo immiſſus auctoritate rei iudicatæ poſſidet, ergo alius
deſinit poſſidere,per d. l.4.§.ex plurib. ergo interrumpitur prę-
ſcrptio.d.l. naturaliter. motus fuit præcipuè per text. in l. poſt-
quam.§. Imperator.ff. vt lega.no. caue. vbi propter contuma-
ciam hæredis non cauentis transfertur poſſeſſio in aduerſa-
rium, ſed pro certo ille text. non facit, quia fundamentum
Bartol. eſt propter executionem iudicati, ſed ibi non poteſt
dici facta miſſio ex cauſa iudicati, cùm illa ſententia nondum
tranſiuerat in rem iudicatam, ex quo erat appellatum, & pen-
debat appellatio, & appell. pendente auctoritate reſcripti Im-
peratoris præſtatur illa cautio, & ſi non præſtetur, in odium
contumacis transfertur poſſeſſio in fideicommiſſarium, & ſe-
cundum Imol. cùm ibi ſit caſus ſpecialis, non eſt extendendus
ad alios caſus.l.ius ſingulare, & l.quod verò contra. ff.de legib.
& quòd ibi ſit ſpeciale, tenet etiam Cyn. in l. cùm proponas.
in 14.quæſtio. C. de bon.auct. iudi.poſſeſ. Bald.in capitul.con-
tingit. in 16. colu. de dolo, & contum. vbi dicit,ꝙ eſt ſpeciale
in executione vltim. voluntatis, vnde regulariter contra, &
ſtandum eſt regulæ: idem, quòd ibi ſit ſpeciale, tenet etiam
Cyn.in Auth.ei, qui iurat.in 8.quæſt.C.de bon. aucto.iudi. poſ.
cum Bartol. ſimpliciter tenent Paul. de Caſtr. & dom. Petr.de
Bexu.hic.idem latè tenet Aret.per duas colum. in d.l. 3.§.final.
in quinto notabili.ff.de acquir. poſſeſ. inhærendo tamen ſolùm
fundamentis Bart.contrarium, & melius tenent Imol.Rapha.
Cum.& do.Alex.hic per text.in l.3.C.qui poti.in pign.habean.in
14 verſi.ſeruandi iudicati,& ſic,† qui mittitur in poſſeſſionem ex
cauſa iudicati, mittitur cauſa ſeruandi iudicati, vt ibi dicit lite-
ra,ergo non vt poſſideat. d. l.4.§.final.ff.de acqui. poſſ. idem te-
net Bal.in l.conſentaneum.in 5.colum.C.quomodo, & quan-
do iudex.vbi dicit,quòd iſtud dictum Bart.eſt nouum,ſed non
15 eſt verum,quia ſequeretur,†quòd miſſus in poſſeſſionem cau-
ſa iudicati haberet interdictum vnde vi, & vti poſſidetis, ſi ve-
rum eſſet,quòd poſſideret,& tamen iſtud eſt conttra text. in d.
l.ſi duo.§.creditores.ff. vti poſſide.idem Bal.in l.etiam.in princ.
C.de execu.rei iud.dicit, quòd opin.Bart.eſt ſingularis, ſed non
approbatr à practicis aduocatis propter d. l.4.§.fi. & d.l. ſi duo.
§.creditores. idem contra Bartol. tenet etiam Bald. in capitul.
contingit. in 16. colum. de dolo, & contum. & in l. ſi finita. §.
non autem.in penul.colum.ff. de damn.infect.vltra Scribentes
aduerte, licèt Bartol. & omnes indifferenter faciant differen-
tiam inter primam,& ſecundam lecturam gloſſ.quia prima de
plano procedit, ſecunda non, certè etiam ſecunda ita de pla-
no procedit ſicut prima,data paritate terminorum:nam prima
lectura non poteſt procedere, quando ſola tenuta eſt conceſſa
ex cauſa iudicati, quia cùm non poſſideat, non poteſt cauſa-
ri vſucapio, quæ ſine poſſeſſione procedere non poteſt. l. ſine
poſſeſſione. ff. de vſucapio. & iſto modo nec ſecunda lectu-
ra procedet. intelligitur ergo prima lectura, prout expreſsè
gloſſ. & omnes intelligunt, quando facta eſt addictio, & ſic
adiudicatio ex ſecundo decreto, tunc quia transfertur poſſeſ-
ſio, procedit vſucap. in iſtis terminis etiam procederet ſecun-
da lectura gloſſ. quando facta eſſet addictio ipſi creditori, &
ſic adiudicatio ex ſecundo decreto, quia cùm in eum tran-
sferetur poſſeſſio, etiam induceretur interruptio vſucap. in-
16 choatæ per alium. ¶ † Extra gloſſ. quærit vtiliter Bartol.
& eſt materia, quæ quotidiè verſatur in practica, an & quan-
do tertius ſe opponēs poſſit impedire executionē ſentētiæ cō-
tra alium latæ, & diſtinguit poſt Inno. faciendo tres caſus
prin-

principales, & vniuscuiusque rationem assignat, vt hic per
eum, cum quo cæteri transeunt, & per eundum in Lita tamen.
§.quoties.ff.ad Trebel.& in l.pen.per illum tex. & ibi Bald.ff.de
peti.here.Bald in c.quoniam frequenter.§.fi.vt lite non contest.
d.Abb.vbi limitat in consi.3.secundi vol.quod incipit, nitar in
præsenti causa.in 10.q.ponunt Cano.in c. cùm super.de re iud.
præsertim Bal.in 1.3.& 4.col.d.Alex.in cōsi.17. primi vol.quod
incipit, requisitus in causa vertente inter nonnullos credito-
res. Adde primò pro ampliatione huius doctrinæ, quod quādo
tertius comparet ad impediendum executionem sententiæ ra-
tione sui interesse, & allegat nullitatem sententię, non poterit
tunc contra eum replicari, ꝙ sunt latæ tres sentētiæ cōformes,
contra quarū executionem nō potest amplius opponi de nul-
litate, vt est text. in cle.1.de re iudi.quia cùm illa clem.sit exor
bitans, non debet extendi ad tertium se opponentem executio
ni secundū Io.de Lig.& alios in d.cle.1.& sic etiam si essent tres
sententiæ, tertius comparens pro suo interesse potest impedire
executionem. Adde bene facere text.in d. cap.cùm super.de re
iud.& ibi Bal.in 1.col.ad fin.ad hoc not.& dicit esse casum nota
bilem, ꝙ tres sententię suspenduntur quo ad executionem pro-
pter nouum appellatorem, & ita dicit non obstare. d. cle.1.ad
idem facit bonus text.in c.super eo.de offic.deleg. vbi quando
princeps causam inter aliquos vertētem committit cum clau-
sula, appellatione remota, non impeditur tertius pro suo in-
teresse appellare, quamuis principalis sic, & not. Bart.in l.1. ff.à
quib.appe.non licet.ad idem facit, ꝙ tenet d.Ant.de But.in c.vt
debitus.de appel.vbi dicit se pronunciasse in ciuitate Perusij, ꝙ
17 † cùm ex forma statuti non possit appellari à certo actu, quod
debet intelligi quo ad ipsos litigantes, non autem quo ad tertiū
comparentem pro suo interesse, ita dicit esse casum singularē
in d.c.super eo.ad idem facit, quia titulus, nil nouari appellatio
ne pendente, non habet locum respectu tertij, vt est gl. notabi-
lis in l.creditor.in prin.ff.man. Secundò adde in quantum Bart.
in secūdo casu tenet, ꝙ quādo fit executio super re sup qua co
gnitio præcessit, & lata est sententia, tunc non impedietur exe-
cutio, sed tertio se opponenti cauebitur de indemnitate per
text.not.in l.is, à quo fundus petitus.cum l.seq.s.de rei vendi.&
l.pen.s.de peti hære. Adde Bart. in l. si alienam rem.in fi.ff.solu.
mat.Bal in c.1.§.si duo.de pa.tenen.& in d.c.veniens. 2.& 3.col.
de test. ¶ Amplia, ꝙ dispositio istarum triū legū habeat locū ēt
in beneficialib.secundum Inno.& Io.And.in c. 1.de conces.prę
ben.Inn.in d.c.cùm super.d. Abb.in d.c.veniens 2.in 3.colum.
Limita ista iura notabiliter nō ꝑcedere, vbi posset sequi pericu-
lū animarū ex adiudicatione seu traditione, tunc differenda est
18 executio sententiæ, donec alius probauerit, † & ideo si duo pe-
tant eandem mulierem in vxorem, & alter eorum prius pro-
bet, non est illi adiudicanda, ēt cum cautione indemnitatis al-
terius, sed differenda est sententia, donec alter probauerit, ita si-
gnanter limitat. d. Abb. post Inno. in rub. de sponsa. duorum.
¶ Secundò limita d.l.is, à quo, & concordantes, vt procedat, qn̄
duo in diuersis iudicijs petunt eandē rem à Titio, si vnus prius
perueniat ad sententiam, tenetur præstare cautionem de con-
seruando indemnitatem alteri posteà vincenti, istud procedit,
quando pendente iudicio eius, qui prius ad sententiam perue-
nit, alius cępit agere, sed si iam lata erat prima sn̄ia, & in rem iu
dicatam transiuerat, antequam secundus ageret, tunc sententia
primò lata mandanda est executioni nulla præstita cautione se
cundo: ita signanter limitant. d. Ant.de But.& Imo.in d. c.cùm
super.per gl.secundā ibi, & Imo.in l.à sententia.in prin.in 5.col.
ff.de appel.& latius d.Alex.in d.l.si alienam.in pen. & vlt.col.s.
19 solu.mat. ¶ † Tertiò inquantum Bart.in tertio membro tenet,
ꝙ quando fit executio sententiæ non in re petita, sed in alia,
quilibet ostendens summatim de iure suo in illa re non petita,
impedit executionem sententiæ, ex quo de iure illius rei nun-
quam fuit cognitum, vt hic.adde, quòd qn̄ tertius contradicit
ratione proprietatis, nō impediet̄ executio nudę possessionis,
d.c.cùm super.de re iudica.& ibi Bal.in 1.col.in fi.ad hoc not.&
reputat no.dignum, & idem Bal.in c.quoniam frequenter. §.fi.
in 3.col.vt lit.non contesta.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor non cogitur vendere pignus ad instantiam debitoris, sed bene ostendere, vt illud possit debitor vendere alteri, & de pretio satisfacere creditori præstita ei cautione.*

2 *Fœnerator habens librum scholaris pignoratum, tenetur ad eius instantiam alteri ostendere, vt possit vendi præstita ei cautione.*

3 *Quando res alteri pignorata fuit capta in executionem indicati, si plus valet quàm sit creditum primum, potest vendi, vt primò satisfiat. primo creditori, & residuum conuertatur in causam indicati.*

§. Sed & illud.

Dimittēdum est pignus, ꝙ est
in controuersia, & debet capi
aliud, quod sit sine controuersia. Item quæstio pignoris non re
tardat executionem, sed pignus venditur, & priori creditori sa-
1 tisfit, residuum verò in causa iudicati conuertitur.h.d. ¶ † No.
ꝙ creditor nō cogitur vendere pignus ad instantiam debitoris,
sed bene ostendere, vt illud possit debitor vendere alteri, & de
pretio satisfacere creditori, præstita ei cautione, vt l.quamuis.ff.
de pig. act. & Auth hoc ita, & in corpore vnde sumitur. C.de
2 pign.vnde facit secundum Bart.& alios, † ꝙ fęnerator habens
librum scholaris pignoratum, tenetur ad instātiam scholaris al
teri ostendere, vt possit vendi præstita ei cautione. idem tenet
Bald.in l.inciuile. C.de bo. auct.iudi. pos. & in l.ordo.in vlt.col.
3 C.de execu.rei iudi. ¶ † Secundo not. ꝙ quando res alteri pigno
rata fuit capta in executionem iudicati, si plus valet quàm sit
creditum primum, potest vendi, vt primò satisfiat primo credi
tori, & residuum conuertantur in causam iudicati. aliàs citra
sententiam primus creditor ad instantiam secundi pignus vén-
dere non cogitur. l. eos. C. qui poti. in pigno. habe. & l. nulla.
C.de solu.

S V M M A R I V M

1 *Si post secundum decretum interpositum quæstio moueatur, cessat summaria cognitio iudicis exequentis.*

2 *Sicut ordinarius, qui cognouit de causa principali post latam sententiam non potest se amplius intromittere, ita nec iudex exequens, qui plenè facit executionem satisfaciendo creditori.*

3 *Executor, & victor non tenetur de euictione.*

4 *Executor testamenti vendens rem hæreditariam non tenetur de euictione.*

5 *Res perit periculo cuius est.*

6 *Appellatione periculi simpliciter prolati, quid veniat.*

7 *Casus fortuitus est, quando quid venit sine culpa, quod præuideri non poterat.*

§. Si post addictum.

Post addictum pi-
gnus victori, aut
venditum alteri, cessat summaria cognitio iudicis exequen-
tis.h.d.Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur thema,
& quæstio. In secunda ponitur responsio. In tertia confir-
matio responsionis. In quarta extensio. Secunda ibi, [& cum
semel.] Tertia ibi, [certè postquam inductus est.] Quarta, &
1 vlt.est ibi [idemque, & si ipsi.] ¶ † Not.primo, ꝙ si post s̄m de-
cretum interpositum quęstio moueatur, cessat summaria co-
gnitio iudicis exequentis, de qua loquebatur.§. si super rebus.s.
ea.l.quod limitatur, vt procedat, quando fit controuersia, ante-
quam pignora vendantur, vel adiudicentur, sed post venditio-
nem, vel adiudicationem non potest amplius executor tan-
quam executor se impedire, cùm sit functus officio executo-
ris, sed eundum est ad iudicem ordinarium, qui ordinariè pro-
2 cedet, vel ad exequentem etiam si erat iudex ordinarius. ¶ † Se-
cundò not.diligenter ex isto text. quòd sicut iudex ordinarius,
qui cognouit de causa principali post sententiam latam non
pōt amplius de illa cā cognoscere, q̄a functus est officio suo.l.
iudex.s̄.eo.& ita iudex exequens, qui plenè fecit executionē sa-
tisfaciēdo creditori de pretio, vel per addictionē factam victo-
ri, non potest amplius se impedire de executione, nec de eius
emergentibus.ita est text.notabilis hic, quem not. pro amplia-
tione. d. l. iudex. gloss.2. in vers.si post addictum.remouet tres
oppositiones.vna est de.§.si super rebus.s.eadem.l.Alia de §.sed
si emptor.s̄.ead.l.vbi pretium non erat solutum, & assignat du-
plicem rationem diuersitatis. Alia, & tertia opposi. est de l. si
quis aliam. ff. de solu. & ista gloss. diuiditur in quatuor partes
principales. Secunda ibi, [si autem de pretio.] Tertia ibi,
[sed quare magis.] Quarta, & vltima est ibi, [nam demum ex-
tinguitur.] Et in illa quarta dic, quòd vera litera text. est inter-
rogatiuè *non cessabunt?* & sic prima solutio gloss. nihil valet, & d.
l.si quis aliam. loquitur quo ad effectum primitiuæ actionis,
an tollatur, vel non, sed hic loquimur respectu iudicis exe-
quentis, cuius officium cessat facta plena executione, vt dixi in
text. ¶ Gloss.in verbo periculum. ista glo.est facta, quia pericu-
lum euictionis debet spectare ad venditorem seu debitorem
condemnatum, vt in iuribus allegatis in gloss. & non ad em-
ptorem, vt dicit litera gloss. dupliciter respondet. Primò, quòd
iste text. non loquitur de periculo euictionis, sed de periculo
solutionis pretij. istam reprobāt Iacob. de Aret. & Bartol. per
duo. Primò, quia iste text. loquitur, quando pretium erat so-
lutum, quod patet ex text. ibi, *& cum semel emptio perfecta sit*,
ergo pretium erat solutum, aliàs emptio non fuisset perfecta,
sed aduerte, quòd etiam post solutum pretium si imminet
euictio,

euictio, poteſt cogi venditor ad dandum fideiuſſorem de euictione.ita ſingulariter tenet Io.And.in adi.Spec. in tit.de empt. & vendi.§. ſciendum.idem tenent Guid. de Suza. & Alb. de Roſ.in l.pen.§.fin.ſ.de peric.& commo. rei vendit. ꝙ ſi eſt verũ,eſt nota dignũ,ſed de eo dubitauit Pau.de Caſt.in l.1.§.ſtipulationũ. ff.de prӕt. ſtipu.& ibi Io. de Imo.expreſsè reprehendit illam deciſionem Ioann.And. & contrarium videtur tenere gl. notabilis in l.ſi poſt perfectam.in glo.1.C.de euictio. & in contrarium etiam facit,quod vult gl. approbata in d.l.1.§. ſtipulationum.in verbo,vt ſatiſdetur, & ibi Bart.in fin. Secunda ſolutio glo.eſt, quod etiam ſi pretium non fuiſſet adhuc ſolutum, tamen cùm euictio immineret in limine contractus,non tenetur emptor pretium exburſare.l. ſi poſt perfectũ. C. de euictio. & l.penul.§.fin.ff.de peri.& com.rei vendi.niſi ei offeratur ſatiſdatio de euictione,vt dicũt iura præallegata. & Ang. Imo.& d. Pet.de Bexu.hic.ſed aduertè diligenter, ꝙ quando euictio imminet,& eſt euidens,& tunc etiam dato fideiuſſore non tenebitur emptor ſoluere pretium. ita ſingulariter limitat Io. Fab. nec alibi legi in §. nouiſsimè.inſti.de ſuſpe.tut per gl. ibi,quam
3 ita ſaluat,quam tene menti. ¶† Secunda ſolutio glo. noſtræ eſt, ꝙ executor,& victor non tenentur de euictione, ſed periculũ ſpectat ad emptorem,quia non euincitur ab ipſo res, ſed quia ipſe habet regreſſum contra debitorem condemnatum, cui profuit ſolutio,& qui fuit liberatus per ſolutionem pignorum, ideo effectus periculi euictionis eſt debitoris condemnati.d.l.ſi ob cauſam. C. de euic. & l. ſi plus. §.1. ff.eod. Iſtam ſecundam
* ſolutionem glo.*Bart.& communiter alij* ſequuntur, & eam reputant valde notandam Ang.& Alex. quòd nec iudex,nec executor, qui vendunt pignora pro executione iudicati, tenentur de euictione. Adde vltra eos, quod de hoc eſt regula iuris, quòd vẽdens ex officio ſibi iniuncto non tenetur de euictione, vt eſt text. in l.ſi pignora ff de euic.& in l. qui erat.in princip.ff. fami.erciſ.Bart.in l.alio.in fin.ff.de ali.& cib.leg.vbi per hoc no-
4 tabiliter decidit, † quòd executor teſtamenti vendens rem hęreditariam, & quòd fortius eſt,promittens de euictione ſecundum conſuetudinem ciuitatis, non tenetur ipſe de euictione, ſed hæres: ſimiliter vendens rem vt tutor, vel curator, vel vt procurator, & ſic ratione officij, non tenetur de euictione.l. 1. & ibi Bart.Bal.& Saly.C.credi.eui. pig.non debe.& circa hoc vide omnino Bart.in l.procurator,qui pro euictione.ſ. de procu. Et limita, vt ibi per eum: ratio prædictorum poteſt eſſe, quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. l. ſed ſi quis ex ſignatorib.ſ.quemad.teſt.aper.& c.cùm non deceat.in princip. de elect.in 6. iſte ſecundus intellectus gl. quòd tex. loquatur de periculo euictionis, non congruit rationi text. & in effectu non eſſet periculum emptoris,ſed debitoris condemnati.Item modicum eſt periculum emptoris,ſi non habet actionem de euictione contra iudicem vel executorem, cùm habeat cõtra debitorem, pro quo ſoluit pretium, & factum iudicis vendentis cenſetur factum partis.l.ſi ob cauſam.C.de euic.Tertium intellectum tradit.d.Pet.de Bexu.hic, quòd iſte text.non ſenſerit de periculo euictionis reſpectu iudicis exequentis,ſed intellexit de periculo litigij,& expenſarum, & etiam de periculo euictionis non contra iudicem,ita putat velle iſtum text. quem Doct.nõ rectè intellexerunt ſecundum eum. Iſte intellectus d. Petr.non placet ad iſtum text. propter verbum, periculum, quia differentia eſt inter periculum, de quo loquitur text.& expenſas litigij,quia periculum reſpicit rem,quæ perditur,expenſa autem reſpicit ſumptum, qui in litem fit, text.eſt, qui iſta duo ponit vt diuerſa in l. 1. C. de euic.& ibi gloſſ. declarando ponit prædictam differentiam. Secundo ſi iſte text. loqueretur de periculo expenſarum litis, iſtud eſſet modicum periculum emptori, cùm emptor tales expenſas litis poſſit repetere à vẽditore,ꝗ tenet defendere, vt latè tenet Bar.in l.venditores.ff.de verb.obl.& in d.l. 1.reprobata gl.ibi C.de euic.alio modo,& clarius intelligitur iſte tex.ſm Pau. de Caſt.quem ſimpliciter ſequitur. d.Alex, quòd iſte text. intelligitur de periculo interitus rei emptæ, quod pertinet ad emptorem poſt venditionem perfectam, vt l.1.C.de peric.& com.rei vend.& l.neceſſariò.ff.eod. Tu pondera bene facere rationem huius text. ibi, *& cùm emptio ſemel perfecta ſit,eius qui comparauit,periculum verſatur.* nam res perit pe
5 riculo illius,cuius eſt.l.pignus.C.de pigno.actio.¶† Iſte quartus intellectus licèt cæteris planior videatur, tamen non procedit ſine ſcrupulo propter tria. Primo, quia text. ſimpliciter dicit periculum verſatur, & intelligere periculum, ſcilicet interitus,eſt ſtringere text.Secundò, & fortius, & ſi iſte text. intelligeretur de periculo interitus, & ſic mortis, ergo non haberet locum niſi in rebus animatis, in quibus cadit mors, & interitus, ergo non procederet in rebus immobilibus,& in iuribus,nec in rebus mobilibus carentibus anima vegetabili, vt argentum, veſtes,libri,& ſimilia contra.§.in venditione.cum ſequentibus,
6 ſupra ead.l.Tertiò,quia † appellatione periculi ſimpliciter prolati, vt in hoc text.non videtur venire mors,nec aliquis caſus fortuitus,vt eſt tex.no.in l.1.§.ſępè.ff. depo.& in l.quæ fortuitis. C.de pigno.actio.gloſſ.in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in gloſſ. magna poſt medium.ff.ſi quis cau. & glo.in l. litis §.1.ff.de neg. geſt.& in l.opus ff.loca.niſi intelligendo, & declarando, prout declarant Bar.& alij Scribentes in d.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum. ff.ſi quis cau.& ſequuntur Cano. in cap. 1. de commoda. Ego quinto modo intelligo text.ſimpliciter,prout iacet, periculum verſatur,& illa indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi plures. ff.de lega.2.latè Bart.in l.ſi pluribus.ff.de lega.2.gloſſ. in cap.vt circa. de elect.in 6.acſi text.diceret ſic,omne periculum, & licèt periculũ ſe habeat in plus quàm caſus fortuitus, quia contineat et illud,ꝙ non cadit in ſpeciem caſus fortuiti, vt declarat Pau.de
7 Caſt.in d.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum vbi dixi.ff.ſi quis cau.† quia caſus fortuitus eſt, quando aliquid euenit ſine culpa, quod præuideri non poterat.l. 2.§. ſi eo tempore.ff. de admin. rer.ad ciuita. perti.& l. quæ fortuitis.C. de pigno.actio. tamen ſecundum Bart.& alios in d.§.quæſitum.& Cano. in c.1.de commoda.qui ſuſcipit in ſe periculum ſimpliciter,tenetur etiam de caſu fortuito.facit l.ſi quis nec cauſam.in verb.periculo.cum glo. ſecundum vnam opin.ff. ſi cert. pet. vnde text. iſte bene dicit, quòd quando emptio eſt perfecta, periculum indefinitè eſt emptoris,& ſic omne periculum eſt,quod potuerit præuideri, & ſic non ſolùm interitus rei,vt dicunt Pau.de Caſt.& do.Alex. ſed etiam incendij, ruinæ, naufragij, chaſmatis, inundationis aquarum,latrocinij,incurſus hoſtium, rapinæ, & ſimiliũ, quia poſt venditionem perfectam omne commodum, & incommodum,quòd rei venditę contingit, ad emptorem pertinet,vt dicit tex.in l.1.C.de pericu.& com.rei vendi. Et hoc modo tex. ſine vlla reſtrictione planè procedit in omni periculo, & in omni re mobili,vel immobili animata,& ſic generaliter.

SVMMARIVM.

1 *Quando ex forma ſtatuti,vel reſcripti conceditur alicui poteſtas porrigendi manum contra alium, intelligitur de manu adiutrice ad condemnandum,& exequendum.*
2 *Quando iudex vendit pro executione ſententiæ, tunc victori non competit actio contra emptorem ad pretium, quia ipſe non vendidit.*
3 *Qualiter intelligatur illud,quod dicitur,quòd factum iudicis reputatur factum partis.*
4 *Habens mandatum ad vendendum rem aliquam non poteſt habere fidem de pretio.*
5 *Vendens eandem rem duobus tenetur pena falſi.*
6 *An procurator habens poteſtatem vendendi rem alienam poſſit transferre dominium non præſente pecunia, ſed habita fide de pretio.*
7 *Procurator generalis non poteſt habere fidem de pretio, ſed ſpecialis ſic.*
8 *An executores vltimarum voluntatum habentes poteſtatem alienandi res defuncti poſſint transferre dominium non præſente pecunia.*
9 *Procurator fiſci habet mandatum generale cum libera.*
10 *An ſit differentia inter mandatum generale cum libera à lege, & mandatum generale cum libera ab homine.*
11 *Executio legatorum debet fieri per executores in pijs cauſis intra menſem,in alijs verò intra annum.*
12 *An procurator, vel executor teſtamenti, qui non poſſunt vendere niſi præſente pecunia, ſi in inſtrumento confiteantur ſe recepiſſe pretium, ſufficiat perinde, acſi præſente pecunia facta fuiſſet venditio.*
13 *Aliud eſt confiteri ſe recepiſſe,aliud recipere.*
14 *Si procurator fiſci confitetur ſe recepiſſe pretium ex re vendita, talis confeſſio probat numerationem etiam contra fiſcum.*

§. Sed ſi emptor. Si per iudicem exequentem res vendita ſit,& pretium non ſit ſolutum, ceſſat officium executoris circa alias res emptoris,vnde debet rem venditam auocare, & præſente pecu.alij vendere. hoc dicit, vel ſic, plenius, complectendo totum text. ex mente Paul. de Caſtr. Si emptor non ſoluat pretium, aufertur ſibi res vendita, acſi venditio facta non fuiſſet, & alteri venditur præſente pecu. & pretium in cauſam iudicati conuertitur, nec compelli debet primus emptor ad ſolutionem pretij per captionem bonorum ſuorum, & venditionem,quia eſſet proceſſus in infinitum, cùm idem poſſet contingere in hac ſecunda venditione,quod in prima. Item conſulitur executori, ne vendat niſi pręſente pecu.& ſic non faciat terminum ſoluendi, aliàs venditio haberetur pro non facta, cùm

cùm possit retractari non soluto pretio. hoc dicit vsque ad §. sic quoque. ¶Et quia iste.§.est in text. aliqualiter implicitus, & intricatus,& ad eius declarationem glossæ omnes laborant, tu vt clarè habeas,diuide eum in quinque partes principales.¶In prima format quæstionem, si emptor non soluit pretium pignorum sibi venditorum,an iidem executores sententiæ poterunt ipsum compellere ad solutionem pretij per capturam bonorum suorum,& illorum venditionem, & respondet, quòd non,ibi,[& non puto.] ¶In secunda assignat rationem,quare iste modus non sit bonus, quia res nimis longè abirent, & sic esset procedere in infinitum, siue dicamus, quòd iudices condemnabunt emptorem,& erit nimis longum propter longitudinem iudicij,& instantiæ, siue dicamus, quòd iudices statim habebunt eum pro condemnato, & sic executio fiet de facto, & istud esset iniquum, præsertim si ipse negaret se emisse aut cõtenderet se soluisse.Item istud idem posset contingere in bonis suis alteri venditis,& emptore secundo nõ soluente pretiũ, quia similiter caperentur bona illius secundi, & venderentur alteri, & illo non soluente bona sua etiam venderentur alteri, & sic res nimis in longum abirent, & sic in infinitum. In tertia assignat aliam rationem, quia cùm certum sit, quòd res nimis longè abirent, melius est,quòd dicti iudices se non impediant, nam cùm victor nullam habeat actionem contra emptorem ad pretium,quia ipse non vendidit,sed executor sententię,ergo nulla fit iniuria victori, si denegetur executio in pretio contra empt.¶In quarta cõsuluit,quid sit faciendum re integra,quòd executor non vendat nisi præsente pecu. & non cum termino ad soluendum.¶In quinta,& vlt.declarat,quis modus sit tenẽdus in casu nostro,vbi executor vendidit non præsente pecu.& sic pretium non est solutum victori: nam executor sententiæ debet se intromittere non in faciendo executionem in pretio, sed in capiendo rem venditam, ex quo nondum est vinculo pign.liberata.Et prima venditio habetur pro non facta,& illam rem vendat alteri præsente pecu. Secunda ibi. [ceterum longè res abibit.]Tertia ibi,[melius igit erit.] Quarta ibi, [oportet.n. res capta] Quinta, & vlt. est ibi, [certè si interponant,] & hoc modo regula planè procedit,prout iacet, licèt gl.1.transportet verba text. ¶In text. ibi, *quid enim si negat se emisse, aut se soluisse contendat*. Aduerte, quomodo potest negare se emisse, ex quo iudex sibi vendidit,vel quomodo potest dicere se pretium soluisse,cùm hoc sit notum iudici,qui vendidit, eum non soluisse,cùm hoc esset de dependentib. à facto suo,in quo non præsumitur ignorantia nec error. l. cùm falsum. ff. de acqui. hære. Bart.ingenuè fatetur hoc esse verum,& propterea tenet, quòd iudex possit facere executionem, sicut quando est sibi notum per sententiam,& hoc dicit velle istum tex.confirma,quia cùm ista negatio emptionis, vel assertio solutionis quantum ad iudicem sit euidenter calumniosa,non debet attendi,nec impedire executionem, vt per gl.in l.post rem.ff. de transac. Sed cauè, quia istud esset redarguere Iurisconsultum in isto versi.quid.n. quod est absurdum, & peccare in Spiritum sanctũ,dic melius secundum Ang.Imo.Rapha.Cum.& d.Alex.text.posse procedere, & emptor potest negare se emisse, vel dicere se soluisse pretium, quando venditio fuisset facta per nunciũ, vel per apparitorem iudicis,vel per ipsum victorem, vel etiam quando esset facta per iudicem,sed non constat exactis: nam tunc non potest dici notorium iudici,quòd ille emerit,vt cap. quoniam contra falsam. de proba. & sic emptio confessatur, non tamen est notum iudici,an soluerit pretium illi tertio, qui vẽdidit nec ne,iuxta glo. not.in l.2.ff.de ferijs.& glo. in §. quando autem.2. q.6. ¶ Not.1. ex tex.ibi,vtrum aduersus emptorem porrigere manus debeant.iuncta gl. in verbo. videndum.hic esse tex. ap-
1 tiorem quàm alibi in iure ciuili secundum Angel.† ꝙ quando ex forma statuti,vel alicuius rescripti conceditur alicui potestas porrigendi manum contra alium,intelligitur de manu adiutrice ad condemnandum, & exequendum, & sequuntur Imol. Raph. Cu. & d. Alex. hic. facit secundum do. Alex. ꝙ dictio manus,debet intelligi secũdum qualitatem personæ iudicis,ad quam refertur.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu,& hab.& l.& si vno. in prin. ff. loca. Item dictio manus, potest referri ad omnem actum congruentem actui,qui geritur.l.fi.& ibi Bar.ad hoc no. C.de peri.nom.lib.11. Item dictio manus, quandoque capitur pro potentia seu adiutorio. c. transmissam. & ibi d. Abba. ad hoc not.de elect.facit text.in c. 1. ad fin. in verbo *extra manum suam ponendum*.de immun. eccl. in 6. de multiplici significatione huius dictionis manus,dixi plenè,& ordinariè in l.manumissiones.ff.de iust. & iure. ad ibi dicta me remitto. ¶Secundò di-
2 ligenter not. ex text. ibi, *cùm nec habeat actionem*. † Hic esse text. notabilem,ꝙ quãdo iudex venit pro executione sententiæ,tũc victori nõ competit actio contra emptorem ad pretium, quia ipse non vendidit, licèt venditio sit facta ad eius vtilitatem, vt sibi satisfiat. Item licèt factum iudicis vendentis reputetur factum partis.l.ob causam.C. de euic. nec etiam competit actio ad pretium ipsi iudicij, vel executori, quia ipsi non possunt vendere nisi præsente pecunia, non autem habita fide de pretio, quod est menti tenendum secundum Angel. & sic habes, quòd vbi venditur res de mandato iudicis pro executione sententiæ, non competit actio aliqua ad pretium cõtra empto
3 rem,quod est valde notandum secundum Imo.†& illud,quod dicit, ꝙ factum iudicis reputatur factum partis, est verum qñ iudex ritè procedit, ſm Bal.in d.l.si ob causam, quod non facit hic,quando vendidit non præsente pecu. Secundò factum iudicis reputatur factum partis, qñ illud clauditur sub administratione iurisdictionis, aliàs secus ſm Ang.de Aret.in §.ex non scri
4 pto.in 8.col.insti.de iure natu.gen.& ciui. ¶† Tertio no.in vers. oportet.n.ꝙ habens mandatum ad vendendum rem aliquam, non potest habere fidem de pretio.& ita limitatur.l.ꝙ vedidi.ff. de contrhen. empt. tamen iste text. loquitur, quando venditio fit ob certam causam,vt satisfiat victori in executione sentẽtiæ, ideo debet fieri præsente pecu. de quo dicetur.ĩ. proximè secũ-
5 dum Bart. ¶† Quarto no.ex versi.fi.ſm Imo.Raph. Cum.& d. Alex.ꝙ licèt vendens eandem rem duob. teneatur pœna falsi.l. qui duob.ff.ad l.Cor.de falsis.tamen istud non habet locum in casu nostro,qñ pro executione sententiæ fuit facta prima venditio non præsente pecun.tunc licitum est vendere secundo exbursanti pretiũ.Ratio, quia prima venditio pro infecta habetur pretio non soluto, quia iudex, vel executor non poterunt vendere non præsente pecu.& sic habita fide de pretio.bene facit,ꝙ d.l.qui duobus.non habet locum,quando primus emptor cessat in solutione pretij.ita no.Odoff.in l. venditor ex hæreditate.per illum text.fi.de hære. vel actio. vend. quam referunt, & sequuntur Bal.& Saly.in l.quoties.C.de rei.ven.Bal.in c.si facta. si de feu.fue.contro.inter do. & agn.& latius do. Alex.hic. Item pondera,ꝙ in isto tex.etiã interuenerat traditio,& tñ nõ obstãte venditione, & traditione primo emptori facta, potest alteri vendi, eo qa prima vẽditio nõ erat ritè facta,prout debuerat, & sic præsente pecu. Et sic nec traditio habuit operari translationem dominij,vt etiam hic dicit gl.fin.quia dominium non trasfertur,nisi qñ pretium fuit solutum. §. venditæ. insti. de re.
6 diui. ¶† Extra gl. quærit Bart. an procurator, vel alius habens potestatem vendendi rem alienam possit transfere dominium non præsente pecu. sed habita fide de pretio, & notabiliter distinguit,vt hic per eum, cum quo alij transeunt, & sequitur Bal.in l.inciuile. in 3.q.C.de rei ven.eum etiam formaliter refert & simpliciter sequitur.d.Abb.in c.cùm olim Abbas.in 2.col.de offic.deleg. ¶Adde inquantum Bart.refert opi.Gul. de Cun.in l.cuicunque.§ si ei quem. ff.de instito. qui tenet, ꝙ procurator generalis potest habere fidem de pretio, secus in speciali. istud idem tenet ipsemet Bar.in l. 1.in vlt.col. ff.de offi. procu. Cæsa. vbi plus dicit, quotidiè seruari practicando illud, ꝙ tenet Gul. de Cun.sed verius est illud,quod ipse Bart.hic tenet.¶Secundò adde inquantũ Bar.tenet, ꝙ procurator fisci,minoris, vel Eccl. non possunt vẽdere nisi pñte pec. qa non possunt vẽdere nisi ex causa æris alieni, vt satisfiat creditorib. quam causam non implent habendo fidẽ de pretio, vt hoc text.adde Bartol.in l.si procurator.§.1. per illum text.& ibi gloss.ff.de iure fisci.Bald.& Saly.in d.l. inciuile.Bal. in l. & si instrumenta. C.de fid. instru.& iur.hastæ fis.lib.10.d.Abb.in c.1.ad fin.de præca. & de procuratore fisci adde glo.in l. 1. & ibi Bart.circa fin. C.de fide instru.& iur.hastæ fis.lib.10.& quod not.Ang.in l.2.ff.de iurisd.omn.iud. intellige verum quantum ad hoc, vt inducatur translatio dominij.ita loquuntur prędicta, tamen per hoc, ꝙ in contractu fiscali sit habita fides de pretio, contractus non redditur nullus, imò valet quantum ad producendum actionem,& obligationem personalem.glo.est not.iuncto text. in d.l.cùm vendente, & ibi Saly.ad hoc no.C.vbi cau.fis. Bald.in d.l. inciuile.& dom. Alex.hic, quamuis idem Saly. in d.l. inciuile. ad fin. videatur in
7 hoc vltimo aliter loqui. ¶† Secundò quærit Bart. an executores vltimarum voluntatum,habentes potestatem alienandi res defuncti, possint transfere dominium non præsente pecu. concludit, ꝙ non, siue vendant, vt pretium conuertant in piam causam,siue vt satisfaciant relictis ad pias causas,per l.si procurator.§. 1. ff. de iure fis. & dictum fuit in præcedenti quęstione, siue velint vendere pro satisfaciendo alijs legatis non pijs, qa talis causa non impletur habendo fidẽ de pretio,ergo dñium nõ
* transfertur, vt hoc.§.cum Bart.*transeunt communiter omnes hic*.& Bal.in l. inciuile.C.de rei ven.& in l.fin.§.sin autem legata. C.de bonis,quæ libe.aduerte,quòd idem Bart.in l.alio.in vlt.col.ff.de ali.& cib.leg.intelligit hoc esse verũ,qñ tales executores non haberẽt liberã potestatẽ,sed si haberent à testatore generalẽ potestatẽ cũ libera, tunc possent habere fidẽ de pretio, dummodo bona fide faciãt,per tex.in l.qui Romæ.§.Callimachus.in vlt.responso.

ſponſo.ff. de verb. oblig. vbi licèt aliàs procurator ſimpliciter conſtitutus ad debitum recipiendum, non poſſit terminum prorogare, tamen ſi habeat plenū arbitrium, pōt dummodo
8 bona fide faciat.† iſtud fundamentum Bart.ſubtiliter reprehēdit.d.Alex.hic,quia procurator fiſci habet mandatum generale cum libera.l.præſes.cum gl.C.de tranſa.ſimiliter tutor,& curator,vt eſt gl.in l.mandato generali.ff.de procura.no.Bart.in l. inter bonorum.ff. de admi.tut. & tñ nō poſſunt habere fidē de
* pretio.l.ſi procurator.§.fi.ff.de iur fiſ *firmant Bar. & omnes ſupra*
9 *in præcedenti. q.* ergo malè dixit in d. l.aliam, † quòd ſi executor teſtamenti haberet mandatum generale cum libera, poſſet habere fidem de pretio.Tu autem fundamentaliter defende Bar. quia ſupradicti.ſ.procurator fiſci, tutor, curator bene habent mandatum generale cum libera,vt in iurib.præallegatis, ſed illud habent à lege, ideo per hoc non poſſunt præiudicare domino,vt eſt tex.in l.1.in prin.in verſi.denique,& ibi Bal.ad hoc no.ff.de offi.proc.Cæſa.ſed Bar.in d.l.alia.loquitur in procuratore generali,qui habet madatū cum libera à teſtatore, & ſic à domino,qui bene pōt præiudicare dño.l.procurator cui generaliter libera.ff.de procura. quę loquitur in iſtis terminis, quia tunc imputandum eſt domino, ꝙ ita latas habenas procura-
10 tori ſuo dederit.l.cum mandato.ff.de mino.† Et iſtam differētiam inter mandatum generale cū libera à lege,& mandatum gñale cū libera ab homine not.ēt Bal.in c.contingit. in vlt.col. de tranſac.Potes cōcordare Bar.vt per Imo.hic, quem ēt ſeqtur d. Alex.præmittendo vnum,ꝙ poſt quadrimeſtre tps indultum iudicatis ſtatim debet fieri executio ſententiæ.l.fi.cum gl.
11 C.de execu. rei iudi.† Executio aūt legatorum per executores debet fieri in non pijs cauſis intra annum, in pijs cauſis intra ſex menſes,vt not.in Auth.hoc amplius. C.de fideicom. habetur in c.nos quidem,& in c.ſi hæredes. & in c.Io. de teſta. Ideo ſi executores vendant habendo fidem de pretio vltra tempus eis datum ad exequendum, non poterunt,ita procedat, ꝙ tenet Bart.hic.ſi autem vellens habere fidem de pretio intra tempus limitatum ad executionem,& tunc procedat,ꝙ tenet Bar. in d.l.alia, & obſtat iſte tex.quia hic ſtatim debebat fieri executio ſententiæ per iudicem poſt quatuor menſes iam elapſos.
12 ¶ † Tertiò, & vlt.quærit Bart.an procurator, vel executor teſtamenti, qui non poſſunt vendere niſi præſente pecunia, ſi in inſtrumento confiteantur ſe pretium recepiſſe, ſufficiat perin-
13 de,acſi preſente pecu.facta fuiſſet venditio,tenet ꝙ non,†quia aliud eſt confiteri,aliud recipere,ſecundum gl.in l.ſi ex cautione.C.de non.nu.pecu.Item aliud eſt confeſſio, aliud numeratio.l.1.& l.fin.C.de dote cau.non num.Item, quia talis confeſſio de recepto non probat.l.ſi.ff.ſi quid in frau. patro.& l.ſi debitorem.ff.de noua.& cum Bar.tenēt.d.Alex.& d.Pet.de Bexu hic cū multis concordantijs per d.Ale. alleg.contra Bart.tenēt. Ang.Imo.& Raph.Cum.hic.& latius Imo.in d.l. ſi debitorē.ff. de nouat.per aliqua fundamenta, quæ refert d.Alex.hic, & eis reſpondet Ang. iſtum paſſum planè examinaui referendo in ſpecie omnes in l.2.§.fi.ff.ſi cer.pet.ad ibi ſemel dicta me remitto.Et ibidē ēt poſui aliquas no.limit.vltra eos,q̄ ibi dixi, & vltra Scribētes a dic, ꝙ ꝯriū eius, ꝙ hic vr̄ tenere ipſemet Bar.in l.ſi procurator.§.1.in fi.ff.de iure fiſci.vbi quærit,quid ſi procurator confitetur pretium ſibi ſolutum, an talis confeſſio ſufficiat?& tenet,ꝙ ſic per text.in l.2.§.fin.C.de quadrien. preſcrip.
14† vbi ſi procurator fiſci cōfitetur ſe recepiſſe pretium ex re vēdita, talis confeſſio probat numerationem ēt contra fiſcum. facit l.fi.C.de apochis.lib.10.& ſtringe fortius iſta duo iura, qa ſi cōfeſſio procuratoris fiſci præiudicat fiſco, licèt nō probetur de numeratione, vt ibi eſt text. ergo multo fortius confeſſio procuratoris priuati debet præiudicare domino, cùm procurator fiſci minus poſſit præiudicare fiſco quàm procurator priuati domino, & procurator fiſci nō poſſit habere fidē de ꝑtio. d.l.ſi procurator.§.1.& gl.& Bar. tñ procurator generalis priuati pōt habere fidem de pretio. l.cuicunque. §.ſi ei quē. ff.de inſtito.Bar.ſ.in 1.q.Iſtam ꝯrietatem Bar.concordat. d. Abb. in c. cùm olim Abb.in 2.col.de offi.deleg.ꝙ ſi procurator fuit conſtitutus, vt venderet pro certo pretio, vel ad certam cauſam, & tunc procedit dictum Bar.hic,ꝙ eius confeſſio de receptione pretij non præiudicat domino,aut procurator fuit conſtitutus ſimpliciter, & tūc procedit ſecundum dictum Bar. in d.l.ſi procuratorator.§.1.in fi.vide tamen,quæ dixi in d. l.2.§.fin.ff.ſi cert.peta.

SVMMARIVM

1 *Nomen debitoris condemnati ita demum poteſt capi pro executione ſententiæ,ſi non negat ſe eſſe debitorem.*
2 *Pecunia pupillaris etiam deſtinata ad comparationem prædiorum,poteſt capi pro executione ſententiæ,etiam ſine decreto iudicis.*
3 *Poſſeſſor præſumitur eſſe dominus.*

§. Sic quoque.

In deffectu rerum corporaliū capiuntur nomina debitorū confitentiū,quæ exiguntur,vel venduntur,prout iudici videbitur.Item pecu.condemnati apud alium depoſita,vel ad alium vſum deſtinata,capitur in cauſam iudicati, etiam ſi fuerit minoris,& ſine decreto iudicis.h.d.vſque ad finem legis.¶Diuiditur in tres partes.In prima loquitur, an & quando nomen debitoris poſſit capi pignori pro executione rei iudi. In ſecunda ponit, an captum debeat exigi, vel diſtrahi. In tertia, quid ſi pecu.in promptu reperiatur, tunc.n.non capitur nomen debitoris,ſed ipſa pecun. Secunda ibi, item quid dicemus. Tertia ibi,ſed & ſi pec.& ſic iſte tex.facit dñam inter nomen debitoris confitentis, apud quem tamen non eſt pecunia in promptu parata ſolutioni, & ſic de facili non poteſt compelli ſoluere, ideo fit miſſio in ipſum nomen debitoris ſecundum formam, quæ ſtatim dicetur in gl.& debitorem apud quem pec. parata erat ſolutioni,vt ſi erat depoſita penes argentarium, vel alium ſimilem,tunc non fit miſſio in ipſum nomen debitoris, ſed pecun. ſtatim capitur facto illi præcepto de tradendo ſeu nume-
1 rando. ¶Not. 1.ex text.ibi,ſed contra reſcriptū eſt,† quod nomen debitoris condemnati ita demum poteſt capi pro executione ſententiæ, ſi non negat ſe eſſe debitorem. limita niſi negatio eſſet euidenter calumnioſa,quæ conuincitur per inſtrumentum ſententiæ,vel iuriſiurandi, vel per iuramentum guarentigiatum,tunc fit executio non obſtante negatione,ſm Ang. Imo. Cu. & Alex. Spec. in tit. de 1.& 2.decreto. §. teſtamentum. verſi.quid ergo,& verſi.quid ſi apud eum.ſecus quādo de dicta calumnia non conſtaret, nec incontinenti poſſet conuinci,tunc non fiet executio in tale nomen debitoris,vt eſt gl.no.in l.2.& ibi Cy.Bart.& alij.C.quando fiſ.vel priua.Bal. & Saly.in l.etiam.C.de execu.rei iud. & tunc dabitur curator bonis condemnati, qui aget contra illum debitorem negantem, & eum conuincet,& faciet condemnari ſecundum gl.& Doc. in d.l.2.& Spe.in loco proximè alleg. Ang.Imo.Cum.Paul.de Caſt.& Alex.hic. Secundò ſingulariter limita in nomine debitoris perpetuò obligati ad annuam penſionem, quia non obſtante negatione ſua poteſt procedi ad executionem ſicut in immobilib. quia annuæ præſtationes æquiparantur immobilib. l.iubemus nulli. in princ. C. de ſacroſan. Eccl. & eſt bonus text.in cle.exiui.§. cumque annui redditus.de verb.ſign.Bar.& alij in l.ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſ. cog.ita ſingulariter limitat Bal. in l. etiam.in 3. col. in verſi. modo reſtat vna quæſtio non perfunctoriè tranſeundo.C. de exec. rei iud.& ſeq.Alex.hic reputans ſing.menti tenendum.¶Secundò not.ex vlt.parte text.
2 † ꝙ pecu. pupillaris etiam deſtinata ad comparationem prædiorum, poteſt capi pro executione ſententiæ ēt ſine decreto iudicis, eo quia eſt alienatio neceſſaria,in qua nō requiritur decretum. l.3.§. item quæri poteſt. ff.de reb. eorum, & l.1.C.de præ.mino.venio nunc ad gl.¶In gl.in verſi.reſcriptum.ibi, qa facilius in reb. corporalib. eſt dare poſſeſſionem,de qua facile poteſt conſtare,an ſit penes debitorem,mittendo nuncios, qui
3 de hoc referant.Et eo ipſo, † ꝙ apparet eum poſſeſſorem, præſumitur etiam dominium ad eum pertinere, ſecundum Bart. in §.ſi ſuper reb.ſ. ea.l.in vlt. col.in verſi. quæro cui incumbat onus probandi,ibi dixi: ſed in nomine debitoris ſi negat ſe debitorem, oportet, quòd conuincatur ordinariè libello oblato,& lite conteſtata,& ſic longius fieret tractatus, qui non debet fieri in executione ſententiæ,vt in §.præcedenti,& ibi vidiſtis.¶Capio glo.in verbo capi.iſta glo.ſecundum Bart. & alios debuit poni ſuper 1.parte huius.§.vbi tractatur de captura nominis debitoris,nō autem debuit poni in iſto verſicul. ſed & ſi pecu. qui loquitur,quando capitur pecun. quæ erat in promptu parata ſolutioni, non autem nomen debitoris. iſta gloſſ. ponit practicam, quòd nomen debitoris tunc dicatur capi, ſi iudex dicat, habeatur illud nomen loco pignoris. intellige, quando vocato debitore, & ipſo confitente iudex dixit dicta verba,prout melius loquuta eſt gloſſ. in l.1. C.de præto.pigno. nam talis aſſignatio habet vim traditionis l. pen.in princip. ff. de don.not.gloſſ. in l.fin.C.quando fiſ. vel priua. & ſequuntur
* *Bart.& communiter alij.*& Bartol.in l.is cui.§.final.ff. vt in poſſeſ. lega.& vide omnino Fulgoſ.in conſil. 181.incip. in cauſa Antonij,& fratris.¶In eadem gloſſ. ibi, & iſte poſteà habebit vtilem actionem.poteſt intelligi ſecundum Angel.Imo.& Alex. de vtili hypothecaria cauſata ex iſto pignore capto per iudicem, vt ſic verba iudicis inducant pignus, ſicut inducit conuentio partium. facit l. ſecunda. C. de præto. pigno. & quod not.Specu.in titul. de 1. & 2. decreto. §.reſtat. verſiculo, quid ergo. poteſt etiam intelligi de vtili actione perſonali, quia directa competit debitori obligato contra illum debitorem ſuum.l.nomen.C.quæ res pign.oblig. poſ.& l. ſi conuenerit. in prin.ff.de pign.actio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Actor non potest agere in libello nisi ad id, quod facere potest reus conuentus.
2 Executio sententiæ regulariter fit insolidum non deducto ære alieno, & ne condemnatus egeat, nisi in certis personis.
3 Socius habet beneficiū, vt non condemnetur aut exigatur vltra quam facere possit.
4 Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.
5 Quis potest renunciare beneficio huius legis.
6 Vna dictio potest poni pro alia.
7 Spontanea renunciatione seu remissione iurispatronatus, intelligitur remissum ius reuerentiale.
8 Monasterium exeptum per Episcopum à iure episcopali, non erit exēptum à iure reuerentiæ, secus si sit exemptum per Papam.

LEX XVI.

Sunt, qui in id. Ista lex cum nouem sequentibus vsque ad d. l. si cōuenerit, prosequitur eandem materiam de quibusdam, qui nō debent exigi, vel cōdemnari vltra quàm facere possint, & tales personæ enumerantur vsque ad l. inter eos. ibi posteà mouentur, & soluuntur aliqua dubia vsque ad l. si conuenerit. Personæ enumeratæ cōueniuntur, & exiguntur quatenus facere possunt deducto, ne egeant, sed non deducto ære alieno. h. d. cum duab. sequentib. vsque ad l. inter eas, vel sic, Socius, parens, patronus, & eius liberi, & parentes. Item maritus, & miles non conueniuntur nec exiguntur vltra quàm facere possunt, non deducto ęre alieno, h. d. vsque ad l. inter eos. ¶ 1 † Pondera in primis text. in versic. conueniuntur, qui vr̄ probare, quòd in libello actor nō possit agere, nisi ad id, quod facere potest reus conuentus. Idem dicitur in l. seq. ibi, *in id, quod facere potest conuenitur*, sed intellige conueniuntur inspecto effectu: nam petitio insolidum facta ad totam summam valet, & tenet, sed istæ personæ habent exceptionem, ne exigantur insolidum, & sic vltra quàm facere possunt, vt est text. in l. pen. & ibi Bart. & alij no. ff. ꝙ cum eo. Bart. Bal. Ang. & alij in l. si dubitetur. §. filiusfam. ff. de fideiuss. & in l. maritum, & in l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. mat. & ideo text. in l. item miles. proximè seq. dicit, quatenus facere potest, cogitur soluere, & sic actor in libello potest petere condemari, quatenus facere potest, & tunc procedunt isti duo text. qui dicunt conueniuntur in id, ꝙ facere possunt. Item potest actor in libello petere totam quantitatem, & sic, quòd insolidum condemnetur, & tunc opposita exceptione fiet condēnatio quatenus facere possunt. §. sunt prætereà. insti. de act. & si in sentētia fieret condemnatio insolidum ad totam quantitatem, etiam tunc in executione opponeretur exceptio, & non fiet executio nisi quatenus facere possint. vt d. l. item miles. proximè seq. in fi. ¶ 2 † Secundo not. quòd licet regulariter executio sententię fiat insolidum non deducto ære alieno, & etiam non deducto ne condemnatus egeat, fallit in personis hic enumeratis, quæ exiguntur inquantum facere possunt. s. commodè, & honestè. l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. inspecta qualitate, & dignitate personarum, vt not. declarat Bal. in l. 2. C. quòd cum eo. Alb. de Ros. Bald. Imo. & alij in l. maritus in id. ff. sol. matr. Ioann. Fab. & Angel. de Aret. in §. item si de dote. institut. de actio. & etiam deducto ne egeant, vt de prædictis est glo. not. in l. in condemnatione. ff. de regul. iur. quam reputat ordinariam, & singularem Bald. in l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxo. act. in cap. 1. ad fin. princip. de notis feu. ¶ 3 † Tertiò not. quòd socius habet beneficium, vt non condemnetur, aut exigatur vltra quam facere possit, deducto ne egeat, vt hic, & §. sed & si quis cum parente. versicul. item si socius. institu. de actio. rationem assignat text. in l. verum. in princip. ff. pro socio, quia societas ius fraternitatis obtinet. pondera diligenter ex ista ratione illius text. inferri, quòd si frater conuenitur ab alio fratre, quòd habeat istud priuilegium, ne exigatur vltra quam facere possit, 4 † quia propter vnumquodque tale, & illud magis. Authen. multò magis, & ibi Bart. ad hoc not. C. de sacrosan. Eccle. & l. ex diuerso. in princip. in versic. item si mulie. & ibi Bald. & alij ad hoc notant. ff. solu. mat. gloss. in §. nos igitur. in Auth. de defen. ciui. colla 3. & glo. in cle. vnica in princip. in gl. 3. de reliquijs, & vene. sanc. ¶ Contrarium tamen in terminis, quòd frater conuentus ab alio fratre non habeat istud beneficium, ne exigatur vltra quàm facere possit, tenet gloss. solennis in d. l. rerum. in prin. in versi. fraternitatis, & ibi sequuntur Bart. & Bald. ff. pro soc. idem tenet Nic. de Neap. in §. sed & si quis cum parente, versi. item si quis. in 5. q. extra gloss. insti. de act. Sed non respondent isti Docto. ad rationem. d. l. verum. in prin. inductam, vt superius induxi, quæ fortiter stringit, & contrarium tenēt Io. Fab. & Ang. de Aret. in d. §. sed & si quis cum parente. versi. item si socius. vbi dixi. insti. de act. & simpliciter in discursu tenet d. Pet. de Bexu. hic nullam de prędictis faciens mentionem. ¶ 5 † Limita istum tex. nisi socius promisisset integrè seu in totum, quia tunc videtur renunciasse beneficio huius legis. ita per plura latè consuluit. d. Alex. in cons. 223. 5. vol. quod incipit super quęsitis de quibus in themate. de hoc tamē, an personæ hic enumeratæ præsertim donator possint per pactum expresè vel tacitè renuntiare beneficio huius legis, vide d. Alex. in l. alia. §. eleganter. in 12. col. & seq. ff. sol. mat. & habes de hoc gl. not. & distinguentem in l. si quis crediderit. ff. de pac. & gl. in l. si conuenerit. vbi dicetur. j̄. eo. & latè Alb. de Ros. hic. ¶ In gl. 2. in ver. 1. no. secundum Imo. & d. Alex. ꝙ dictio idest, quæ sui natura est expositiua, aliquando ponitur modificatiuè seu qualificatiuè ratione subiectæ materiæ, & sic in effectu ponitur pro scilicet, prout etiam capit gl. in l. j. §. quamdiu. ff. quando actio de pecu. est annalis, hic allegata in gl. aliquando accipitur exemplificatiuè. l. qui liberis. in prin. in vers. 1. cum gl. ff. de vulg. & pup. 6 † Nec est absonū vnam dictionem poni pro alia ratione subiectæ materiæ, vt est gl. in l. eas causas. ff. de condi. & demon. ¶ In gl. in verbo ferè, licèt glo. videatur tripliciter declarare tex. quare tex. dixit ferè, tamē in effectu est propter duo. Primò, quia etiam sunt aliæ personæ hic non enumeratæ, quæ habēt istud beneficium. Secundò, quia etiam personæ hic enumeratę non habent semper istud beneficium. Et aduerte, quòd quidam ex istis habent istud beneficium ratione reuerentiæ, vt pater patroni, vt l. alia. §. eleganter. ff. solu. mat. sic etiam mariti habēt ob reuerentiam maritalem, vt ibi, & l. vnica. §. cùm autē. C. de rei vxo. act. alij ratione quasi fraternitatis, vt socij l. verum. in prin. ff. pro soc. alij, vt possint vtilitati publicę vacare, vt milites, alij ꝑ suā liberalitate, vt donator. l. ne liberalitate. j̄. eod. alij ex acidētia facti, vt q cesserūt bonis. l. q bonis. la 2 ff. de cess bo. An aūt milites legalis militiæ, vt sunt aduocati, & milites cęlestis, vt clerici, habeant istud priuilegium? glos. tenet, quod sic in l. miles. in prin. vbi dixi. s̄. eo. ¶ Glo. in verbo accipiendum. opp. contra text. & tripliciter soluit, & tenet. 1. solu. quòd ad tex. debeat subaudiri maximè, & istam sequuntur Bart. *& communiter alij*, & dicit Ang. istum esse verum intellectum, & secundum d. Pet. de Bexu. vix aliter videtur posse dici, cùm text. in contrario dicat, quòd socius vnius negotiationis habet istud beneficium, sed pro certo ista communis solu. glo. & Docto. subaudiendo ad text. nostrum maximè, illū videtur destruere, vnde responde melius secundum Antiquos, & Albe. de Rosa. hic, quòd si sunt socij omnium bonorum, indistinctè habent istud priuilegium ex omni contractu, vt hoc text. secus, quando est vnius rei socius, vel specialis socius vnius negotiationis, tunc in illa tantum habet istud priuilegium, vt in contrario. ¶ In gloss. in l. patronus, nisi ius patro. amiserit, per l. fin. in fin. C. de bon. liber. aduerte, illa. l. fi. §. fi. in versi. reuerentia. facit in oppositum, quòd imò ius reuerentiale debeatur, quamuis patronus iuspatronatus amiserit, nisi quando quasi ab indigno eripitur, vt ibi dicit text. in fin. 7 † Vnde ex spontanea renunciatione, seu remissione iurispatronatus non intelligitur remissum ius reuerentiale, vt est text. notandus in d. §. fin. in versic. reuerentia, & sic videtur, quòd etiam tunc remaneat hoc priuilegium, quòd ratione reuerentiæ datur. d. l. alia. §. 1. ff. solu. mat. not. gloss. in l. si conuenerit. j̄. eodem, & ita etiam tenent Imol. & dom. Alexan. hic. Adde illud, quòd egregiè not. Bald. in d. l. fin. in versic. reuerentiam. per illum text. 8 † quòd monasterium exemptum per Episcopum à iurisdictione Episcopali, non erit exemptum à iure reuerentiæ, & ideo si ex conuentione clerici tenentur processionaliter ire obuiam Episcopo, eodem modo tenebuntur illi de monasterio supradicto, & refert, quòd Old. Lauden. ita consultus respondit Archiepiscopo Rauenatensi. idem tenet Angel. in l. alia. §. eleganter. per illum text. & ibidem Ludouic. Roman. in 2 not. ff. solu. mat. Angel. in l. sed si hac. §. patronum. per illum text. ff. de in ius voc. & quòd vult gloss. & Doctor. in capitul. pastoralis. in versi. cathedraticum. de dona. & pondera, quòd Bald. loquitur de exempto per Episcopum, secus videtur in exemptis per Papam, quia illa exemptio est plenanaria, secundum dom. Abba. in capitul. cùm inter. in 5. colum. de re iud. ¶ Gloss. in versic. de dote. diuiditur in quatuor partes. In prima allegat concordantem. In secunda remouet tacitum contrarium. In 3. oppo. sed re vera concordat, vt gloss. dicit, & bene. In quarta, & vlt. etiam oppo. & se remittit. Secunda ibi, cauet tamen de soluendo. Tertia ibi, Sed contra insti. de act. Quarta, & vlt. est ibi, item contra. s̄. de nego. gest. ¶ In ea. gl. ibi, cauet tamen de soluendo. intellige de cautione nuda, prout tenet gl. in d. l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxo. act. & gl. in l. diuortio. §. interdum. & ibi Bartol. & alij, vbi dixi. ff. solu.

matr.

mat.& quia maritus exiſtens in paupertate non de facili reperiret fideiuſſorem, intellige tamen ſecundum Imo.& Raph.Cu. idem eſſe in habentib.idem priuilegium, ꝙ ſimul debeant cauere, ꝙ ſi vnq̃ peruenerint ad pinguiorem fortunam, inſolidũ ſoluent, cùm non poſſit reddi ratio diuerſitatis, ergo idem ius cenſeri dẽt.l.illud.cum ſim. ff.ad leg.Aquil.& l.à Titio.in fin.ff. de verb obl.nec obſtat text. in l.quoties.§. ſi ſemel.ff. de pecu. vbi dominus conuentus actione de peculio non tenetur caue re de incremento futuri peculij, quia tex.ibi aſſignat rationem diuerſitatis, quia dominus non tenetur mero iure inſolidum, ſicut tenetur ſocius,& ſimiles.¶In ea.gl.ad fi.ibi ſolue, vt.ſ̃.eo. l.non tantum.poteſt etiam ſolui, prout dicitur in d.l.diuortio, quia ibi tenetur inſolidum propter culpam comiſſam per maritum ſoluto matrimonio in non exigendo à ſe, cùm commodè poſſet, prout etiam dicunt Bart.& alij in l. maritum. ff.ſolu.matri.

SVMMARIVM.

1 *Inter creditores pares, quibus debetur ab eo, à quo non poteſt inſolidum exigi, melior eſt conditio præoccupantis.*

2 *Si plures depoſuerunt pecunias penes vnum mercatorem, & vnus eorum fuit ſolicitus in exigendo, & alij non exegerunt, poſteà mercator effectus eſt non ſoluendo, & ſic aufugit, an illud, quòd eſt exactum ab illo depoſitario, debeat reponi in communi partiendum inter creditores pro rata.*

3 *Donator habet priuilegium, ne exigatur niſi inquãtum facere poteſt habita ratione ne egeat.*

4 *Donatum ob cauſam non eſt donatio.*

5 *Qualiter dicatur deberi ex eadem cauſa.*

6 *Quando dicatur quis præoccupare.*

7 *Facilius præiudicatur alteri in quærendis quàm in quæſitis.*

8 *Actio perſonalis competens priuilegiato ſequitur perſonam, & non rẽ.*

9 *Prior emptor potior eſt iure.*

10 *Omnis exceptio, quæ non impugnat ſententiam, ſed modificat executionem, poteſt ſemper opponi, etiam poſt ſententiam.*

11 *Lex præſumit quemlibet ditatum iri, & peruenturum ad pinguiorem fortunam.*

12 *Qui ſoluit ante tempus, non poteſt repetere.*

LEX XIX.

INter eos. Inter creditores, quib.ex eadẽ cauſa debetur, & ſic facienda eſt cõdemnatio inquantum debitor facere poteſt, melior eſt conditio occupantis, non deducto ære alieno ex non ſimili cã debito, & deducto ne donator egeat. in reliquo etiam melior eſt conditio occupantis. h.d.tota.l.nihil omittendo. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur deciſio. In ſecunda alia ſimilis deciſio. In tertia fallentia. Secunda ibi, ſed & ſi cum patre. Tertia, & vlt.eſt ibi, is quoque. ¶Et aduerte, ꝙ omnes illi, qui non debent condemnari nec exigi, niſi quatenus facere poſſunt, exiguntur hoc modo, vt eis reſeruetur quantum ad alimenta ſufficiat ſecundum qualitatem, & conditionem ipſorum, ſed ipſi nõ poſſunt allegare, ꝙ ære alieno ſunt ſtricti,& ſic, ꝙ primò ęris alieni fiat deductio, & de reſiduo adhuc ipſi detrahant quantum eis ſufficiat ad alimenta, & ſic, quòd ſupereſt detur agenti.fit ergo conſideratio ſui patrimonij tempore condẽnationis fiendæ, ſicut ſi nullum eſſet ęs alienum debitum.ſolùm fallit in donatore cõuento à donatario ex cauſa donationis, qui poteſt ante omnia æs alienum deducere,& de reſiduo tantum ſibi reſeruare, ꝙ ad alimenta ſufficiat,& poſteà ſi quid ſupereſt, donatario debet tradi, vt hic in verſ.fi. ¶† No.1.ꝙ inter creditores pares, quib.debetur ab eo,
1 qui non poteſt inſolidum exigi, melior eſt conditio præoccupantis, quia vigilantib.& non dormientib.iura ſubueniunt, vt inquit text.in l.pup.in fi.ff.quæ in fraud.cred.& in c. duob.& ibi gl.de reſcri. in 6. ſecus ſi creditores non eſſent pares, & ſic non deberetur ex ea.cauſa, quia fortè vni ex cauſa lucratiua alteri ex cauſa oneroſa, vel vni ex cauſa priuilegiata, & alij ex non priuilegiata, vt dicetur in gl.in verbo occupantis. Et deducen-
2 do iſtam materiã ad practicam † adde, ꝙ ſi plures depoſuerũt pecunias penes vnum mercatorem, & vnus iſtorũ deponentium fuit ſolicitus in exigendo ſuum depoſitum, alij autem non exegerunt, poſteà mercator effectus eſt non ſoluendo, & ſic aufugit, prout faciunt mercatores preſſi nimio onere ęris alieni, nunquid illud, quod eſt exactum ab illo depoſitario, debeat reponi in communi partiendum inter creditores pro rata? Bal. in l.fin.in 2. quæſt.C.depo. determinat per illum text.ꝙ non, quando eſſet exactum per ſententiam, vt hoc text. ſecus ſi eſſet exactum per vim, vel niſi debitor ſit gratificatus illi primo, vt eſt tex.no.in l.pup.& ibi no.Bar.ff.quæ in frau. cred.vel niſi ſuperueniret creditor priuilegiatus, quia tunc habetur ratio eius, & auocarent ab illo primo, vt in duab. legib. hic allegatis per gl.in verbo occupantis in ſecunda parte, vbi
3 no dicetur. ¶† Secundò no.in verſi.is quoque, ꝙ donator habet priuilegium, vt non exigatur niſi inquantum facere poteſt habita ratione ne egeat, concordat text.in §.ſed & ſi quis cum parente.inſti. de act. rationem aſſignat text.in l. ne liberalitate. ibi *ne liberalitate ſua inops factus periclitetur*.infra eod. ¶Limita nor.iſtum text.vt procedat in promiſſione de donando pura, & ſimplici.ſecus ſi ob cauſam, qa illa nõ eſt liberalitas nec proprie donatio.l.1.& ibi gl.& Bar.in l.Aquilius regulus. in verbo *non meram*,& ibi Raph.Cu.ad hoc no.ff.de don.Bart. in 1. rub. ffor um.& in vlt. col. & ſic ceſſat ratio liberalitatis, quã aſſignat tex. in d.l.ne liberalitate.iuncta l.præcedenti. in fi. & ita limitat Ang.in l.ſed hoc ita.in prin.per illum tex.ſ̃. eo. quem refert & ſequitur.d.Ale. in l ſunt, qui in id.in 2. col.ſ.eo.& idem d. Alc. in l.non tantùm.in vlt.col.ſ̃.eo. ¶Adde, ꝙ iſtam limitationem etiam ſequitur Lu.Ro.in conſ. 26. quod incipit pro deciſione eorum de quib. dubitatur in 4. col.Io.de Pla.in §.ſed ſi.vlt.col.
4 inſt.de act. ¶† Confirmatur vltra Ang. quia illud, ꝙ datur ob cauſam, non eſt donatio, ſed eſt potius quædam permutatio, vt eſt tex.melior de iure in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit.in fin. in verbo, velut genus quoddam permutationis. quem Bald. ad hoc ibi no.& reputat tenẽdum menti.ff de peti. hæred. ſed nemo ſani capitis diceret priuilegium iſtius legis habere locũ in permutatione. ¶Sed aduertè, quia contra iſtam limitationem fortiter facit: nam promiſſio ex cauſa dotis eſt ob cauſam.l. ſi donaturus.ff. de condi. ob cau.& tamen promittens pro dote hẽt iſtud priuilegium, vt nõ exigatur vltra quàm facere poſſit, in l.ſi extraneus.& l.pen.ff.de iure do.ergo limitatio non eſt vera: bene facit tex.in l.ſed hoc ita.in prin. iuncta gl. ſ̃. eo. vbi loquitur de dote promiſſa viro cum pacto de lucrando, & tamẽ promiſſor conſtante mat.habet hoc beneficium, vt ibi. Sed ad hoc reſpondet Ang.in d.l.ſed hoc ita,& referunt,& ſequuntur Io.de Pla.& Ang.de Are.in d.§.ſed & ſi quis.inſti.de actio. ꝙ ſi maritus agit ad dotem, quæ eſt remanſura penes eũ, tunc promiſſor non habet priuilegium huius legis, quia quantùm ad maritũ eſt donatio ob cauſam.l.Neſennius.in prin.ſ̃.eod.ſecus ſi agit ad commodũ vxoris. ita loquitur.d.l.ſi extraneus, & d.l. pen.ff.de iu. do. ¶Tu vltra eos reſponde clarius, quòd qñ quis promiſit puta centum ex cauſa dotis, licèt ex parte mariti recipientis ſit donatio ob cauſam.d.l.ſi donaturus.tñ ex parte dantis, vel promittentis eſt merè liberalitas.nimirũ ſi hẽt iſtud priuilegium, vt non exigatur vltra quàm facere poſſit. ita loquitur.d.l.ſi extraneus.& d.l.pen.ſecus quando quis promitteret ob aliquam cauſam remuneratoriam, quia non eſt liberalitas, nec proprie donatio, ſed quoddam genus permutationis, vt iuribus proximè allegatis,& tunc propriè procedit iſta limitatio, quam non inuenies ita excuſſam. ¶Expeditis textualibus capio gl.1.in verbo ex eadem cauſa, quæ vult, ꝙ tripliciter dica-
5 tur eadẽ cauſa. dic aliter,& melius,† ꝙ deberi ex eadem cauſa poteſt intelligi altero de tribus modis: primò in genere, ſecundò in ſpecie, tertiò in indiuiduo. Primo ex eadem cauſa in genere, puta ex cã crediti. vt gl. intelligit, & ſic pro obligatione perſonali in genere, ſed in omnibus debitor inquantum facere poteſt debet condemnari, & hoc caſu poteſt procedere regula huius tex. ꝙ melior ſit conditio poſſidentis. Secundò poteſt intelligi ex eadem cauſa in ſpecie capiendo ſpeciem vt Logici capiunt pro ea, quæ prædicatur de pluribus indiuiduis, vt quia ſunt plures creditores ex cauſa vẽditionis, vel depoſiti, vel mutui,& contra eos habet debitor priuilegium, ne exigatur vltra quàm facere poſſit,& tunc etiam procedit regula huius tex. ꝙ melior ſit conditio præoccupantis. Tertio poteſt ſumi eadem cauſa in indiuiduo,& ſic pro eadem cauſa num. vel pro actione eadem deſcendente ex eodem contractu, & pluribus competẽte,& tunc ſi illa eadẽ actio in indiuiduo cõpeteret cuilibet creditori inſolidũ, vt in plurib.rei credendi, & tunc etiam melior eſt conditio occupantis per litis cõteſtationẽ, vt l.ex duob. 2.ff.de duo.reis.& dicam ſtatim.ſ̃.in verbo occupantis. in prin. Si aũt non debetur omnibus inſolidũ, vt quia plures eſſent ſocij eiuſdem ſocietatis, tunc non procedit regula tex. noſtri, nec tũc eſt melior conditio primi ſocij præoccupantis, ſed oẽs debent redigi ad æqualitatem, vt eſt tex.valde not.in l.verum §.ſi cũ tres ſocij.ff.ꝓ ſocio.& in l. itẽ Labeo.ff.fa.ercif.& in l.pup.& ibi Bart. ff. quæ in frau. cre. ¶Capio glo. in verbo occupantis. quam diuide in tres partes. In prima ponit, quando quis dicatur præoccupare, & non bene declarat. In ſecunda per viam limitationis remouet vnũ ꝯriũ,& cõtra illã limitationẽ opponit per viã fallentię, rñdendo. In tertia,& vlt.opp.ↄ̃ tex. ꝙ non ſit melior ↄdõ illius, q primò ſnĩam obtinuit, ſed illius, q prius ad executionẽ ipſius ſententiæ peruenit,& latè rñdet. Secunda ibi. Itẽ hoc accipe. Tertia ibi, itẽ nõ vr̃ melior ↄdõ. In prima parte gl.nõ bñ declarat, ſed relinqt in ambiguo. dic melius cõ-

cor-

cordando iura allegata per gl. quòd aut agitur de iure quærendo de nouo, & tunc sufficit litis contestatio, vt dicatur facta præoccupatio. l. pluribus. ff. de procuratorib. & capitul. si duo.
6 in primo, & secundo responso. de procur. in 6 † Aut agitur de iure iam quæsito præferendo, & tunc aut illud ius competebat plurib. personis ad idem insolidū, & tunc similiter præoccupatio fit per litis contestatio. l. si pluribus, & ibi latè Bartol. ff. de legat. 1. & l. ex duob. secunda. ff. de duob. reis. & l. si Titius ff. de verb. oblig. Aut illud ius originaliter competebat pluribus personis, & ad diuersa, & tunc requirit̃ sententia, vt quis dicatus præoccupasse, vt hic, & l. si vero. ff. de peculio. alleg. in gloss.
7 & l. si quis à multis. ff. de noxalib. † Ratio diuersitatis est in primo membro, quia facilius præiudicatur alteri in quærendis, quàm in quæsitis. l. fin. cum similib. C de acquirend. possess. & l. seruus, & ibi glo. C. de pact. Item inter casum, quando competit ad idem, & quando ad diuersa, ratio est, quia quando competit ad idem, potentius ius habet agens in eodem quo alius conuenitur, quam quando habet ad diuersa. Et idem facilius præiudicat alteri, ideo tunc præoccupatio fit per lit. cōtesta. ¶ In secunda parte glo. ibi, quæ sunt contra. in illis duab. legibus alleg. in gloss. non est melior conditio præoccupantis, imò semper præfertur priuilegiatus, imò fortius volunt illæ duæ leges, quòd magis priuilegiatus præferatur etiam in reuocando illi, quod actualiter est solutum minus priuilegiato, & hoc dato, quòd ille, qui non est æquè priulegiatus, non solùm prius venit ad sententiam, sed etiam prius venit ad executionem, quia prius solutionem recepit, adhuc alter priuilegiatior reuocat ab eo, si non est aliud vnde sibi satisfiat in bonis debitoris, & ita tenet etiam gloss. in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. Et caue, quia durum, & mirandum videtur secundum Raph. Cuman. hic, quòd priuilegiatus possit reuocare ab eo, contra
8 quem non habet actionem, † quia actio personalis competēs priuilegiato sequitur personam, & non rem. l. 1. § si hæres percepto fundo. ff. ad Trebellian. & l. fin. §. Lucius. vbi tex. no. ff. de contrahend. emptio facit bene tex. arguens actionem non cōpetere in l. 1. ff. de distra. pignor. Ad hoc respondet Rapha. Cuman. alij nihil tangunt, quod quando creditor accepit solutionem, & poterat exceptione repelli, ne debitor conueniretur, nisi inquantum facere potest, si totum ei soluitur, quodammodo soluitur indebitum, cùm debuerit deduci æs alienum priuilegiati, vnde tunc priuilegiato competit condictio indebiti ad reuocandum, & licèt ipse non alleget, est text. in l. tutores. ff. de condict. indebit. & ibi glo. & glos. in l. si non expedierit. §. 1. in verbo communicandum. ff. de bon. autho iudic. possid. quæ non competeret ipsi soluenti. l. si is cum quo. ff. de condi. indebit. sed ista ratio procederet solùm, quando æs alienum deberet deduci, vnde secus esset, quando executio deberet fieri insolidum, tunc priuilegiato non competeret condictio indebiti. ¶ Breuiter teneo, quod priuilegiatus reuocabit per condictionem ex lege per duo iura allegata in gloss. quæ inducunt priuilegiatum posse reuocare, & non prouident de remedio. iuncta l. final. §. sin verò hæredes. in verbo per condictionem ex lege. C. de iure deliberand. & ita tenet gloss. in l. si non expedierit. §. 1. in verbo ꝯmunicandum, & gl. in d. l. sed in id. ff. qđ cum eo. & gloss. in l. pecunia. in verbo extraordinario iure. C. de priuileg. fisci. cum distinct. tamen, quam latè tradit Bart. post Iacob. de Aret. in l. pupil. ff. quæ in fraud. credit. ¶ In ead. glo. ibi, vt C. qui pot. in pigno. habe. l. fina §. fina. illa. l. nihil facit ad propositum nostrū, quia loquitur in hypothecaria, & sic in actione reali, & consequenter in pluribus priuilegiatis priuilegio
9 reali, in quibus est regula, † quòd qui prior est tempore, potior est in iure, & in regula, qui prior. de regul. iur. in sexto. & l. potior. & l. qui balneum. ff. qui potior. in pig. habe. sed iste text. & gl. loquuntur in actionibus personalibus, in quibus non consideratur prioritas temporis, vt l. priuilegia. & ibi glo. ff. de priuileg. credit. ¶ In vltima parte gloss. habes, quod post latam vtraque sententiam si tractatur de earum executione, non est melioris conditionis ille, qui obtinuit sententiam. l. in iudicati. infra eod. allegat. per glo. quia aut ambo concurrunt eodem temporem, & vtrique debet satisfieri pro rata, aut diuersis tēporibus, & tunc debet satisfieri in totum eius, quòd sententia continet, non habito respectu ad aliam sententiam, vt hic, & l. pupil. ff. quæ in fraud. credit. quia in executione sententiæ non debet haberi ratio illius, qui primò sententiam obtinuit, nisi concurrat in executione. Istam gloss. limitat Bartol. in vltim. quæstion. vt procedat, quando tempore sententiæ secundò latæ fuit habita ratio deductionis illius quantitatis, in qua prius sententiā obtinuerat, aliàs si in secūda sententia non fuisset habita ratio deductionis primæ, sed vtraque sententia fuisset insolidum condemnatoria, tunc in executione sententiæ bene haberetur ratio primæ, ex quo prius non est habita ratio.

Item secundum Bart. posset creditor, qui primam sententiam obtinuit, agere reuocatoria, eo quia debitor per eius fraudem exceptionem omisit, tamen vt euitetur talis circuitus, præcedens ratio est melior, & cum Barto. alij tenent, in specie Rapha. Cuman. & domin. Alexand. ¶ Capio gloss. in verbo inter eos. quam diuide in duas partes. In prima alleg. concordantias ad text. In secunda format quæstionem, in qua arguit ad partes. Secunda ibi, hic quero secundum Azonem. ¶ In eadem gloss. ibi, imò etiam quandoque post sententiam. ista glo. vult, quòd ista exceptio possit opponi quandoque post sententiam, ergo non semper, sed secundum Bartol. quando competit militi. text. in l. item miles. in fin. supra eodem. videtur velle, quòd possit opponi executioni, & sic post sententiam, in alijs personis videtur, quod debeat opponi primę conuentioni, prout videtur innuere text. in l. sunt qui in id. & l. sequent. supra eodem. tamen secundum Bartol. & alios melius est, quòd cuicunque personæ competat hæc exceptio, possit opponi post sententiam in executione, vt l. Nesennius. §. final.
10 infra eod. & l. ex diuerso. § final. ff. soluto matrimonio. † quia regula est, quòd omnis exceptio, quæ non impugnat sententiam, sed modificat executionem, potest semper opponi, etiā post sententiam. l. si fideiussores. § idem respondit. ff. de fideiussoribus. gloss. ordinar. in l. prima. vbi Bartol. & Doctor. & ibi latè dixi. C. de iur. & fact. ignor. ¶ In fine gloss. ista gloss. refert Ioannem tenere, quod ista exceptio sit dilatoria, sed glo. in l. tertia. ff. de exceptionib. refert Ioan. tenere, quod sit peremptoria. Bartol. ibi tenet, quòd sit temporalis, & dilatoria, quia differt
11 exactionem ad tempus, quo maritus efficiatur soluendo, † & lex præsumit quemlibet in futurum ditari, & posse peruenire ad pinguiorem fortunam. l. cura. § deficientium. ff. de muneribus, & honorib. & l. si defunctus. C. arbitr. tutel. idem per istam rationem tenet gloss. in §. appellantur. in verbo semper. in fin. institu. de exception. ad idem facit, quia ista exceptio finitur per mortem mariti, & non transit ad eius hæredes, nisi sint filij. l. si fideiussor. § primo. & l. sequen. infra eodem, & l. maritū. & l. sequent. ff. solu. matrimon. ergo est dilatoria, & temporalis, donec maritus viuet. Et ita etiam tenet Bartol. in l. ex diuerso. §. final. ff. soluto matrimonio. breuiter Antiqui, Oldra. Lauden. Raynuc. Alberic. de Ros. Imol. Paul. de Castr. domin. Alexand. & domin. Petr. de Bexut. concordant istas opiniones, quòd ista exceptio dicitur esse perpetua quo ad processum, quia non impedit litis ingressum, sicut nec regulariter impediunt exceptiones perpetuæ, vt capitul. primo. de lit. contestat. in sexto. Item potest opponi post lit. contestat. vsque ad sententiam, & etiam post in executione, vt statim dixi, sed si esset dilatoria, non posset opponi post lit. contestat. l. Pomponius. §. rati. ff. de procuratoribus. l. ita demum. C. eodem. dicitur autem dilatoria, & temporalis respectu solutionis, & exactionis, quia differt solutionem integram, quousque perueniat in pinguiorem fortunam. l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxorię
12 action. Item quo ad impediendum repetitionem soluti † quia sicut non potest repetere ille, qui soluit ante tempus. l. nam si cùm moriar, & l. in diem. ff. de condict. indeb. ita nec iste, vt l. ꝙ nomine, & l. nam si maritus. ff. de condict. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium singulariter, & dispensatiuè concessum vni, an extendatur ad alium ratione correlationis.*
2 *In materia priuilegiata, & dispensatiua correctoria, & pœnali fit extensio ratione correlationis.*
3 *Priuilegium concessum vni non debet extendi ad alium.*
4 *Priuilegia concessa marito regulariter non extenduntur ad vxorem.*
5 *Statutum, quòd maritus in vltima voluntate, nec titulo inst. nec legati, nec alio quouis titulo, nec directè, vel indirectè possit relinquere vxori suæ vltra centum, & si quid vltra sit, est ipso iure nullum, an habeat locum in muliere, & sic contra.*
6 *Statuta tantum disponunt quantum loquuntur, & non plus.*
7 *Mulier præsumitur magis decipi posse à viro, quàm vir ab vxore.*
8 *Maritus etiam si conueniatur solut. matrimo. pro contractu celebrato constante matrimon. habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere potest.*

LEX XX.

NOn tantum. Maritus siue de dote, siue ex alio quocūq; cōtractū cōueniatur, habet priuilegium, ne exigatur vltra q̃ facere potest, & idem ècontra in vxore. hoc dicit. Et ponit duas extensiones ad illud, quòd dicit text. in l. patronus. in fin. supra eodem. & l. maritum. ff. soluto matrimo.
1 & in §. item si de dote. insti. de actio. ¶ † Not. ex isto text. in fin.

secundum Rapha. Cum. φ priuilegium singulariter, & dispensatiuè concessum vni, extenditur ad alium ratione correlationis. l. final. ff. de accep. & l. fin. C. de indict. vidui. tollen. & l. cùm emptor. cum mille. similib. ff. de rescind. vend. & per hoc dicit Rapha. Cum. se alias, dixisse, φ stante statu. φ de qualibet re, & de quocunque contractu debeat solui gabella, & maritus haberet priuilegium, quòd non deberet soluere gabellam, quòd nec eius vxor, nec pater mulieris secum contrahens teneb itur
2 gabellam soluere. ¶† Adde, quòd no. est verum, quia non solùm in materia priuilegiatiua, & dispensatiua ratione correlationis fit extensio, imò etiam in materia correctoria, & pœnali, in qua aliàs non est licita extensio, etiam ex maioritate rationis, vt not. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. Tñ ratione corelationis licita est extensio, vnde lex noua corrigens in vno ex correlatiuis, intelligitur etiam corrigere in alio, ita no. Bar. Ang. & alij in l. fin. per illum text. de indict. vidui. tol. vbi latè dixi, & multas concordantes dedi, sed decisio Raph. Cum. benè probatur ex isto tex. prout etiam dicit. d. Alex. quia hic sicut maritus vtitur isto priuilegio contra vxorem, ita etiam æquum est, quòd vxor vtatur contra maritum ratione mutuæ correlationis, & vt sit par ratio lucri, & dãni. l. fin. C. de fur. & l. fin. C. de codicil. & l. secundum naturam. ff. de regul. iur. sed in q. Raph. priuilegium mariti non exercebatur contra vxorẽ,
3 sed contra gabellarios. ¶† Vnde priuilegium concessum vni, non debet extendi ad aliam personam. l. 1. ff. de consti. princip. & §. sed φ principi. inst. de iure natura. sicut in simili priuilegiũ concessum vni ex litigatorib. puta actori, φ non teneatur soluere sportulas, extenditur etiam ad reum ratione correlationis. Et vt in iudicijs circa ordinatoria seruetur æqualitas, vt est text. in l. fin. C. de fruct. & litium expens. & in l. sacris. vlti. & ibi Bart. in fin. C. de proxim. sacr. scrin. libr. 12. & est gl. not. in §. at ex contrario, in verbo sine omni. instit. quib. alie. licet, vel non. secus in alijs priuilegijs, secundum Bar. & alios in d. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. per l. 3. in princip. ff. φ quisque iur. & d. l. 1. ff. de con-
4 stitu. prin. Ego etiam teneo contra decisionem Rapha. † quia priuilegia concessa marito regulariter non extenduntur ad vxorẽ, vt probatur in l. princeps. ff. de legib. & l. φ princ. & l. seq. ff. de leg. 2. declarando, tñ vt ibi probatur per Cyn. in l. more. ad fi. ff. de iurisd. om. iud. Item, quia videtur esse diuersa ratio, quo casu dispositum in vno ex correlatiuis non habet locum in alio, vt l. fin. C. de rescin. vend. secundum Bart. & alios in d. l. fin. vbi latè dixi. C. de indict. vidui. tol. regulariter tñ dispositum in marito habet locum in vxore rõne correlationis, vt l. fi. in verbo *æqua lance*. C. de repudijs. per quem text. not. ibi Bald. maritũ, & vxorem ad paria iudicari, & l. generaliter. in princip. C. de secund. nup. facit, φ signanter decidit Bald. in Auth. hoc locum. in fin. C. si mulier secundo nupserit, vbi tenet, quòd sicut quando maritus in testamento reliquit vxorem suam dñam, massariam, & vsufruct. consuetudo Bulgari interpretatur, φ existentibus liberis debeat solùm habere alimenta secundum gloss. & Doct. in d. Auth. hoc locum idem erit ècontra, si vxor faciat testamẽtum, & relinquat maritũ dñm, massarium, & vsufruct. bonorum suorum existentibus liberis, consuetudo Bulgari licèt sit stricti iuris, loquens in viro, habebit locum ècontra etiã in vxore. ad idem, quod egregiè consuluit Bald. in consil. 341. 3. volu. incip. concessus fuit saluusconductus. vbi tenuit, quòd si alicui fuit concessum priuilegium, seu saluusconductus veniendi ad talem ciuitatem cum tot equis, & totidem personis, arnesijs, & bonis, & ipse non venit, sed misit vxorem suam cum dictis personis, & rebus, quòd adhuc vendicat sibi locum dictus saluusconductus. ¶ Ego per ista aliàs consului in ciui. Parmæ in noua. q. in qua non reperitur decisio in terminis,
5 & se subscripserunt tunc alij Doct. huius ciuita. ¶† Statutum Parmæ disponit, quòd maritus in vlti. voluntate non possit titulo institutionis, nec legati, nec alio quouis titulo, nec directè, nec per indirectum relinquere vxori suæ vltra centum libras Parmenses, & si quid vltra relinquat, sit ipso iure nullum. Dubitatum fuit quid ècontra. Nam quædam mulier instituit maritum suum hæredem vniuersalem, proximiores illius vxoris petebant eam hæreditatem, & dicebant, quòd etiam vxor non poterat in testamento relinquere marito vltra centum libras Parmenses, fuit noua quæstio, an illud statutum prohibitorium loquens in marito habeat locum ècontra in vxore. videbatur, quod non, quia casus omissus in statuto relinquitur dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de condictio. ob caus. & l. si cum dotem. in principio. ff. soluto matrimon. & capitul. susceptum. in princip. de rescrip. in sexto. Item ex quo statutum non dixit de vxore, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. prætor ait. versic. *non dixit prætor*. ff. de acquirenda hæredita. Bald. in l. omnes populi. ad fin. ff. de iustit. & iur. & in l.
6 illam. in prima columna. C. de colla. † Statuta enim tantum disponunt, quantum loquuntur, & non plus, secundum Bald. in l. testamentum non ideo. in fi. C. de test. & in l. si furiosi per illum text. in verbo non loquitur. C. de nup. & in l. cùm ancillis. in vlt. col. C. de incest. nup. vbi not. per gl. ibi, φ statuta sunt seruanda, prout iacent, & illud, φ statutum non determinat, nec nos determinare debemus. ¶ Sed istis non obstan. contrarium consului per plura fundamenta, præcipuè, quia vir, & vxor sunt correlatiua, vnde statutum etiam correctorium loquens
1 si qui tamen. Tertia ibi, hi qui tibi fatebuntur. ¶†No. 1.ex text. ibi, petentib. ꝙ dilatio non debet dari nisi petentib. ad id.l.petēdæ.ibi, *& si petam dilationes*. C. de temp.in integ.rest.pe.& in l.2. C.vt intra cer.temp.& in l. ad peremptorium, ibi, *vt primò quis petat.* ff.de iud. facit reg.l.4. §.hoc autē iudicium.ff.de dam.inf. & in l.vnica.C. vt quæ desunt aduo. quia iudex non debet impartiri officium suum nisi petatur à parte, vt ibi. tamen iudex ex officio potest statuere terminum parti ad petēdum, si hoc viderit expedire, ne ob negligentiam partis labatur instantia, secundum Bar.in l.j.C.de dila.& in d.l.2.per illum text. vt intra cer.tempus.cum concor.traditis per d.Alex. ¶Secundò no. ex

2 2.parte ibi, si qui tamen per contumaciam.† ꝙ contumacibus, & petentib.dilationem calumniosè, non est danda, quia contra contumacem omnia iura clamant. l. de ætate. §. qui tacuit. ff.de interro.act. videbimus in l.contumacia.§.eo. Item calumnijs, & malitijs hominum est obuiandum. l. in fundo. ff.de rei ven.& c.plerunque.de rescri.& c.quanto.de diuor. & c.significante.qui mat.accu.poss.& c.ex parte.3.ad fi.de priui.& c. auaritiæ.& c.vt circa.in prin.de ele.in 6. ¶Tertiò no.ex tex.ibi, aut

3 tempus ad soluendum detur, ꝙ sufficeret, & c. † ꝙ de iure isto tempus, ꝙ dabatur condemnatis ad soluendum, non erat in specie bene limitatum, sed dabatur pro facultate cuiusque, vt dicit litera, & sic arbitrio iudicis, & sic tale tempus per hæc iura non reperiebatur bene declaratum, tamen cùm hodie sit taxatum tempus quatuor mensium per l. 2. C. de vsu. rei iud. ei stabimus, ꝙ omni iure intelligitur fuisse tempus quatuor mensium, licèt tex.in l.fi.C.de vsu.rei iu.videatur dicere, quòd olim istud tempus erat duorum mensium, sed loquitur secundum quandam iuris prudentiam, quæ erat ante iura florum, vt hic per d.Alex. ¶Quartò diligen.not.circa fin.text.ibi, si intra duos

4 menses non soluerint. † quòd postquam est elapsum tempus quadrimestre, quod datur iudicatis ad soluendum, si posteà capiantur pignora pro executione sententiæ, debet adhuc expectare debitor per duos menses, antequam illa pignora vendantur, & istud tempus duorum mensium nō reperitur hodiè immutatum secundum. Bar.& alios hic, & Bart.in l. à diuo Pio.§. in ven.in fi.§.e.& in l.fi.ad fi.C.de exe.rei iu. & sic istud tempus bimestre, quo supersedere debet à venditione pignorū captorum in causam iudicati, est taxatum solùm ad venditionem pignorum, non autem est datum condemnatis ad soluēdum, quāuis contrarium, & malè teneat glo.in l.2.C.de vsu. rei iu.& in l.si debitori.ff. de iud.Cy.in l.1.in ver.2.C. de dil. & sic habes colligere duo. Primò, quod elapso tēpore quadrimestri, quod indulgetur iudicatis ad soluendum, tunc ex primo decreto capiuntur pignora in executione iudicati, vt l. à diuo Pio. quasi per totam.l.§.eo. & deinde ipso condemnato perseuerante in contumacia, non soluendo per duos menses, deuenitur ad secundum decretum, & pignora vendūtur, & sic hoc casu inter primum, & secundum decretum est bimestre tempus mediū. Secundò habes declarationem ad.l. à diuo Pio, quasi per totā legem, ꝙ postquam transiuit tempus quadrimestre, quod indulgetur condemnatis ad soluen.debent capi pignora, & postquam fuerint capta, debet supersederi per alios duos menses, quib.elapsis possunt pignora vendi, & satisfieri iudicio, & si cōtra fieret, retractaretur executio tanquam perperam, & indebitè facta per istam legē. & vide per Bar.in l.fi.C. de exec.rei iud. & sic in effectu habet debitor sex menses. ¶Limita istum text. procedere in pignore iudiciali, quod capitur in causam iudicati post tempus quadrimestre concessum iudicatis ad soluendum, & post alios duos menses potest tale pignus vendi. Casus est hic. In pignore verò prætorio, quod capitur propter cōtumaciam rei non comparentis, fuerunt nouem opiniones, quas refert Spe.in tit.de primo, & secundo decreto.in §.iuxta.

* *communis opi.* est, quod relinquatur iudicantis arbitrio, quando tale pignus prætorium possit vendi, cùm tempus non reperiatur à iure determinatum, per tex.in l.j.in fi.ff.de iu.delib. & ca. de causis.de offi.deleg.& c.fi.de trans. & hæc opinio approbatur per Scribentes in l.cùm proponas.C.de bo.auth.iu.pos.per Bar.& alios.in l.si finita.§. Iuli. ff.de dam.infec. ¶In pignore aūt

* conuentionali *est communis opi.* glo. & Docto. † quòd quando

5 aliud non conuenit inter partes, ꝙ creditor debeat expectare per biennium numerandum ex tempore moræ, antequam illud vendat, sed post biennium potest vendere, vt est tex.in l.fi. §.sancimus.C.de iu. do. impe.sed secundum Ange.ille text.lo-

6 quitur specialiter † in creditore, qui est fœnerator, vnde in alio non fœneratore remanent iura antiqua incorrecta, vt incontinenti post moram vendi possit, cùm debitor fuerit in mora constitutus, etiam per interpellationem extraiudicialem, vt l. si conuenerit.la 1.vbi plenè notatur. ff.de pig.act. tamen Imo. & d.Alex. defendentes communem opi. respondent, quòd in d.l.fi.fit mentio de fœneratore ratione frequentioris cōtingentiæ, quia communiter contingit non mutuari pecuniam gratis. Et sic tex.se retulit ad communem facti contingentiam, vnde per hoc illa lex restringi non debet. glo.in cle. 1.in ver. præsidentes.de rescr.& glo.melior de iure in l.1.in gl.1. C.de his, qui ad eccl.

ad eccle.confu.in l.vnica in ver.ſponſam. C.de rap. virg. & l.ſi mater.§.hoc iure.& ibi Bar.ff.exe.rei iu.¶In gloſſis nihil eſt addendum. Vltra Bar.extra glo.inquantum.s̃.ſuit concluſum in 3.not.& ſeq. quòd tempus, quod indulgetur condemnatis ad ſoluendum,eſt quatuor menſium per l.2. C.de vſu.rei iu. quia de hoc ſemper recurritur ad hanc.l. & eſt materia diſperſa, & malè tradita,intendo eam bene, & ordinatè attingere per reg.
7 ampliatam vno modo.& per 7.prin.fal.¶†Amplia iſtam regulam, vt procedat non ſolùm in condemnato per ſententiam diffinitiuam iudicis, ſed etiam in condemnato per ſententiam arbitri,cui ſimiliter competit quadrimeſtre tempus indultum à lege iudicatis.l.ſi cùm dies.§.fi.cum gl. in ver.modicum.s̃.de arbi.quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arbit.Ita ſimpliciter tenet.d.Alex.hic. Adde,quòd idē tenet Bart. in l.3.in 1.q.ff.de leg.1.Bal.in c.quærenti.in vlt.col. de offi.dele. Pau.de Caſt.in l.4.§.ſi quis condemnatus.ad fi.s̃.eo. Aret. in l. continuus.§.illud.in 6.col.ff.de verb.obl.quamuis contrarium teneat ſolus Raph.Cuma.in l.2.in 3.col.s̃.eo. vbi tenet, ꝙ tempus quadrimeſtre ſtatutum à lege iudicatis, non habet locum in condemnato per ſententiam arbitri. ad hoc ſubtiliter inducit tex.in l.Celſus.in prin.ff.de arb.qui vult,quòd elapſo tempore indulto per arbitrium,ſtatim commiſſa ſit pœna impurgabiliter. ſed ſi tempus quadrimeſtre conceſſum iudicatis haberet locum in ſententia arbitri, poſſet purgari mora ad euitandam pœnam, & expectaretur illud tempus, quod ſupereſſet tempori dato ab arbitro.l.4.§. ſi quis condemnatur.s̃.eo. ¶Li-
8 mita primò in condemnato ab arbitratore,† quia eius ſententia dicitur contractus tranſactionis,vt eſt glo.in § j. in Auth.vt differen.iudi. colla.9.ſed in contractib.vbi non eſt dies adiecta, non datur quadrimeſtre ad ſoluendum.l. eũ qui calen. §.quoties.ff.de verbo.obli.& l.quod dicimus.ff.de ſol.ita not. limitat Bar.in l.fi.in 2.col.in prin.C.de exec.rei iud.& ſimpliciter Alex.
9 hic. ¶Limita 2.not. † quando à ſententia non poteſt appellari propter excellentiam perſonæ eam proferentis, vt à ſententia Principis, vel Senatus, vel ſimilium. vt in l.j.in prin.& §.ſciendum.ff.à quib. app. non licet,vel vt eſt Peruſij à ſententia iudicis iuſtitiæ appellare non licet, talis ſententia poteſt mandari executioni.j̃.10.dies præſtita ſatiſdatione.tex.eſt no.in §.aliud, & ibi Ange. ad hoc not.in Authen. vt ſponſa. lar. colla. 9. vbi Ang.dicit,pro hoc facere.l.addictos. C.de app. & l.præſides. & in l.rectores prouinciarum.C.de poe.& ſequitur Lud.Rom.in
10 l.2.s̃.eo.& Alex.hic.¶†Tertiò limita iſtam regulam procedere in ſententijs diffinitiuis,ſecus in interlocutorijs,in quib. condēnatus non habet quadrimeſtre ſecundum Bar. in l. à diuo Pio. §.in vend.s̃.eo.quamuis contrarium,& malè teneat glo.quam ad hoc reputo ſingularē in l.ꝙ iuſſit.in gl. magna ante mediũ. s̃.eo.quæ vult, quod etiam condemnato per interlocutoriam detur quadrimeſtre.ibi dixi,& reprobaui,quia ex quo quilibet iuſſus faciens ad cauſam dicitur eſſe ſententia interlocutoria, vt dixi in rub.s̃.eo. certè multa quadrimeſtria poſſent interue-
11 nire,adeo ꝙ vix vnquam eſſet litium finis. ¶†Quartò no.limita,quando deſerta eſt appellatio, tunc ſtatim fit executio ſententiæ,nec datur quadrimeſtre tempus ad ſoluendum,vt videtur probare tex.in l.quoniam nonnulli.in ver.mox. & ibi Bald. ad hoc ſignanter no. C. de app.iſtam limitationem reprobat. d.Alex.hic quia d.l.quoniam nonnulli.loquitur in debitoribus fiſcalib.qui non gaudent dilatione quatuor menſiũ; ſed in alio debitore videtur, quòd habeat quadrimeſtre à die ſententiæ,à qua fuit appellatum,quia deſerta appellatione perinde eſt acſi nunquam appellaſſet.l.fi.§.illud.C.de temp.appel. ergo attendi debet,an deſerta appellatione aliquid ſuperſit de quadrimeſtri,prout etiam dicit fuiſſe de mente Saly.in l.2.C.de temp.appel.Tu autem cōtra d.Alex. alleg.gl.in d.l.2.in ver. executioni. quam Bald.no.& ſequitur,quæ dicit,quod in d.l.quoniam nōnulli.non eſt ſpeciale in fiſco, quia idem in quocunque alio. Adde,quòd iſtam limitationem etiam reprobat.d.Alex.in l.4. §.ſi quis condemnatur.s̃.eo.& in l.j.§.j.in pen.colum.ff.de verb. obli.eam etiam reprobat Are.in d.l.j.§ j.in 2. col.ad fi. & ſeq. & in l.continuus.§.illud.in 7.col.ff.de verb.obli. & in l. cùm res.§. ſed ſi Stichus.in 3.no.ff.de leg.1.vbi inter cætera per eum adducta alle.& bene Bar.in l.vnica.C.de ſuperexact.lib.10. vbi tenet
12 Bar.quod † dictio,protinus,vel ſtatim,ibi poſita in tex.non tollit tempus quadrimeſtre indultum iudica. Nam ibi dicitur, ꝙ cōdemnatus ex maleficio protinus, vel ſtatim debeat cogi ad ſoluendum,& tamen Bar. ibi tenet, quòd per hoc nō videtur eis negatum tempus quadrimeſtre,quod datur iudicatis, ergo ſimiliter in d.l.quoniam nonnulli.licèt tex.dicat mox, non per
13 hoc intelligitur tolli quadrimeſtre datum iudica.¶†Quintò limita in condemnato actione reali,qui non habet tempus quadrimeſtre,ſed ſolùm arbitrio iudicis,præſertim,quando res nō eſt præſens.§.1.inſti.de offi.iudi.ſecundum gl.Bar. & Doct.in l. fi.C.de execu.rei iu.& glo.in l.fideicom.in prin.in 2. glo.in fi.ff. de vſu.Bar.in l.continuus.§.illud.in pen. col.& ibi Inno. & alij. ff.de verb. ob.& glo.in l. ſi cùm exceptione.§. ꝙ ſi homo.& ibi Bar.qui eum legit ſub.§.quatenus.in 4.col.ff.quòd met. cau.& in d.locis etiam tangit Bar.quid in actione mixta, de quo vltimo etiã per Bald.in l.facultas quę aliàs incipit defenſionis.in 4.
14 oppo. C.de iure fiſci.lib.11. ¶†Sextò no.limita ad practicam, quòd ad hoc, vt condemnatus habeat quadrimeſtre tempus ad ſoluendum, requiritur, quod ſatiſdet de quantitate debita ſoluenda tempore ſtando,aliàs interim poſſit capi, & incarcerari ſi non cauerit, ita no. tenet Bart.in l.ſi debitori.ff. de iudi.in vlt.no.per illum tex.in ver. *competenti cautela*, & quia ſecũdum eum iſta dilatio,quæ datur iudicatis,datur miſerationis gratia. l ſi cùm militi.§.j. ff.de compenſa. ergo interim debet ſatiſdare.vt l.vniuerſa.C.de prec.impe.offe.eſſet enim iniquum,ſi pēdente illa dilatione quatuor mēſium debitor aufugeret, & res ſuas forſitan exportaret. Adde Bal.in l.fi.in 1.col.C. de execu. rei iud.vbi limitat,niſi condemnatus eſſet euidentiſſimè locuples.& ita etiam tenet,& limitat.d.Abb.in c.ꝙ ad conſultatio-
15 nem.in 7.col.extra eo. ¶†Septimò,& vlt.limita in ſentētia cri-
a minali, [a] & corporali, vbi cōdemnato nulla eſt danda dilatio, nec debet ab executione pœnæ ſuperſederi. l. cum reis. C. de pœn.& in l.ſi quis fortè.ff.eo gl.& Doct.in c.quærenti.de offic. dele.Spec.in tit.de dila.§.j.in ver.executione. ¶Superſedetur tamen in 7.caſibus notabilib.qui ſequuntur.¶Primò,propter aliquod accidens intrinſecum,donec illud durat,vt ſi mulier prægnans punienda eſt corporaliter,differtur executio pœnæ,donec pepererit.l.prægnãtis.ff.de pœn.& l. Imperator Adrianus. ff.de ſtatu hom.gl.in l.negat lex Regis.ff. de mor.infer. ¶Secundo,quãdo princeps per iracundiam duriorem protuliſſet ſententiam, vel per iram mandaſſet quem grauius corporaliter puniri, quàm ius diſponeret, tunc iudex debet ſuperſedere ab executione per triginta dies,vt eſt tex.ſolennis in l. ſi vendicari.C.de poen.& ille tex. eſt pingendus auro. ſecundum.d. Mar. Lau.in tract.de prin.in Rub.de conſiliarijs principum.in 7.c.& rationē,& cauſam quare illum tex. fecerit Theodoſius Imperator,ponit tex.in c.cum apud Theſſalonicam.11.q.3.¶Tertiò, quando ſeruus eſt damnatus ad mortem,qui debet reddere rationem domino,interim debet ſuperſederi ab executione pœnæ vitæ,donec rationem reddiderit.tex.eſt in l.j.C.de bon.proſcri.per quem tex.no.ibi Bar. ꝙ ſi procurator alicuius damnetur ad mortē, debet differri executio, donec domino rationē reddat.facit l.ſeruo legato.§.ſeruus, qui in negotio. ff.de leg.1. & per illam.l.j.decidit ibi ſignanter Ang. quòd volens differre mortem condemnati, vt eius gratiam à ſuperiore conſequatur,debet adhibere cautelam, vt proteſtetur iudici, quòd non exequatur illam ſententiam mortis,eo quia condemnatus eſt obligatus ſibi ad reddendam rationem alicuius apothecæ,vel mercantiæ,vel alterius debiti, niſi primò reddiderit rationem. & ſuper hoc debet petere terminum competentem ſibi aſsignari,tamen dicit Ange. quòd non credit, quòd ſeruaretur de conſuetudine,licèt de iure procedat per d.Bart. Vero.in caute. 2. ¶Quartò, quando damnatum ad mortem populus petit dimitti propter aliquam eius præſtantem virtutem,& magnam peritiam eius artis, vel ſcientiæ, propter quam eſt valde vtilis ciuitati, tunc iudex debet ſuperſedere ab executione,donec principem,vel ſuperiorem cōſultet.tex.eſt ſing.in l. ad beſtias. ff.de poe.quem pro ſingulari no.Lud. Rom.in ſing. 725.incip. Poteſtas huius loci.d.Bar. Vero.vbi limitat in cautela. 2. Quintò,quando damnatus ad mortem eſſet in aliqua magna dignitate conſtitutus,puta eſſet de decurionib.ciuitatis, tunc debet differri executio pœnæ,donec princeps conſulatur, & reſcribat.tex.eſt in l.pen.ff.de fica. ¶Sextò,quando condemnatus accuſaretur de grauiori delicto,ex quo veniret grauior pœna imponenda,puta pro crimine læſæ maieſt.tunc interim debet ſuperſede-

ADDITIO.

a [a] Sententia criminali. Adde,quòd ſentẽtia mandatur executioni ob criminis atrocitatem intra tempus decem dierum conceſſum ad appellandum, teſte Tiraq.de pœnis cauſa 49.nu.29.gl.& Doct.in l.addictos.C.de epiſ.audi.& in l.addictos.C.de appel. Abb. in c. iurgantium.de re iud. Bar.in l. qui vltimo. ff.de pœnis. vbi quòd de conſuetudine non expectantur decem dies, cuius doctrinam approbat Suarez.lib.com.opi.ver.ſententia in crim. Cla.§.fin.q. 96.in prin.pro qua vide quæ ſcribunt Foler.pract.cri.1.par.3.par.prin.num. 66.& 4.par.princi.ver.pœnis.nu.5.& 6.Blanc.pract. crimi.c. 13.num.111.& ſeq.text.in l.cùm reis.C.de pœnis.Parid.Put.de ſyndi.verſi. appellatio.ca.1. nu.11.& 14.Dec.in c.cùm non ſpeciali.§.porro. nu.5.de appella. Fely.in c. quærenti.nu.2.5. fall.& nu.4. de offi. deleg.Battend. inter crimin. Reg. 128. Capel.Toloſ.q.177.Boſ.ti.de appel.nu.27.& de execu. ſen.num.1.& 7.Vini, com.opi.lib.2.conclu.30. MASVER.

perſederi ab executione condemnationis, donec cognoſcatur, & ſententietur de iſto alio delicto grauiori. tex. eſt in l. j. §. fin. ff. nil no. app. pen per quem tex. ita tenet Bar. in l. 2. §. fin. ff. de cuſt. reo. Lud. Rom. in ſing. 549. incip. ſuſcipe vnam cautelam. ¶Septimo, & vlt. quando iudici poſt latam ſententiam corporalẽ conſtaret de innocentia condemnati, tunc debet differre executionẽ, & ſcribere Principi, vt eſt tex. in l. j. §. fi. ff. de quęſtionib. iſta vlti. limitatio procedit in ſententia criminali, in qua impo-
36 nitur pœna capitalis. † ſi aũt imponeretur pecuniaria, an damnato pro crimine pecuniariter competat quadrimeſtre tẽpus ad ſoluen. eſt dubium ſatis difficile, & malè explicatum, primò videtur, quòd ſic, per text. in l. ſi cùm exceptione. §. ſi homo. ff. quod met. cau. per quem tex. ita tenet Bar. in l. vnica. C. de ſuperexact. lib. 10. Idem ibi tenet Bal. qui dicit, quòd licet regulariter ei, qui ex maleficio ciuiliter, & ſic ad pecuniam tenetur, detur tempus quadrimeſtre ad ſoluendum per d. l. ſi cùm exceptione. §. quòd ſi homo. tamen fallit ſecundum eum in eo, qui tenetur ex delicto, quod commiſit in officio publico, per illum tex. Idem quòd quando pœna criminis eſt pecuniaria, ſuperſederi debeat ab executione vſque ad quatuor menſes, tenet no. Io. de Imo. in l. ſuus quoque. §. ſed & ſi filio. ff. de hæred. inſti. arg. l. abſentem. ff. de pœn. & ita dicit fuiſſe de mente Ang. in l. j. ff. de iniu. rup. ¶Contrariam opi. quod in criminalib. non habeat locum quadrimeſtris dilatio, & ſi pœna ſit pecuniaria, voluit gl. in l. ſi victum. & ibi Bart. ȷ̃. eo. & ibi expreſſius Rapha. Cuma. motus, quia iſta dilatio quadrimeſtris conceditur à lege miſerationis gratia. l. ſi cùm militi. ff. de compen. ſed delinquens non eſt dignus miſeratione. l. relegatorum. in fin. ff. de interdi. & relegatis. facit. l. ſed ſi ex parte. §. quanquam. ff. ꝙ cum eo. & l. ſi rerum. ȷ̃. eo. contrarium tenet Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de exec. rei iudi. vbi dicit ſe dare regulam, quòd condemnatis criminaliter regulariter non datur quadrimeſtre tempus, etiã ſi ſint condemnati pecuniariter, ita dicit notare Inn. in c. quærenti. de offi. delega. & quia cum iſtis non eſt agendum miſericorditer, ſed rigidè, & leuato velo, quia reatus omnem miſerationem excludit. l. j. C. vbi ſena. vel clar. idem tenet Bal. in addi. Spec. in tit. de ſententia, & re iud. in 9. colum. in ver. tertiò fide-
37 iuſſit, † vbi tenet, quòd ſi aliquis fideiuſſit in cauſa criminali, & ſoluit pro condemnato incontinenti, quia in criminali non datur tempus quadrimeſtre, ſed in ciuili, ſi poſteà fideiuſſor exigat reum, nam inter eos ciuilis obligatio verſatur, & non criminalis, ſtatim cogetur debitori ſoluere, & non habebit quadrimeſtre, ſicut nec habuit fideiuſſor. argu. l. cùm eorum. C. de ſen. & l. cùm vendente. & ibi per Iac. But. C. vbi cauſæ fiſca. Et ſic vult Bal. ꝙ in ſententia lata in cauſa criminali etiam quando pœna eſt pecuniaria, non habet locum dilatio quadrime-
38 ſtris, & iſta videtur *magis communis opi.* idem tenet Bald. in d. l. ſeruus quoque. § ſed ſi filio. ff. de hæredi. inſtitu. vbi tenet, quòd iſtud tempus ſit arbitrarium cùm non reperiatur determinatum à iure, argumento. l. j. in fi. ff. de iure delibe. & iſtud vltimũ ſequitur d. Alex. hic.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione cognitionis continetur ſententia.*
2 *Licèt à ſententia nulla non ſit appell. tamen quando tenet, licèt ſit iniuſta vel iniqua, eſt appellandum.*
3 *Epiſcopi, Duces, Marchiones, & Comites æquiparantur prætorib. quorum diffinitiua non habet vim legis.*
4 *Diffinitiua Principis habet vim legis.*
5 *Sententia lata contra legem eſt ipſo iure nulla, quando eſt incluſa in corpore iuris, ſecus ſi ſit extrauagans.*
6 *Extrauagantes, & reformationes ſunt producendæ in iudicio, quia iudex poteſt eas ignorare, quando non ſunt inſertæ in volumine ſtatutorum.*
7 *Sententia redditur nulla, ſi continet expreſſum errorem iuris.*
8 *Statuta dicuntur, quæ fiunt à populo, reformationes verò quæ à Decurionibus vel Ancianis populi, & non ſunt inſertæ in volumine ſtatutorum.*
9 *Reformationes non derogant ſtatutis, niſi Decuriones hoc habeant à populo.*
10 *Si iudex non putat ſe iudicare contra ius, quia credebat, quòd lex allegata non faceret ad rem, vel ſi credebat, tulit ſententiam non expreſſo errore iuris, ſed tacito, valet & tenet ſententia.*
11 *Sententia non eſt nulla, licèt ex mente, & per interpretationem habeat in ſe iuris errorem.*
12 *Sententia lata contra expreſſum tenorem legis dubiæ habentis varios intellectus, non redditur nulla ipſo iure.*
13 *Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur.*
14 *Statutum ambiguum non meretur allegari, & ſententia lata contra ipſum eſt nulla.*
15 *Ignorantia iuris obſcuri excuſat.*
16 *Qui facit contra legem diuini præcepti, in cuius intellectu ſunt variæ opiniones vel intellectus, non peccat.*
17 *An iudex teneatur in ſyndicatu qui malè iudicauit eligendo opi. quam multi tenuerunt, licèt non ſit bona.*
18 *Iudex, qui iudicauit contra opi. approbatam communiter, tenetur in ſyndicatu, quando alia opi. non erat communiter approbata, ſecus tamen ſi neutra eſſet communis, quia tunc non tenebitur.*

LEX XXXII.

CVm prolatis. Sententia lata contra ius litigatoris, vel contra ius conſtitutionis extrauagantis non clauſæ in corpore iuris, vel etiam contra legem, cuius intellectus eſt dubius, non eſt ipſo iure nulla, ideo neceſſaria eſt appellatio. h. d. *ſecundum communem intellectum glo. & Doct.* ¶Not. 1. ex iſto tex. in verbo cognitionib. ſecundum primum, & ſecun-
1 dum intellectum glo. † quod appellatione cognitionis continetur ſententia, & ſic facit iſte tex. contra illud, quod tenet Bar. in l. à diuo Pio. in prin. in 4. col. ȷ̃. eo. ꝙ illi, cui committitur cognitio cauſę, non videtur commiſſa ſententia, quia aliud eſt cognitio, aliud diffinitio. imò ſecundum eum committens vnũ, aliud videtur prohibere ſecundum glo. in l. qui procuratorem dat. ff. de procu. hic videtur eſſe tex. in oppoſitum, vbi cognitio ponitur pro ſententia, ergo cui committitur cognitio, debet intelligi commiſſa cauſa, & diffinitio. d. Pet. de Bexu. defendendo Bar. ita reſpondet, ꝙ loquitur, quando commiſſio cognitionis fit per reſcriptum Principis, cùm reſcripta principis ſint ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda. c. cùm dilecta. de reſcr. & aliud eſt cognitio, aliud deciſio. per ea quæ habentur. in Auth. ad hæc. C. de iud. Tu reſponde plenius, quòd Bar. ibi loquitur, quando fit commiſſio cauſæ non ſimpliciter, ſed ſic, quòd talis cognoſcat de tali cauſa inter tales verten. tunc verum eſt, quòd intelligitur commiſſa ſola cognitio, ſed non deciſio, vt ibi dixi. hic autem verbum cognitionib. profertur à lege ſimpliciter, & in materia, in qua ſi intelligeretur de ſola cognitione, nihil importaret. Vnde intelligitur de cognitionib. effectualib. & ſic de ſententijs, vt quia per alios iudices erat cognitum de ſimilib. cau-
2 ſis, & ſententiatum. ¶†Secundò no. quòd licèt à ſententia nulla non ſit appellandum, quamuis poſſet appellari, per ea quæ habentur in l. ſi expreſſum. ff. de app. Tamen quando ſententia tenet, licet ſit iniqua, vel iniuſta, eſt appellandum, aliàs tranſit in rem iudicatam, vt hic dicitur in tex. ¶Glo. prima intelligit tex. quòd iſtæ cognitiones prolatæ erant ſententiæ diffinitiuæ latæ ab alijs iudicib. inferiorib. à principe, ſecundum quas non tenetur iudex iudicare, quia non exemplis, ſed legib. eſt iudicandũ. l. nemo. C. de ſen. etiam ſi eſſet ſententia diffinitiua prætoris, vt eſt glo. in l. j. in prin. in verbo derogare oportet. ff. de ferijs. Per quam ſignanter inferunt Ang. Fulg. & d. Alex. ibi idem eſſe in ſententia alterius inferioris à principe, quantumcunque aliàs
3 habentis poteſtatem legis condendæ, † puta Comitis, Ducis, Marchionis, vel Epiſcopi, qui æquiparantur prætorib. vt eorũ ſententia diffinitiua non habeat vim legis. & ideo ſententia iudicis lata contra eorum ſententiam diffinitiuam, non eſſet ipſo iure nulla, quod bene teneas cordi ad extenſionem huius l. quamuis in hoc vltimo teneat contrarium idem Ang. in l. itẽ veniunt. §. cæterum. ff. de peti. hær. Idem in ſententijs interlocutorijs principis, quæ non habent vim legis, nec debent in alijs cauſis ſeruari. l. 3. C. de legib. glo. & Bar. in l. 1. ff. de conſtit. prin. Canoniſtæ plenè in c in cauſis. extra eo. ſed ſecundum ſententias diffinitiuas principis bene eſt per alios iudices iudicandũ,
4 † quia ſententia diffinitiua principis habet vim legis, & ſeruari debet inter omnes perſonas, vt eſt tex. in l. fi. C. de leg. ſicut etiã contractus celebrati per principẽ habent vim legis, & poſſunt allegari in alijs cauſis, ſicut lex. l. pen. in verbo *imperialib. contractibus vicem legis obtinentib.* & ibi Barto. & alij ad hoc notant. C. de dona. inter vir. & vxo. Barto. & alij in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. cum alijs concordantijs quas ibi dedi. ſed caue, quia glo. ſequens intellexit in ſecundo intellectu iſtam legem habere locum etiã quando ſententia eſſet lata contra ſentẽtiam diffinitiuam principis, vel Imperatoris, ꝙ valeat, & teneat, & ſic videtur in hoc ſibi contraria, ibi ſtatim dicetur. ¶Capio glo. ſecundam in verbo, prolatis, quam diuide in duas partes prin. In prima declarat text. in verbo prolatis. In ſecunda circa ſequens verbum, ſcilicet cognitionib. glo. ponit duas expoſitiones, & tertiam ſolutionem, & ſic videtur trib. modis reſpondere ad oppoſitionẽ, quæ fieri poſſet, quòd ſententia lata contra ius ſit ipſo iure nulla, & non ſit opus appellatione. l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. & l. 1. §. Item cum cõtra ſacras. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. Tamen re vera ſunt quatuor ſolutiones. Et ita ſubdiuide illam ſecun-

secũdam, quæ est ibi, & dic cognitionib. in quatuor particulas, prout quatuor ponuntur solutiones. Secũda ibi, vel dic cognitionib. Tertia ibi, & idem si quælibet alia lex. Quarta, & vltima est ibi, quidam dicunt, licet gl. videatur facere secundam, & tertiam solutionem pro vna. ¶ In eadem gl. cognitionib. idest sententijs aliorum iudicum. Iste primus intellectus est bonus, & verus in se, vt in glo. præcedenti, sed non congruit ad istum tex. qui esset de indubitabili, secundum istum intellectum. ¶ In eadem glo. ibi, idest sententijs domini Imperatoris, quæ sunt lex. habes secundum intellectum, quod hic fuerunt prolatæ cognitiones Imperatoris, vel Principis, qui sic iudicauit. & eius sententia diffinitiua est lex, tamen iudex non adhibuit fidẽ, sed iudicauit contrarium, tamen valet sententia iudicis cõtra sententiam diffinitiuam Principis, sed contrarium de directo te-
5 net gl. præd. sed Bar. saluat glo. hoc modo, quòd † sententia lata contra legem est ipso iure nulla, procedit, quando illa lex est in corpore iuris inclusa, secus si esset lex extrauagans non inserta in corpore iuris. eodem modo si esset reformatio non registrata in volumine statutorum, sententia in contrarium lata non esset ipso iure nulla. ita in volu. statutorum sententia Principis diffinitiua quamuis dicatur esse lex d. l. fin. C. de legib. tamen quando non est registrata, nec inclusa in volumine statutorum, aut decretorum Principis, dicitur esse lex extrauagans. Ideo sententia iudicis in contrarium lata non est ipso iure nulla, vt hoc text. secundum istum secundum intellectum glo. sic singulariter declaratum, secundum quem singulariter limitatur, & declaratur. d. l. fi. C. de legib. & cum Bart. tenent omnes. ¶ Not. bene istam conclusionem Bar. & Doct. quòd sententia lata contra legem extrauagan. idest non insertam in corpore iuris, vel contra reformationem non registratam in volumine statutorum, vel contra sententiam Principis non insertam in libro decretorum ipsius Principis, non est ipso iure nulla. Adde Bart. & Bald. in l. 2. C. qñ prouo. non est neces. & Bal. in disp. sua, quæ incipit statuto cauetur, quod fœnerator. in 3. col. & in procœ. Decre. in 13. col. in fin. Io. And. in addi. Spec. in tit. de sen. prola. § iusta. in addi. quæ incipit est sciendum. do. Anto. de But. & alij in c. past. de fid. instr. & ibi d. Abb. latè disputat de veritate, & videtur tandem tenere cum communi. d. Ant. de Bu. in c. 1. & ibi d. Abb. in 5. col. extra eo. Gemi. in procœ. 6. §. 1. in 3. no. per illum tex. d. Alex. in consi. 81. 2. vol. quod incip. ponderatis his de quibus in themate fit mentio, & his, quæ copiosè scripta sunt. Adde, quòd ratio huius *communis conclusionis est*, quia ex quo extrauagans non est in corpore iuris inclusa, item quia reformatio non est in volumine statutorum registrata, potes de ea probabiliter dubitare, ideo sententia in contrarium lata
6 non est ipso iure nulla. † hinc est, quod extrauagantes, & reformationes non insertæ in volumine statutorum debent in iudicio produci, quia iudex potest eas probabiliter ignorare, sicut dicimus in consuetudine, quæ debet iudici probari. secũdum Bar. in l. omnes populi. in vlt. col. ff. de iusti. & iu. & in l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. Bald. in l. leges sacratissimæ. C. de leg. & in Auth. omnes peregrini. C. com. de suc. d. Abb. in c. pasto. per illum tex. de fid. instr. Ant. Imo. Pau. de Cast. & d. Alex. in l. vnica. in 1. no. C. vt quæ des. aduo. Vnde extrauagans redacta in volumine statutorum non dicitur amplius extrauagans, ex quo est incorporata, secundum Bal. in Auth. habita. in fi. per illum tex. in ver. hanc autem. C. ne fil. pro pat. hinc ex ista ratione infertur, quòd si talis extrauagans esset notoria in loco, vel de ea esset facta fides in iudicio, quia tunc cessat ratio incertitudinis, & ignorantiæ. c. 1. de postu. præla. & c. fi. de coh. cle. & mul. sententia in contrarium lata non valeret secundum do. Anto. de But. & Imo. in procœ. Decre. in § sanè. & d. Ant. in c. past. de fid. instr. d. Abb. in d. c. 1. in 5. col. extrà eo. Bal. in d. l. leges sacratissimæ in 2. q. Pau. de Cast. & d. Alex. hic. Item ex dictis Bar. habes
7 notare, † quòd sententia ita redditur nulla, si contineat expressum errorem iuris communis, & hoc tenet etiam Bal. in d. l. 2. C. qñ prouo. non est neces. d. Abb. in d. cap. j. extra eo. & d. Alex. in consi. 82. 3. vol. quod incipit viso processu causæ vertentis inter vniuersitatem. in 2. col. Ex prędictis etiam habes differentiã
8 inter reformationes, & statuta. † Nam statuta dicuntur, quæ fiunt à populo, reformationes verò dicuntur, quę fiunt à Decurionib. vel Ancianis populi, & non sunt insertæ in volumine statutorum secundum Bar. in l. omnes populi. in vlti. col. ff. de iusti. & iu. Bal. in l. 2. in vlt. col. C. de prob. & plenius Bald. in c. in causis. extra. eo. vbi dicit, quòd de esse statutorũ requirit situatio in volumine statutorum, aliàs non esset statutum, sed quædam reformatio extrauagans, ad cuius obseruantiam non tenetur rector ciuitatis, qui iurauit seruare statuta per istum tex. Item secundum eum statuta fiunt causa perpetuæ iurisdictionis, & fiunt à populo, vel à maiori consilio repræsentante po-
9 pulum, & rediguntur in volu. statutorum, † reformationes verò fiunt prout res incidit, per Decuriones, vel Ancianos, & non derogant statutis, nisi Decuriones de hoc habeant arbitrium à populo, vt ibi per eum. Item maioris efficacię est statutum positum in volumine statutorum, quàm quædam reformatio extrauagans, secundum Ang. in l. omnes. C. de pe. bon. subl. lib. 10. ¶ In eadem glo. ibi, & idem si quælibet alia lex. habes tertiũ
10 intellectum, quod † si iudex non putabat se iudicare contra ius, quia credebat, quòd lex allegata non faceret ad rem, vel etiam si credebat ad ipsam facere, tulit sententiam nõ expresso errore iuris, sed tacito, valet, & tenet sententia, & illud est verissimum, vt in iurib. alleg. in glo. & vidimus in l. præses. §. eo. & aduerte diligenter, quòd ad hoc vt ex expressione erroris iuris sententia reddatur ipso iure nulla, requiritur, quod error sit taliter expressus in sententia, quòd oculo corporeo legi possit ẽt in ipsa sententia, & non sufficit, quod ex mente comprehendatur, seu quòd sententiã ex mente reducatur ad extraneum intellectum. ita sin. tenet Inn. & est famosum dictum in c. P. &
* G. de offic. deleg. *quem omnes ibi sequuntur*, præsertim d. Abb. in 2. col. ad fin. d. Ant. de But. in c. ab excommunicato. de rescr. & simpliciter tenet d. Alex. hic, & plus nõ dicit. ¶ Adde, quòd idem tenet, & valde not. Bal. in cap. quòd translationem. de offi. leg. d. Ant. & Imo. in c. 1. & ibi d. Abb. in 5. col. extra eo. d. Ant. de But. in c. sicut. prope fi. eo. tit. & in c. cum contingat. in in 1. col. de rescr. & in c. 2. de test. cog. & in cons. 2. quod incipit visis limitationib. in 2. col. d. Abb. in c. cum speciali. in prin. in 2. col. de app. & in d. c. ab excommunicato. in 3. col. de rescrip. d. Ale. in l. qui Romæ. § duo fratres. ff. de verb. obl. in duob. locis in 36. col. ad fi. & in 47. col. in prin. & in cons. 79. secundi vol. quod incip. perspectis verbis sententiæ. circa fin. & dicit Ioan. And. in cap. pen. ad fin. de offi. deleg. quem sequitur do. Abb. in
11 procœ. Decre. in 5. colum. † quòd sententia non est nulla, licèt ex mente, & per interpretationem habeat in se iuris errorem. Pro isto famoso dicto Inn. videtur bene facere tex. in c. solet. in prin. de sen. excom. in 6. ibi, *intolerabilem errorem fuisse in sententia patenter expressum*. & ibi Gem. ad hoc no. illum tex. & est similis tex. per eadem verba in c. venerabilibus. §. pen. & ibi Gemin. ad hoc no. eo. tit. & lib. & similis tex. in c. per tuas. circa me. eo. titu. de sen. excom. in antiquis. Tamẽ ad ista tria iura posset dici secundum Are. in l. si is ad quem. in 9. colum. in fin. ff. de acqui. hære. quod loquuntur in sententia excommunica. quæ difficilius redditur nulla, quàm aliæ, ideo illa expresio intolerabilis erroris in ea patenter requiritur, vt dicunt iura pręalleg. per ista puto non esse verum illud, quod no. do. Abb. in ca. ex parte. in 2. notabili per illum tex. de capel. mona. vbi no. quòd sententia dicitur lata contra ius, non solùm quando est lata contra verba expressa iuris, sed etiam contra mentem, & malè, licèt postea d. Abb. videatur se remittere ad Inn. in d. c. P. & G. Quartum intellectum recitat glo. quem reprobat, & bene, quia est contra. d. l. secundam. C. quando prouo. non est neces. & quia esset error crassus, & supinus, qui non toleratur. l. nec supina. ff. de iur. & fac. ignor. Quintum intellectum extra glo. tradit Bar.
12 secundum Iac. de Are. † quando sententia esset lata contra expressum tenorem legis dubię habentis varios intellectus, nam non redditur ipso iure nulla, ideo opus esset appellare, aliàs trãsiret in rem iudicatam. & secundum istum intellectum iste casus redditur singularis, & non est alibi in iure secundum Imo. & do. Alex. hic. ¶ Adde, quod istum intellectum etiam approbãt Cyn. Bar. & Bal. in l. 2. C. quãdo prouo. non est neces. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. oppo. ff. de verb. obli. cum alijs concor. traditis per do. Alex. & pondera Bart. sentire, quòd iste quintus intellectus procedat etiam si appareret cõmunis opi. ex quo adest varietas aliarum opinionum, dum exemplificat Bar. per l. dos à patre. C. sol. mat. & in Auth. ex causa. C. de libe.
* prętę. nam ibi constat, *& communis opi.* est in l. dos à patre, quòd dos redire debeat ad patrem, vt declarat Bart. in l. post dotem. ff. solu. mat. & istud expresè tenent Imo. Pau. de Cast. & dom. Alexan. in d. §. duo fratres. per illum text. vbi reprobant Ange. ibi in hoc vlti. tenentem contrarium, vt hic latius d. Alexan. ad quem te remitto Secundò vltra Scribentes pro isto quinto in-
13 tellectu videtur facere dictum Boetij, † *quòd illud, quòd multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur*. refert Bald. in l. precib. in 7. col. C. de impub. & alijs subst. & in l. data opera. in 11. colu. C. qui accusa. non pos. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. circa prin. ff. de offi. procon. & leg. facit tex. in l. in ambiguo. & quę
14 ibi not. Bart. de reb. dub. † Item facit, quòd quando statutum est ambiguum, non meretur allegari, nec est sententia nulla
15 contra ipsum lata, secundum Bald. in c. fin. de constitu. † Item ignorantia iuris obscuri excusat, licet regulariter non, secundũ d. Car. in clem. 1. in 25. q. de reb. eccle. non alie. & in clem. fi. in 4. quæstio. de reg. & in cle. 1. §. sanè. in 3. opp. de vsur. † Item, qui facit contra legem diuini pręcepti, in cuius intellectu sunt variæ opinio-

riæ opiniones,vel intellectus non peccat,licet poſteà appareat
cōtrariam opinionem fuiſſe veram. Ita ſingulariter colligitur
ex tex.& glo.in c. capellanus. in verbo alij. de ferijs, & ibi Ioan.
And.do.Ant.de But.& d.Abb.ad hoc not.d. Alex.in conſi. 1.ſe-
cundi volum.quod incip.circa primum dubium primo argui
tur.in 5.colum.Item vbi ſunt diuerſæ ſententiæ magiſtrorum,
neutra ſententia ſapit hæreſim ſecundum Inn.in cap.ne innita
ris.de conſti.quem refert,& ſequitur Ange.in conſi. 100. quod
27 incip.ſanctiſſima,& illuſtriſſima Regina. in 9.colum. ¶†Vlti-
mò quærit Bar. an iudex teneatur in ſyndicatu , qui malè iudi-
cauit eligendo opi.quam multi Doctores tenuerunt,licèt non
ſit bona,& tenet,quod ſic,ſed quod mitius punietur per glo.in
ſtitu. de obli. quæ ex quaſi delicto. in prin. in verbo videbitur.
Adde Bald.in l.mancipia.circa prin. C.de ſer.fug. vbi ſubdit,ꝙ
tunc fortè non tenebitur niſi ad purum damnum partis, & nō
ad aliud intereſſe.& ita declarat Bart.hic, dum dicit,quòd mi-
28 tius punietur. Limitat Ang.eſſe verū, quando † contraria opi.
erat communiter approbata,& ſic iudicauit contra commu-
nem opi.ſecus ſi neutra eſſet communiter approbata,tunc nō
punitur in aliquo iudex , qui in alteram ſententiam inclinauit,
a ſed excuſatur [a] à toto.allegat Inn.in d.c.ne innitaris.Iſtam limi
tationem Ang.refert,& ſequitur.d.Abb.in ca.1.in 4. col.extra
eo.declarando,vt ibi per eum.idem tenet Bar.in l.fin.C.de pœ.
iud. qui male iud. ¶Alio modo limitat Bald. in l.obſeruare.§.
proficiſci.in 30.q.ff.de offi.procon. & leg. Vbi quærit,an iudex
excuſetur in ſyndicatu de imperitia propter diuerſitatem opi-
nionum,& tenet,ꝙ leuis,& incolorata opinio nō excuſat, ſed
benè grauis,& ponderoſa.

ADDITIO.

a [a] Excuſatur. Et quod ſententia lata cōtra com.opi.mero iure valeat propter conflictum opi.communem dicit Iaſ.in hac.l.quem ſequitur Rip. in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.oppo.Bar.de verb.obli. cui adde,quòd opi. & factum Doct.excell.multum valet.teſte Card.in cle.ne Romani.de elect. Floria.in l.regula.ff.de iur. & fac.ig nor.& not.Gui.Pap.q.200.& 277.vbi qđ releuat ab expen.à quib.etiam opin. diuerſitas excuſat, vt ſcribit Afflict.Deci.37.num.7.§.oportet.in Auth.iudices,vt null. Matheſ.ſingu. 81. idem etiam ſi peritorum conſilio quis crediderit,excuſatur , vt per Alex. conſi.76. nu.11.lib.7. Quid de eo,qui ſequitur præceptoris ſententiam.& vide eundem Iaſ.in l.generaliter.circa fi.ff.de in ius voc.Old in l.quæſitum.§.1.ff.de fun.inſtru.cuius rei exemplum habes per I.C.in l.ſi ædib.meis.ff.de dam.infe.& fac.illud,an aduocatus teneatur de imperitia , de quo dic, vt per Io. Fab. in §.cùm ergo.inſtit.quibus ex cauſ.manumitt. & quomodo ille excuſetur, per eundem Iaſ. in l.quod te.poſt num.55.ff.ſi cer.peta.& quando ſunt variæ opin.adeo quod non conſtat,quæ opin.ſit communis,& approbata, dic, quòd tunc iudex iudicando ſecundum vnam ex eis excuſatur,& nō facit litem ſuam, ex no.per Alex.conſi.66.col.2.in fi.lib.5. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata prætextu falſorum teſtium mero iure valet,& tenet.*
2 *Teſtes non ſunt de ſubſtantia ſententiæ ſicut nec aliæ probationes.*
3 *Decretum iudicis interpoſitum ex falſa cauſa eſt ipſo iure nullum.*
4 *Sententia lata dolo aduerſarij per falſos teſtes , vel allegationes contra abſentem,eſt nulla ipſo iure.*
5 *Sententia lata per falſos teſtes contra minorem eſt nulla ipſo iure.*
6 *Sententia lata per falſos teſtes contra Eccleſiam eſt nulla ipſo iure .*
7 *Licèt ſententia lata prætextu falſorum teſtium ſit valida,tamen datur contra eam reſtitutio in integrum.*
8 *Remedium reſtitutionis in integrum eſt ſubſidiarium, ideo non debet cōpetere,vbi aliud ordinarium competit.*
9 *Remedium ſubſidiarium non excluditur per ordinarium minus plenum.*
10 *Si iudex tulit ſententiam pronunciando vulnus mortale ex dicto alicuius medici imperiti,vel alicuius obſtetricis,ſi poſteà iudicio peritorum appareat contrarium,poteſt reuocare ſententiam.*
11 *Sententia reſcinditur per reſti.in integ. prætextu falſitatis , quando de falſitate ante ſententiam fuit oppoſitum,& cognitum.*
12 *An ſufficiat probare ſententiam latam per falſos teſtes,ſi nō probetur ab aduerſario pecunia corruptos.*
13 *Sententia lata à iudice corrupto eſt ipſo iure nulla.*
14 *An ſententia ſit nulla,quando quis corrumpit procur. vel aduocatum aduerſæ partis.*
15 *Corrumpens per pecuniam teſtes an per hoc perdat cauſam.*
16 *Falſificans actus cauſæ debet perdere cauſam.*
17 *Contra producentem falſos teſtes pecunia corruptos poteſt intentari duplex iudicium.*
18 *An ſufficiat probare ſolam falſitatem teſtium abſque eo , quòd probetur corruptela partis,ad hoc , vt competat reſtitutio aduerſus ſententiam.*
19 *Vbi duo,vel plura ſunt coniunctim probanda,deficiens in proba. vnius deficit in toto.*
20 *Vbi vnum ponitur per modum qualitatis ad aliud,eſt vtrunque probandum .*
21 *Excipiens contra teſtes,qui falſum dixerunt corrupti, videtur ſe aſtringere ad vtrumque probandum,niſi adiecta eſſet clauſula ſolita apponi per procu.& aduoc. videlicet, quod etiam opponit omnes alias exceptiones ſibi competentes.*
22 *Quando actor deducit falſitatem teſtium , & corruptionem in diuerſa oratione ſiue copulatiuè ſiue repetitiuè , vel etiam in eadem oratione, & vnum non qualificat aliud,non intelligitur connexè deducere , & alterum probare ſufficit.*
23 *In copulatiuis requiritur vtriuſque probatio.*
24 *De natura copulæ &,eſt inducere plenam repetitionem qualitatis poſitæ in præcedenti oratione.*
25 *Hæc clauſula,non aſtringentes ſe &c.quid operetur.*
26 *Reus opponens multa licèt non probet,non ſuccumbit actore non probāte intentionem ſuam.*
27 *Teſtes eo ipſo,ꝙ recipiunt pecuniam vt dicant teſtimonium etiam verū, committunt falſum.*
28 *Si teſtes corrupti ſint precibus,an propter hoc retractabitur ſententia.*
29 *Quæ actio detur contra falſos teſtes.*
30 *An exceptio & replicatio falſi competat perpetuò.*
31 *Si actor opponit ſententiam latam per falſos teſtes corruptos, cenſetur ſe aſtringere ad vtrunque probandum.*

LEX XXXIII.

Diuus Adrianus. Sententia lata prætextu falſo-
rum teſtium valet mero iure, ſed contra eam datur
reſtitutio in integrum, & delictum falſorum teſtiū,
& corrumpentis criminaliter punitur.h.d. & eſt vltra materiā
1 ſolennis lex in tex.ad multa,& ſtatim in notabilib.dicet.¶†No.
1. ex iſto text. quòd ſententia lata prætextu teſtium falſorum
mero iure valet,& tenet.¶Ratio eſt , quia habet ſua ſubſtātia-
lia iuxta.l.prolatam.cum glo.C.de ſententijs, & non eſt lata cō
tra leges,vel conſtitutiones, ſed ſecundum ius litigatoris, ergo
valet ipſo iure. vt l.j.§. item cùm contra ſacras. ff.quæ ſen.ſine
2 app.reſcin.& l.ij.C. quando prouo. non eſt neceſ. † nam teſtes
non ſunt de ſubſtantia ſententiæ, ſicut nec aliæ probationes,ſe
cundum Bar.in d.l.prolatam d. Abb.in c.afferte.in 4.col.per il-
lum tex.de præſump.vbi eſt bonus tex.do. Alex.in l.à diuo Pio.
§.j.in 4.& 5.col vbi dixi.ſ̃.eo.ergo licèt reperiantur falſi,non de
bent annullare ipſo iure ſententiam.argu.l.vnicæ.in prin. C.de
rei vxo.act.& iſte tex. loquitur etiam quando pars aduerſa fuit
in dolo,corrumpendo teſtes per pecuniam , & ſic fuit duplex
dolus,ſcilicet teſtium falſorum,& partis eos corrumpentis,&
tamen ſententia merò iure valet,& quòd ſententia lata per fal
ſos teſtes ſit aliqua , bene facit, quia quod nullum eſt,amplius
corrumpi non poteſt.l.nam & ſi ſub conditione.in §.poſt defe
ctum.ff de iniu.rup.& c.ad diſſoluendum. de deſpon. imp.ſed
iſta ſententia venit reſcindenda per reſtit. in integ.vt dicitur in
tex.ergo eſt aliqua,quia vbi actus eſt nullus,ibi non cadit reſti-
tutio in integ.l.in cauſæ.ſecunda.in prin. ff.de mino. limita pri-
3 mò iſtud no.ad iſtum tex.procedere in ſententia, † ſecus eſt in
decreto iudicis , quod ex falſa cauſa impoſitum redditur ipſo
iure nullū.l.cum verò. §.ſubuentum.ff.de fideic.lib.& l.j.§.hęc
verba.ff.ne vis fiat ei.& l.Seiæ egreſſæ.de tu.& cu.da. ab his. &
l.magis puto.§.ſi æs alienum.ff.de reb. eor. ſecundum Bar. hic
in 1.opp.& latius in l.iuſtè poſſidet.ff. de acq. poſ. & in l.ſi is ad
quem.ff.de acq.hær.Bal.in l.fin.C.ſi ex fal.inſtr.d. Abb.in c.fi.in
6.col.& ſeq. extra eo. ratio diuerſitatis inter ſententiam & de-
cretum eſt,quia ſentētia diffinitiua eſt magis deliberata,& pro
fertur cum maiori ſolennitate , quàm decretum iudicis inter-
ponatur,ideo licèt ſit lata per falſos teſtes, & ſic ex falſa cauſa,
tamen ex quo habet ſua ſubſtantialia, non ita de facili annulla
tur ipſo iure,ſicut decretum.¶Amplia iſtam limi. quòd decre
tum interpoſitum ex falſa cauſa etiam nō expreſſa tamen eſt
ipſo iure nullum,vt in iuri.præalleg.& l. tutor ſi petitus fuerit.
ff.de tu.& cura.da.ab his. & tamen in ſententia diſtinguitur,an
in ea ſit expreſſus error iuris an tacitus.l.cùm prolatis. cum gl.
& l.præſes.cum gl.ſ̃.eo.& l.2. C. quando prouo. non eſt neceſ.
& iſtam differentiam inter decretum,& ſententiam ponit no.
Bar.in d.l.Seię egreſſæ.ff.de tu.& cur.da.ab his.¶Secundò limi
4 ta, † quando talis ſententia eſt lata contra præſentem , ſecus ſi
ſententia ſit lata per falſos teſtes , vel falſas allegationes factas
dolo aduerſarij ꝯ abſentem,& tunc iſtis concurrentib. ſenten-
tia eſt ipſo iure nulla.text.eſt ad hoc reputatus ſingularis in l. ſi
prætor.§.Marcellus.ff.de iud.Bar.hic in 2.op.& in l.ſi is ad quē.
ff.de acqui.hære.& in l.2.C.ſi ex fal.inſtr.& de intellectu illius.§.
Marcellus.tangit Raph.Cuma.hic in pen.col. Bar. & alij in l. à
diuo Pio.in prin.in 3.col.ſ̃.eo.latè Ang.& Imo.in l. qui Romę.

§.duo

§ duo fratres ff. de ver. obl. & ibi latiſsimè do. Alex. in 39. col. &
6. ſeq. per Ang. Imo. & alios in l. ſeruo inuito. §. cùm prætor. ff.
5 ad Trebel. ¶ Tertiò limita, † q̃n talis ſententia per falſos teſtes
lata eſt contra minorem, quia fauore minoris indiſtinctè eſt ip
ſo iure nulla. l. j. & per totum. C. ſi ex fal. alleg. gl. fi. hic. Bar. in 3.
oppo. & alij præſertim Ang. Pau. de Caſt. & do. Alex. gl. & Do-
cto. in c. licet cauſam. de proba. Cano. in c. ab excommunica-
to. de reſcri. Bar. in d. l. ſi is ad quem. & ibi latius d. Alex. in 3. col.
* & ibidem Are. in 3. & 5. colum. qui dicit, quòd eſt *communis opi.*
6 † idem eſſet, q̃n talis ſententia per falſos teſtes eſſet lata contra
eccleſiam, nam eſſet ipſo iure nulla; cùm eccleſia vtatur iure
minoris. c. 1. de in integ. reſti. in 6. gl. in l. ſi procurator. in gl. fi. ff.
de iu. fiſ. & in §. item mixta. inſti. de act. & ita in ſpecie tenet do.
Abb. in d. c. licet cauſam. d. Alex. hic. & in d. l. ſi is ad quem. in 3.
col. Sed aduerte circa iſtam tertiam limi. de minore, ꝙ text. in
d. l. j. C. ſi ex fal. allegatus per Bar. & alios nihil facit ſecundum
Raph. Cuma hic. & Imo. & Raph. in d. l. ſi is ad quem. eo quia
loquitur in decreto, quod ſemper, & indiſtinctè ex falſa cauſa
redditur ipſo iure nullum, vt dixi. s̃. in 1. limi. ſecus eſt in ſenten
tia, de qua nos loquimur. d. Alex. in d. l. ſi is apud quē. in 3. col.
volens defendere iſtam communem limit. reſpondet, ꝙ imò
in d. l. j. fuit lata ſententia diffinitiua, quia ibi iudex abſoluit dif-
finitiuè tutorem à munere tutelæ, & ſic ille tex. loquitur in ſen
tentia, & non in decreto, ergo bene facit pro iſta communi li-
mi. ſed mirandum eſt vehementer de d. Alex. quia iſta ſolutio
eſt de directo contra tex. in d. l. j. ibi, & ſi iniuſtum decretũ eos
expreſsiſſe apparuit, & ſic expreſsè loquitur in decreto non au
tem in ſententia, præterea ibi non apparet litem fuiſſe conteſt.
ꝙ requiritur, vt poſsit ferri ſententia diffinitiua. l. fi. §. illud. C. de
temp. appel. & l. præſenti. C. de his, qui ad eccle. confu. quæ lit.
conteſt. non requiritur in decreto. §. ſi quis autem nō implens.
in Auth. de hære. & fal. col. 1. glo. no. in l. ſancimus. in prin. C. ad
Trebel. Secundò ſecundum Rapha Cuma hic, & in d. l. ſi is ad
quem. tex. in d. l. j. loquitur, quando ſentētia fuit lata contra mi
norem indefenſum, quo caſu etiam ſi non ſubeſſet falſa cauſa,
non valeret ipſo iure iudicium, nec ſententia propter defectũ
perſonæ minoris indefenſi. l. non idcirco ff. de iud. & l. nō ideo
minus. C. de procu. & l. cùm & minores. C. ſi aduer. rem iud. &
licèt tex. ibi dicat ex falſis probationibus. ſeu allegationib. idem
eſſet ſecundum eum ſi ex veris, cùm ille minor eſſet indefen-
7 ſus, per iura proximè alleg. ¶ Secundò not. ex iſto tex. ꝙ † licèt
ſententia lata prætextu falſorum teſtium mero iure valeat, ta-
men contra eam datur reſtitutio in integ. eo quia in integ. re-
ſtitui debet, qui tam malo exemplo oppreſſus eſt, vt dicit li-
tera. Item ex quo ſententia eſt lata ex probatione improbata à
iure, ſi de hoc conſtat, debet poſſe retractari per reſti. in integ.
Facit, qđ habetur in c. 2. de pur. vulg. & iſta eſt ratio huius ſe-
cundi no. licèt gl. in c. cum vene. ad fi. in gl. pen. in verbo retra-
ctari. de except. & ibi Hoſt. tenuerit, ꝙ talis ſententia lata præ
textu falſorum teſtium ſit ipſo iure nulla, & ſic non requiratur
reſtitutio in integ. idem tenet Raph. Cuma hic in 3. col ad fin.
& ſeq. motus, quia in toto tit. C. ſi ex fal. inſtr. non fit mentio ali
cuius reſtitutionis, ſed hoc eſt fragile fundamentum, quia text.
hic facit expreſſam mentionem in ver. *in integ. cauſam reſtituen-
dam*, & in fi. in ver. *integrum reſtitue.* ¶ Secundo mouetur Raph.
Cuma. quia reus contra quem eſt lata ſententia ex falſis proba
tionib. eſt tutus exceptione falſitatis. d. c. cum venera. & actor
8 habet replicationem falſitatis. l. qui agnitis. ff. de exce. † ergo nō
debet eis competere reſtitutio in integ. quę eſt remediũ ſub
ſidiarium, quod non competit, quando aliud remediũ ſubeſt.
l. cùm à te. & l. elegãter. §. ſi dolo. ff. de dolo, præſertim cùm iſta
reſtitutio in integ. detur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa viſa fuerit. l. j. in fi. ff. quib. ex cau. ma. ergo non debet cō-
petere, vbi aliud remedium locum habet, ſecundum Bar. in l.
qui duos. ff. de reb. dub. Breuiter tene, ꝙ ſit neceſſaria reſtitutio
* *quuntur*, & gl. in d. l. ſub ſpecie. C. eo. & gl. in c. inter monaſteriū. in gl. fi. extra eod. ſed tu aduertè, ꝙ in contrarium videtur eſſe fortis tex. in c. ſuborta. in fi. extra eo. vbi ſententia contra Eccleſiam lata non pōt retractari pretextu priuilegij papalis nouiter reperti. & per illum tex. no. ibi in ſpecie. d. Abb. in vlt. no. ꝙ ſententia lata contra Eccleſiam, & ſuper ſtatu Eccleſiæ non poteſt retractari ex probationib. de nouo repertis, ex quo dicit d. Abb. apertè colligi, ꝙ cauſa Eccleſię nō ęquiparatur in hoc caſu reipu. in qua ſententia retractatur ex probatione nouiter reperta, vt hoc tex. idem etiam tenet d. Abb. in d. c. inter monaſterium. in 6. col. circa fi. per illum tex. in verſ. alioquin. vbi tenet, ꝙ iſto caſu Eccleſia ęquiparatur reipu. & ita etiā dicit tenere Io. And. & d. Ant. ibi, & mirandum eſt de do. Alex. ꝙ non fecerit de his mentionē, imò ꝙ eſt peius dicit Can. in locis prꝶalle. tenere iſtam ſecundā extenſionem de Eccleſia, ꝙ nō eſt verum, vt patet ex prædictis. Tu aūt ſi vis defendere iſtam ſecundā extēſio. de Eccleſia & tenere opi. gl. & Doct. iuris ciuilis, ꝙ etiā in hoc Eccleſia æquiparetur reip. poſſes reſpondere ad tex. in d. c. ſuborta, ꝙ loquatur in priuilegio, quia nō dēt prætextu priuilegij de nouo reperti ſententia retractari, quia etiā ſi priuilegiū fuiſſet in iudicio exhibitum & oſtenſum iudici, ſententia lata cōtra priuilegiū Principis & Papæ valet, & tenet, quia dando ſententiā contrariā vr delegatus Papæ illud priuilegium tacitè reuocaſſe, vt dicit tex. in d. c. ſuborta, & ibi d. Abb. in pen. not. ad hoc not. & idem d. Abb. in terminis noſtris in c. 1. in 6. col. de re iu. & idem d. Abb. in c. conſideramus. in 2. not. per illum tex. de elec. & ſic aliud ī priuilegio nouiter poſt ſniām reperto, & aliud in alijs inſtrumētis nouiter repertis, cū priuilegiū ſit contra ius,
9 & ſic magis odioſum. ¶ † Tertiò amplia *ſecundum Bart. quem cæ-*
* *teri ſequuntur*, in cā furioſi, & prodigi, qui æquiparantur pupillis. l. Fulcinius. §. adeo. ff. quib. ex cau. in poſ. eatur. & pro hoc addit Imol. gl. quā dicit eſſe ſin. in l. 2. C. de cura. furio. quæ vult, ꝙ priuilegia conceſſa minoribus extēdantur ad omnes illos, qui per curatores reguntur ſ. prodigos. & furioſos. quam gl. vt ſingularē ſequitur Bal. in pluribus locis hic relatis. per d. Alex. Tu adde bonum text. in l. dabimus. §. fin. cum l. ſeq. ff. de priuil. cred. ¶ Quartò ampliat Bar. in cauſa liberali, per l. 2. in fin. ff. ſi lib. inge. eſſe dicatur, ſed caue, quia ille text. vt etiam dicit Raph. Cu non probat, quia ibi non retractatur ſententia per iudicem,
10 ſed itur ad Principem, & Principi ſupplicatur, vt ibi. ¶ † Quintò vltra Bart. amplia, quòd illud, quod dicitur in text. in inſtrumentis de nouo repertis, procedit etiam in teſtibus de nouo repertis, cùm parem vim habeant teſtes, & inſtrumenta. l. in exercendis. C. de fid. inſtrumen. item, quia teſtes etiam dicuntur inſtrumenta, cùm inſtruant cauſam. l. 1. C. de fide inſtrum. & l. notionem. § inſtrumentorum. ff. de verb. ſign. & quia hic eſt fauor reip. qui debet extendi. ita tenent Cyn. Iac. de Raue. & Alb. de Ro. hic. confirmatur vltra eos, quia in materia fauorabili fit extenſio ad ſimiles caſus ex identitate rationis, ſecundum Bart. in l. ſi conſtante. in prin. in 9. quæſt. 1. partis princ. ff. ſolut. matr. glo. & Doct. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. item ſi retractatur ſententia per mortuam vocem, quanto magis per viuam, & ſic per teſtes. §. ſed etſi quis. in Auth. de inſtr. cau. & fide colla. 6. Ad idem facit, quod tenet Bar. in l. admonendi. ad fin. ff. de iureiu. vbi vult, quòd illa lex, quæ diſponit quòd ſententia lata prætextu iuramenti neceſſarij retractetur per inſtrumenta de nouo reperta, procedit etiam per teſtes re-
* pertos de nouo, & ſequuntur Bald. Ang. *& communiter alij* ibi. & Can. in cap. fin. de iureiur. ¶ In gloſſ. 1. ibi, ideſt nouiter repertorum. ita etiam exponit glo. in d. l. admonen. ff. de iureiur. nam per inſtrumenta de nouo fabricata de voluntate partiū bene poſſet ſententia retractari, & poſſent partes ab ea recedere. l. 4. § ſi ex conuentione. ſupra eod. & l. acta. infra eod. ¶ In fi. gl. dic, quod d. l. admonendi loquitur, quando ſententia fuit lata prætextu iuramenti neceſſarij, & ſic ex probatione ſubli-
11 diaria, & priuilegiata procedere parte inuita, † quia in re propria conſtituitur quis teſtis, contra regulam. l. nullus idoneus. ff. de teſt. & l. omnib. C. eo. & l. fin. C. de fideicō. vnde cùm talis ſententia ſit fundata in probatione priuilegiata, & ſic in iure ſpeciali, ideo retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, vt ibi. ¶ Capio glo. fin. in verſic. ex cauſa. quam diuide in tres partes. In prima declarat, quæ ſit iſta cauſa. In ſecunda quo iure fiat iſta retractatio ſententiæ. In tertia alleg. duas concordan. ad tex. Secunda ibi, & hic petita reſtitutione. Tertia & vltima ibi, facit ſupra mand. ¶ In ead. gl. ibi, & §. œconomus. dic, quòd iſtud ſecundum eſt verius, quia licèt reſpubl. habeat actionem contra ſuum adminiſtratorem, tamen per hoc non impeditur petere reſtitutionem in integrum ſicut minor, & Eccleſia, vt iurib. alleg. in gloſſ. Item quia fortè non poſſet imputari defenſori reipublicæ, quia non potuit reperire inſtrumenta, vnde dato, quod eſſet ſoluendo, ipſe non teneretur, quia non fuit in culpa. nec obſt. l. properandum. §. fin. C. de iud. alleg. per glo. in oppoſitionem, quia loquitur, quando minor fuit ſolùm læſus in inſtantia cauſæ, & actio eſt ſibi ſalua, tunc habet regreſſum ad expenſas cauſæ contra tutorem, ſed hic ſententia erat lata contra rempub. vel minorem, quæ tranſiuerat in rem iudicatam, & ſic cauſa non erat amplius ſalua, ideo opus eſt retractatione ſententiæ per reſtitu. in integ. & ita reſpondet glo. in l. fin. C. ſi tutor vel curator interuene. ¶ In ea glo. ibi, & ſic per-
12 petuo ob dolum delinquentis. tene menti iſtam glo. † quòd vbi interueniſſet dolus obtinentis ſententiam, tunc non eſſet ſpeciale in repub. imò etiam ſubueniretur cuidam alteri per text. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. & ibi glo. in verſic. ceſſat. ff. mand. facit, quod not. tenet Cyn. in l. 1. in 2. not. C. de condi. inde. quod ſi aliquis per ſententiam fuit condemnatus ad ſoluendum, puta ex mutuo, & poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi ante ſolutionem, vel poſt reperiatur inſtrumentum quitationis, vel ſolutionis, & ipſe actor fuit in dolo, quia ſciebat ſolutionem, & quitationem factam, eo quia ipſe ſolutionem accepit vel quitationem, & tunc ſuccurritur condemnato. d. §. in omnib. & poterit repetere per condictionem ſine cauſa. ſi autem actor nō fuit in dolo, quia veriſimiliter neſciebat de ſolutione, vel quitatione, eo quia facta fuerat prædeceſſori ſuo, arg. l. fin. ff. pro ſuo. & tunc ſicut reus habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, quia ipſe non ſoluit, ſed prędeceſſor eius, ita is qui in eius locum ſucceſſit. l. qui in alterius. de reg. iur. & tunc ſubuenitur per reſti. in integ. per l. 1. §. fin. ff. ex quib. cau. iuncto eo, quod not. glo. Bar. & Docto. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verbo oblig. & ideo ſi probatur inſtrumentum ſolutionis fuiſſe caſu perditum, & poſteà repertum per ea quę dixi in tex. in tertia limitatione primi not. videtur, quòd nullo remedio ſibi ſuccurratur etiam per condictionem indeb. vel ſine cauſa, cùm efficiatur debitum per ſententiam per l. 1. C. de condi. indebit. Item quia regulariter ſententia per inſtrumenta de nouo reperta non reſcinditur, vt hic. & l. ſub ſpecie. C. e. Item quia excep. peremptoriæ, vt eſt excep. ſolutio, quando impugnant ſententiam, regulariter non poſſunt obijci poſt ſententiam. l. peremptorias. C. ſententiam reſcin. non poſ. tamen per principem vel alium non recognoſcentem ſuperiorem poteſt ſuccurri. ff. de quæſt. o. l. 1. in fin. & l. diui. ff. de pœn. & iſta not. quia quotidiana ſunt. & vltra prædicta de iſta quæſtione vide Imo. hic diſputantem. Pau. de Caſt. & Alexan. hic. Bart. Ang. & Pau. de Caſt. in l. ſi ſine. in princip. ff. rem rat. hab. Barto. in l. Iulianus. 7. colum. in 7. oppo. ff. de condi. indeb. Cano. maxime Abb. in cap. ſuborta. extra eod. cum concord. hic alleg. & per eundem in conſil. 168. ſecundo volum. incip. viſo themate ſupra ſcripto. in penult. colum. & Pau. de Caſtr. conſil. 323. incip. in cauſa quæ vertitur.

SVMMARIVM.

1 *Vbi non requiritur, quòd omnes iudices cognoſcentes de cauſa iudicent, valet ſententia, ſi alij ſint concordantes in ferenda.*
2 *Iudici quando dicatur liquere de cauſa.*
3 *Quod poteſt fieri aliquo contradicente, poteſt fieri eo tacente.*
4 *Cauſæ libertatis, & ſtatus hominis explicantur per maiores iudices.*

Si plures

5 *Si plures ordinarij habeant iurisdictionem, & exercitium insolidũ, & omnes cęperunt de causa cognoscere, non poterit vnus sine altero pronunciare.*
6 *Iudices ad vniuersitatem causarum alicuius territorij vel loci, dicuntur habere iurisdi. & exercitium insolidum.*
7 *Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.*
8 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest delegare sicut ordinarius.*
9 *Iurisd. ordi. non finitur morte constituentis, etiam re integra.*
10 *Ordinarius de iure ciuili non potest recusari vt suspectus, sed potest peti vt detur adiunctus.*
11 *Sententiam interlo. an possit vnus sine alijs iudicibus ferre.*

LEX XXXVI.

SI VNI. Vno ex trib. iudicib. iurante sibi de causa non liquere, alij duo concordes sententiam ferre possunt, & tunc omnes intelliguntur iudicare, cùm omnes sint præsentes. hoc dicit cum l. seq. & primò ponit deci. Secundò eius rationẽ. Tertiò eam
1 declarat. Secunda ibi, quia si. Tertia, & vlt. ibi, tunc autẽ. ¶ † No.
1. casum sing. vbi non exigitur, ꝙ omnes iudices cognoscentes de causa iudicẽt, iuxta. l. duo ex tribus. ꝭ. eo. facit, qñ vnus iurat sibi non liquere, tunc valet sententia, si alij sint concordantes in ea ferẽda, & excusatur à iudicando ille, cui de causa nõ liquet, quia non cogitur iudicare quis contra conscientiam, & est vtile secundum Imo. & Alex. ad excusandum iudicem, cui ex forma statuti instat tempus ferendæ sententiæ sub pœna, & non est clarus, ꝙ iuret sibi non liquere, & absoluat partes ab obseruatione iudicij, & hoc modo euitabit pœnã statuti. idem not. Bal. in l. diem. §. fi. ff. de arb. Ang. in l. ait prætor. §. j. in fin. ꝭ. eo. & ista videtur tutior practica, quàm illa Bart. in d. l. ait prætor. §. j. qui consuluit, vt ibi per eum, quia illud consilium detegit imperitiam iudicis, & dicitur iudici non liquere, quando non vidit omnia instrumenta, vel super eis dubitat, secundum glo. cũ
a l. si de meis. aliàs incipit idem. ꝭ. de arb. ¶ † Adde, ꝙ nũquam dicitur iudici liquere, nisi postquam est renunciatum, & in causa conclusum, cùm vsque ad conclusionem possint fieri probationes præsertim per instrumenta. c. cùm dilectus. de fi. instr. gl. in c. significauerunt. in versi. liquere. de testi. quam Abb. dicit ibi no. Sed aduerte, attenta ista ratione sequeretur, ꝙ duo iudices præsentes possent iudicare præsente tertio, & tacente, quamuis ille tertius non iuret sibi liquere, quia & si dissentiret, pluriũ sentẽtia obtineret, vt in tex. nam cùm omnes tres iudices sunt præsentes, & duo iudicant tertiò præsente, & tacente, omnes iudicare intelliguntur iuris interpretatione, vt l. seq. & l. duo ex trib. responde ex mente Bar. in 6. q. cum quo cæteri. & ex mente glo. in l. seq. tunc autem, ꝙ quando omnes tres iudices sunt præsentes, est necesse, ꝙ omnes loquantur, & expresse pronuncient, siue vno conuocio siue diuersis, vt inquit Bar. vnde non sufficit, ꝙ duo præsentes pronuncient tertio præsente, & tacente, sed est necesse, ꝙ etiam tertius, qui dissentit, expresse pronunciet contrarium, sed quando tertius iurauit non sibi liquere, tunc alij duo possunt pronunciare eo quiescente, & tacente, & in hoc iste text. est sing. vide tamen, ꝙ dicam. ꝭ. in 4. not. & ista duo sunt notanda tanquam necessaria ad intelle. tex. ¶ Secundò prin. no. ex 2. parte tex. ibi, quia & si dissentiunt. secundum
3 Imo. † ꝙ illud quod potest fieri aliquo contradicente, potest etiam eo tacente, & hoc quando ille est presens, aliàs autem secundum eum non semper, quod potest fieri inuito aliquo, potest etiã eo absente. l. item si vnus. §. fi. & l. seq. ff. de arbi. c. quod sicut. & c. venerabilem. de elect. ¶ Tu dic vtrunque dictũ Imo. non esse verum, licèt alij non dicant, nam primò, ꝙ illud, quod potest fieri aliquo contradicente, possit etiam fieri eo tacente, & præsente est falsum. Bar. & alij tenent contrarium, vt dixi in præcedenti no. contra secundum habes tex. in l. 4. §. item videamus. ff. de fideicõ. lib. qui dat reg. ꝙ illud, ꝙ potest fieri aliquib. inuitis, potest etiam eis absentib. & est etiam text. in regula, qui potest inuitis. ff. de reg. iu. & ibi gl. dicit, ꝙ illa reg. fallit in l. duo ex trib. ꝭ. eo. vbi dicitur, ꝙ duo inuito tertio possunt iudicare, sed non eo ignorante, & sic absente, & est ratio, quia tertius si fuisset præsens, traxisset alios in suam sententiam. l. si in tres. ff. de arbi. ita loquuntur iura alleg. per Imo. ¶ Tertiò pondera rationem istius tex. in fi. ibi, *sententia plurium obtineret*, quæ probat secundum Ang. ꝙ iste tex. non procederet in duob. iudicib. tantum: nam si sunt duo ordinarij, vel delegati ad vniuersitatem causarum, & simul de vna causa cœperunt cognoscere, si alter eorum iurat sibi non liquere, non poterit alter sententiam ferre, ex quo tunc non est sentẽtia plurium, & sic cessat ratio huius tex. in fi. nisi ferret sententiam talem, quæ præualet sententiæ contradictoriæ, seu collegæ, vt quia ferret pro causa fauorabili, puta libertate, testamento, vel matrimonio, vel dote, vel reo in præsenti. l. inter partes. ꝭ. eo. ita est tex. no. & egregius hic, vbi autem vnus esset impeditus ex alia causa, quam ꝙ non liqueret, tunc per alium solum poterit sententia ferri, vt l. j. ff. de offi. cõsul. quod est notabile ad intelle. istius ver. fi. & l. j. de offi. consu. & sequitur Imo. & Alex hic, quicquid teneat Cuma. in vlt. col. ¶ Quartò no. tex. in l. tunc autem, nihil subaudiendo ad tex. ꝙ licet omnes iudices causæ non pronuncient, tamen habetur pro pronunciato, ex quo omnes adsunt, licèt aliquis taceat, si se non excusat, quia iuris interpretatione omnes intelliguntur cõsentire, arg. l. ꝙ maior. ff. ad municipal. & sic iste tex. videtur facere contra Bar. in 6. q. vbi dicit, ꝙ qñ sunt plures iudices, est necesse omnes loqui, & expresse pronunciare, & non sufficeret alios esse præsentes, vt ipse ibi etiam dixit in 1. not. ¶ Capio gl. primam maximè in verbo proferre, quæ remouet 4. opp. deinde quærit, quid in interlocutoria, & ita diuiditur in 5. partes. Secunda ibi, sed qualiter. Tertia ibi, item hoc qñ cœpit. Quarta ibi, item cùm hic de ordinarijs. Quinta, & vlti. ibi, item nunquid interlocutoria, & vtilitas huius gl. erit in multis
4 in illa 4 parte. ¶ † In quarta parte ibi, quia de causa liberali dicit. nam causæ liber. & de statu personæ sunt de primo, & sic de mixto gradu iurisd. quia explicantur per maiores iudices, & sic non delegantur. l. fi. C. de ped. iudi. Barto. in l. imperium. vlt. col. ff. de iurisd. om. iu. ¶ In ea gl. ibi, sicut in volũtaria iurisd. No. istam gl. quæ vult, ꝙ l. vnica. ff. de offi. consu. loquens in voluntaria iurisd. extendatur ad cõtentiosam, *& in hoc communiter approbatur*, fm Alex. & in hac gl. habes sing. declara. ad d. l. vnicã. vbi dicitur vnum ex collegis habere iurisd. insolidum, vt procedat, quando à prin. vnus solus incœpit cognoscere, vt tunc alter collega non se intromittat nisi primò cognoscat. secus, qñ à principio ambo simul fuere aditi, & cœperunt simul cognoscere, tunc vnus solus sine alio non potest pronunciare, licet essent ordi. & habeant iurisdictionem insolidum, vt est hic casus sing. secundum istum intelle. qui non est alibi secundum Imo. quem sequitur Alex. addens idem tenere Bal. in d. l. vnica. in prin. & l. fi. C. de autho. præst. & dicit Pau. de Cast. hic, ꝙ ista gl. declarat illã. l. vnicam. ¶ In ea. gl. ibi, cùm insolidum iurisd. videatur concessa. habes duas conclusio. prima est, ꝙ plures ordinarij habent iurisd. & eius exercitium insolidum non solum voluntariam, sed etiam contentiosam iurisdi. & ideo vnus ex plurib. ordinarijs potest à prin. solus sine aliis cognoscere & iudicare, quod intellige, quando habent iurisd. vt singuli, secus si sub nomine vniuersitatis, vt capitulum, & collegium, & tunc omnes debent adesse & iudicare, ex quo iurisd. habent sub nomine collectiuo. l. vbi adsunt. ff. de tu. & cura. da. & ibi Barto. &
5 alij. Bal. no. in l. j. in 4. & 5. q. ff. de offi. consu. † Secunda conclusio gl. est, ꝙ licèt plures ordinarij habeant iurisd. & exercitium insolidum, tamen si omnes simul cœperunt de causa cognoscere, non potest pronunciare vnus sine alio, sed debent omnes simul iudicare, nisi vnus iuret sibi non liquere, vt hoc text. qui est sing. ¶ Secundò intellige de sententia diffinitiua, non de interlocutoria, vt in fi. huius glo. vbi dicetur. ¶ Tertiò limita, qñ plures ordinarij cœperunt simul cognoscere, & posteà vnus sit impeditus infirmitate, vel alia iusta causa, tunc alij possunt procedere, & diffinire. l. vnica. ff. de offi. consu. sicut si vnus, qui præoccupasset iurisd. esset impeditus, alius posset cognoscere.
6 c. cùm plures. de offi. deleg. in 6. ¶ † In ea. ibi, idem in delegatis ad vniuersitatem causarum. No. istam partem gl. ꝙ iudices ad vniuersitatem causarum alicuius territorij, vel loci debent habere iurisdictionem, & exercitium insolidum, sicut & ordinarij. ideo à prin. quilibet eorum per se potest incipere, & separatim procedere, & sententiare sicut plures constituti ad vniuersalem negociationem, vt plures institores, vel exercitores, vbi etiam in dubio quilibet censetur insolidum constitutus. l. j. §. si plures. ff. de exerci. glo. in l. pluribus. ff. de procu. & c. si duo. eo. titu. in 6. & hanc glo. sequitur Bar. & alij hic. & dicit Alexan.
* *quòd ista est communis opin.* quam etiam sequitur Barto. in repet. d. l. j. §. si plures. 2. colum. Bal. in l. fin. C. de auth. præst. Card. in c. 1. de off. deleg. Abb. vbi limitat. in c. prudentiam. in prin. 8. col.
7 de offi. deleg. iste est subtilis passus. ¶ † Adde pro ista communi conclu. glo. & Docto. facere, quia delegatus ad vniuersitatem,[a] æquiparatur ordinario, vt est gl. in cap. cùm causam. in glo. pen. de appella. glo. 1. in l. fin. C. de iudi. Barto. in l. more in 2. colum.

ADDITIO.

a [a] Ad vniuersitatem. Adde Neuiz. consi. 35. nu. 11. & declara hanc conclu. per Capel. Tolosa. q. 38. Tremol. ad pract. Bonacur. titu. quib. mod. cita. inpunè. num. 4. Pract. pap. for. lib. Act. Real. ver. non Vicario. vbi dixi, & not. Seba. de nullit. c. 3. nu. 17. Rob. de ord. iud. c. 8. num 31. & ad dicta Ias. hic vide Tremol. vbi sup. MASVER.

colum.ff.de iuriſd.om.iud.imò fortius gl. appellat cum ord.c. ſtatutum.§.inſuper.in verbo moderatas,de reſcr.in 6. Bal.in l.ſi vt proponis.j.in 2.col.C.quomodo,& quando iud.vbi dicit,ꝙ delegatus ad vniuerſitatem cum remaneat in eſſentia iuriſdi-ctionis vniuerſalis cohærentis territorio, idem poteſt, ꝙ ordi-
8 narius.¶ † Hinc eſt, ꝙ delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt delegare ſicut ordinarius.l. cùm prætor. §. j. ff. de iud.& ſtatim.j̃.dicam.ſed iſta conclu. gl.licèt communiter approbe-tur eam impugnat Io. de Imo. in c.1. de offi. deleg. nam ratio quare vnus ex plurib. ordinarijs poſſit à prin. ſolus procedere. d.l.vnica.ff.de offi.conſu.non autem vnus ex plurib.ordinarijs ad vnam cauſam.c.prudentiam.in prin.de offic.deleg.eſt,quia ordinarius dicitur habere iuriſdictionem iure proprio.d.l.mo-re.ſed delegati habent iure alieno, & vice delegati funguntur. l.j.§.qui mandatam,& l.ſi prætor.ff.de offi.eius.ſed iſta ratio ha bet locum in delegato ad vniuerſitatem cauſarũ, ſicut in alijs deleg.& licet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poſſit vnã ex dictis cauſis ſubdelegare ſicut ordinarius. l.j. §. j. ſecundum verum intelle.ff. quis,& à quo appel.& Docto.in l.à iudice. C. de iud.& d.l.more.& c.ſuper quæſtionum.§. ſi verò.de offi.de-leg.non per hoc tamen ſequitur,quòd poſſit omnia alia com petentia ordinario.iſtam conclu.glo.Bar.& Doct. etiam impu. Abb in c.cauſam matrimonij.de offic.delega.quòd licet nun-quam audiuerit illam reprobationem,& eam fuerit ſecutus,ta men non credit eſſe veram,per text.ſing.ca.vt officium.iuncta glo.in ver.ſeparatim.de hæ.in 6.arg.à ſpeciali hoc modo.nam inquiſitores hæreticæ prauitatis deputati in aliqua ciuitate, vel caſtro dicuntur dedicati ad vniuerſitatem cauſarum. c. ne ali-qui.de hær.in 6.no.Io.And.in c.per hoc.eo.tit.& lib.& in eis eſt ſpeciale fauore fidei, vt poſſint procedere ſeparatim, ergo re-gulariter debent cõtrauenire ſicut delegati ad certum caſum, & iura alleg.per glo.& Bar.hic non ſtringunt, quia in alia ma-teria loquuntur.Item per eandem rationem ſecũdum d. Abb. in c.ſi.col.pen.extra eo.de re iud.ſed ad tex.in d. c.vt officium. reſpondet Alex. quod ponit ius cõmune non ſpeciale, per ea quæ primo dicta ſunt.¶ Tu aduerte tenendo iſtã opin.Imo & Abb.contra communem potes eam confirmare, nam delega tus ad vniuerſitatem cauſarum non eſt ordinarius,nec ſemper æquiparatur ordinario,vt per glo.in c. 2.glo. antepe.de reſcr.& ꝙ iſtud ſit verum,oſtenditur ex plurib.nam à ſententia ſubde-legati per talem delegatum non appellatur ad eum.l.j. § fin.ff. quis & à quo appel. quod tamen fieri debet, vt ſi eſſet ordina-rius,vel haberet naturam ordinarij,quia à ſententia ſubdelega ti per delegatum ordinarij appellatur ad ipſum ord. d.l.j.§. fin. ff quis & à quo appel.l.vnic.circa fi.vbi glo.& Doct. C. qui pro
9 ſua iuriſdi.¶ † Item iuriſdi.ordinaria non finit,nec expirat per mortem conſtituen.etiam re integra.d.l.more.à contrario ſen ſu c.2.de offi.deleg.in 6.& tamen iuriſd.delegati ad vniuerſita-tem cauſarum re integra expirat per mortem mandantis,quia
* nulla cauſa cœpta eſt, *ſecundum Bar. quem omnes ſequuntur.* in d.l. more pen.col.facit.c.h.de offi.deleg.in 6. vbi officium conſer-uatoris, qui cenſetur datus ad vniuerſitatem cauſarum,extin-guitur morte mandantis re integra,ergo fortius poteſtas,& iu riſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum,ergo non eſt ve-
10 rum,quod ſit ordinarius,vel habeat naturam ordinarij.¶ † Itẽ ordinarius de iure ciuili non poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſed poteſt peti dari adiunctus.l. apertiſſimi. & Auth. ibi poſita. C. de iud.& tamen delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt recuſari vt ſuſpectus de iure ciui.ſecundum Iac. But.& Bal. in l.fin. C.de iud. & ſic per iſta videretur, ꝙ in puncto iuris iſta 2. pars poſſit defendi contra communem opi. hic. ¶In ea.gl.ibi, ſecus in plurib. deleg habes, ꝙ vnus ex plurib.deleg. ad vnam cauſam, vel ad certas cauſas, non poteſt à prin. ſolus ſine alijs procedere,eo quia plures deleg.habeant iuriſ.quia cenſetur eſ-ſe indiuidua.arg.l.2.§.ex his. ff.de verb.obli. tamen exercitium ipſius iuriſd.inſolidum non habent, & ſic non poſſunt inſolidũ exercere, & in hoc differunt ab ordinario ſecundum Bart. hic in 4. q. poſt Inno. & Cano. in d.c. prudentiam.in prin.intellige niſi in reſcripto eſſet adiecta clauſula alternatiua,quę commu niter ponitur in reſcriptis Papæ,ꝙ omnes aut duo,vel vnus eo rum,tunc vnus ſolus alijs irrequiſitis poteſt cognoſcere, & pro nunciare,& ſi incœperit cognoſcere,nullus de cætero ſe intro-mittet niſi eo impedito,vt c.cùm plures.de offi.deleg. in 6.vel niſi adeſſet clauſula ſub alia forma, ꝙ ſi non omnes aut duo poteritis intereſſe,vnus cognoſcat,ſed non decidit niſi liquido to ſibi,ꝙ alius intereſſe non poſſit,vt d.c.prudentiam, & de in-tellectu harum clauſularum ponit Bar.in 6.q.ſed aduerte, ꝙ ſi ſunt tres delegati cum clauſu.ꝙ ſi non omnes,&c.& duo pro nunciarent præſente tertio. & contrariam ſententiam ferente, hi duo non poſſunt exequi ſententiam ſuam niſi prius requiſi to,& citato tertio, quia iſte articulus, qui emergit,eſt omnibus communis,ita ꝙ ad illũ duo tertio non citato, procedere non poſſunt.ita eſt gl.valde ſing.& ord.in c.2.in glo.fi.de do.& con-tu.in 6 licèt ille tertius diſcordans in ſen. veriſimiliter etiam di-ſcordabit in execu. quæ ab illa dependet, ideo illam glo.ſigna.
11 ¶ † In vlt.parte gl.ibi, nunquid interlocutoria.habes quòd ſen tentiam interlocutoriam puta citationẽ poteſt vnus ſine alijs coniudicib ferre,intellige ſecundum Bar.& alios in merè inter locutoria,quæ non finit iuriſdictionem, nec eius officium: ſe-cus in interlo. habente vim diffinitiuæ, ſecundum quod tenet Bar.in l.ꝙ iuſſit.ſ.eo.illa non poteſt ferri per vnum ex plu.ord. quia tunc eſſet eadem ratio,quæ in diffi. & vtrunque probatur arg.l fi.C.de auth.præſt.alle. in gl. Secundò iſta gl. debet referri ad illud,quod.ſ.dixit de plurib.ordi dele.ad vniuerſitatem cau ſarum,qui habent iuriſ.& exercitium inſolidum,ſecus in dele. ad vnam cauſam.vel certas cauſas,quia tunc vnus non poteſt ferre interlocutoriam ſine alio,ex quo non habent exercitium iuriſ.inſolidum.d.c.prudẽtiam.in prin.& arg.l.plures.ff.de pro-cura.ſecũdum Bar.& alios hic, & ſequitur eam maximè Abb. in c. quoniam Abb. 1 col. & c. cauſam matrimonij.per illum tex.de offi deleg.Bal.in l.vnica.ff de offi.conſu.hinc eſt,ꝙ vnus ex plurib.deleg.non poteſt mulctare contu.ſine alio, quia for-ma non patitur ſecundum Bal.in l.cùm magiſtratus.C.quan-do prouo.non eſt neceſ.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ſunt plures iudices, non ſufficit maiorem partem eorum alijs præ-ſentibus & tacentibus pronunciare,ſed eſt neceſſe, quòd omnes loquã tur, & expreſsè pronuncient.*

2 *Paria ſunt conſentire iudicanti,vel conſentire iudicato.*

3 *Si comes,vel alius nobilis habens iuriſd.decedat relictis plurib.hæredib. an quilibet eorum poterit iuriſdi.inſolidum exercere, & iudicare.*

4 *Si ſunt plures delegati cum clauſula,quòd ſi omnes,&c.ad quos ſpecta ret commodum iuriſdi.an vnus poterit procedere ſine altero.*

5 *Ordinarius an debeat habere à partibus ſportulas pro ſententia.*

6 *Quod principaliter fit, & non quod incidenter,eſt attendendum.*

7 *An vnus ex pluribus iudicibus ſimul iudicare debentibus, poſſit commit tere vices ſuas alteri.*

8 *Si ſunt tres delegati, & duo ferant ſententiam abſente tertio ſed citato, & eam ferant ſuo, & abſentis citati nomine, an ille tertius, qui non interfuit,poſſit poſteà ratificare.*

LEX XXXVII.

TVnc autem. In l.tunc autem. in gl. in verbo adſunt,ibi,& etiam ſententiam ferunt,& dum dicit,ſi verò diſſen
1 tiant, & tunc omnes, habes ex glo. † ꝙ non ſufficit maiorem partem iudicum pronunciare alijs præſentib. & ta-centib.ſed eſt neceſſe,quòd omnes loquantur,& expreſsè pro-nuncient,idem voluit glo.in l.cùm magiſtratus.C.quando pro uo.non eſt neceſ.quamuis contrarium teneat glo. in l.ſicuti.ff. de arb.vbi plenius per Bar.in 6.q.qui vult,ꝙ omnes iudices de-beant pronunciare vno connexo ſiue diuerſis,iuxta glo. in l.3. in glo.2.ff.de duob. reis. Item omnes debent ſedere pro tribu-nali,vt hic per eum,cum quo alij transeunt,vt dixi.ſ. in text.in 1.no. quando ſententia eſt ſcripta in numero plurali ſub nomi ne omnium, & vnus de iudicib.de mandato aliorum legat,vel etiam notarius ſufficit,vt eſt tex in c cùm ab vno. eo.titu.in 6. Io.And.in additio.Spec.in tit.de ſententiæ prolatio. §.ſequitur.
2 verſi.ſed ſi iudicis.¶In ea.glo.ibi,vel etiam iudicato. † Not.be-ne ex iſta glo. quòd paria ſunt conſentire iudicanti, vel etiam iudicato,ſeu ſententiæ, & ſic paria ſunt conſentire perſonæ fa cienti actum,vel conſentire actui,tutius tamen eſt ſecundum Bar.apponere vtrunque copulatiuè, & ſic conſentire iudican-ti,& etiam iudicato,& ſic oportet omnes loqui,aut conſentire iudicanti,vel iudicato,& ita etiam tenuit Bal.in c.ſi in 5.col.ex tra eo.¶Adde ꝙ in ꝯrium fa. tex.in d. c.cũ ab vno in verſ. alijs præſentib.& mandantib qui vult,ꝙ ita demum valeat ſenten-tia, qñ vnus ex plurib. iudicib. tñ pronunciat alijs præſentib. ſi mandato aliorũ facit, & vtatur verbo pluralis numeri ſic, nos tales iudices.& ſi vnus ex plurib.iudicib.ferat ſententiã, & vtaẽ verbo pluralis numeri alijs præſentib.& tacentib.non præcedẽ te mandato,non valent ſententiæ,& iſto caſu præſentia & taci turnitas non habet vim mandati,ſed dic.ꝙ iſta gl.procedit,qñ alij conſentiunt expreſsè iudicanti,vel ſententiæ,& incontinen ti,nam quæ incontinenti fiunt,cenſentur ineſſe.l.lecta ff. ſi cer. pet.in c.officij.de elec.ſecus,qñ ex interuallo interueniret ꝯſen
3 ſus aliorum,& probatur in vlt.q.vbi dicetur.¶ † Extra gl quæ-rit Bar.an ſi comes, vel alius nobilis habens iuriſdictionem de-cedat relictis pluribus hæredib. an quilibet hæredum poſſit in-ſolidum

ſolidum iuriſdictionem exercere, & iudicare, & ſic iuriſdictio, & eius exercitium ſit apud quemlibet hæredum inſolidum, determinat, ꝙ ſic, ſicut in ſeruitute, quæ deſcendit ad quemlibet hæredum. l. 2. §. ex his. de verb. oblig. & cum Bar. tenet. d. Alex. hic. Io. de Imol. & d. Abb. in c. prudentiam. in princip. in 4. col. de offic. deleg. ſed Gul. de Cun. & Rayn. in l. vnica. & ibi Bal. in 7. q. ff. de offic. conſul. & Pau. de Caſt. hic. & d. Anto. de But. in c. prudentiam. tenet verum eſſe, ꝙ iuriſdictio ſit apud quemlibet inſolidum, tñ exercitium eſt apud omnes ſimul, & ſic non poterit vnus ſolus cognoſcere, ſed debent oēs ſimul pronunciare, aut ponere vnum vicarium loco omnium, ne ſubditi in plures iudices diſtinguantur, arg. l. primæ. in fin. cum l. ſeq. ff. de exercitor. & dicit do. Paul. de Caſtr. ꝙ iſtum caſum habuit de facto ex partibus Romæ. & iſta opin. videtur ſatis rationabilis, & æqua. Pro iſta parte facit ſm eos, quia ex quo iuriſdictio ordinaria habuit originem ab vno, ideo plures hæredes funguntur vice vnius, argu. l. cui fundus. in fin. ff. de condi. & dem. ſed iſtud fundamentum tollitur per d. l. 2. §. ex his. vbi placet, ꝙ illa, quæ ſunt indiuidua, tranſeunt inſolidum ad hæredes, & ſic ad quemlibet inſolidum, iuriſdictio autem eſt indiuiſibilis, nec poteſt pars iuriſdictionis diffiniri, ſecundum Bald. in c. final. in 4. col. extra eo. ſed ad hoc reſpon. no. Rayner. in illo. §. ex his, quòd licèt ius indiuiduum ſit apud quemlibet hæredũ, tamen exercitium non, allegat not. per glo. in §. ex his. in verſic. ſed non facit, ad hoc tamen reſpondet. d. Alex. ꝙ illa gl. loquitur in iure indiuiduo nondum conſtituto, ſed conſtituendo. In iure autem conſtituto, prout in caſu noſtro, competit cuilibet exercitium inſolidum, vt patet in l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi
4 ſer. vend. ¶† In ſexta quæſtione concludit ſignanter, & vtiliter Bar. ꝙ ſi eſſent plures delegati cum clauſula, quòd ſi non omnes, ꝙ duo, vel vnus eorum poſſit iudicare, vel ſi eſſent plures ordinarij, aut plures hæredes vnius Comitis hñtis iuriſdictionem, & ad eos ſpectaret aliquod commodum ex exercitio iuriſdictionis, puta mulctarum, vel pœnarum, tunc vnus non poterit procedere ſine altero, niſi quando alij non poſſent, aut non vellent intereſſe, arg. l. ſi fundum ſub conditione. § his verbis, & ibi etiam Bart. ff. de leg 1. & l hæredes mei. §. fi & ibidem etiam Bar. ff. ad Treb. & ita ſing. limitat text in c cùm plures. de offi. deleg. in 6. quam limitationem bene ſigna, ita etiã limitat illud, ꝙ Bar. tenuit. ſ. in præced. q & cum Bar. tenet Io. de Imol. & Raph. Cum. ſed Ang. reprobat, quia & olim, & hodie tam delegati, quàm ordinarij habebant commodum ſportularum ex ſnía. l. cùm clericis. C. de Epiſcop. & cleric. & in §. ne autem. in Auth. de iudic. collat. 6. not. glo in Auth. offeratur. in verſic. ſportulas C. de lit. conteſt. ergo ſm limit. Bar. vnus non potuiſſet ſine alijs procedere, & tñ quia vnuſquiſq; habet iuriſdictionem inſolidum, qñ erant ordinarij, vel delegati cum clauſula prædicta, poterat vnus eorum procedere altero non requiſito, vt eſt etiam in d. c. cùm plures, & in l. vnica. ff. de offic. conſu. & iſtam opin. Ang. cum Bart. ſequitur. d. Alex. hic, qui dicit, ꝙ verior videtur iſta opin. Ang. indiſtinè. certè ſi iſta quæſtio eueniret in facto, eſſet quæſtio pro amico. ¶ Defendēdo Bar. dic ſm
5 Imol. † non eſſe verum, ꝙ ordinarius debeat habere à partibus ſportulas pro ſnía, cùm debeat eſſe contentus ſalario publico, vt not. Iac. But. in d. Auth. offeratur. nec obſt. d. l. cùm clericis, quia non loquitur de ſportulis dandis iudici, ſed executori, & licèt delegati debeant habere ſportulas à partib. §. ne autem circa hoc labor. in Authen. de iudic. collat. 6. tñ illas non percipiunt ex pœna maleficij, ſuper qua principaliter agitur, & Bart. loquitur de commodo mulctarum, & pœnarum, quę proueniunt ex ipſis cauſis, ſuper quibus cognoſcitur, vnde commodum ſportularum non debet impedire quem poſſe iudicare, quamuis glo. & Bar. aliter ſentiant in l. de iure. ff. ad mun. & Bar. in l. 2. ff. ſi quis in ius voca. non ier. & iſtam opin. Imol. tenentis contra Bart. ſequitur expreſsè. d. Alexand. ſibi contrarius in d. l. hæredes mei. §. fi. ad fin. eo quia ſm eum, ꝯmodum ſportularũ non venit æquè principaliter, ſed incidenter, ideo ita cōſideratur, & ita dicit not. Bar. in d. l. de iure. ff. ad municip. & in d. l. 2. ſi
6 quis in ius voc. non ierit, debet enim attendi † illud, quod principaliter agitur, & non, quod incidenter. l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti. in prin. ff. ſi cer. pet. ſed errat. d. Alexan. quia imò Barto. in d. l. de iure. & in d. l. 2. vt etiam ſtatim retuli, videtur tenere, quòd imò commodum ſportularum attendatur ad impediẽdum iudicem iudicare, an ſit ſua iuriſdict. Rapha. Cuman. hic etiam defendendo Bartol. reſpond. fundamento Angel. quòd non attenditur commodum ſportularum, quia eſt potius remuneratio laboris. d. §. ne autem circa hoc labor. in Authen. de iudic. ideo non dicitur commodum, nec incommodum. l. Aquilius regulus. ff. de dona. quicquid dixerit Barto. in d. l. 2. & d. l. de iure. ſed Bar. hic conſiderauit bona dantia & pœnas, & mulctas, quæ ſunt propriè lucrum. contra Bart. etiam tenet Io. de Imol. ſibi contrarius in d. c. prudentiam. in 4. colum. circa fi. vbi tenet etiam ſi commodum mulctarum, vel pœnarum ad eos ſpectet, tñ poſſit quilibet iuriſdictionem exercere, & vt ſit locus præuentioni, nihil alleg. ſed ſolùm dicit, ꝙ d. l. hæredes mei. §. fin. alleg. pro Bart. modicum facit ad propoſitum, quia ille tex. decidit, quod ſi teſtator legat nepotibus ſuis, vel cognatis, ꝙ ex ordine intelligitur legare nepotib. ſi extant, & ſi non extant cognatis, & ſic parum facit, ſed caue, quia Imol. ſolùm ponderauit vltimam deciſio. § illius, in qua non ſe fundat Bart. ſed ſe fundat in d. l. primo de filijs, quæ bene facit ad propoſitum. d. c. Idē Io. de Imol. in d. l. fundũ. ſub cōditione. §. his verbis. ponderat gl. fi. ibi in verſi. debebitur. circa fi. quæ vult, ꝙ ratio illius text. colligatur eo eo, quia ex ordine ſcripturæ deprehenditur iſtam fuiſſe voluntatem teſtantis, & ſic non fundat ſe ex eo, ꝙ ibi agatur de eo, ꝙ reſpicit commodum, & ſic non vr̃ etiam ille text. facere pro Bartol. & ſic Imo. conatus eſt tollere vtrunque, licèt alleg. pro Bar. ſed certè text. in d. l. his verbis. loquitur in legatario, & ſic in habente commodum ex re legata, ꝓut alleg. Bar. cuius opin. tanquam tutiorem teneas tu. Adde Bald. idem tenentem in c. fin. in 5. col. extra eo. vbi dicit, ꝙ filij hęredes vnius Comitis, qui cognoſcunt non tam iure iuriſdictionis, quàm iure dñij vnius caſtri, non pñt ſeorſum ꝓnunciare, quia connexam, & non ſeparatam hñt iuriſdictionem, & ꝑtãtem. Item ꝯmoda, & incommoda ſunt eorum cõmunia,
* alleg. Bar. *hic, & ſic iſta opin. Bar. videtur eſſe communior.* ¶† In ſepti-
7 ma quęrit Bart. an vnus ex plurib. iudicib. ſimul iudicare debētib. poſſit committere vices ſuas alteri collegæ, & ſic animi ſui motum. iſtud pendet ab eo, nunquid poſſit alteri delegare. vnde ordinarij, & delegati à principe item delegati ad vniuerſitatem cauſarum ſicut poſſent collegę delegare, ita animi ſui motum committere, ſecus in delegatis ſimplicibus, & arbitris, ſecundum gloſſ. in l. ſicuti. ff. de arbitr. vt hic per Bartol. cum quo alij tranſeunt, & Bald. in l. cùm magiſtratibus in 1. q.
8 C. quando prouoca. non eſt neceſſ. ¶† Vltimo quærit Bartol. ſi ſunt tres delegati, & duo ferunt ſententiam abſente tertio, ſed citato, & eam ferant illo abſente, & tacito, an ille tertius, qui non interfuit, poſſit poſteà ratificare illud, quod illi duo fecerunt, Barto. tenet, quòd non, & eſt ratio, quia cùm talis ſnía fuerit ab initio nulla ex defectu iuriſdictionis, non poteſt poſteà ratificari, vt in regul. l. quod ab initio. ff. de regul. iur. & ita etiam tenet gloſſ in l. ſecunda. in glo. magna. circa fin. C. de iur. fiſci. libr. 10. & glo. in capitul. prudentiam. in princip. in verſi. teneatur circa fin. in penult. quæſt. de offic. deleg. & glo. in c. cùm ab vno. in verſic. mandantibus. de regul. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Si iud. ord. ſint plures numero, & ferant diuerſas ſententias in cauſa libertatis, ſtandum eſt illi ſententiæ, quæ eſt pro libertate.*

2 *Sententia lata pro paupere præualet illi, quæ lata eſt pro diuite.*

3 *In teſtibus diſcordantibus pari numero præualet benignior pars, quæ eſt in fauorabilibus cauſis.*

4 *Quando iudices ordin. ſunt adinuicem diſcordes in ſententiando, præualet ſententia, quæ melioribus teſtibus mouetur.*

5 *Si duo iudices condemnant, & duo abſoluunt, præualet ſententia abſotoria pro reo.*

6 *Quando eſt æqualitas in numero iudicantium, non eſt recurrendum ad eorum dignitatem, ſed ad fauòrem cauſarum.*

7 *Quando ſententiæ plurium iudicum ſunt diuerſæ in ſummis, ſtatur ſententiæ minoris ſummæ.*

8 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

9 *Proteſtatio impoſſibilis, & facto contraria non valet.*

10 *Si plures delegati ferant diuerſas ſententias, ambæ ſunt in pendenti, & expectatur confirmatio ſuperioris.*

11 *Quæ ſententia debet preualere, ſi vnus condemnauit reum, & alius abſoluit diffinitiuè à contentis in petitione, & alius ſolùm abſoluit ab inſtantia cauſæ, & ſic ab obſeruatione iudicij.*

LEX XXXVIII.

Nter pares. Inter pares ſententias plurium iudicum ordinariorum præualet lata pro libertate, aliàs ſtabitur ſenteutiæ latæ pro reo, & ſi ſunt ſententiæ in diuerſis ſummis, ſtabitur ſententiæ minoris ſummæ. hoc dicit, & ſunt duæ deciſion. Secunda ibi, ſi diuerſis ſummis. † Not. pri-
1 mò, quod ſi iudices ordinarij ſunt pares numero, & ferant diuerſas ſententias in cauſa libertatis, ſtandum eſt illi ſententiæ, quæ eſt pro liberate, & ſic in re pari fauetur libertati, nō attento quis ſit actor, & quis ſit reus, quia libertas omnibus rebus fauorabilior eſt, vt dicit text. in l. libertas, ſecunda. ff. de re iudic. & fauo-

& fauore libertatis multa etiam contra communes regul. ſta-
tuta ſunt,dicit text.in §.fin.inſtit.de don. Amplia iſtum text.lo-
quentem in cauſa libertatis, vt procedat etiam in alijs caſibus
fauorabilib.vt mrĩmonij,dotis, ſeu teſtamenti, vt eſt text. in c.
fi.extra eó.idem in cauſa legitimationis,& pupilli,& viduæ, &
Eccle.ſecundũ Spe.& Io.And.in tit.de teſt. §.poſtquam de teſt.
in verſ.ſed quid ſi ꝯ.vbi ẽt dicunt idem eſſe in quacunq; cauſa,
ſeu perſona fauorabili per l.vnicam.C.qñ Imperator inter pu-
pil.& vid.& idem no.Io.And. in c.in nr̃a. de teſt.& d. Alex.hic.
nã in fauorabilib. ex idẽtitate rõnis licita eſt extenſio.l.illud.cũ
gl.C.de ſacroſan.Eccleſ.Bart.in l.ſi conſtante.in prin.in 9.q.pri-
2 mæ partis.ff.ſol.matr.Idem ſing.ſcḿ Raph.Cu.hic † in ſnĩa lata
pro paupere, quæ præualet ei, quæ lata eſt pro diuite. per text.
cum gl. in l.non puto. ff. de iur. fiſc. vbi quia fiſcus eſt diues,in
dubio debet præualere ſnĩa lata pro paupere contra fiſcum,ꝙ
not.Item amplia,ꝙ in iſtis cauſis fauorabilib.idem fauor adhi-
betur atteſtationibus, & probationib. qui adhibetur rei iud. Et
ideo atteſtationes, quæ ſunt in fauorabilib. cauſis data paritate
præferũtur alijs, & nõ eliduntur ab eis,tex.eſt ſing.in l.lege Iul.
petronia.ff.de manumiſ.quem ad hoc reputat not. & tenendũ
menti Bald.in l.cùm magiſtratus.in vlt.q. C.qñ prouoc.non eſt
neceſ.eum etiam reputat ſing.in c.1. §.ad hoc.in verſi. hic fini-
tur lex,deinde conſuetudines regni incipiunt, in vſib. feud.Illũ
tex.etiam no.Bal.in c.1.de contract.inter mi.& dominum, &
illum tex.etiam alleg.gl.hic Cy.& Bal.in l.1.C.de vſu. Item per
3 illum text.dicit Bal.in c.fi.in 3.col.de re iud.† ꝙ in teſtib. diſcor-
dantib. pari numero præualet benignior pars, quæ eſt in fa-
uorabilib. cauſis, ex quo infert, ꝙ teſtes æquiparantur iudicib.
ordinarijs,& non delegatis.l.duo iudices. ſ̃.eod.licèt teſtes non
poſſent ſibi inuicem teſtimonium delegare, quia officium te-
ſtis non digreditur à perſona,ꝙ eſt not.ſcḿ eum. ¶Limita præ-
dicta, & iſtum tex. niſi ſententia lata pro teſtamento eſſet eui-
denter iniqua,tex.eſt ſingul. in l.ſi pars. ff. de inoffic. teſt.& licèt
ille text.ſolùm loquatur in cauſa teſtamenti, tamen gl.not.in l.
cùm magiſtratus,& ibi clarius Ang. C. qñ prouoc. non eſt ne-
ceſ.extendunt illam.l.ad omnes cauſas fauorabiles.& ſequitur
4 do.Alex.in l.duo iudices.in 4.col.ſ̃.eod.¶† Secundò not. limi-
ta iſtum text. & prædicta non procedere, qñ iudices ordinarij
ſunt adinuicem diſcordes ſententiando, eo quia teſtes produ-
cti ſunt contrarij, nam tunc illius ſnĩa præualet,qui melioribus
teſtib. mouetur, vt c. licèt cauſam.de proba. nam cùm hoc ſit
in teſtib. vt ibi, ergo & in iudicibus, qui fundant ſe in teſtimo-
nijs,nam qualis eſt cauſa,talis inſurgit effectus, nec tunc atten-
dimus fauorem, vel odium cauſæ, ſed iuſtitiam probationis,
qa iuſtus,& iniuſtus nõ ſunt pares. c. ſuborta.§.iudicibus extra
5 eo.ita not.limitat Bald. in c fi.in 2. not.extra eod ¶† Secundò
not.ꝙ vbi ſunt iudices pares numero, & duo condemnant, &
alij duo abſoluunt, præualet ſententia abſolutoria pro reo, tã
in ciuili,quàm in criminali, quia eſt fauorabilior, cùm fauora-
biliores ſimus reis,quàm actoribus,& ſic fauorabiliores ſumus
ad abſoluendum,quam ad condemnandum. l.Arrianus. ff.de
de act.& oblig.l.fauorabiliores.ff.reg.iur.& c.ex literis.de prob.
dixi plene in l.de die.in prin. ff. qui ſatiſd.cog Adde facere tex.
in c. ex literis. ad fin. de proba.vbi illud idẽ ſtatuitur pro liber-
tate in teſtib.hinc inde parib.ꝙ ſtatuitur in ſnĩa.¶Tertiò not.ex
6 prin. tex. ibi,*inter pares numero*, † ꝙ qñ eſt æqualitas in numero
iudicantiũ, non eſt recurrendum ad eorũ dignitatem, ſed ad
fauorem cauſarum, & ſic primò attenditur numerus, ſecun-
dò fauor cauſæ. de dignitate iudicum nulla fit mentio in text.
7 dixi in l.vnica.in gl.ſecunda.C.eod. ¶† Quartò not.ex verſic fi.
quòd quando ſententiæ plurium iudicum ſunt diuerſę in ſum
mis,ſtatur ſententiæ minoris ſummæ, eo quia in maiori ſum-
ma ineſt minor. l. diem proferre. §.ſi plures. ff. de arbitr.&
l. 1. §. ſtipulanti. vbi dixi. ff. de verbor. obliga. & ſic in minori
ſumma omnes tres concordant, quia plus ſemper in ſe conti-
net, quod eſt minus, vt l.in eo,quod plus eſt. ff. de regul.iur.in
regu.plus.de regul. iur.in ſexto. & procedit iſte tex. quando eſ-
ſent duo,vel plures iudices,& omnes condemnarent in diuer-
ſis ſummis. ſi autem eſſent tres, & vnus condemnat in quinq;,
& alij duo in decem, tunc ſentẽtia in decẽ præualet, quia plu-
rium,text.in cap.1.de arb.in 6.quicquid teneat gl. & malè in d.
l.diem proferre.§ ſi plures.& ſi dicis, pone, quòd vnus conde-
mnet in 15.alius in 10.& alter in 5.hoc attẽto dicũt valere ſen-
tentiam in 10.cùm duo videantur concordare in 10. quia ille,
qui condemnat in 15. videtur etiam condemnare in 10. cùm
in maiori ſumma inſit minor,reſpon.quòd primò, & ante om
nia debet inſpici in qua omnes tres concordant, vnde in caſu
iſto omnes tres concordant in ſumma de 5. ergo illa ſententia
debet præualere, nam ex quo quilibet iudex condemnauit
tribus varijs ſummis,debet attendi minor ſumma, quia in illa
omnes tres concordant,vt hic,& in d.l.diem proferre.§.ſi plu-
res.ſed vbi duo conformiter, & expreſsè concordarent in ma-
iori ſumma, puta in 10. & tertius in minori, tunc bene præua-
leret ſententia duorum expreſsè concordantiũ in maiori ſum-
ma,ita procedit text.in d.c.1.de arb.in 6.¶Limita iſtum text.&
prædicta non procedere, quando illi, qui condemnant in ma-
iori ſumma,nolunt conſentire in minori, & iſte eſt pulcher, &
ſubtilis paſſus,vnde ſi tres iudices,vel tres arbitri condemnant
hoc modo,vnus in 15. ita quod non in 10.alter in 10. ita quod
non in 5.alter in 5.nullius ſententia tenet, nec tunc habebit lo-
cum iſte text.nec text.in d.l.diem proferre. §.ſi plures. ita tenet
Ange.in d. l.1. §.ſi ſtipulanti.per gloſ. in verbo non eſſe contra-
cta,& per tex.bonum in l.ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam. ff.
de verb.oblig.& ita dicit expreſsè ſentire Albe.Galeoti in Mar-
garita ſua in titul.de arbi. & ſi quando actum faciens proteſta-
tur,& conſentit in maiori ſumma,ita tamen, ꝙ non in mino-
nori ſumma,tunc in maiori ſumma non continetur minor,&
ſequuntur Bal.Imo.Pau.de Caſt.Lud.Ro.& d.Alex.hic. Adde
8 pro iſta parte bene facere, † quia expreſſum facit ceſſare taci-
tum.l.ex filio. §.filio. ff. de vulga. & pupil. ergo cùm in maiori
tacitè contineatur minor,iſtud tacitum debet ceſſare, quia ex-
preſſit contrarium.Item in propoſito, quando iudices ita pro-
nunciant in diuerſis ſummis ſine aliqua proteſtatione,ideo va-
let ſnĩa, quia tunc conſentiunt in minori ſumma, vt prædixi,
ſed quando iudices proteſtantur contrarium, tunc non con-
ſentiunt in minori ſumma.Raph. Cum. hic in fin.ſolùm refert
Angel.in d.l.1.§.ſi ſtipulanti, & ſimpliciter dicit, quòd illud di-
ctum Angel.non videtur ſibi multum verum, & plus non di-
cit.Adde,quòd contrarium de directo tenet gl.ſolennis, & or-
9 dinaria in c.1.ad fi.in gl.fi.de arbi.in 6.monetur, † quia illa pro-
teſtatio videtur impoſſibilis,& contraria facto,ergo nihil ope-
ratur.c.cùm M.Ferrar.de conſtit.& illam vlt.gl.ſequitur, & re-
putat ſing.Io.de Imol.hic in 2.colum.ſibi contrarius.illam glo.
* etiam ſequuntur Io.And. Gem. *& communiter alij ibi*, & decla-
rãdo rõnem illius gl.dic.ꝙ impoſſibile videtur, ꝙ condemna
uerit in 15.quinentiam in 10.& ille, qui condemnauit in 10. q-
nentiam condemnauerit in 5.quia de neceſſitate maiori ſum-
mæ minor ineſt, ergo illa proteſtatio tanquam impoſſibilis nõ
releuat ipſos iudices, vel arbitros proteſtantes, valebit ergo
ſententia in 5.in qua omnes conueniunt, vt hic, & in d.l.diem
proferre.§ ſi plures,non autem vitiabuntur omnes tres ſenten-
tiæ tanquam variæ,& diuerſæ,iuxta.c 1.de arbitr.in 6. & l.item
ſi vnus. §. principaliter, & l.ſeq. ff.de arbitr. quia ſemper debet
fieri interpretatio,vt actus valeat,& non pereat. l.quoties.cum
vulg.ff.de verb.oblig.& l.ſemper in obſcuris.j.de regul.iur.& c.
Abbate ſanè.de regul.iur.in 6.ſed iſtud fundamentum gl. in c.
1.confunditur per text.in l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummã.
ff.de verb. oblig. tu autem pro concordia iſtarum gl. potes di-
cere,ꝙ gl.in d.c.1.in fi. loquitur in terminis, in quibus proteſta-
tio videbatur tendere quaſi contra diſpoſitionem illius capi-
tuli primi,ideo non valet, ſed gloſſ.in d §.ſi ſtipulanti. loquitur
in contractibus dependentibus à mera voluntate contrahen-
tium,& ita proprtè loquitur in d. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc
10 ſummam.¶† In gl.1.ibi, item hoc ius locum habet in ordina-
rijs. nam in pluribus delegatis ferentibus diuerſas ſententias
ambæ ſunt in pendenti, & expectatur confirmatio ſuperioris,
qui vnam earum confirmet.d.l.duo iudices. ſ̃. eo. ratio diuer-
ſita. eſt ſcḿ Bar. quia ordinarij habent iuriſdictionem ſuo pro-
prio iure.l.more. & l.quia.ff.de iuriſdict.omn.iud. ideo non ex-
pectatur alia confirmatio ſuperioris, ſed ſeruamus iſtam leg.
delegati autem non habent propriam iuriſdictio. ſed fungun-
tur vice delegantis.l.1.§.qui mandatam.& l.ſi prætor.ff.de offi.
eius cui mand.vnde ibi expectatur cõfirmatio ſuperioris,& ſic
delegantis,& iſtam rõnem Bar. plenius declaraui, & alias duas
addidi in d. l. duo iudicess, & ibi etiam poſui quid in arbitris
compromiſſarijs, & quid in arbitratorib. ibidem etiam plenè
examinaui, quid in arbitris iuris ferentibus diuerſas ſententias,
an æquiparentur ordinarijs,an delegatis,ibi videas.¶Extra glo.
quærit Bar.de quæſtione,quam dicit vidiſſe de facto, pone tres
11 iudices ordinarij, vel arbitri in ſnĩa omnino diſcordãt, † vnus
condemnauit reum, alius abſoluit eum diffiniuè à contentis
in petitione,alius verò abſoluit ſolum ab inſtantia cauſę,& ſic
ab obſeruatione iudicij, cuius ſententia præualebit. concludit
quòd ſententia vltima, quæ ſolum ab inſtantia cauſæ abſoluit,
quia in hoc omnes tres concordant, nam primus, qui conde-
mnat.abſoluit ab inſtantia cauſæ ſaltem effectualiter, cùm in-
ſtantia finiatur eo modo:ſcđs, qui abſoluit à toto,abſoluit etiã
ab inſtantia iudicij, aut ſaltem duo vltimi in hoc concordant,
ergo præferri debent,vt hic Item primus,& vltimus in hoc cõ
cor. vt non abſoluatur à peti. & ſic ſnĩa medij non põt valere,
ità reſidet Bald. alij nihil tangunt,& ſic vñr tacitè tranſire cum
Bar.Solus Raph.Cu.tenet de directo hic ꝯ Bartol.ꝙ imò ſnĩa
medij

medij valeat,& sic sententia absolutoria à toto, quia illa est fauorabilior, & magis facit pro reo, per istū text. ex quo in principali causa sunt omnes discordes, licèt consequenter in vno concordent: pro ista parte vltra eum facit, quia ille, qui pronunciat diffinitiuè in causa, siue in condemnando, siue absoluendo imponit finem controuersiæ, & liti. l. 1. s. eod. ideo ex tali sententia causatur exceptio litis finitæ. l. 1. cum glo. ff. de iureiurand. & sic nihil controuersiæ in meritis causæ vult relinquere, sed ille, qui absoluit solùm ab instantia causæ, vult relinquere controuersiam alijs, vt de nouo possint partes litigare si volunt, & inchoare nouam instantiam, ergo prima, & secunda sunt omnino ꝯtrariæ tertię, ergo non oēs in tertia cōsentiunt, vt dicit Bartol. attento, quòd principaliter agunt sententiare, licèt in quandam consequentiam etiam velint esse liberatum ab obseruantia sententiæ, & instantiæ, sed attendi debet illud, quod principaliter agitur. l. si quis nec causam, & l. rogasti. in princip. ff. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *Plures delegati non habent iurisdictionem insolidum, nisi sint dati cum clausula, quod si non omnes.*

2 *Licèt regula sit, quod illud, quod potest fieri aliquo contradicente & inuito, possit fieri ipso absente, fallit tamen in pluribus iudicib. & arbitris, quorum duo possunt iudicare tertio præsente, & non contradicente, sed non ipso absente.*

3 *Vno ex pluribus delegatis mortuo, potest superior dare alium in locum demortui.*

4 *An lex nostra sit correcta per ius canonicum.*

5 *Ius canonicum potest supplere ius ciuile ex æquitate nedum persuadente, sed etiam cogente.*

6 *Si tres iudices fuerint præsentes in examinatione formandæ sententiæ, & super hoc inuicem fecerunt allegationes, & vnus discordans ab alijs non potest illos trahere ad suam sententiam, & propterea discessit, an duo concordes poterunt ferre sententiam alio absente.*

7 *Si sint plures iudices, & vnus se absentet, & committat alijs, vt pro certo modo iudicent, non valebit sententia lata ipso absente.*

LEX XXXIX.

DVo ex tribus. Non valet sententia duorū tertio absente, licèt valeat eo præsente, & non contradicente. hoc dicit. & iste text. de plano procedit in pluribus delegatis. ratio est duplex, prima ex defectu formæ mandati, quia princeps delegando simpliciter tribus iudicibus videtur mandare, quòd omnes tres simul iudicent, vt hic, & l. si
1 in tres. & l. sicuti. ff. de arb. ¶† Secūda ratio fundamentalior est, quia plures delegati non habent iurisdictionem insolidum, nisi essent dati cum clausula, quòd si non omnes, sed habent simul, & complexiuè. c. prudentiam. in princip. de offic. delega. & l. si vni, & ibi Bart. in 4. q. s. eod. ergo duo sine tertio pronunciare non possunt, & sic habes si sunt tres delegati simpliciter, potest vnus se absentare, & impedire ne sententia aliorum duorum valeat, tamen in practica si tu videas concordare duo contra te, fac, quòd alter se absentet, & alij non poterunt pronunciare absente tertio, vt hic, erit tamen in hoc remedium, ꝙ adeatur superior, qui illum compellat, vt §. 1. in Auth. vt iud. non exped. fac. ius. collat. 9. glo. in l. si vni s. eod. Item iste tertius se absentans sine causa tenebitur parti ad interesse secundum Rapha. Cuma. contra Barto. ¶Amplia not. istum text. duobus modis. Primò, vt procedat, etiam si duo delegati præsentes facerent citare tertium absentem, vt veniret, & si ille sine iusta causa recusaret venire, adhuc absente illo tertio quamuis citato non possent duo præsentes procedere, & diffinire, prout est clarè de mente Bartol. hic in penult. quæstio. Secundò not. amplia istum text. vt procedat, etiam si omnes tres iudices fuerūt præsentes in examinatione sententiæ formandæ, & fecerunt adinuicem allegationes, & vnus ab alijs discrepauit, adhuc non valet sententia duorum præsentium, qui concordarent absente illo tertio, qui discrepauit, ita not. tenet Bartol. in vlt. q. ¶Secundò modo potest intelligi iste text. in pluribus ordinarijs, qui ceperunt simul de causa cognoscere, vt hic in glo. 1. quia ex quo communicauerunt inuicem exercitium iurisdictionis, est idem, quod in delegatis, secundum glo. magistralem
2 in d. l. si vni. in glo. mag in 4. parte. vbi fuit dictum. s. eo. ¶† Secundò not. ex hoc tex. quòd licèt regula sit, quod illud, ꝙ potest fieri aliquo ꝯdicente, & inuito, possit etiam fieri ipso absente, vt l. 4. §. illud videamus. ff. de fideicom. liber. & l. qui potest. ff. de reg. iur. tñ gl. in d. l. qui pōt. dicit, ꝙ istud fallit in pluribus arbitris, quorum duo pñt iudicare tertio pñte, & non ꝯdicente, sed non eo absente, vt hic, vt dixi ex defectu formæ mandati, quia princeps delegando causam tribus iudicib. videtur mandare, vt omnes tres iudicent. Item quia alius potuisset trahere alios in sententiam suam si fuisset præsens, vt l. si in tres, & l. sicuti. ff. de abitr. ¶In glo. 2. ibi, vel mortuo. dicit
3 Bar.† quòd vno ex pluribus delegatis mortuo, superior potest dare alium in locum demortui, per l. placuit. C. de ped. iud. alleg. in glo. & cum Bart. simpliciter tenent Io. de Imol. & Raph. Cuma. hic, & in hoc Bart. facit differentiam inter plures delegatos, & plures arbitros, quia in plurib. arbitris vno eorū mortuo statim finitur compromissum. l. Pedius. & l. non distinguemus. §. compromisso. ff. de arbi. sed Paul. de Cast. in l. si vni. in 1. col. s. eod. dicit se mirari de Bart. quòd non meminit de text. in c. vno delegatorum. de offic. deleg. vbi est casus planus in contrarium, quòd vno delegatorum mortuo aliorum iurisdictio, & officium expirat, & sic non sufficit dare alium loco mortui, ad hoc, vt alij vnà cum illo possint cognoscere, & cum Paul. de Cast. contra Bart. similiter transit, d. Alexan. tenendo contra Bar. vltra eos pōt responderi ad l. placuit. C. de pe. iud. alleg. per glo. & Bart. quia non loquitur in terminis, quando causa erat delegata tribus simpliciter, & vnus eorum est mortuus, quia tunc est planum, & expeditum, quòd iurisdictio aliorum statim expirat, vt est text. in d. c. vno delegatorum. sed loquitur simpliciter, quando delegati moriuntur, vel se absentant, quòd superior debeat alium dare. Item inquantum Barto. facit differentiam inter plures delegatos, & plures arbitros malè dicit, quia imò æquiparantur, quòd sicut vno delegatorum, ita vno abitrorum mortuo, extinguitur eorum potestas. text. est eos ęquiparās in d. c. vno delegatorū, sicut in plurib. delegatis vno absente non valet sententia lata per duos præsentes, vt hic, ita in pluribus arbitris. d. l. item si vnus. §. principaliter, & in l. si tres. & l. sicuti. ff. de arbit. & ad hanc differentiam inter plures delegatos, & plures arbitros, quam facit Bartol. & malè non aduertunt Scribentes, præsertim Paul. de Castr. & dom. Alexand. ad primum in quo Paul. de Castr. & dom. Alexand. ita grauiter taxant Bartol. quòd dixerit contra casum d. c. vno delegatorū. in hoc saluo bene Bartol. quòd licèt vno delegatorum mortuo statim expiret iurisdictio, vt dicit text. in d. c. vno delegatorum, tamen superior potest alium loco mortui subrogare, qui vnà cum alijs duobus superstitibus cognoscat, & erit noua commissio, & noua delegatio principis. & ita propriè loquitur Bart. nec ad hoc contradicit text. in d. c. vno delegatorum, quin vno ex pluribus delegatis mortuo possit superior in locum mortui alium subrogare, & facere nouam delegationē, & hoc etiam fuit de mente Paul. de Castr. in d. l. si vni. in 1. col. nec est verum, quòd Bart. dicat, quòd vno delegatorum mortuo potestas aliorum stet in suspenso, prout eum referunt velle Pau. de Castr. & d. Alexand. quia hoc esset contra text. in d. c. vno delegatorum. sed bene dicit Bart. quòd vno delegatorum mortuo est superior, qui alium dabit: si autem vnus ex plurib. delegatis sit impeditus iusto impedimento, si impedimentum præbeat ad modicum tempus debet expectare, aliàs superior debet de alio prouidere, vt est text. in l. pen. §. final. & ibi Barto. ad hoc not. ff. de vac. mun. facit l. si longius. in prin. ff. de iudic. ¶Tertio amplia etiam si vnus committeret alijs, quòd certo modo iudicarent, adhuc non valeret sententia illo tertio
4 absente, secundum Bart. hic in fin. quod not. ¶† Extra gl. quærit Bart. nunquid iste text. & similes sint hodie in aliquo per ius canon. immutati, concludit, quòd in iudicib. delegatis nihil est immutatum, sed in pluribus arbitris bene ius ciuile est immutatum per ius canon. nam maior pars arbitrorum potest procedere ad sententiam tertio absente, sed eo requisito, & legitimè citato absque iusta causa recusante venire, quia tunc habetur pro præsente, & eius absentia per Dei præsentiam suppletur, ita est text. expressus in c. fin. de arbit. in 6. & cùm ille tex. discordet à iure ciuili. à l. item si vnus. §. principaliter. & à l. si in tres. ff. de arbitr. seruaretur solum in foro canonico in terris subiectis Ecclesiæ, non autem in terris imperij, nec in foro ciuili, cùm non tractetur de materia peccati, & ita tenet gloss. ord. in d. c. final. in versic. ciuilis quam Gemin. & alij ibi sequuntur, & Bart. & alij hic. Io. de Imol. in consil. 130. quod incipit in
* casu præmisso ante omnia est videndum. in 1. colum. *& ista est communis opin.* quamuis istud vltimum reprobet solus Bald. de quo Scribentes non faciunt mention. in cap. fi. in 5. colum. extra
5 eod. vbi dicit, † quòd ius canonic. potest supplere ius ciuile ex æquitate nedum persuadente, sed etiam cogente. Ex istis habes not. ampliationem ad istum text. quod duo ex trib. delegatis non possunt procedere absente tertio, vt dicit hic litera etiam in fortioribus terminis, qñ tertius fuisset legitimè citatus, & sine iusta causa recusasset venire, ex quo istud est solùm immutatum in arbitr. quod dic procedere solùm in arbitris cōpromissa-

promiſſarijs ſponte electis à partibus,ſecus in arbitris iuris, vel ex neceſſitate electis, in quibus iura ciuilia remanent incorrecta, de eis ille text.in d. c.fin. non loquitur ſecundum Innoc. in d.c.vno delegatorum.de offic.delega. quem ſimpliciter ſequitur.d. Alex.hic, & hoc confirmo eſſe verum ſiue teneamus, ꝙ arbitri iuris æquiparentur ordinarijs,ſiue delegatis, vt dixi in l. duo iudices.ſupra eod.cùm text.in d.capit. fina. non loquatur neque in ordinarijs,neque in delegatis, ſed in meris arbitris cōpromiſſarijs, vt prædixi.
6 ¶† Vltimò quęrit Bartol. ſi omnes tres iudices fuerunt præſentes in examinatione formandæ ſententiæ,& ſuper hoc inuicem fecerunt allegationes, & vnus diſcordans ab alijs non potuit alios trahere in ſuam ſententiam, & propterea diſceſſit, an alij duo præſentes, & concordes poterunt ferre ſententiam illo tertio abſente,concludit,quòd nō, licèt referat Innoc.tenuiſſe contrarium in capit. Raynaldus.de teſt.eo quia licèt ceſſet vna ratio,quòd ille tertius non veriſimiliter traheret alios in ſuam ſententiam , non tamen ceſſat alia ratio, quia omnes iudices debent eſſe præſentes, & ſimul iudicare,vt text.hic in verbo quippe, & in l.tunc autem.ſupra eod. item vltra Bart. quia plures delegati videntur habere in mandatis à ſuperiore, ꝙ oēs ſimul pronuncient, & ille tertius propter ſui abſentiam non poteſt videri pronunciaſſe, vt eſt bon. argum.in l.qui decem.§. idem reſponſum.in fin. ff.de ſolut.& cum Bart.tenent Io.de Imol.& alij, & Bald. in d.l.item ſi vnus. §.fin.addo , quòd idem vbique tenet. d. Abb in capit.cauſam matrimonij.in vlt.col.de offic.delega. & in c.1.per gloſſ.ibi, de arbitr.& in d.capit.Raynald. in 2.not. & in conſil.77.2. volum. quod incip. in quæſt. quæ ad præſens vertitur inter Iacob. in 3.
a dub.vbi dicit,ꝙ opin.Bartol. contra Innoc. *eſt de iure verior*, & ita habes ſecundam not. ampliationem ad iſtum text. vt procedat,etiam ſi omnes tres fuerunt præſentes in examinatione ſententiæ ferendæ, & inuicem allegationes fecerunt, adhuc duo præſentes abſente tertio iudicare non poſſunt.addit Bart.
7 hic in fin. tertiam ampliatio. † & ſi vnus committeret alijs, vt pro certo modo iudicarent, adhuc non valeret ſententia lata ipſo abſente, per d.l. ita ſi vnus. §.fina. cum ibi not.quæ valde not.

SVMMARIVM.

1 *Salaria quæ de publ. recipiuntur à Doctoribus,vel militibus , licèt ſint probibita ſequeſtrari, tamen in ſubſidium deficientibus alijs bonis poſſunt capi in cauſam iudicati.*

2 *Fructus præbendæ, ſeu beneficij poſſunt capi pro debito clerici,reſeruato clerico vnde viuere poſſit.*

3 *Bona feuda.non poſſunt capi in cauſa iudicati, niſi in ſubſidium.*

4 *Bona probibita alienari, pro ſoluendis debitis poſſunt alienari in ſubſidium.*

5 *Qualiter intelligatur verbum in ſubſidium.*

LEX XL.

Commodis. Præmia publica poſſunt capi in causā iudicati in ſubſidium , alijs bonis non exiſtentibus. hoc dicit
1 tex.cum gl.† & ſic ſalaria,quæ de publico percipiūtur,vel a militib.vel à Doctorib.legentib.licèt ſint prohibita ſequeſtrari, Auth. ſed iam cautum,& ibi Bal.C.depoſi.tñ in ſubſidium,qñ non extarent alia bona, poſſunt capi in cauſam iudicati, vt hic,iuncta.l.ſtipendia. vbi gl.& Doct.C.de exec.rei iud.
2 † ſimiliter fructus, & redditus præbendæ, & beneficij poſſunt capi pro debito clerici ex ſuo facto, ſaltem in ſubſidium , non exiſtentibus alijs bonis,vt eſt tex.in c.peruenit.in verbo de redditib.eorum,& ibi glo.& Doct.de fideiuſſ.gl.& Doct. in d.l.ſtipendia.vbi Bart.& alij.Spec.in tit.de exec. ſententiæ,in §. ſequitur.propè fi.& Spe.de primo,& ſecundo decre.§.reſtat.in verſ. quid ſi reus non habet niſi redditus.adde do. Abb. & alios in c. olim.2.& 3.col. de reſti. ſpol.& in c reprehenſibilis.in vlt.colu, de appel.Bald.in c.contingit.in 14.col.de dol.& contum.vbi limitat hoc eſſe verū,dūmodo reſeruetur clerico vnde viuere poſſit,aliàs non poſſet Eccleſiæ deſeruire,arg.c.ſi pp tua debita.de reſcri.in 6.& ibi ēt Ge.in 1.no.ad hoc no.gl. & Doct. in l.miles. in prin.vbi dixi.ſ.eo.& hoc, qñ eſt debitū clerici. ſi aūt eſſet debitum Eccleſiæ , vel debitum contractum nomine Eccleſiæ taliter, quòd ipſa Eccleſia teneatur,iuxta Auth. hoc ius porrectum.cum ibi not.C.de ſacroſan.Eccleſ.& c.quòd quibuſdam. de fideiuſſ.tunc poſſunt capi bona Eccleſiæ,& fructus, & redditus prædiorum Eccl.vt not.Bart.in l. à diuo Pio. § exequuntur.vbi dixi.ſ.eo ſed non bona propria ipſius clerici,ſecundum
3 Imo.hic, nec redditus operarum clerici,qui ſunt ſui, ſecūdum
a Bald.in d.c.contingit.in 14. col. † ſimiliter bona feudalia a non poſſunt capi in cauſa iudicati , nec pro ſoluendis debitis vaſſalli,niſi in ſubſidium deficientibus bonis alijs vaſſalli , ſecundum Bar.& alios in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect.vbi Bart.ad hoc alleg.d.l.ſtipendia.& Rapha.Cum.hic,& tunc debent capi fructus feudi pro executione iudicati,ſecundū Ang. in l.pro hærede.§.ſi quid tamen.per gl. mag. ibi ad fin.ff.de acq.
4 hære.Io.de Imol.in d.§.ſi de vectigalib.in 4 col.d.Alex.hic † ſimiliter bona prohibita alienari, quæ alienari poſſunt pro ſoluendis debitis.l.peto.§.prædium.& l.vnum ex familia. §.quòd ſi talia.ff.de leg.2.& l. pater filium.in princip. ff.de leg.3. intelligitur,qñ alienatio propter debita fieret in ſubſidium alijs bonis deficientibus. ſecundum Raph. Cuman. in d. l.peto.§.prædium.facit bon. tex.in d. l.pater filium. in princip. cum ibi not. per Bart.Similiter in re donata Eccleſiæ, & prohibita alienari, licèt ſuperueniat cauſa neceſſaria alienandi, tñ ſi poteſt ſubueniri per alienationem alterius rei, ſtabit firma prohibitio,ſecūdum Ioan.Andr.in c.verum.de condi. appoſi. quem refert, &
5 ſequitur Are.in conſi.22.quod incip.diligenter,& maturè.† Itē intellige in ſubſidium, quādo in alijs bonis nullo modo poteſt fieri executio,aut ſaltem cum magna difficultate, puta pp longam abſentiam,vel magnam diſtantiam aliarum rerum.Bald. in l.fin.ff.ſi cert.petat.& quod not.Bart.in l.3. ff.de appel.reci.& Raph.Cum.hic.

ADDITIO.

a ¶Feudalia. Adde,an in cauſam iudicati capi poſſint res feudales, & emphyteuticæ,& vide Doctor.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect. Euerar.libr.argum .loco à feudo ad emphyte.18. notab.& quæ ſcribit Rob. de ordin.iudic.capit.55. numer.49. & ſequent. Afflic. deciſ.29. Practic. Maſuer.titu.de execu.Rip. in l.obligatione. numer. 37. ff.de pigno. Iacobin. in inueſti.verſic.& dicti vaſſalli.num.39. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio,vt quis teneatur deducto ne egeat,eſt perſonalis.*

2 *Iſta exceptio eſt perſonalis tam ex parte opponentis, quàm contra quē opponitur,& num.6.*

3 *Donator ſi conueniatur à donatario, habet contra eum exceptionem,ne exigatur vltra quam facere poſſit, tamen ſi delegatur alteri etiam ex cauſa lucratiua, non habet contra eum iſtam exceptionem.*

4 *Maritus in dote dicitur habere cauſam oneroſam propter onera matrimonij.*

5 *Quod lucratur maritus ex pacto, vel ſtatuto de dote,dicitur habere titulo oneroſo.*

7 *Dictio maximè,implicat.*

8 *Promiſſio in dubio debet intelligi facta,prout fieri conſueuit.*

9 *Exceptio doli generalis concurrit cum alia qualibet exceptione.*

LEX XLI.

Neſennius. Exceptio merè perſonalis obſtans deleganti non obſt. ei, cui facta eſt delegatio etiam ex cauſa lucratiua.h.d. vſque ad §.fundum, vel ſic, & melius complectendo
1 totum tex. † Exceptio , vt quis teneatur vltra quam facere poſſit deducto ne egeat, eſt merè perſonalis , & ideo ſoli donatario obijcitur,& non alteri prætendenti cauſam ab eo oneroſam,vel etiam lucratiuam, nec ea vtitur donatoris hæres , nec etiam fideiuſſor. h. d. totus text. Diuiditur in quatuor partes principal.In prima formatur triplex quæſtio,qñ donator alteri delegatus per donatarium non habet exceptionem ꝯ illum, cui fuit delegatus, ne exigatur vltra quàm facere poſſit deducto ne egeat,ꝗ haberet ſi non eſſet facta delegatio, & conueniretur ab ipſo donatario.Prima quęſtio eſt,qñ delegatio fuit facta creditori , & ſic ex cauſa oneroſa. Secunda q.eſt,qñ fuit facta ex cauſa merè lucratiua . Tertia. q. eſt, qñ delegatio fit ex cauſa oneroſa reſpectu eius cui fit , ſed ex cauſa lucratiua reſpectu eius,cuius contemplatione fit,vt quando volens donare mulieri pro dote promittit eius marito, qui prætendit in dotē cauſam oneroſam propter onera matrimonij , vt dicam in 2. notab.In ſecunda parte reſpon.primæ.q. In tertia tertiæ quæſt. antequam rñdeat ſecundæ,eo qa illa tertia eſt ſimilis primæ,vt dicit litera,quia ſicut in prima hēt cām oneroſā, ita in tertia reſpectu mariti, qa vt dixi maritus in dote prætendit cām oneroſam.In quarta,& vlt.rñdet.2.q.qñ ille,cui facta eſt delegatio, prætendit cām merè lucratiuam, vt eſt ſimplex donatarius, & reſponſionem probat per duplex ſimile , & ēt rōnem aſſignat. Secunda ibi, reſponde nulla. Tertia ibi, cui ſimilis eſt maritus. Quarta,& vlt.eſt ibi, ſicut hæres donatoris, vnde licèt gloſſ.dicat,quòd Iuriſcon.reſpondeat primæ,& tertiæ.q.ſed non ſecūdæ, malè dicit gloſſ. quia argueret Iuriſconſult. de diminutione in

ne in §.quib.in 1.const. Codicis. esset.n.diminutus,si omitteret rñdere. 2.q. quæ est magis dubitabilis, q̃ sint aliæ duæ, cùm in illa.2.q.& primus,& sc̃ds ambo essent donatarij, & donatarius non põt exigere vltra,q̃ donator facere possit, vnde dic, quòd imò rñdet omnib. trib. qõnib. licèt vnicuique qõni separatim non rñdeat,tñ illud idem in omnib.trib.rñdet,ꝙ in nulla ex his trib.qõnib.donator posset vti ista exceptione, ne exigatur vltra q̃ facere possit. Item aduerte, ꝙ tex. in 4.parte decisio. 2. q.adducit duo similia,quæ & si vñr bene esse ad propositũ.2.q.non ꝓcedunt in hñtib. cãm ab ipso donatore,vt eius hr̃des, & eius fideiussor.nam hæres donatoris,item fideius.ꝯueniuntur à donatario agente ex cã donationis, & sic ex causa lucratiua, & tñ non habent beneficium de quo hic,sed q.2.hic formata in tex. loquitur in habentibus causam à notario , & sic in diuersis terminis , vnde ex separatis non fit bona illatio. l. Papi. exuli.ff.de
2 mi.& l.fin.cum vulg.ff.de calum.† dic, ꝙ ista exceptio ne quis conueniatur vltra q̃ facere possit, non solùm est personalis ex parte opponentis, & sic donantis, ideo non ꝯpetit eius hr̃di,& eius fideiussori,vt hic,& l.si cùm procuratore.in fin. & l.seq. s̃. eo.sed ẽt est personalis ex parte eius,ꝯ̃ quem opponitur, & sic ex parte donatarij , vnde non põt opponi ꝯ̃ habentes causam ab ipso donatario ẽt lucratiuè, & istud est, ꝙ voluit adducere
3 iste text.in vlt.parte.¶† No.1.ex isto text. ꝙ licèt donator si cõueniatur à donatario habeat contra eum exceptionem,ne exigatur vltra quam facere possit deducto ne egeat. l. inter eos.s̃. eod. tñ si delegatur alteri etiam ex causa lucratiua non habet ꝯ̃ eum istam exceptionem, & sic vr̃, ꝙ sit in potestate donatarij priuare donatorem ista exceptione, & isto beneficio, & facere,ꝙ donator ex sua liberalitate inops factus periclitetur cõtra l.ne liberalitate.ꝯ̃.eod.rõnem vr̃ assignare iste tex.ad fin.ibi, cui si donauit,& text.in l.qui id,quod.§ fin.ff.de dona. ibi, *quia nihil primus secundo à quo conuenitur donauit , licèt sit ei delegatus ex causa donationis*.l.in ædibus.§. pen. ff.de don. Item ista exceptio, quæ obstat deleganti, est merè personalis , ideo non egreditur personam.l.quia tale.ff.sol.matr.& sic non obst. ei,cui facta est delegatio etiam ex causa lucratiua, vt hic, & l. doli mali. ff. de nox.vbi est de hoc text.expressior quàm sit in iure , secundum Barto.Bald. & alios ibi, & l.apud Celsum.§.item quæritur.ff.de excep.doli,de qua materia latè ponit Bartol.in l.doli mali, & l. apud Celsum.§.cùm legitimum.gl.Io.And.& alij.in cap. 1. de iur.patro.in nouel.Spec.in tit.de cessi.acti.§.1.in versi.illud.Bal. in l.3.§.si filius.ff.quod quisque iur.& in l.per diuersas.C.mand. latè Sal.in l.si donaturus.§.1.ff.de cond.ob caus.Nellus in tract.
4 bannito.in 1.parte secundi temporis.in q.74. ¶† Secundò not. ex tex. ibi, sui similis est maritus, ꝙ maritus in dote dr̃ habere causam onerosam propter onera matrimonij , sicut & creditor,& ideo ei æquiparatur in hoc text.fac.tex.in l.fin. §. si à socero.ad fin.in verbo non magis, q̃ in creditorem,& ibi Bart. ad hoc no.ff.quę in fraud.credit.& text.in l.1.in princip.ff.pro dote.vbi maritus,& emptor æquiparantur,& ibi Bart. in 2.not.ad hoc not.& tex.bon.in l.ex promissione.ff.de act. & oblig. alleg. in glo.vbi dicit tex. ꝙ cã do.non vr̃ esse lucratiua, sed maritus quodammodo creditor,aut emptor intelligitur, & ille est melior text.de iure.idem not.Bart.in l.pro onerib.per illum tex.C. de iur.dot.Bart.in l.Meuia.§.1.ff.solut.matrimon. amplia istud procedere etiam in dote putatiua non solum in vera,vt est gl.
5 in l.Proculus.in gl.fin.ff.de iur.dot.¶† Secundò not. amplia, ꝙ etiam illud,quod lucratur maritus de dote ex pacto,vel ex sta-
a tuto,dicitur habere tit. oneroso, [a] vt est gl. valde singul. quam bene signa in l.si donaturus.§.1. in verbo non potest.in princip. & ibi Bald.& Mod.ad hoc not.ff.de cond.ob caus.cum multis concord.quas ibi dedi,& ibi etiam examinaui, an illa gl.sit vera,vel ne,ad illa dicta te remitto.¶† Tertiò diligẽter no.in ver.
6 fin.quòd ista exceptio ne qs teneatur vltra quàm facere possit, sicut est personalis ex parte eius,cui competit, & sic actiuè , & ideo non transit ad eius hæredem, nec ad eius fideiussorem,vt hic,& l.si cùm procuratore.cum duab. ll. seq. s̃. eod. quamuis hæres censeatur eadem persona cum defuncto , vt in Auth.de iureiurand.à mort.præsti. in princip. collat. 1. & in l. hæredem. ff.de regul.iur. ita etiam est personalis ex parte eius,contra quẽ competit , & sic passiuè, & ideo licèt competat contra donatarium,tamen non competit contra habentem ab eo causam siue onerosam,siue lucratiuam,vt hoc text.valde not. Ad hoc limita istũ text.vt procedat,quando ex tali delegatione mutatur obligatio,& actio,& eius qualitas, vt hic,nam alia est obligat. ex qua nunc conuenitur donator à marito , quàm sit illa, ex qua tenebatur donatario , & est alterius qualitatis,secus, qñ non mutatur obligatio,nec actio,nec eius qualitas respectu rei conuenti, licèt persona actoris mutetur , vt est text. in l.si post diuortium.& in l.si maritus.ff.solut.matr. vbi maritus, & socer habent actiuè exceptionem, ne exigantur vltra quàm facere possunt, & istam exceptionem habent non solùm si exigantur ab vxore,sed etiam ea mortua si exigantur ab hærede mulieris, vel à fisco,cui dos ob delictum mulieris fuit confiscata,& no. bene istam limitationem,quia est fundamentalis, & necessaria. ¶Capio gl.in verbo similis. quam diuide in tres partes princip. In prima assignat rationem ad tex. In secunda forteter oppon. ad tex.& sol. dicit Io. de Imol. ꝙ ille text.in contrarium adductus fortiter obst. & verè est contrarium difficile. In tertia oppo.& non soluit.Secunda ibi, [sed contra. s̃.de iure dot.] Tertia,& vlt.est ibi, [item ꝯ̃. s̃.sol.mat.] ¶In ead.gl.ibi, [sol.ibi sol. matr.] ista sol.gl. confunditur per istũ tex.ibi, [maximè si con-
7 stan.matr.] † nam dictio,maximè, implicat idem sol.matr. vt est gl.in l.illud.ad fin.ff.ad leg.Aquil.& l.ꝙ si minor.§.restitutio. ff.de mino.& in c.ad abolendam.de fil.præsby. alio modo rñd. Alber. de Ros.& Ang. hic,ꝙ vbi maritus, cui facta est delegatio donationis vxoris, agit ꝯ̃ ipsum donatorem delegatum principaliter ad sui commodum tantum , & tunc agit insolidum , nec vlla repellitur exceptione, sicut ne quis alius creditor ex causa onerosa,siue agat constan.matrimo. siue eo soluto, qñ dos est apud eum remansura ex pacto de lucrãdo eam, ita procedit iste text.in verbo maximè, sed quando principaliter ageret ad commodum vxoris , puta sol.matr. quando dos est reuersura ad mulierem , & tunc sibi obstabit exceptio, qđ non possit agere quatenus donator facere possit,sicut obstaret mulieri agenti,sic intelligitur. d.l.si extraneus. allegata in oppositum.ista solutio confunditur per vtrunque text.& sic non videtur esse bona, nec ad istum text. nec ad contrarium. primò confunditur per istum text. in implicatiua maximè si constan. matr.quæ implicat idẽ esse si sol.matrim.nam dicere,quòd hic sol.mat. maritus agebat ad suum commodum tantum, eo qđ fecerat pactum de lucrando dotem,est diuinare, & restringere text.Item istud est facti.l.consilio.in fi. ff.de cur. furio. sed facta non præsumuntur,nisi probentur.l.in bello.§.factæ. ff.de capt. secundò confundur per l. ꝯ̃riam generaliter volentem , quod etiã si maritus egisset constan.matrim. sibi obijci potuisset ista exceptio , & restringere illum text. solùm ad casum, quando solu. matrim. ageret maritus, violat illũ text.tertio modo rñd. Iacob.de Aret.quem sequuntur Ioan.de Imol.Raph.& d.Pet. de Bexut. hic , quod ibi extraneus promisit dotem magis contemplatione viri,quàm mulieris.l.Titio centum.§.Titio genero. ff. de condi. & demonstra. vnde quia exercuit libertatem respectu mariti, ideo ipsi marito obstaret exceptio etiam si cõstant. matr.ageretur,sed nec ista sol.caret diuinatione,& restrictione ad illum tex. quamuis ista solu. in se posset stare, considerabam quarto modo posse responderi ad istum difficilimũ contrarium,quod iste text.loquitur,quando extraneus non ꝓmisit dotem ipsi mulieri,ibi autem sic.nam iste text.dicit,quòd iste,qui pro muliere,cui donare volebat,marito eius promiserit dotem, & sic ipsi mulieri nihil promisit , vnde istud priuilegium,vt donator non teneatur vltra quàm facere possit, nunquam fuit iudicatum in persona mulieris, ideo donator habet istam exceptionem cõtra maritum , quia ipsi marito nihil donauit,vt dicit iste text.in fin.& in l.qui id,quod.§.final. ff.de donat.nam martus sibi debitum consequitur, vt dicit text. in d.§. fin. item prætendit causam onerosam in dotem sicut quilibet creditor,vt vult iste text.in verbo,similis,vt dixi in tex. in 2.no. & sic iste text. clarè loquitur , quando iste extraneus nihil promisit mulieri, sed solùm promisit marito. sed text. in l.contraria semper impersonaliter loquitur per totam. l. videlicet si extraneus dotem promisit,& non dicit cui, vnde ille tex. debet intelligi,quando promisit mulieri,vel nomine ipsius mulieris,prout communiter accidit,argu.l.vel vniuersorum.ff.de
8 pign.act. † quia promissio in dubio debet intelligi facta , prout fieri consueuit,vt ibi,arg.l.certi condictio. §. si nũmos , in verbo, nam quotidie.vbi plenè cumulaui istam regul.ff.si cert.petat. & persona alterius in dubio non debet in promissione extrinsecus intelligi.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. ff.de verbo. obliga.vnde cùm donator semel fuerit obligatus mulieri, cui promisit , & beneficium ne excutiatur vltra quàm facere possit,fuerit radicatum in persona mulieris , certè si maritus agat, vel constante,vel sol.matri.quia semper agit nomine mulieris, ideo

ADDITIO.

a ¶Oneroso. Adde eundem Ias.in l.donaturus.§.si quis indebitam. numer. 11. & 13.ff.de condi.caus.dat.Cagnol.in l.in eo,quod.ff.de regul.iur.Dec. in l.1. col.vlt.nu.17.C.de secund.nup.& consi.260.Rol.cons.74.nu.60.lib.1. Paris. consil.127.in prin.libr.1.text.in l.cùm quis.§.1. ff.de dote prælleg. & quod dos sit titulus onerosus respectu mariti,scribit idẽ Rol.consi.85.nu. 13.lib.3. Capic.decis.181.col.2.in lucro autem, ꝙ defertur ex statuto, dic, vt per D. Osasc.decis.21. num.18. MASVER.

ideo illa excep. quæ obſtaret mulieri ſi ageret, etiam obſtabit ꝯ maritum agentem,ita ꝓpriè loquitur tex.in d. l. ſi extraneus. qa iſta excep. quæ ſemel cœpit ꝯpetere ꝯ maritum,facilius dẽt tranſire ꝯ maritũ, q̃ ſi nunquam ꝓmiſiſſet mulieri, vt eſt text. no.in l.q libertinus.§.ſed ſi creditori.ff.de oper.liber. ¶In ea.gl. ad fi.no.bene.iſtam dñam gl.quæ ſm Bar.facit ad multa. idem tenet gl.in d.l.ſi prior.& ibi Bar.& alij.ff.ſol. matr. nam in d.l.ſi prior. primus maritus promiſit ſcdõ dotẽ, & appõne dotis illud ſolum ꝯtinetur, ꝙ per actionem de dote in effectu exigi põt.l.1.ff.de dot.prælleg. ſecus ſi promiſiſſet certam quantitatem,vnde qñ debitor tutus aliqua excep. delegatur alteri, ſi ꝓmittat expreſsè certam quantitatem,non põt vti excep.ne exigatur vtra quam facere poſſit,ſed ſi promiſit illud,ꝙ debet,debet intelligi cum effectu, & ſic exceptio, quæ ꝯpetebat ꝯ primum,ẽt competeret ꝯ ſm, non quia tranſeat ꝯ ſm, ſed quia forma promiſſionis non vr̃ includere niſi illud, ꝙ cum effectu debetur.facit text.in l.Meuio.§ à me. ff.de leg.2. Contra iſtam
* dñam *gl.ab omnibus approbatam* obſt.tex.in l.& ſi fideiuſſor.ſ.eo. vbi fideiuſ. acceptus pro actione de dote conuenitur inſolidũ, ſiue promiſerit dotem,ſiue illud, ꝙ debebatur actione de dote.nam vtroque caſu vr̃ promittere integram dotem, non aũt illud tm̃,ꝙ in effectu poſſet exigi,& ſic de directò ꝯ iſtã dñam gl.ad illum text.reſpon.Angel.hic, ꝙ ibi tpe fideiuſſionis dotis debebatur tota, nec maritus habebat iſtud beneficium, vnde totam vr̃ promittere, licèt poſteà contingat maritum effici pauperẽ,& non ſoluendo, & propterea poſſe vti beneficio ne exigatur vltra quàm facere poſſit, non porrigitur ad fideiuſſorem,ꝙ reputat Ang. tenendum menti,ſecus eſſet ſm eum ſi fideiuſſor intercederet poſt beneficium competens ipſi marito, ſed iſta reſpon. vr̃ diuinatio,& violatio ad illum text.ſm Imol. Raph.Cum.& d.Petr.de Bex.alio modo rñd. Io.de Imol. & d. Alex. ꝙ aliud ſit in fideiuſſore, qui vt plurimum accipitur in defectu facultatis rei,& reo non exiſtente ſoluendo.§.fin. Inſti. de replic. aliud ſit in principaliter promittente, cuius non eſt hæc natura, ideo in ipſo inſpiciuntur verba promiſſionis,cu-
9 ius qualitatis ſint concepta, vt hic dicit gl. ¶† In gl.fin.in verb. inſolidum,intellige glo.non de excep. doli generali, quæ concurrit cum qualibet alia excep.& ſic etiam cum illa, vt quis non teneatur vltra quam facere poſſit.l.2 §.& generaliter. & l. qui æquitate.ff.de excep.doli.gl.mag.in l.qui ſe debere.ff.de cõdi.ob cauſ. vnde de iſta bene diceret, quia ſi de illa excep. doli gñali eſſet idem,ꝙ de iſto benefi. non daretur per ll.alleg. in gl. vnde intelligenda eſt iſta gl.de excep.doli,quæ in totum excludat agentem, ẽt quicunq; ſit habens iſtud beneficium, ne exigatur vltra quam facere poſſit, puta quiſquis promiſit ex eo, quod credebat ſe teneri, cùm verè non teneretur, nam tunc obſtaret excep.doli ei, cui facta eſſet delegatio ex cauſa lucratiua,ſecus ſi ex cauſa oneroſa,vt in iuribus alleg.per gl.in contrar.loquentibus in his terminis.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus rei vendic. non habet beneficium, ne teneatur vltra quam facere poſſit.*

2 *Si non reſtituantur res conſiſtentes in qualitate, & quæ recipiunt functionem in genere ſuo, vna poteſt fungi vice alterius, ſi veriſimiliter non cadit affectio, poteſt tamen in litem iurari de affectione.*

3 *Bonæ fidei poſſeſ. an teneatur de fructibus perceptis ante litem conteſtatam.*

4 *Qualiter probabitur, quòd bonæ fidei poſſeſ. eſt factus locupletior ex fructibus naturalibus, ad hoc, vt teneatur ad reſtitutionem.*

5 *In actionibus ſtricti iuris non iuratur in litem.*

6 *Si mulier dedit fundum in dotem, vt ſpeciem, & non quantitatem, & ſolut.matr hæredes eius vendicent fundum, an maritus habebit beneficium vltra quam facere poſſit.*

7 *Lex in rebus.C.de iure dot.quę dat vxori rei vendic.ſolut. matr.in reb. dotalibus,non habet locum in hæredibus vxoris.*

8 *Quando in inſtrumento dotali adeſſet precarium, quia maritus conſtitueret ſe nomine vxoris precario dotem poſſidere, tunc ſolut.matrim. virtute conſtituti dominium,& poſſeſſio incontinenti transferentur in vxorem.*

§.Fundum. Donator conuentus rei vendica. ad rem donatam,cuius poſſeſſio eſt ad eum reuerſa,non vtitur beneficio, ne teneatur niſi inquantum facere poſſet, ſed condemnatur in ſolidum, vt quilibet poſſeſſor, tam ad ipſam rem, q̃ ad fructus extantes, q ſunt apud eũ, quos dolo deſijt poſſidere.h.d.totus iſte.§.& ſunt tres partes,ſicut tres ponuntur caſus.Scđa ibi, [ſi autem fundum reſtituit.]
1 Tertia, & vlt. eſt ibi, [ſi dolo malo.] ¶† Not.1. ex iſto text. qđ conuentus rei vend. non habet beneficium, ne teneatur vltra quàm facere poſſit, non habita ratione ne egeat, & ſic not diligenter,ꝙ priuilegium,ꝙ datur perſonis enumeratis in l. ſunt, qui in id.cum l.ſeq.ſ.eod. ne condemnentur, niſi inquantum facere poſſunt,non datur eis,vbi actor petit, ꝙ ſuum eſt,ꝙ extremum neceſſarium eſt in agente rei vendi. l.in rem. in princ. & l.officium.ff.de rei ven.& c.examinata.de iud. hic.n. fundus ſemel fuit traditus donatario, & ſic donans fuit liberatus ab obligatione tanquam donans,vt not. gloſſ. & Docto. in Auth. ſacramenta puber.C.ſi aduer.vend.& in l.ab empt.ff.de pact.& l.ſi cùm fundum.in fi.ff.de ꝯhen. empt. vnde non conuenitur vt donator,ſed vt quilbet poſſeſſor,ex quo poſſeſ.ad eum peruenit.l.de eo.§.fin. ff.ad exhiben. ſecus ſi conueniretur actione perſonali ratione donationis, & ſic ratione libertatis per eum exercitæ, tunc bene haberet dictũ beneficium.l.cùm ex cauſa. ſ.eo.& ſic facit,ꝙ maritus conuentus rei vendi.ab hærede mulieris ad rem datam in dotem,non habeat benefic.prædictum, ex quo non conuenitur vt maritus, ſed vt quilibet poſſeſſor,
2 de quo dicetur.ĩ.extra glo.¶† Scđò not.hic videri caſum, ꝙ ſi non reſtituant̃ res conſiſtentes in quantitate, & quæ recipiunt functionem in gñe ſuo, ꝙ vna poſſit fungi vice alterius, & ſic veriſimiliter non cadit affectio, põt tñ iurari in litem de affectione,ꝙ vr̃ ꝯ.l.nummis.ff.de in lit.iuran.dic ſm Imo.ꝙ ibi loquitur in pecunia, in qua non cadit affectio, & habet certam æſtimationem, ſed hic fructus non habent de ſe certam æſtimationem,ideo in eis poteſt iurari in litem, non reſpectu affectionis,ſed reſpectu æſtimationis. facit, ꝙ hr̃ in l.in actionibus. ver.planè,& l.cùm furti.ff.de in lit.iuran.¶Gl.in verſi.conſumpſit.tangit ad intellectum tex. qñ fructus percepti ex re donata ſemel tradita donatario non ſunt in rerum natura, quia donator eos conſumpſit, an teneatur, & quo remedio, & an poſſit iurari in litem ꝯ eum.gl.refert.4.opin.& Bar.vr̃ intelligere duas primas opi.in eo,qui ſemper fuit malæ fidei, & duas vlt.in eo,
3 qui fuit bonæ fidei. ¶† Adde inquantum tenet glo. ꝙ bonæ fidei poſ.de fructib.perceptis ante lit.conteſt. nullo modo tenetur ſi ſunt conſumpti, & ideo tunc non iuratur in litem ꝯ eũ, intellige verum in fructibus induſtrialib. quia bonæ fidei poſ. fructus induſtriales facit ſuos pro cultura,& expenſa.l.bonę fidei.ff.de acquir.rer.dom. & l.fructus.1. ff. de vſur.& §. ſi quis à non dño.inſti.de rer.diuiſ.¶Ex quo ad faciendum tales fructus ſuos ſufficit,ꝙ à princ.& ſic ante lit.contiſt. fuerit in bona fide. l.qui ſcit.§.pen.& fin.ff.de vſur. ¶In fructibus autem naturalibus ſi ſunt conſumpti, tenetur quatenus eſt effectus locupletior per condi.ſine cauſa.l.ſi me,& Titium,& ibi Ang. ff.ſi certum petatur.& l.mala fide.C.de condi.ex lege.alleg. hic in glo. in fin.nec tunc datur rei vendi. cùm ſint conſumpti bona fide. d.l.fructus.1.ff.de vſur.gloſ. in l.fructus.& in l. ex diuerſo. & ibi plene Bartol.ff.de rei vendi.glo.& Docto. in l.certum. C.de rei
4 vend.† ſed aduerte diligenter in practica, ꝙ ſit aduocatus bene cautus,ꝙ deducat,& probet bonæ fidei poſſeſ.ex fructib. conſumptis locupletiorem factũ, & ſpeciem locupletationis deducat,quia nõ ſufficit deducere,& probare, quod in vſus ſuos couerterit,quia per hoc nõn ſequitur,quòd locupletior factus eſt: quid enim ſi in vſus ſuos, & familiæ conuertitur ſplendidius viuendo? certè non eſt locupletior. l. ſed & ſi lege. §. ſi quis re ſua ff.de peti.hæredi.ita ſing. tenet Angel. in conſil.160. quod incip.d.Card adult.quòd teneas bene cordi, & adde Angel.in conſil.13.incip.ſuper primo puncto dico de iure.in vlt. colum. quamuis contrarium teneat idem Angel. in l. vtrum. per glo.ibi,quam ad hoc multum commendat ad practicam. ff.de petit. hæred. quam reprehendit do. Franc. de Cur.vt ipſe dicit in conſil.71.incip.defunctus.in 3.colum.& in princip.ſeq. item prædictam concluſionem quam feci, quòd bonæ fidei poſſeſ.non facit fructus naturales ſuos,limitat ſing.quando eſt bonæ fidei ſine titu.ſecus ſi ſit cum titu.& videtur eſſe text. no. non cauillando eum in l.bonæ fidei emptor.in prin. ff. de acq. rer.dom.Bart.in l.fructus.in prima oppo.ff.de rei vend.Ioan.de Imol.hic in ſecunda colum. ¶Secundò princip. inquantum glo.iſta videtur tenere, quòd ſi fructus ſint conſumpti poſt lit. conteſta.non poſſit iurari in litem,cùm ſint petendi condi.ſine
5 cauſa.d.l.mala fide,quæ eſt ſtricti iuris, † & in actionibus ſtricti iuris non iuratur in litem.l.in actionibus.cum l. ſequen. ff.de in lit.iuran.¶Contrarium ſentit.d. Azo in glo.relatus, ſed poſſet concordari ſecundum Imol. quòd ſi ſunt conſumpti dolosè, videtur poſſe iurari in litem,per not.per gloſſ.in l.arbitrio. §.nõ tamen. ff.de dol. quia tunc poſſet conueniri actione in rem, ſicut ſi poſſideret. l. ſinautem. §. ſed & his.arg. l.qui petitorio.in princip.ff.de rei vendi.ideo poteſt habere locum iuramentum in litem propter actio. in rem ſecundum glo. in d. l.arbitrio. §. non tamen.ſecus ſi non ſunt conſumpti dolosè,puta, quia cor rupti ſunt ex ſeipſis, cùm fructus non poſſint vltra triennium durare,quin corrumpantur, & ſic ſunt res, quæ ſeruando cõſeruari

seruari non pñt, cùm in naturali bonitate non durẽt per triennium, vt est gl.sing.in l.1.& ibi Bald.& Ang.C.si aduer.vsu. quã ad hoc rep.Ang.sing.in l.1.§.fuit quæsitum.vbi dixi.ff.ad Treb. & in l.procurator.ff.de procurat. & tunc non iurat in litem,&
6 ita procedit.1.opi.Vgolini.¶† Extra glo. quærit Bart. de not.q. si mulier dedit fundum,vel domum in dotem, & sic speciem, non autem quantitatem, & sol.mat. per mortẽ mulieris hr̃des mulieris vendicent ipsum fundum,an maritus habeat beneficium,ne teneatur vltra q̃ facere possit.Gul.de Cun.in l.ꝙ noĩe. ff.de cond.ind.tenet,ꝙ non, qa tunc non ꝯuenitur vt maritus, sed vt qlibet extraneus pos. vt hoc tex.ista opi Gul.ꝓcedit ſm terminos huius.§.cum gl.qñ fundus dotalis fuisset semel redditus hr̃dib.mulieris,& sic in eos transiatum dñium,& posteà eius pos.rediret ad maritũ,tũc maritus posset ꝯueniri rei vendi.vt qlibet pos.& non haberet istud beneficium, vt hoc tex.si aũt fundus dotalis nunq̃ fuisset redditus hr̃dib. mulieris, quia mortua vxore dñium est pęnes maritũ,vt iurib.alleg ꝑ Bar.nõ posset ꝯueniri rei vend.& tunc hr̃et istud beneficium, ex quo non posset conueniri vt extraneus, sed vt maritus, & ita tenet
* *Bart.cum quo alij transeunt*,præsertim Imol.Raph.Cu.& d.Alex. hic.idem tenent Bar.Bal.Ang.& Pau.de Cast.in l.si filio.2.ff.sol.
7 mart.Bald.in l.ꝙ noĩe.ff.de cond.inde.† Not.sing. illud, ꝙ dicit Bar.circa.l.in reb.de iur.dot. quæ dat vtilem rei vend. vxo. sol. matr. vt procedat solùm respectu personæ mulieris viuentis, vnde non transit ad eius hæredes, vt l.vnica. C.de priuileg dot. & sic ipsi non habent rei vend.ꝙ est sing.no.ſm Io.de Imo hic, & est valde sing.& perpetuò not.ſm d.Alex.hic,& in l.si mora. in 3.col.s.solu.matr. ¶Sed aduerte, ꝙ istud reprobant Rapha. Cum.& d.Pet.de Bex.hic per text.in d. l.in reb.dicentem,ꝙ iure singulari res dotalis est in bonis mulieris, ergo etiam debet dari eius hr̃dib. cùm fuerit in bonis suis, dic bene facere illum text.ꝯ Bar. & sequaces, dum dicit, ꝙ res dotales ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius dominio permanserunt. *licèt legum subtilitate ad mariti substantiam transire videantur*, ita ibi dicit text.si ergo naturali iure vxor remanet dña rerum dotaliũ, & istud dñium raro perditur per mortem, ergo debet transire ad eius hæredes. item pondera, quia ꝯrium tenet ipsemet Bart.si bene inspexeris in l.1.in ncol in fi. ff.sol. matr. vbi dicit, ꝙ ipse hæres ex priuilegio potest dotem vendicare sicut ẽt ipsa vxor,& tenendo istam opin.ꝯ illud,ꝙ tenuit Bart.in princi-
* pali decis.*quæ est vera,& communis*,eam defendendo,prout põt, fuit de mente Bart.hic in fi & in d.l.si filio.2.ff.sol.matr.ꝙ cùm ista rei ven.sing.competat quodam iur. sing. ꝯ mariũ etiam si ipsa mulier ageret,& deberet agere tanquam vxor,& non tanquam extranea persona, & similiter ea mortua hr̃des mulieris non possunt agere ista singulari rei vendic. quod non facerent durante matrimonio, & priuilegio. d. l.in reb.ideo tunc quia maritus non conueniretur vt extraneus, sed vt maritus haberet illud beneficium, ne exigatur vltra quàm facere possit. tenendo tñ illud,ꝙ sing tenet Bart. ꝙ priuilegium. d.l.in reb.non ꝯpetat hr̃dib.mulieris, intellige de hr̃dib. extraneis, secus si essent filij, quia eis ita competetet rei vendica. sicut & mulieri si viueret,per gl in d.l.vnica.& ibi Doct.C.de priui.do.& l.etiam. in prin.cum gl.sol.mat.ita limitat.d.Alex.hic, & in l.si mora. in
8 3.col.ff.sol.matrimo. ¶Adde etiam prædictis, † ꝙ qñ in instr̃o dotali adesset precarium, puta, quia maritus constitueret se precario nomine vxoris dotem possidere, tunc vigore constituti sol.matr. dñium incontinenti esset translatum in mulierẽ. l.ꝙ meo.in princip.ff.de acquir.pos.& glo. in l.ab emptione.ff. de pact.& glo.in Auth.sacramenta pub.C.si aduer.vend.& nõ solũ dñium,sed etiam possess.vt in l.interdum. cum vulg. ff. de acquir. possess.tunc hæredib. mulieris competeret rei vend. de iure cõi ꝯ maritum, & non esset idem, ꝙ in casu huius. §.quia maritus non hr̃et tunc istud beneficium, ne exigatur vltra quã facere possit.ita tenent Bald. Angel. & Ludouic. Rom. in dict. l.si filio. secunda, & sequitur simpliciter domin. Alexand. hic reputans singulare,& ita remanet vtiliter expeditus iste §.

Repetitio. l. quominus. ff. de fluminibus. edita per Excellentissi.Iurisconsu. dom.Ias.de Mayno Mediola. in Florentissimo Ticinensi gymnasio. Anno salutis Dominicæ. M. CCCCXCI. die 20. Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Cuilibet licèt ducere aquam ex flumine public.non nauigabili.*
2 *Imperator,& Senatus æquiparantur.*
3 *Imperator an possit tollere ea,quæ sunt iuris gentium sine causa.*
4 *Deus non subiecit Imperatori,quæ sunt iuris gentium,licèt subiecerit leges.*
5 *In principe in dubio præsumitur iusta causa,licèt non exprimat.*
6 *Sola principis voluntas dicitur iusta causa.*
7 *Princeps his, quæ sunt iuris gentium,non potest ex sola voluntate derogare.*
8 *Posse nauigari,& piscari in flumine public.est de iure gentium.*
9 *Imperator non potest auferre alicui sine causa publicæ vtilitatis illud, quo de iure gentium est actualiter alicui acquisitum.*
10 *Concessiones principum, quòd aqua ducatur ex flumine, intelliguntur sine iniuria alterius.*
11 *Aqua,quæ est in vsu publico,non potest duci.*
12 *De natura aduersatiuæ est aduersari his, quę sunt eiusdem generis, & repetere qualitatem pręcedentium.*
13 *Ex flumine nauigabili,vel ex eo, quòd facit aliud nauigabile,non potest aqua duci.*
14 *Ita populus, sicut priuatus non potest, quę sunt regalia, vsurpare.*
15 *Ex flumine publico quod intrat flumen nauigabile, licitum est aquam ducere,dummodo reintret in flumine nauigabili.*
16 *In loco publico nõ est licitum aliquid facere, vel aquam ducere expressa licentia principis, etiam si nihil nocet publico.*
17 *Causa,& effectus legis ipsam legem distinguunt.*
18 *Vbi aliquid prohibetur in termino,intelligitur prohibitum in via, vnde statutum prohibens portare frumentum extra territorium, comprehendit repertum in via.*
19 *Idem iudicamus de flumine non nauigabili, quando ex eius adiunctione facit aliud nauigabile,sicut si esset nauigabile.*
20 *Vbi duo propter vnum,ibi vnum tantum.*
21 *An habens molendinum in parte inferiori fluminis, possit impedire volentem facere molendinum in superiori.*
22 *Non est licitum facere in priuato, quando principaliter fit, vt alteri noceat.& num.26.*
23 *Altius tollere vsque ad cœlum cuilibet licet, nisi fiat ad æmulationem alterius.*
24 *Castrum, aut fortilitium non licèt ędificare, quando fit ad æmulatiotionem tertij etiam inimici.*
25 *Frater non potest donare partem suam castri communis ad æmulationem fratris, si per hoc sibi non prodest, & alteri nocet.*
27 *An quis possit pręscribere, vt omnes vadant ad suum molendinum, taliter, vt possit alteri prohibere, ne molendinum in loco ędificet.*
28 *Valet consuetudo, vt nullus possit facere molendinum nouum in flumine in pręiudicium mei molendini.*
29 *Si quis per longissimum tempus fuit ad molendum ad molendinum alicuius, non propter hoc potest in futurum compelli, quòd molat.*
30 *Si quis multis annis, & etiã maiores sui hospitauerint in domo aliquẽ nobilem, vel Episcopum,non propter hoc causaretur consuetudo, vel præscriptio,per quam in futurum ad hoc teneatur.*
31 *Si quis volens ire ad aliud molendinum, fuit à me prohibitus, & posteà per longissimum tempus acquieuit prohibitioni, taliter, quòd completa est præscriptio, poterit in futurum cogi, vt ad meum veniat.*
32 *An quis possit præscribere, vt ipse solus, & posteri sui habeant molendinum in tali villa, ita quod alius non possit ibi facere molendinum.*
33 *In dubio quis præsumitur propter se principaliter ædificare.*
34 *Quid si aliquis facit molendiuum,vel aliud ædificium, vt sibi prosit, & alij noceat.*
35 *Quando aqua sufficit molendino superiori & inferiori, quis potest facere molendinum superius.*
36 *Valet pactum factum per eum, qui habet molendinum inferius, ne liceat superiori in suo molendino ædificare.*
37 *Flumen publicum dicitur, quòd perpetuò currit.*
38 *Quando dicatur quis habere licitè molendinum in flumine.*
39 *Flumina nauigabilia fuerunt concessa per pacem constantiæ ciuitatibus Italiæ, & illæ possunt dare licentiam ædificandi molendinum in flumine nauigabili.*
40 *Qui habuit molendinum in flumine publico nauigabili per tantum tempus, cuius initij memoria non est in contrarium, dicitur habere licitè.*
41 *Veneti possunt interdicere quibuscunque nauigare volentibus per eorum gulphum.*
42 *Tempus,cuius initij memoria non est in contrarium,habet vim constituti, & potest tantum, quantum Imperator cum causa, item etiam per illud præscribuntur ea, quæ aliàs de sui natura sunt præscriptibilia.*
43 *In molendinis, & commoditatibus aquarum standum est antiquitati.*
44 *Vetustas habetur pro lege.*

In flu-

45 *In flumine publico non nauigabili quando liceat facere molendinum.*
46 *Alueus eſt ſemper eiuſdem iuris, cuius eſt ipſum flumen.*
47 *Licèt aliàs cedat loco quicquid ſuper imponitur, tamen hic ècontra ſolum, & fundus cedit aquæ fluminis, quæ ſuper imponitur.*
48 *Prohibitus ædificare molendinum, an damnum patiatur.*
49 *Sicut error iuris non nocet, quando tractatur de damno, ita etiam quàdo de lucro radicato.*
50 *Nemo poteſt facere molendinum, vel cluſam in fundo alieno, vel in aqua aliena.*
51 *Qua actione poſſet quis agere contra ædificantem molendinum ſupra, vel infra, vt meum impediat.*
52 *Actio in factum competit pro omnibus interdictis de mundo.*
53 *Negatoria an competat etiam ei, qui prætendit illud quod facit, facere non iure ſeruitutis.*
54 *Quis dicatur primò occupaſſe, vt alium impediat ne faciat molendinum.*
55 *Copula poſita inter verba præterita, requirit concurſum vtriuſque copulatorum.*
56 *Quando aqua, quæ ducitur ad eum vſum, ad quem ducitur, vtriſque ſufficit, vterque poteſt ducere, & num. 57.*
58 *Si quis conceſsit alicui monaſterio ſyluam retinendo ſibi vſum venandi, omnes de illo monaſterio poſſunt etiam ibi venari.*
59 *Si duo inceperunt eodem tempore, vel alter poſt ignorans de primo, quis eorum præferatur.*
60 *Vbi humanum conſilium non ſufficit, ibi fortuna altercationem dirimit.*
61 *Si duo habent molendina iuxta flumen nauigabile, & princeps ad eorum molendina conceſſerit aquam, ſi aqua non ſufficit niſi vni, illud, quod prius eſt conſtructum tempore, potius eſt in iure.*
62 *Paria ſunt, vel ſimul ædificare, vel poſt, altero ignorante.*
63 *Si volo in flumine facere molendinum, & facere cluſam in flumine, & volo immittere tigna, & alia ædificia in ripa vicini, an poſſim eo inuito.*
64 *Licèt flumina ſint publica, tamen ripæ quo ad proprietatem ſunt illarum perſonarum, quarum prædijs adhærent.*
65 *Facienti cluſam in flumine publico, vt ducat aquam ad ſuum molendinum, non eſt licitum imponere tigna vel aliud ædificium in ripa fluminis inuitis vicinis, quorum prædijs adhærent.*
66 *Prohibiti ædificare caſtra non prohibentur iam facta de nouo reficere.*
67 *Quando aliquid additur, vel detrahitur antiquæ cluſæ, dicitur de nouo fieri.*
68 *Si habeo cluſam molendini per fundum tuum, & cluſa eget refectione, debes præſtare aditum per fundum tuum cum tanta latitudine, quòd poſſim ibi ponere omnia cementa neceſſaria ad refectionem cluſæ.*
69 *Via public. media non impedit, quin ripę fluminis quo ad proprietatem eorum ſint, qui habent propè flumina.*
70 *Vendito prædio ad menſuram, an ripæ fluminum debeant menſurari.*
71 *Si fundo cohærent litora, vel viæ publicæ, vt nemus public. non cedunt in menſuram, licèt tranſeant ad commodum emptoris, niſi hoc ſpecialiter ſit actum.*
72 *De natura contractus venditionis eſt, vt res tradatur libera.*
73 *Si aliquis ædificat molendinum in flumine public. licèt vſus, & vtilitas ipſius molendini, ſit ipſius ædificantis, tamen proprietas efficitur eorum, qui propè ripam fluminis habent prædia pro modo regionis.*
74 *Cluſa molendini an capi poſſit ex decreto iudicis.*
75 *Cluſa molendini facta in flumine publ. cuius erit.*
76 *Inſula in flumine publ. nata eſt publica.*
77 *Molendinum ædificatum in flumine publ. eſt propriè ædificantis, ſicut inſula in eodem nata.*
78 *Argu. ab alluuione ad id, quod artificio hominis fit, non valet.*
79 *An vicini ſuperiores, vel inferiores poſſint aliquo iure prohibere facientem cluſam in flumine pub.*
80 *Vbi fit mentio de præiudicio alterius, intelligitur etiam de paruo.*
81 *Si grãde dãnum verſatur eius, cui fit nunciatio ex dilatione, & modicum eius, qui nunciat ex ędificatione, talis nunciatio poteſt ſperni.*
82 *An de minimis ſit habenda conſideratio.*
83 *Si ædificium vicini per meum deſtruitur, nec incommodatur, ſed minus lucrum percipit, non eſt curandum.*
84 *Si molendinum inferius eſt prius ædificatum, non poteſt ædificari aliud ſuperius, per quod auferatur inferiori commodum naturale.*
85 *Si facio hoſpitium iuxta tuum, an poteris me prohibere.*
86 *De duobus fratrib. molendinum commune habentibus.*
87 *An formula. i. locus cauus, qui fit ad latus fluminis ad aquam ducendam, ſit publ. vel priuatus.*
88 *Aqua, quæ ducitur ex mea formula, poſtquam exiuit molendinum meum, an poſſit capi per vicinum inferiorem, vt ducat ad molendinum ſuum me inuito.*
89 *An formula, quæ fit ad aquã ducendã, poſſit fieri per viam publicam.*
90 *Non eſt licitum facere cluſam aquę, nec pontem per viam publicam, niſi aliter ſe habeat conſuetudo.*
91 *Habens molendinum ſuperius, an poſſit facere recollectam aquę tempore æſtatis in præiudicium habentis molendinum inferius.*
92 *Valet pactum, ne liceat aquam in ſuo continere.*
93 *Ius, quod competit ex antiqua conſuetudine, eſt fortius, quàm aliud, quod competit ex actis priuatorum.*
94 *Aqua de publico diſcurrentem per agrum meum poſſum contra veterem conſuetudinem diuertere, & conſumere.*
95 *Aqua in qua priuatus ius habet, non poteſt à ſolito curſu diuerti.*
96 *Conſuetudo cuius initij memoria non eſt in contrarium, habet vim pacti.*
97 *Quo tempore perdatur ius præoccupationis.*
98 *Vna pars ex alternatiuis declarat alteram.*
99 *Præſcrip. 10. vel 20. ann. an adaptetur ad flumina, vel alia, quæ ſunt iuris gentium.*
100 *In his, quę publica ſunt, & in vſu publ. & quę ſunt de iure gentium, quando cadat vſucap.*
101 *Seruitus aquę amittitur longo tempore.*
102 *Quanto tempore perdatur ius præoccupationis aquæ.*
103 *Si ędificium factum in flumine ex impetu aquarum eſt collapſum, an & quando perdatur eius dominium.*
104 *Si paſſus ſum vicinum facere cluſam ſupra meum molendinum, an poſſim illum prohibere*
105 *Contra impedimentum impedimento facti, an currat mero iure pręſcriptio, & ſi currat, an reſtituatur ex clauſula generali.*
106 *Mutato alueo fluminis, dicitur nouum flumen.*
107 *Pons amotus de ſuo loco non eſt idem pons. Caſus. num. 108.*
109 *Quid ſi ad plures pertinet molendinum, vel aliud ędificium, quod impetu aquę eſt deſtructum, & vnus vult reparare, & alter differt, qualiter conſulatur ędificare volenti.*
110 *Proprietas molendinorum, quę fiunt in nauiculis, quę tamen ſunt fixa in alueo fluminis, cuius erit.*
111 *Si aliquis per vim ſit deiectus, & ſpoliatus, quòd interdictum habeat.*
112 *Nauis ęquiparatur prędio vrbano.*
113 *Molendinorum appellatione quid contineatur.*
114 *An dicatur aliquid minus perfectum eſſentiali perfectione, eo quod careat inſtrumentis.*
115 *Cęptum habetur pro completo, quando agitur de iure quęrendo.*
116 *In contractibus imputatur, quare quis legem apertius non dixerit.*
117 *Molendinum tunc dicitur conſtructum, quando habet ea, quę debent eſſe effixa molendino.*
118 *Molendini appel. venit ius aquę, cluſa, fiſtulę, & canales.*
119 *Molendinum eſt potius prædium ruſticum, quàm vrbanum.*
120 *Sub termino pertinentiarum quid continetur in conceſſione principis facta de caſtro cum ſuis pertinentijs.*
121 *Vendito fundo cum omnibus iurib. veniunt ea tantum, quę ſunt de natura rei venditę.*
122 *Venditis poſſeſ. exiſtentib. in tali territorio cum omnib iuribus ſuis, non venit pedagium, nec merum, aut mixtum imperium.*
123 *Vendito caſtro ſine ſpecificatione pertinentiarum, venit iuriſd.*
124 *Nulla clauſula, ſeu verbum debet intelligi appoſitum in inſtrumento ſine virtute aliquid operandi.*
125 *Verbum pertinere eſt latiſſimum.*
126 *Beneficia principum ſunt latiſſimè interpretanda, etiam contra principem.*
127 *Si quis fecit molendinum in flumine publico illicitè, ſi poſteà impetrat licentiam à principe, quòd poſſit facere molendinum, an talis licentia extendatur ad molendinum prius illicitè factum.*
128 *Legatum factum vxori in tempus liberorum, non procedit ſi iam liberos ſuſcepit.*
129 *Si teſtator legat cuilibet filiæ centum, quę vidua fuerit, non admittentur ad legatum illæ, quæ iam tempore teſtamenti erant viduæ.*
130 *Licentia conceſſa per Papam Cardinali, vel Epiſcopo teſtandi de fructibus beneficiorum, an extendatur ad teſtamentum antea conditum.*
131 *Caſus de habente duo beneficia curata.*
132 *Si Papa ſcribit pro præbenda vacatura, comprehenditur, quæ vacabat tempore datæ.*
133 *Si teſtator reliquit mulieri centum pro ea maritanda, ſi iam erat maritata tempore teſtamenti, an debeatur ei legatum.*
134 *Facilius confirmatur iam factum, quàm quòd de nouo fiat.*
135 *Ex mandato de occidendo quis non tenetur, nec etiam de ratihabitione, ſi iam delictum erat perpetratum.*
136 *Si monaſterium conuenit molere blada Titij pro certa ſumma, an Titio mortuo relictis pluribus filijs, ſi quilibet eorũ habeat tantam familiam ſicut pater, teneatur monaſterium molere dictis filijs.*
137 *Verbum familiæ, vniuerſaliter prolatum recipit augmentum, & diminutionem.*

Priuilegium

138 *Priuilegium exemptionis à decimis generaliter concessum, extenditur etiam ad possessiones posteà quæsitas.*

139 *Verba contractus an referantur ad id, quod posteà excreuit.*

140 *Si quis promisit molere gratis Titio, an teneatur molere familia augmentata.*

141 *Si rusticus promisit omni anno dare decem cuilibet canonico S. Laurentij pro anniuersario, an ipsis auctis teneatur omnibus præstare.*

142 *Si alicui concessum est, quòd in aliquo nemore possit ligna incidere pro se, & familia sua, & ille decedit relictis multis filijs, an vnusquisque filiorum poterit incidere ligna pro se, & familia sua.*

143 *Si fornario promisi dare decem pro coquendo pane pro me, & familia, an teneatur coquere pro eodem pretio familia augmentata.*

144 *Sermo generaliter prolatus non trahitur ad futura.*

145 *Conductor, qui conduxit molendinum cum quatuor rotis ad decem pro qualibet rota, si de nouo aliam rotam fabricauit, an pro rota noua teneatur etiam ad 10.*

146 *Famulus, qui conuenit stare cum tribus scholaribus pro certo pretio, an vno recedente habeat integrum salarium, & si alius augeatur, debeat etiam salarium augeri.*

147 *Habens in flumine Ecclesiæ molendinum, pro quo soluebatur certum quid Ecclesiæ singulis annis, an si molendinum sit destructum, talis possit cogi ad reædificandum, & ad pensionem præstandum.*

148 *Qui impetrauit facere furnum in domo sua dando Regi annuum censum, si non faciat, an teneatur ad censum.*

149 *Conducens molendinum, quod destructum est, non tenetur ad impensam nec ad reparationem, quando impensa est magna.*

150 *Emphyteuta, an teneatur domum emphy. combustam reficere.*

151 *An tradens domum, vel fundum Ecclesiæ cum puero, vt ipsum alat, si domus comburatur, an teneatur Ecclesia ipsum alere.*

152 *Si habeo molendinum ab Ecclesia in emphy. & illud est in totum destructum, & à me posteà refectum, an Ecclesia illud vt emphyteuticum possit repetere.*

153 *Promissio simplex de reaptando intelligitur de prima reaptatione, & non vlterius.*

154 *Quis teneatur ad expensas clausæ seu clusæ aquæ publicæ decurrentis per prædia tamen priuatorum.*

155 *Si ciuitas habet extra ciuitatem molendina, & ibi etiam Archiepiscopus, an statutum factum per ciuitatem, quòd si quis iuerit extra ciuitatem ad molendinum, soluat decem, & qui iuerit ad molendinum ciuitatis, nihil soluat, an tale statutum valeat.*

156 *Communitas non immittit falcem in messem alienam.*

157 *Contra statutum factum principaliter in odium alicuius personæ succurritur per exceptionem doli.*

158 *Si tres habeant molendinum commune, an duo inuito tertio possint ipsum locare.*

159 *Domus consueta locari inuito socio, per alterum locari potest.*

160 *Locare quando possit fundum ille, qui in eo habet partem pro indiuiso altero inuito.*

161 *Si habens domum communem vult eam locare, & alter inhabitare, præfertur volens inhabitare.*

162 *Casus de duobus habentibus fundum communem.*

163 *Seruitus aquæ ducendæ ex fonte ad molendinum concessa sine causa, & titulo, an sit nulla.*

164 *An in seruitutibus sufficiat voluntas pro ratione.*

165 *An in præscribendis iuribus incorporalibus sit necessaria bona fides, & titulus.*

166 *Ad inducendum obligationem personalem est necessaria causa putatiua, vel vera.*

167 *In traditione semper in dubio præsumitur causa, secus tamen in possessione.*

168 *In traditione requiritur causa vera, vel putatiua.*

169 *In dubio valet promissio, vel stipulatio sine causa, quia videtur inesse tacita causa donationis.*

170 *Aqua per se defluens ex tuo fonte ad meum molendinum, an inducat præscriptionem.*

171 *Per rem inanimatam nihil nobis acquiri potest.*

172 *Scolatica, seu aquarum emissoria nullo tempore præscribuntur.*

173 *Habens ex concessione ius aquam ducendi ex flumine publico, an poterit mutare formam, vel clusam aquæductus.*

174 *An facultas arbitrandi transeat in singularem successorem.*

175 *Si homines certæ villæ promiserunt Titio purgare eius riuum, ad arbitrium ipsius Titij, & Titius vendidit mihi talem riuum, præfati homines tenebuntur etiam arbitrio meo purgare talem riuum.*

176 *An transmissibilia ad hæredem sint cessibilia.*

177 *Fideicom. vniuersale est transmissibile.*

178 *Actiones directæ transmittuntur, & tamen non possunt cedi.*

179 *An quodlibet molendinum præsumatur esse liberum.*

180 *Res in dubio præsumitur libera.*

181 *Si habeo vnum molendinum in flumine, fiscus aliud, sicut eius molendinum præsumitur liberum, ita & meum.*

182 *Si nobilis habet molendinum in aliqua villa, quando poterit alium impedire ne aliud molendinum faciat.*

183 *Si reædificanti molendinum destructum nunciatur nouum opus, an spreta nunciatione poterit reædificare.*

184 *Quando ædificium est funditus, & omnino destructum, an reficiens dicetur nouum opus facere.*

185 *In refectione monasterij totaliter destructi requiritur noua licentia Episcopi.*

186 *Reficiens monasterium funditus destructum acquirit ius patronatus.*

187 *Si rusticus promisit aquam frigidam in æstate alicui militi in domo, in qua miles habitabat, quòd si domus comburatur, & alia reædificetur, quod rusticus amplius non tenetur.*

188 *Requisita in confectione actus requiruntur in eius refectione.*

189 *Castrum seu fortilitium funditus destructum non potest inconsulto principe reædificari.*

190 *Prohibiti ędificare castra, non prohibentur illa reficere.*

191 *Actus, qui sine licentia principis à principio fieri non potest, potest tamen refici.*

LEX II.

QVominus. Lecturus anno præsenti primã partem. ff. Noui pro feli
ci initio, & bonis auspicijs assumpsi repe. l. quomi-
nus. ff. de fluminibus, quæ habet materiam vtilem,
& practicabilem. Istam l. Bart. adeo solenniter commentauit,
quòd nusquam ab alio posteà accuratè lectam reperi. vnde
Barto. visus est posteris occasionem ad scribendum non præ-
stitisse, sed præripuisse. ego hanc fertilem materiam, quæ posi-
ta est extra popularem orbitã, meo exili aratro, & mea tenui
cultura renouandam delegi. In ea pro virib. ad communem
scholasticorum vtilitatem laborare institui. Si nihil amplius in-
de consequar, mecum satis actum putabo, mea opera poste-
ros inuitasse, & forsitan excitasse, ad idem munus magis accu-
ratè obeundum, & magis cumulatè & perfectè absoluẽdum.
¶Ista l. secundum Bart. diuiditur in tres partes. In prima poni-
tur dictum. In secunda fal. In tertia exemplum fallen. Secun-
da, ibi. si modo. Tertia ibi, [sed nauigabile,] vel aliter secundũ
Bart. inferius. Diuiditur in quatuor. Primò ponit regulã gñalem,
deinde tres excep. Secunda ibi, [Imperator.] Tertia ibi, [si
modo.] Quarta ibi, [sed si.] Ista secunda diuis. Bart. non placet,
vt apparebit infra. Diuide ergo istã. l. in quatuor partes. In pri-
ma ponitur regula generalis. In secunda vna fallentia. In tertia
alia fal. In quarta ponitur exemplum vltimæ fal. Secunda ibi.
[nisi Imperator.] Tertia ibi, [si modo,] Quarta ibi, [sed si naui-
gabile.] Ista l. non summatur communiter. tu tamen potes sic
summare. Quilibet potest ducere aquam ex flumine pub. nisi
sit nauigabile, vel aliud nauigabile faciat, vel nisi superior vetet.
1 h. d. ¶Not. 1. regulam generalem affirmatiuam, † ꝙ cuilibet li-
citum est ducere aquã ex flumine publico, ratio huius reg. est,
quia licitè facit auctoritate iuris gen. quo iure flumina, & eorũ
vsus, & iura sunt publica, & in vsu publico cuilibet. text. est in
§. flumina. & in §. riparum. insti. de rer. diui. & text. in l. riparum.
ff. de rer. diui. & in l. fluminum. in prin. ff. de damn. infect. & ita
declarat Bart. ĩ. in 2. q. intellige istum text. quando tale flumen
non est nauigabile, vel aliud non facit nauigabile, vt sequitur in
litera. ¶Item limita per text. in l. 1. §. non autem. in vers. sed La-
beo. s̃. eo. ¶Secundò not. ex tex. ibi, *nisi Imperator, aut Senatus ve-*
2 *tet*, prout not. gl. hic, † ꝙ Imperator, & Senatus æquiparantur.
facit. l. ꝙ Principis. alleg. in glo. de quo vide glo. ord. & ibi Bart.
in l. non ambigitur. ff. de leg. ¶Tertiò not. & subtilius ex eodẽ
text. nisi Imperator, aut Senatus vetet. probari nouiter ex isto
3 text. subtiliter intuenti, † ꝙ Imperator potest alicui tollere ea,
quæ sibi competunt de iure gentium sine causa publicæ vtili-
tatis. tex. est hic inducendo hoc modo: nam posse ducere aquã
ex flumine pub. non nauigabili permittitur cuilibet de iure gẽ.
vt supra dixi, & tamen dicit iste text. nisi Imperator aut Sena-
tus vetet. ergo Imperator potest sine causa vetare illud, ꝙ cui-
* libet competit de iure gen. Istud not. est contra *veras, & commu*
nes regulas. Nam vera regula est, quòd ea, quæ sunt de iure gen.
non potest Imperator tollere, nisi subsistente causa publicę vti
litatis, & ideo quia dominium est de iure gen. non posset Im-
perator mihi sine dicta causa tollere. l. item si verberatũ. ff. de
rei vend. l. Lucius. ff. de euict. ita tenet glo. & omnes in l. fin. C. si
contra ius, vel vti. per gl. & Doct. in l. 1. ff. de consti. princ. glo. &
omnes in c. quæ in ecclesiarum. de consti. ratio istius regu. est,
quia iura gen. sunt immutabilia. §. sed naturalia. insti. de iur. nat.
4 gen. & ciui. †Item Deus licèt subiecerit leges Imperatori, tamẽ
non subiecit ea, quæ sunt de iure gen. dixit Bald. in c. 1. in princ.
de natura feudi. potentius est. n. ius naturale, aut gentium quã
sit principatus aut Imperium. dixit Bald. in c. 1. §. fin. qui feud.
dare pos. & si tu subtilis diceres, ꝙ licèt tex. simpliciter dicat, ni-
si Imperator aut Senatus vetet, tamen debet intelligi subsi-

ſtente iuſta cauſa pub.vtilitatis , nam iſta lex , quæ ſimpliciter
loquitur,debet tamen intelligi , & declarari per alias. l. non eſt
nouum,& l.ſed & poſteriores.ff.de leg.glo. & Doct. in l.ſcien-
dum.in princ.ff.qui ſat. cog.cum ſim. nam iſta reſponſio nihil
valet,eo quia ſi iſte text. intelligeretur niſi Imperator vetet.ſ.ex
cauſa pub.vtilitatis, certè ſuperfluum eſſet , ꝙ ſequitur in text.
dum dicit,niſi ſit in vſu pub.vel niſi ſit nauigabile. Item quan-
do eſt contra publ.vtilitatem.l.iſta expreſsè vetat,ergo non ex-
pediret,ꝙ Imperator aut Senatus vetaret,& ſi alius magis ſub-
5 tiliter diceret, † ꝙ in principe [a] in dubio præſumitur iuſta cau-
a ſa,licèt non exprimat. ita dicunt Cyn.& Bald. in l. reſcripta. in
3.aut 4.q.C.de prec.Impera.offe.do. Ant.& Imo.in c. cùm in-
ter.de renun.& in c.conſtitutus.de reli.domi. d.Ant. in c. pleri-
que.in pen.col.de immu.eccleſ. Iſtam regulam ſæpè tradit do.
Abb.in c.cùm olim,in 8.col.& in c.in cauſis.in 2.col. de re iud.
& in c.quāto.in 4.col.de iureiur. & in c. cùm veniſſent.in 4.col.
de iud.& in c. cū inter. de excep.& in c. niſi. in 2.col.de of.leg.
Gem.in c.grandi.de ſup.neg.præla.in 6.Alex.in conſ. 357.incip.
nec arguendi ſumus. in 7.col. & non eūdo per mendicata ſuf-
fragia probatur in iſto text.nihil ſupplendo.imò dixit glo.ſingu
6 laris in l.relegati.in gl.fin. & ibi Bart.ſequitur.ff.de pen. † ꝙ ſola
voluntas Principis dicitur eſſe iuſta cauſa. Item ad iuſtifican-
dum placitum Principis ſufficit quæcunque occaſio ſecundū
Bald.in c.Eccleſia.S.Mariæ.in pen.col.vt lit.non conteſt.vbi re-
fert ita facere Illuſtrem. d.Marchionem Montisferrati nobilib.
Valuiachæ , quia dico , ꝙ iſta reſponſio non eſt bona ad iſtum
text.quia illud , ꝙ dicitur, in Principe,in dubio præſumitur iu-
ſta cauſa,& voluntas Principis habetur pro iuſta cauſa,proce-
dit in his,quæ ſunt poſitiui iuris,& in quib. Princeps poteſt tol-
7 lere,vel non tollere. † ſecus autem in his, quæ ſunt iuris gentiū,
quib. nō poteſt Princeps ex ſola volūtate derogare,in iſtis præ-
ſumpta cauſa non ſufficit ad tol.ea,quæ ſunt iuris gen.Imò re-
quiritur,ꝙ ſit vera,& iuſta cauſa,& expreſſa, & ita declarat do.
Abb. & bene in c.quæ in eccleſiarum. de conſti. Lud. Rom.in
conſ.352.ꝙ inc.quæritur primò vtrum domini Auinion. ad fi.
conſilij.Pro iſta doctr.habes duos text.in c.1. & ꝙ ibi not.Bald.
de natura feud. probat bonus text.in l. ſi teſtamentū.C.de teſt.
vbi ad tol.teſt.nō ſufficit præſumpta cauſa,quæ in dubio præ-
ſumitur in reſcripto Principis. Huic difficultati conſiderabam
8 poſſe reſponderi altero de trib.mod. † Primò, ꝙ poſſe nauiga
re in flumine publico,& poſſe piſcari,iſtud eſt bene de iure gē.
ita propriè loquitur text. in d. §.flumina. cum alijs.ſ̃.alleg. ſed
poſſe ducere aquam ex flumine publico , iſtud nō concedam,
ꝙ ſit de iure gen. iſtud videtur fuiſſe de mente Pau. de Caſt. ad
aliud propoſitum in d.l.fluminum.in prin.ff.de dam. infect. tñ
caue,quia Bart.ĩ.in 2.q.tenet, ꝙ imò poſſe ducere aquā de flu-
mine publico non nauigabili ſit ex aucto. iuris gen. iurib. præ-
alleg.& ſequitur do.Alex. in conſ.335. ꝙ inc. conſideratis ver-
bis inſtrumenti. in 2.col.& eſt in 2.vol. in conſ.193. ¶Secundò
9 ego reſpondeo , & melius, † ꝙ Imperator non poteſt auferre
alicui ſine cauſa publicæ vtilitatis illud,ꝙ de iure gen.eſt actua
liter alicui acquiſitum,vt eſt dñium , ſed vetare ne aqua duca-
tur ex flumine publico,eſt ſolum auferre alicui lucrum,& non
inferre damnum,ita dicit Bart.ĩ.in 2.q.probat text.vltra eum à
contrario ſenſu in l.2.§.merito.ff. ne quid in loc. pub. vbi dicit
text.damnum autem patitur,qui commodum amittit,ꝙ iam
ex publico conſequebatur. ¶Tertiò reſpon. ꝙ Imperator au-
thoritate huius legis poteſt vetare , non ſua ſola propria , quo
caſu non requiritur alia cauſa,vt habetur per gl.& Doct.in l.fi.
C.ſi contra ius,vel vti.pub.¶Quartò prin.not.ex eo.text.quòd
aqua poteſt duci ex flumine pub. niſi Imperator aut Senatus
vetet.contra iſtud Bart. formauit vnā opp. vt hic per eū . Not.
10 ex dictis Bart. † ꝙ eſt de expreſſa mente Principis, ꝙ aqua du-
catur ſine aliqua iniuria vicinorum , & ita priuilegia, & cōceſ-
ſiones principium intelliguntur ſemper,niſi fiat alieri præiudi-
cium,iurib.hic alleg.per Bart.addo, ꝙ in propoſito egregiè no.
Bald.in tit. de pace conſtan. in 21.colum. vbi per illum text. in
verb. detrimentum. not. Bald. ad conceſſiones, quas quotidiè
faciunt Principes de aquis publicis, quia ſemper intelliguntur
eſſe reſeruata iura, & commoditates eius,cui prima conceſſio
facta eſt. alleg.l. item Labeo. §. 1. ff. fam.erciſc. Reſcripta.n.&
priuilegia principum ſemper intelliguntur conceſſa ſine cu-
iuſquam iniura. text. vulgatus in l. nec auus. C. de eman. lib.l.
cùm filius.in fin.ff.de teſt.mili.in c.quamuis.in fin. de reſcrip.in
6.in c.licèt.de offic.deleg.facit,quod dicit Bald. in l. 1. in 1.col.
& in l.fin.in 2.colum.de conſt. princip.cum ſim. ¶Quintò not.
* ex text.ibi , *ſi modo ea aqua in vſu publi. non erit* , † quòd aqua non
11 poſſit duci ſi eſt in vſu pub. contra iſtum text.Bar.format op-
poſitionem,vt hic per eum.Adde inquantum Bart. poſuit ſuū
nouum intellectum ad verſ. ſi modo ea aqua non ſit in publi-
co,hoc eſt,qa ciuitas vtatur ad molendina publica.Adde pro-
ut faciunt Bonon. nam de molendinis cōmunis Bononiæ po-
ſitis ſuper flumine Rheni not.gl.in l.inter publica.in prin cip.de
verb.ſign.& gl.in l.ſed Celſus.in prin. ff.de contrah.emp. Bal.in
c.1.in prin.de Capi.qui cur.vend.& idem, ꝙ Bar.ad iſtu m text.
tenet Pau.de Caſt.in l.Imperatores.ff.de ſer.ruſt.præd. Ponde-
ra,ꝙ ſecūdum intellectum Bart.verſ.ſi modo. loquitu r de alio
vſu pub.& de alio loquitur verſ.ſed ſi aut nauigabile.iſte intel-
lectus Bart.poteſt in ſe eſſe verus,ſed mihi non placet ad iſtum
text.propter duo fundamenta. Moueor primò,na m pondero
12 aduerſatiuam,ſed ſi,† nam de natura aduerſatiuæ eſt aduerſa-
ri his,quæ ſunt eiuſdem generis,aliàs aduerſatiua nō bene ſtat,
vnde ſi dico,ſcholares legunt,Petrus autem currit,intelligitur.
Petrus.ſ.ſcholaris,vt aduerſatiua aduerſetur his, quæ ſunt eiuſ-
dem generis,& glo.& ibi Bart.in l.mariti.§.fin.ff.de adul.Cyn.in
Auth.ſacramenta.in princ.C.ſi aduer.vend.do. Alex.in l.filius à
patre.in prin.43.col.ff.de lib.& poſth.Sed ſecundum intellectū
Bart.non eſſet vſus publicus eiuſdem generis , vt ergo bona ſit
aduerſatio, debet intelligi prout fecit gloſſella hic de eodē vſu
publi.nauigandi.Secundò confirmo,quia de natura aduerſati-
uæ, ſed ſi,eſt vt per eam videatur repetita qualitas eadem præ-
cedentium,cùm ſit coniunctio.ita dicit not.Bal.in l.omnes po
puli.in 15.col.ff.de iuſt.& iur. alleg.ad hoc gl.fin. §.item lapilli.
inſt.de rer.diui.Et iſtam doct.ſequitur Petr.de Anch.in c.cano-
num ſtatuta.de conſt. in verſ.quærit etiam Bal. vtrum vnū ſta-
tutum.ſequitur do.Alex.qui dicit non reperiri alibi in d. l.filius
à patre.in 12.col.in fin.Sed ſecundum intellectum Bart. non re
peteret eādem qualitatem in ſpecie. vnde plus mihi placet in-
tellectus gl.in verb.non erit,& Bald. qui magis congruit literę,
& illum intellectum ſequitur ſimpliciter Ray.hic. conſidera ta
men ſi poſſet defendi alius intellectus Bart.cōſiderando vſum
pub.in genere,& abſolutè ſeu ſimpliciter,& in abſtracto. ¶Sex
13 tò not.ex text.ibi,[ſed ſi aut nauigabile ,] † ꝙ quando flumen
publicum eſt nauigabile,aut facit aliud nauigabile , nō eſt lici-
tum ex eo aquam ducere.Adde,ꝙ ratio iſtius text.eſt, quia ta-
lia flumina, quæ nauigabilia ſunt , vel faciunt aliud nauigabi-
le,ſunt de regalibus,text.eſt ad literam in c.1.in tit. quæ ſunt re
galia.in vſib.feud.declarat expreſsè Bart.hic in 2.q. Bart.in rub.
ff.de rer.diui.in 5.col.Ang.in l.fluminum.in prin.ff.de damn.in-
fect.Amplia iſtū tex.ꝙ qn̄ flumen eſt nauigabile,aut facit aliud
nauigabile,non ſolùm priuatus non poſſet aquam ducere, ſed
14 nec etiam populus nec ciuitas , † qa cùm ſit de regalib. & ſint
ſolius Imperij, ergo populus ſicut nec priuatus nō poſſet vſur-
pare,ita tenet Bald.in rub.ff.de rer.diui.in 5.colu. Limita tamē
not.vt dicam poſt Bart.ĩ.in 2.quæſt.Practicam autem , & for-
mam libellorum in materia totius iſtius.l.ponit Spec.ad quem
recurras in titu.de cauſa poſ.& proprie.§.quia vero.in ver. ſex-
tum autem. cum verſ.ſeq. contra iſtum text. opponit Bart. vt
hic per eum.¶Not. multum limita. Bart. ad totam iſtam ma-
15 teriam, quòd † quando publicum flumen non eſt nauigabile,
vt Rhenus Bon.tamen intrat aliud flumen nauigabile , vt Pa-
dum, licitum eſt ducere aquam ex pub. flumine , dummodo
reuertatur poſteà ad illud flumen nauigabile , eo quia ex hoc
non læditur vſus fluminis nauigabilis.adde,quòd ſequitur ſim
pliciter do. Alex. in conſ. præalleg.335.incip. conſideratis ver-
bis inſtrumenti.in 2.colu. & d.Barth. Vero.in tract.ſeruitutum
ruſti.in titu.de aquæductu.in 22.colu. & Spec. in titu.de cauſa
poſſ.& proprie.§.quia verò. verſ. ſextum autem. imò genera-
lius,& notabilius dicit Bald. in d. rub.ff. de rer.diui. in verſ. ſed
nunquid populus , quòd ex flumine publi. nauigabili licitum
eſt aquam ducere vnicuique , vel conſtituere in eo molendi-
num , quando iſtud non nocet vſui publico nauigabili , quod
valde not. Pro iſta deciſ.allego tibi duos text. in l. 1. §.non au-
tem omne.ſ̃.eod.text.in ratione decidendi à contrario ſenſu,in
l.ſi autem.§.fin.ff.de aqua plu.arcen.qui dicit , quia flumen mi-
* nus nauigabile efficiatur,*licèt omnes ita teneant*,& expreſsè dom.
Alex.in conſ.præalleg.325.Pondero tibi egregium text. expreſ-
16 sè volentem , † ꝙ in loco publico non eſt licitum aliquid fa-
cere,vel aquam ducere ſine expreſſa licentia Principis, etiam ſi
nihil noceat publico.text.eſt not.in l.ſeruitutes.3. in §. publico.
ff.de ſerui.titu. generali. vbi dicit text. à Principe peti ſolet , vt
ſine incommodo publico vti poſſit , quem text.in alio propo-
ſito not.Aret. in conſ.30. quod incip. viſo thema. & conſulta-
tione ad me tranſmiſſa,in ſecundo dubio , & ille text. ſic reali-
ter

A D D I T I O.

a ¶In principe.Adde,quòd inter ſubditos ſemper in Principe præſumitur cau
ſa,per ea,quæ not.Inn.in c.in noſtra.de iureiur.& d.Ant.& Abb.in c. conſti-
tutus.de reli.do.& ponit Soc.in conſ.63.col.4. verſ. ſed contra præmiſſa, &
vide eundem Soc.in conſ.273.col.pen.verſ.poſtremo.vbi dicit, quòd præ-
ſumitur iuſta cauſa,quando rationabilis,& iuſta argui poteſt.

ter intellectus multum obstaret, tamen glo. in illo. §. publico. supplet ad text. dictionem maximè, vel intelligit sine incommodo, idest magno, & vide Bar. Bald. Ange. Rapha. & Paul. de Castr. & alios, qui non reprehendunt glo. in hoc, illa tamen est magna violentia ad illum tex. tamen fortè ita necesse est intelligere illum text. propter. l. 1. §. non autem. s. eod. vt iura iurib. concordentur. l. vnica. C. de inof. dona. & c. expediat. de elect. in 6. ¶Septimo not. ex text. ibi, [aut ex eo aliud nauigabile fit.]
17 † ꝙ causa effectus legis habet ipsam distinguere. facit. l. ita autem. in princip. ff. de admin. tuto. & l. cùm tale. §. falsam causam legato. cum gl. ff. de condi. & demon. cum multis simi. ¶Octauo not. ex eisdem verbis, quòd idem iudicamus de causa causante effectum, quod iudicamus de ipso effectu, nec credo, ꝙ alibi melius habeamus, & sic successiuè not. quòd idem ius est in causa efficiente, quod est in effectu, seu in causa fin. facit tex. in l. si autem. § fin. ff. de aqua plu. arcen. & in c. 1. quæ sint reg. facit bene text. in c. super gratia. de offic. deleg. in 6. sic & alibi dicimus, quicquid est causa causæ, est causa causati. l. manussiones. cum similib. vbi Bald. & alij not. ff. de iustit. & iur. Nonò allegatur iste text. ꝙ dispositio, quæ habet locum in existente in termino, habet locum in existente in via, & ita alleg. istum tex. Rayn. in l. quæ pater. famil. ercisc. adde, quòd melius probatur in l. abesse. & in l. qui mittuntur. ff. ex quib. cau. maior. Alibi no. Bald. in cap. nam concupisentiam. in 2. colum. de constitu. per
18 illum text. † ꝙ vbi aliquid prohibetur in termino,[a] intelligitur etiam prohibitum in via, ideo secundum eum prohibitus ex forma statuti exportare frumentum extra territorium sub certa pœna, repertus in via potest puniri. Istud vltimum non puto verum, quia in materia pœnali non procedit. d. reg. per glo. fin. & not. in clem. 1. in versi. contrahere. de consang. & affinita.
19 quam do. Alber. ibi reputat sing. ¶† Decimò not. ex isto text. quòd idem iudicamus de flumine non nauigabili, quando ex eius adiunctione facit aliud nauigabile, sicut si esset nauigabile. facit iste text. secundum Alber. hic, quòd si positio de se sit impertinēs, & sic cum alia admisceatur, efficiatur pertinēs, quod admittatur. Idem not. Alb. in l. 1. in princip. per illum text. ff. de aqua plu. arcen. not. Io. Andr. & alij post eum in c. fin. de confes. in 6. Adde in terminis Bald. in l. 2. §. quod obseruari. in 4. colum. in fin. C. de iuram. calum. vbi dicit Bald. quòd illa possitio, quæ cum alia coniuncta facit etiam per indirectum ad causam, dicitur pertinens, & debet admitti. facit, quod not. Bartol. & alij in l. ad probationem. per illum text. ad fin. C. de probat. ¶Vndecimo, & vltimò not. ex isto text. Argen. filius Rayn. qd
20 † vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum, & ad hoc dicit sępè allegari istum text. facit melior text. in l. illud. §. fin. ff. ad l. Aquil. glos. in l. cùm filius. §. 1. in verb. neuter. ff. de verb. oblig. ¶Glos. 1. diuiditur in tres partes. In prima respon. tacitæ quęst. In secunda alleg. concor. ad text. In tertia format nota. quęstionem. Secunda ibi, [& facit.] Tertia ibi, [quid si dicebam,] & de quæst. not. quam ista glos. format, statim videbimus. s. in 1. q. Barto. ¶Glos. in vers. [non permittitur.] diuide in duas partes. In prima declarat text. In secunda ad æquiparationem text. alleg. concor. Secunda ibi, [item ad hoc,] & dum ista glo. alleg. §. testamenti. insti. de hær. quali. & diffe. adde, quod voluit isto modo inducere, quòd sicut ibi paria sunt, vel quem esse hæredem, vel alium facere hæredem, ita hic paria sunt flumen esse per se nauigabile, aut facere aliud nauigabile. ¶Extra glos. Barto. tangit plures quotidianis quæstiones circa molendina, & alia ædificia, quæ fiunt in publ. flumine, & sunt 18. quæst.
21 ¶† Prima quæst. si habeo molendinum infra seu in parte inferiori fluminis, & alij faciunt molendinum supra, ita quòd me impediunt, an possunt licitè facere, adde circa istam primam
✱ quæst. Barto. quòd idem determinant Dyn. Old. & Ray. hic, *& ista est communis, & vera opin.* idem determinant omnes in l. si manifestè. C. de ser. & aqua. & in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. adde Barto. in l. 1. §. sicut autem. ff. de aqua plu. arcen. & in l. 2. §. idem ait. per illum tex. ff. ne quid in loco pub. Et omnino Bald. not. in cap. cùm Ecclesia Vulterana. in 3. col. per glos. ibi. de elect. & in cap. 3. de exce. & in cap. 1. §. si quis de manso. de controuer. inuest. & no. in rub. ff. de rer. diui. in 4. col. in l. item lapilli. in 2. colum. eod. titu. & in l. vnica. in 9. col. in 13. opp. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. & in c. cùm omnes. in 11. colu. & seq. de consti. & in cons. 76. incip. In quæst. prædicta de molendino. Ang. in dicta. l. 2. §. Idem ait. s. ne quid in loco pub. Flo. in l. Imperatores. ff. de ser. rust. præd. & latè dom. Alexan. in cons. 315. inc. Opportunè consideratis, & est in 2. volum. 263. Et quod decidit. d. Signorolus de Homo. in consil. 34. inc. ex quodam flumine pub. ¶Secundò adde in specie in quantum Barto. concludit, quòd in flumine priuato alicuius, & alterius non est licitum facere molendinum supra, quādo principaliter faceret, vt alteri noceret, & consequenter ad æmulationem alterius, prout cantat egregius text. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. not. diligenter ex illo text. doctri.
22 Bartol. hic, † quòd non est licitum aliquid facere in priuato, quando illud principaliter fit, vt alteri noceat, & sic ad æmulationem alterius. Adde Bald. in rub. ff. de rer. diui. in 4. columna, in versicu. circa aquam, quæ cadit, & c. vbi quærit, duo sunt molendina in quodam flumicello, quæ molendina non sunt ad molendum nisi quando pluit, habens molendinum superius aquam continet in suo molendino, quando pluit, nunquid possit? & distinguit, vt per Bartol. hic, aut facit solùm, vt noceat, & non potest, quia æquitas naturalis talem dolum excludere debet. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua plu. arcē. qui text. est not. ad multa, secundum Bald. ibi: aut facit, vt ibi prosit, & tunc ambo habent iura molendi, aut non, vt ibi per eum. ¶Secundò ad idem adde illud, quod tenet Pau. de Castr. in l. cùm eo. ff. de seru. vrba. vbi tenet, quòd regula il-
23 lius. l. quæ habet, † quòd quilibet ædes suas potest altius tollere vsque ad celum, vt ibi, & l. altius. C. de serui. & tollere lumina vicini, illa regula procedit, quando quis ædificat, vt sibi prosit, sed si vtilitatem non habeat, non potest, quia diceretur facere, vt alij officiat, per dict. l. 1. in §. denique, & ita dicit se respondisse de facto, vt ibi per eum, & in dicta. l. altius. vbi Cyn. Rayn. & Salyc. idem tenēt, quod si aliquis vellet altè facere eleuari domum suam principaliter ad æmulationem alterius, puta, vt inspiciat vxorem, aut filiam vicini, vel vt inspiciat religiosos, quod non potest. Idem tenet Ioann. de Imol. in l. si in meo fundo. ff. de aqua plu. arcen. ¶Tertiò ad
24 idem adde, † quòd non licèt ædificare castrum aut fortilicium, quando principaliter fit ad æmulationem alterius etiam inimici text. est in l. opus nouum, & ibi Barto. not. ff. de oper. publ. glos. in l. quicunque castellorum, & ibi Barto. C. de fundis limitro libr. 11. in l. per prouincias. C. de ædifi. priua. Bartol. in l. ex hoc iure. 5. colum. vbi Bald. Angel. & alij. ff. de iust. & iur. Bartol. in l. 1. in princip. ff. quod cuiusque vniuer. & in l. fin. ff. de colle. illicitis. ¶Quartò adde illud, quod singulariter tenet Bald. in l. 1. in penul. quæstio. C. qui testam. fac. poss. vbi
25 tenet, † quòd si duo fratres habent vnum castrum commune, quod vnus non potest vendere, vel donare partem suam castri ad æmulationem alterius, si per hoc sibi non prodest, & alteri noceat. alleg. ad hoc dict. l. quicunque castellorum. ¶Quintò adde illud, quòd not. Barto. in l. cùm allegas, per illum text. C. ne fisc. vel respub. quòd si duo fratres habent vnum castrum commune, & vnus expellat alium, quòd si frater expulsus vadat ad ciuitatem propinquam, vel ad principem, & sibi vendat, vel donet partem suam, talis venditio non valet, quia præsumitur ad æmulationem facta. Sequuntur ibidem Fulg. Pau. de Castr. & domin. Alexan. & dicit Pau. de Castr.
26 se ita vidisse de facto Flo. per ista omnia credo, quòd non sit verum illud, quod alibi tenet Angel. in dicta. l. cùm eo. ff. de ser. vrba. prædio. vbi dicit Angel. quòd quamuis quis non possit ædificare ad æmulationem Principis, vel ciuitatis, tamen ad æmulationem priuati bene potest, dummodo ædificet in suo solo, quod sit liberum. Credo, quòd sit falsum ex prædictis, præsertim per text. clarum in d. l. 1. §. denique, & eum reprobat Pau. de Cast. sed ex alio fundamento in d. l. cùm eo. & in d. l. altius. & contrarium tenet not. Bald. in d. l. item lapilli. in 2. col. ¶Tertiò prin. circa istam q. Bart. pro clariori intelligen-
27 tia quæro de alia vtili q. pone, † ꝙ aliquis habet molendinum in aliqua villa, & homines de dicto loco iam longissimo tempore cuius initij memoria non extat in ꝯrium, semper iuerūt ad dictum molendinum pro macinatione, ecce, ꝙ alius vult aliud molendinū nouiter construere, an possit prohiberi? text.
✱ videtur no. ꝙ sic in c. significante. in prin. & *ibi omnes Can. notant.* de appel. & ibi Bal. in 1. col. not. ex illo text. ꝙ potest præscribi, ꝙ ciues non possint ire ad molendum in meo molendino, vel quòd ego solus habeam molendinum, & ꝙ non possit aliud
28 construi in meum præiudicium. † Item valet consuetudo, ꝙ nullus possit facere molendinum nouum in flumine in præiudicium mei molendini, secundum Bald. & Doct. in d. c. significante. idem vult Bald. in rep. l. de quibus. in 21. col. ff. de legib. vbi tenet, ꝙ valet consuetudo, ꝙ omnes volentes molere teneantur venire ad meum molendinum, quamuis non sit rationabilis consuetudo. alleg. text. in d. c. significante, & ibi Innocen. ¶Secundò confirmatur ista pars ex notabili doct. Bart. hic: nam, qui habet molendinum tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium, certè habet licitè. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. firmat Bartol. infra in 2. q.

ADDITIO.

a ¶In termino. Vide hanc q. per Cepo. in l. si fugitiui. col. 11. vers. quæro sexto. C. de ser. fug.

2.q.ergo cùm ipſe habeat illud molendinum,licitè poteſt pro-
hibere alium volentem facere. ita expreſsè Bartol. hic.Breuiter
veritas eſt iſta,quòd ex his,quę ſunt merè facultatis,vel ex his,
quæ gratuitè conceduntur,non poteſt dici acquiſitum ius,nec
præſcriptio cauſata, nec per hoc naſcitur in futurum obliga-
tio.c.poſſeſſiones.16.q.1. glo.in l.ſolent. in glo. fi.in fi.ff.de offic.
procon.& leg.Bar.in l.cùm de in rem verſo.in vlt.col.ff.de vſu.
hinc dicunt in ſpecie ad caſum noſtrum Cyn. Bal. & alij Scrib.
29 in l.1. C. de ſerui. & aqua, † q̄ ſi per longiſſimum tempus iui
ad molendum ad tuum molendinum, non per hoc potes
me in futurum compellere,vt ego ibi molam propter redditũ
tui molendini,eo quia iſta itio fuit per modum facultatis. Idē
tenet Cyn.in l.2. C.quæ ſit long.conſuetu. & not Abb.in c.Ab-
30 bate S.Syluani.in 2.colum.de verbor.ſignific. † Sicut ſi aliquis
multis annis,& ipſe, & maiores ſui hoſpitarentur in domo ali-
quem nobilem, vel Epiſcopum, non per hoc cauſaretur con-
ſuetudo vel præſcriptio, per quam in futurum ad hoc tenere-
tur,ita dicit Innoc.in c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſ.&
proprieta.Refert,& ſequitur do. Abb.in c. quòd tranſlationē.
in 2.colu.de offic. delega.& in d.c.Abbate.S. Syluani,& in cōſ.
31 113.incip.in q.quæ vertitur inter reuerendum patrem. † Si ve-
rò volentes ire aliò ad molendum, fuerunt à me prohibiti,
& acquieuerunt prohibitioni per tempus logiſſimum ad prę-
ſcriptionem complendam, tunc bene acquiritur mihi ius, vt
poſſint in futurum ad hoc cogi.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer. ven-
dice.& l.hæc autem. ff.de ſerui. vrba. prædior.gl.eſt in l.qui lu-
minibus.ff.eod.& ita expreſsè in q. noſtra determinat do. Abb.
in d.c.ſignificante.in 1.not.& ibidem alij Can.& idem do.Abb.
in c.fin.in fin.de reſti.ſpol. do.Barthol.Veronen. in tract.ſeruit.
vrba.in c.60 de furno. in 3.q.& no.d.Abb.in d.c.Abbate.S Syl-
uani in 2.colum. vbi per illum text. iuncta gl.extendit etiam ſi
prohibitio fuiſſet extraiudicialiter, & etiam ſi ei fuiſſet obtem-
peratum pro bono pacis, tamen inducitur conſuetudo eius,
& dicit ita eſſe text. ibi, quem dicit ſe neſcire alibi. ¶ Adde ad
iſtam.q.multum not. Bal. in l.item lapilli.in 3.q.ff.de rer. diuiſ.
32 vbi quærit Bald.† nunquid aliquis poſſit præſcribere,quòd ip-
ſe ſolus, & poſteri ſui habeant molendinum in tali villa, ita q̄
alius non poſſit ibi facere molendinum, dicit videri, quòd ſic
per l.ſi quiſquam. ff.de diuer. ac tempor. præſcrip. & dicit eſſe
verum, ſi ꝓhibuit alios facere, & illi acquieuerũt,nam à tem-
pore inhibitionis incipit currere tempus præſcriptionis,& ſine
prohibitione acquiri non poteſt, & per hoc infert, quòd tali
modo poſſit ſibi acquiri ius in præiudicium vicinorum, quòd
ipſe ſolus poſſit habere molendinum, & erit ſecundum eum
ſeruitus prædialis,tamen ſubdit,quod ex cauſa publicæ vtilita-
tis poteſt infringi illa ſeruitus, quòd ſolus habeat molēdinum,
per l.fin.in fi. ff.de vſucap. Et ſecundum prædicta conſului an-
no præterito in ciuitate Caſalenſi,& ita fuit iudicatum. cogita
tu,q̄ Doct.loquuntur ſolùm in longiſſimo tempore, non au-
tem in illo, cuius initij memoria non ſit in contrarium, quòd
habet vim conſtituti,q̄ latè dicam.j.in 2.q.Bar.¶Quartò prin.
33 adde,vt ſuppleas doctr. Bart. † q̄ in dubio[a] quilibet præſumi-
a tur ædificare propter ſe principaliter, & non ad iniuriam, vel
æmulationem tertij.glo. eſt ordinaria in l.fluminum.§.final.&
ibi Bart.& alij not.ff.de damn.infect. Alber.hic in fin. Bald.in d.
l.item lapilli.in 2.colum.Imol. in l.ſi in meo fundo. ff.de aqua
plu.arcend.facit bene regula l.merito. ff. pro ſocio. ¶Quintò
principaliter ſuppleas, & perficias iſtam doctr. Bar. ſecundum
Bald.not.in c.cùm Eccleſia Vulterana.in 4.colum.de elect.vbi
34 quærit Bal.† quid ſi aliquis faciat molendinum, vel aliud ædi-
ficium mixta conſideratione,vt noceat vicino,& etiam vt ſibi
proſit, aliter tamen non facturus, niſi animo principaliter no-
cendi, diceres tu, quòd non poſſit, quia attendi debet, quod
principaliter agitur. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.petat. Bald.ta-
men ibi nota.determinat,quòd iſto caſu adhuc licitè facit, q̄a
non ex affectu, ſed ex effectu iudicātis eſt,nec dr̄ fruadari con-
ſilio, qui non dicitur frudari re. vincitur ergo hic animus à iu-
ris licētia.arg.l.ſi vir vxori.ff.de vſucap.pro don.Ita dicit no. ibi
35 Bal.quod valde ſigna. ¶†Sextò adde ad doctr.Bart.quòd pro-
cedit,quando aqua non ſufficeret vtrique molendino, aliter ſi
vtrique ſufficeret, ſecus eſſet, quia tunc vterque poſſet aquam
ducere,vel facere molendinum. ita probat text. in l. in conce-
dendo,& ibi Bartol.not.ff.de aqua plu.arcen.& Bar.j.in 5.quę-
36 ſtio. in fin. & ibi latius reſeruo dicendum. ¶† Septimò adde,
quòd valet pactum factum per eum, qui habet molendinum
inferius, ne liceat ſuperiori in ſuo molendinum ædificare, ita
not.Bald.per glo.in l.pen. ff.de pact bene facit, quod vult Bart.
j.in 14.quæſt. quod valet pactum factum per habentem mo-
lendinum inferius,ne liceat ſuperiori in ſuo aquā retinere. l.1.
§.ſi quis hoc conceſſerit.ff.de aqua quotidia. & æſtiua. ¶Octa-
37 uo principaliter adde, inquantum Bart.dicit,quòd † illud dici-
tur flumen publicum,quod ꝑpetuò currit.l.1.§.flumina.s̄.eo
Illud ergo dicitur priuatum flumen, q̄ non perpetuò currit,
& gl.alibi exemplificat in duobus molendinis Bononiæ. glo.in
l.nemo.ff.de rer.diuiſ.& gl.in l.1.§.fluminum. s̄.eod.Bald. in c.
1.§.ſi quis de manſo.in 6.colum.de controue. inue. & in rubri.
ff.de rer.diuiſ.in 5.colum. & not. declarat Bald. in l.item lapilli.
in 2.colum.ff.de rer.diu.vbi dicit,quod flumen priuatum dici-
tur omne illud,quod areſcit,vel puſillum aquæ in æſtate con-
tinet,vt vix ibi te interdum laues,& iſtud ideo dicitur priuatũ,
quia non eſt aptum eſſe ad publicum bonum, ſed caue ne er-
res,quia differt flumen priuatum à flumine proprio,quia illud
dicitur flumen proprium alicuius, quod incipit ex fonte ſuo,
qui in agro ſuo oritur,& diſcurrit per ſua prædia vſque ad flu-
men publicum,vel mare.argu.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer. vend.
¶ Vltimò ad iſtam primam quæſtio.adde, q̄ dicam. j. in 25.q.
38 & ita habes expeditam iſtam primam quæſtio. Bartol. ¶† Se-
cundò quærit Bart. quando quis dicatur habere molendinum
licitè in flumine,& quando non.adde, q̄ omnia iſta dicta Bart.
refert,& ſimpliciter ſequitur. d Alex.in conſil. s̄. pluries allega-
to 335.incip. conſideratis verbis inſtrumenti. in 1. & ſecuuda
colum.quod eſt in 2.volu. conſil.163. ponit aliquid Imol. in l.
fluminum. in princip. ff. de damn. infect. & Bartol. hic ponit
tres modos, quibus eſt licitum aquam ducere ex flumine pu-
blico,vt hic per eum. ¶Secundò adde,inquantum Barto.vult,
39 † q̄ per legem municipalem ciuitatis, quæ præſcripſit merũ,
& mixtum imperium,& ſic flumina, & portus, concedatur li-
centia ædificandi molendinum in publ.flumine.adde tu,q̄ au-
ctoritate pacis conſtantiæ flumina nauigabilia, & regalia fue-
runt conceſſa ciuitatibus Italiæ in ea nominatis,vt habes in tit.
de pace conſtan.in vſib.feud.& ꝯn̄r omnes illæ poſſent conce-
dere licentiā ædificandi molendinum in flumine nauigabili,
ita tenet Alber.in l.ſi autem.§.fi. ff.de aqua plu.arcend. & idem
Alber.hic,& d.Barth.Vero.licèt non referat Alber. in tract ſer-
uitutum ruſticarum in tit.de flumin.Adde etiam,q̄ notabilius
tenet Bald.in l.ſi plures.in4.col.C.de condi. inſer. vbi not. dicit,
q̄ in vniuerſali omnia flumina nauigabilia ſunt, Romani Im-
perij,ſed in particulari ſunt earum ciuitatum,per quarum ter-
ritorium tranſit flumen,argu.litorum maris,quæ ſunt ſub Im-
perio alicuius populi,puta Venetorum,vel Ianuenſium,& ab
eo,qui eis præeſt,petenda eſt licentia ſecundum Iacob.de Are.
in l.littora.ff.ne quid in loco publ. Bald.in rubr.ff.de rer.diuiſ.in
5.col.& ſequitur etiam d.Alex.in conſi.proximè relato.335.in-
cip.conſideratis verbis inſtrumenti. 2. column. ¶Tertio prin-
40 cipaliter adde,inquantum concludit Bar. † q̄ qui habuit mo-
lendinum in flumine publ. nauigabili tanto tempore, cuius
initij memoria non eſt in contrarium, dr̄ habere licitè.adde in
ſpecie text.in l.vſum aquæ.& ibi Bart.ad hoc not. C. de aquæ-
ductu.libr.10.glo.& Bart.in l.diligenter. eod. tit.gl.in l.Impera-
tores.ff.de ſerui.ruſt.præd.Io de Plat.& Ang. de Aret.in §. flu-
mina.inſt.de re.diui.vbi per hoc inferunt, q̄ Veneti,& Ianuen-
ſes licitè præſcripſerunt gulphum maris tempore, cuius initij
memoria non eſt in contrariũ. Et iſtud intantum eſt verum,q̄
tenet Angel. in conſil. 90. incip. thema tale eſt,inter cætera ca-
41 pitula pacis.in 2. colum. & ſequen. quod † ex quo Veneti, &
eorum dominium per longiſſima tempora fuerunt, & ſunt
in quaſi poſſeſſione dicti gulphi, certè ratione dictæ poſſeſſio-
nis longiſſimæ in qua fuerunt,& ſunt, poſſunt Veneti Ianuen-
ſibus,& alijs quibuſcunque interdicere potentiam nauigandi
nauigare volentibus per eorum gulphum.per l.ſanè. ff.de iniu.
vbi eſt caſus ſecundum Rayn.de Forli. qui expreſsè ponit exē-
plum de gulpho Venetorum,vt ibidem per eum,& idem etiā
not.Bartol.in d. l. ſanè ſi maris.quam legit ſub. l.iniuriarum. §.
final.ff.de iniurijs,vbi dicit illum tex.facere pro Venetis, qui ex
longa conſuetudine ſe dicunt habere iuriſdictionem in eo-
rum mari. Redeundo ad concloſionem Barto. hic adde etiā,
42 quòd iſtius caſus triplex eſt ratio. ¶†Prima,quia habere tan-
to tempore, cuius initij memoria non eſt in contrarium, eſt
perinde, ac ſi Imperator conceſſiſſet, quia habet vim conſti-
tuti,dicta l.hoc iure. §.ductus aque, & c. ſuper quibuſdam. §.
præterea. de verborum ſignificatio. Secunda ratio, quia per
tantum tēpus,cuius initij memoria non eſt in cōtrarium, præ-
ſcribuntur etiam ea, quæ aliàs de ſui natura ſunt imprę́ſcripti-
bilia.capit.1.§.final.de prę́ſcrip. in 6.Tertia ratio, quia vetuſtas
tanti temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium,
tantum poteſt quantum Imperator cum cauſa. ita not. Andr.
de Iſern.in capitul.1. in verbo, flumina publica. in 3.colum.in
tit.

A D D I T I O.

a ¶In dubio. Adde eundem in l.ex hoc iure.col.2.ff.de iuſt.& iur. & quæ poſui.
in addi.ad d.Phil.Deci.in l.nullus videtur dolo. j.de reg.iur.

tit.quæ sint regalia.Item adde in materia illud,quod dicit Bald. & aduocati sæpè allegant in titul.de pace constan. in 5.col. vbi not.per illum tex.in verbo,sicut ab antiquo.ibi esse tex. expres-
43 sum,† ꝙ in molendinis, & in commoditatibus aquarum stan dum est antiquitati.Alibi Bald. in c.1.§.si quis de manso.in tit. de cotrouer.inuest.in 6. col. dicit, ꝙ in aquæductu non solùm inspicimus principium aquæ,sed etiam loca, vnde decurrit,& alueos,& meatus,& vetustissimum aquæ cursum, & ſm eorũ qualitatem de vsu aquæ iudicare debemus,de istis adde tu tex. in fi.l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arc. vbi dicit text. vetustatem vicem legis obtinere. item dicit longam consuetudinem velut iure impositam seruitutem,& text.in l.2.in princ.eod.titul. quæ di-
44 cit, vetustas † semper pro lege habetur. ad idem text. in l. qui luminibus.in prin.ff.de serui. vrb. prædior. item videas solennē text. quem consulendo sæpè formaliter sum solitus allegare in l.fi. ff.de aqua plu.arcen.ibi, quib. vetustas auctoritatem daret, quamuis ius non probaretur. ¶Quartò principaliter adde in-
45 quātum Bar.concludit, † ꝙ in flumine pub.non nauigabili licitum est auctoritate iuris gentium facere molēdinum, prout dixi in tex.in 1.not.Adde,ꝙ istud limitat nor. Pau.de Cast.quis non faciat mentionem de dictis hic, in l.fluminum. in princ.ff. de dam.infect.vt procedat, qñ quis vult molendinum cōstruere super aquam, prout fit in flumine Padi, vel ,put fit Romę, vbi fiunt molendina. s.aquam ex concatenatione nauium, secus esset ſm eum, si quis vellet facere molendinū in dicto flumine non nauigabili, ita ꝙ ædificium tangat solum, seu alueū ipsius fluminis, tunc non posset sine licentia Imperatoris, aut superioris, sic intelligit istum text. in verbo publico, quamuis omnes alij secundum eum intelligant in flumine non nauigabili.Ratio diuersitatis est secundum eum,quia primo casu, qñ ædificat. s. aquam fluminis, vsus talis aquæ est communis, ideo occupanti conceditur,ideo licitum est super talem aquā ædificare.Sed in secundo casu alueus, seu fundus ipsius fluminis non est communis, sed bene est publicus, ideoque occupanti non conceditur,ideo tunc requiritur auctoritas superioris.nō recolo legisse ab alio tactum, & si est verum, est magna limitatio ad text.nostrum, & ad doctrinam Bart.hic,sed mihi non placet ista limitatio. Moueor, quia Pau.de Castr. facit differentiam inter flumen, & alueum,seu lectum fluminis,sed illud est falsum, quia alueus sēper iudicatur secūdum naturam ipsius fluminis,text.est in l.1.§.si insula.in fin. s.eo. vbi dicit tex.
46 *impossibile est, vt alueus fluminis publici non sit publicus.*¶† Secundò, & fortius moueor, quia alueus est semper eiusdem iuris, cuius est ipsum flumen, text.est egregius in l. adeo. §. insula.in versi.nouus autem. ff.de acquir.rer.do.& in §.insula. insti. eod. vbi dicit text.alueus est eius iuris,cuius est ipsum flumen. i.publici de iure gentium. ¶Tertiò mouet me illud, quod per illū text.& fortius not. Bart. in tract. de alueo.in 7.col. vbi dicit,ꝙ
47 in d.l.adeo est tex.mirabilis,† ꝙ licèt aliàs cedat solo quicquid ei super imponitur, tamen in ista materia ècontra solum, & fundus cedit aquæ fluminis,quę super imponitur, & est speciale in flumine,& similibus aquis secundū eum. ¶Quartò in contrarium facit, quia si considerares rationem istarum legum, quare liceat facere molendinum in flumine non nauigabili,illa ratio procederet etiam in eius alueo. Cogita, quia est passus vtilis,nec alicubi discussus.¶Quintò principalitet adde inquā-
48 tum Bartol. subdit, † quod non patitur damnum, qui prohibetur ædificare molendinum, quamuis non acquirat lucrum, & sic vult Bartol. non haberi in consideratione, quòd non acquiratur lucrum.Sed caue,quia Bartol. supra in 1. quæstio. videtur sibimet contrariari. nam s.in 1. quæstion. dicit, quando primus habuit molendinum,licitè non potest secundus ædificare, eo quia non potest auferre lucrum, quod licitè percipit ex publ.per text.in l. 2.§.meritò.supra ne quid in loco publico. & sic Bartol. ibi vult haberi rationem lucri, hic dicit contrarium. ¶Sed salua Bartol. quod Barto. supra in 1. quæstion. loquitur, quando molendinum iam esset factum, & sic lucrum iam est in esse. hic autem dicit, quòd prohibere ne fiat molendinum, est perdere tale lucrum, de quo non curatur,ratio diuersitatis est,quia primo casu, qñ agitur de lucro iam radicato perdendo, quis dicitur pati damnum, secus quando lucrum nondum est radicatum,gl.est in l.2. §.1. s.ne quid in loco publ. & gl.in l.1. §.si quis autem propter inundationem. ff. de itiner. actuque priua.& gl.in l.si quis vxori.§.pe.ff.de fur.notant Bald. Ang.Imol.& do.Alex.in l.non amplius. in prin.ff.de leg.1.Pau. de Castr.& do.Alexan.in l.2. §.fin.ff.qui satisda. cogan. Imol.& Mod.in l.Proculus.ff.de damn.infect.& dom.Alexan.in l.cùm
49 emptor.supra ad legem Falcid. hinc est, & istud not. † quod sicut error iuris non nocet, quando tractatur de damno, ita etiam non nocet,quando tractatur de lucro radicato.gloss. est notab.in l. quæ fideicommissum. ff.de legat. secundo. ¶Secundò adde ad prædicta bonum text. in l. si is cui. §. eius rei. ff.de fur.ita concordant Bart. & ita teneo. contra tamen istam concordiam, & sic contra Bart. videtur mihi, quòd fortissimè stringat tex.in l.Proculus.ff.de dam.infect.vbi erat lucrum ia m in esse, & sic radicatum, & tamen non habetur in cōsiderati one,vt dicit Barto.de qua.l.opponit glo.in illa.l.non amplius. in princ. ff. de leg.1. nisi diceres, quòd in ædificante in fundo proprio lex non ita consideràt lucrum esse radicatum, vt ibi est text. prout, quando fit ædificium in flumine publ. prout loquitur Barto.tamen caue,quia refragantur iura.s.alleg. quæ sine tali distinctione volunt,quòd perdere tale lucrum iam radicatum sit pati damnum, de quo autem lucro debeant prædicta intelligi,videas omnino Barto.j.in 11.quæstio.ad fin.vbi reseruo dicendum. ¶Vltimò ad istam materiam,quando mo-
50 lendinum fiat licitè, vel non, † adde, ꝙ nemo potest facere molendinum, vel clusam in fundo alieno, vel in aqua aliena, adeo, ꝙ etiam Comiti,vel Regi non est licitum in terra,vel in aqua Ecclesiæ facere molendinum, aut stagnum. tex.est ad literam in c.cùm olim Abbas.in prin.de offi. deleg.& ibi multū not.Bal.& idem Bald.in rubr.illius titul.in 8.colu.in fin.imò cedit lucro domini soli si est possessor.ita not.dicit Bald.in d.cap. cùm olim Abbas.ꝙ no.ad ampliationem regulę. l.si qs sciens. C.de rei vendi.& §.cùm in alieno.insti.de rer.diuil.Item ad istā 2.q.Bartol.vide,quod dicam.j.in 21.q.¶Tertiò quærit Barto.si aliquis facit molēdinum in flumine,per quod aqua restagnat, ita quòd impedit molendinum meum, quod est superius,dic, vt ibi per eum, quia nihil est adendum. potes tamen addere text.in l.1.§.deterior.in versi.*coangustetur.* s.eod. ¶Quartò quæ-
51 rit Bart. † quando aliquis vult ædificare molendinum. s.vel j. ita quòd impediat meum, quo iure, vel qua actione debeo agere contra eum,adde circa istam.4.q.Barto.inquantum primo loco Bar.vult,quòd si duxi æstate proxima aquam ad molendinum meum licitè fabricatū, ꝙ contra volentem facere aliud molendinum, per quod impediat meum,habeo interdictum ne quid in flumine publ. & habeo interdictum directū, sed quando non duxi aquam per æstatem proximam, habeo solùm vtile interdictum ne quid in flumine publ.Mihi non placet ista differentia Bart. quia non credo, quòd directum interdictum ne quid in flumine publi. vnquam competat in casu isto,sed solùm competat vtile in omni casu Bar. eo quia directum interdictum ne quid in flumine publ. competit,quando aliquid fit ad impedimentum publicum, sed quando fit ad impedimentum,puta molendini alicuius priuati, non credo, ꝙ competat directum interdictum,sed solùm vtile, ad hoc allego in terminis Spec.magistrum practicæ,vbi ponit formam libellorum in ista materia in titul. de causa posses. & proprieta. in §. quia verò.in vers. sextum autem, vbi formaliter dicit, qđ quando aliquis immittit, vel facit in flumine aliquid, propter quod aquam molendini mei non ita fluit, sicut fluebat æstate proxima,vel molendinum meum aliter impeditur, quòd cōpetit mihi vtile interdictum, ne quid fiat in flumine publ.& sic Spec.ibi in terminis tenet,quòd ꝯpetat vtile interdictum, non autem directum, vt dicit Bartol. & istud etiam tenet ibi Ioan. Andr.in additio.& credo verius. subdit etiam Specul.& bene,
52 quod etiam competit † actio in factum loco illius interdicti subrogata, quia pro omnibus interdictis de mundo competit actio in factum.dicit gloss.in l.quoties. ff.de præscript. verb. & Bart.in l.vnica.in pen.colum.ff.de condi.ex lege. & text. in §.fi. inst.de interdi.& ibi gl.melior de iure de ista actione in factum. Secundò adde inquantum Bartol. concludit etiam isto casu competere generalem negatoriam, licèt non reperiam tactū,
53 non vr,ꝙ illud sit bene dictum, † eo q̃a negatoria non ꝯpetit, nisi quando aduersarius prætendit se facere illud,quod facit iure seruitutis,& si non faciat iure seruitutis, non potest competere contra eum negatoria. glo. est valde notab. de hoc in l. si cùm meus.§.1.ff.si ser.vend.gl.in l.apud Trebatium.§.1.in verbo,nō est.ff.de aqua plu.arc.Io.Fabr.in §.æquè.inst.de actio.sed istud non est in casu nostro. ergo Bartol. non bene dicit, nisi saluando Bartol. diceres, quòd prædictæ gloss. procedunt in negatoria speciali, nam specialis negatoria propria competit ratione seruitutum, sicut & confessoria, prout habetur in dicto. §.æquè,& ponit latè Bartol. in l.si priusquam. ff.de operis noui nunciation.& in l. harum.in principio. vbi ponit formam libellorum. ff. si seruit. vendicetur. secundum Bartol. hic, qui cum mysterio loquutus est de alia negatoria generali, de qua loquitur dict.l.prima. §. item sciendum. & ibi Bartol. supra de aqua plu. arcenda. & credo, quòd ista sit propria intentio Bartol.& ad Barto.adde Bald. in l.item lapilli. in sexta quæstione. ff. de rerum diuisio. ¶Tertiò adde, inquantum Barto. dicit, quòd negatoria, quæ soli domino datur, ideo hic competit, quia est dominus sui molendini, cui nocetur, dic, quod

iſtud vltimum non eſt ita ſimpliciter verum, ſed intellige, vt
declarat Bar.ĩ.in 10.q.¶Quintò principaliter quærit Bart.quia
54 melior eſt conditio eius, qui primò occupauit, † quis autem
dicatur primò occupaſſe. In iſta 5.q.Bar. in effectu poſt multa
verba concludit, ꝙ ille, qui primo loco opus molendini, vel
aquæductus incohauit, & in eo procedit, ꝗuis non perfecerit,
dr̃ acquiſiuiſſe ius, vt poſſit prohibere alium volentem poſteà
facere,& ſic Barto.vnico verbo vult, ꝙ ſola inceptione operis
acquiratur ius,per ꝙ præferatur alijs.idem tenet Bar. in l.natu-
ralem.§.1. per illum text. de acquir.rer.dom. cum Bart. & eius
concluſione ſimpliciter tenet Bald. in l. item lapilli.in 4.q. ff.de
rer.diuiſ.idem in effectu tenet.d.Barth.|Vero.licèt dicat ſe velle
tenere aliter quàm dicat Bar.in tract.ſerui.ruſti.in titu. de ſerui.
aquæductus.in 36.col. & ſeq. nec inuenio aliquem ꝯtrari Bart.
& ſic opin.Bart. videtur *eſſe communis*. Præcipuum fundm̃ Bart.
ſtat in duab.ll.in l.ergo.§.fin.ff.de acquir. rer.do. in verbo, pilas
iactauit,& tex.in l.2.§.aduerſus.ff. ne quid in loco publico. qui
text.loquitur in verbo pn̄ti,dum dicit, *qui ædificat, aut molem in
mari iactat*.per quæ iura concludit Bart. ꝙ quamuis in animali-
bus requiratur perfecta occupatio de iure, quicquid ſit de con-
ſuetudine.l.naturalem.§.1.ff.de acqu.rer.do.tñ in iſtis inanima-
tis ſufficit ſola inceptio. Tu autem aduerte veritatis indagan-
dæ gratia,ꝙ lex,ergo.§.fina.allegata per Bar.vr̃ probare ꝯ eum,
nam tex.ibi copulatiuè, & in præteritum dicit, ſi pilas in mari
iactauero, & ſ.eas ædificauero, ergo non ſufficit incepiſſe, vt
dicit Bart.& ſic iactaſſe pilas, ſed copulatiuè, & ſ.eas ædificaſ-
55 ſe,& pondera,quia ſunt verba præterita, vnde † illa copula re-
quirit concurſum vtriuſque copulati,per regulam l.ſi quis ſti-
pulatus fuerit 10.aureos.ff.de verbo.oblig. & l.ſi heredi plures,
cum ſimilib.ff.de cond.inſt.etiam qñ copula ponitur inter duas
orationes reſpectu alicuius accidentis.|d. l.ſi hæredi plures. de-
clarat Bar.in l.1.in prin.ff.de inſt.& iur.& in.l.ſi his qui ducenta.
§.vtrum.ff.de reb.dub.Secundò illæ duæ.ll.allegatæ per Bar.lo-
quuntur, qñ quis ſimpliciter impedit incipientem ædificare in
publico,quo caſu non pōt,quia impediendo ſolum faceret,vt
illi noceret, ſed hic vult facere aliud ędificium, & ꝯñr princi-
paliter,vt ſibi proſit,ideo facilius admitti debet per doctr.Bar.
ſ.in 2.q.Tertiò ꝯ Bart.vr̃ facere, quia qñ primus ſolum verba-
liter occupauit, vel ſolùm aliquid incipit facere, certè ſi alius
impediat eum, per hoc non dicitur ſibi inferre damnum, licèt
auferat ſibi futurū lucrū,cuius nō debet haberi ratio,prout fir-
mat Bart.ſ.in 2.q.vt ibi dixi, eo qa lucrū nō pōt adhuc dici ra-
dicatum, ita ꝙ eius haberi debeat ratio, prout diceretur radi-
catū,ſi ſuum perfeciſſet molēdinum, aut iam duxiſſet aquam,
vt tenet Bar. ſ. in 1. q. Et per hoc quartò pondera non obſtare
vnum fundamentum Bart.dum dicit,ꝙ in iſta. q. agitur de iu-
re quæſito præferendo,ex quo cuilibet de populo eſt acquiſitū
ius aquæ ducendæ de flumine publ. auctoritate huius. l. quia
imò ante ædificium factum, & ſic ante lucrum iam radica-
tum non poteſt dici pati damnum, per quod poſſit alios im-
pedire, vt declaraui. ſ. in 2. q. ¶Præterea,& quintò adde.l.1.§.
cępiſſe. de pollicita. allegata per Barto. non facit in propoſito,
quia ibi ponitur ſpecialis caſus, in quo per pollicitationem qs
obligatur Reipublicæ,qñ cępit opus,& in illo caſu,quando di-
catur cępiſſe, ibi ſpecialiter declaratur, vnde non dēt trahi ad
ꝯñtias.l.ius ſingulare, & l. quod verò contra. ff.de legi. ¶Sextò
dum Barto.alleg. l.qui prior.ff.de in diem addic.non reperio in
illo titul.illam.l.ſed bene. l.prior.quæ eſt. l.fin. & illa lex proba-
ret potius ꝯ Bar.vbi pręfertur ille ſecundus,qui perfectè adim-
pleuit,& non primus,qui cœpit aliquid numerare de pretio.ex
iſtis redditur aliqualiter dubia deciſio Bar. quamuis non repe-
riam ꝯdicentem ei.teneas tamen opin. Bart. *quæ communiter eſt
approbata*,pro qua facit text. in l. in tantum. in princip.ff.de rer.
diuiſ. ¶Limita eam, niſi ambo cœpiſſent ſimul, vnus primò,
alius poſteà, ſed ignoranter, quia paria ſunt, vel quod ambo
ſimul eodem tempore inceperint idem, vnus primo, & alius
poſteà,licèt ignorauerit de primo, quia tunc non potuit præ-
uidere,iuxta gloſſ.in l.2.§.primo.ff.ne quid in loco publico. Ita
vult egregiè Bartol. in principio ſequent. quæſtio. ¶Secundò
principaliter inquantum Bartol.in fin.iſtius quæſtion. not.con-
56 cludit,† ꝙ ſi aqua, quæ ducitur ad eum vſum,ad quem duci-
tur,vtrique ſufficiat, vterque poteſt ducere, prout refert fuiſſe
iudicatum Bononiæ in fratribus prædicatoribus, & in fratri-
bus minoribus.Adde Bartol. vbi idem repetit in d.l.in conce-
dendo.ſupra de aqua plu.arcend.Bartol. Bald. & alios in l.4. C.
de ſeruitu.& aqua.Bald.in capitul. cùm olim. de conſuetud. &
in l.ſi plures.in 1.colum.C.de condi.inſer.& in conſil.109.incip.
& videtur,quod poſtquam.dom.Alex.in conſil.407. incip.cō-
ſideratis verbis ſtatuti. ad fin. & eſt in 4 volum. conſil.22. not.
iſtam deciſionem, quia eſt multum vtilis ad totam materiam
iſtius. l. Pro iſta concluſione, quæ eſt veriſſima,ego addo vnū
bonum text.in l.2.§.ſi aquæductus.ff.de ſeru. ruſtic.præd. & ibi
Alb.& Ang.& alij,ad hoc not.illum text.ſecundò iſta conclu-
ſio confirmatur equitate naturali.ex quo enim vſus aquæ vni
que ſufficit,certè illud,quod tibi non nocet,alij cōcedi poteſt.
l.2.§.item Varus.cum ſimil.ff.de aqua plu. arcen. per Bart.in l.
2.in prin.in 3.colum.vbi dixi. ſupra ſol. matr. ¶Secundò prin-
cipaliter amplia iſtam concluſionem Bar.per illud,ꝙ not.vult
Bart.in l.non modus.C.de ſeru.& aqua. vbi per illum text. de-
57 cidit no.quæſtio. † quod ſi tu ab initio duxiſti licitè aquam de
flumine publ. ad domum,in qua poſueras vnum molendinū,
ego ex alia parte fluminis volo ducere aquam ex eo.flumine
ad molendinum meum, cùm tanta ſit aqua, quæ optimè ſuf-
ficiat ad vtrunque molēdinum, tu autem vis me impedire,di-
cens,quòd in domo tua vis ponere plura alia molendina, cer-
tè potes, eo quia debet inſpici modus ducendæ aquæ à prin-
cip.nec debet inſpici, quòd poſtea poſſit augeri, vt eſt ibi text.
notab.¶Tertiò adde,quod per ſupradicta decidunt not. Paul.
de Caſtr.& domin. Alexand.in l.ex facto.§.primo.ff.de vulg.&
58 pupil.† quod ſi aliquis Baro conceſſit alicui monaſterio ſyl-
uam retinendo ſibi vſum venandi, quod omnes de illo mona
ſterio poſſunt etiam ibi venari,|ex quo illa ſylua poteſt conue-
nire vſui cuiuſcunque inſolidum,per not. per Bartol. hic, & in
dicta l.in concedendo.|quamuis ſecundum dom.Alexand. vi-
deretur prima facie dicendum contrarium. ¶Quartò ad præ-
dicta adde illud,quòd decidit Bald.in capit.1.§.ſi quis de man-
ſo.in 5.colum.ſi de inueſti.feud.controuer.fue. & ſequitur Ro-
ma.in d.l.in concedendo.vbi tenet, quod ſi inter domum feu-
datariam, & domum propriam directi domini concedentis
feudum,ſit in medio quidam puteus,qui continet tantā aquā,
quæ ſit ſufficiens vſui vtriuſque domus, quòd vtrique debet
ſeruire, nec poteſt directus dominus prohibere feudatarium,
ſecus quando illa aqua non ſufficeret vſui vtriuſque domus,
quia tunc præferetur dominus directus, alleg.not.per Bartol.in
d.l.Lucio. & in d.l.in concedendo, & ita eſt expedita iſta quin-
59 ta quæſtio principal. ¶Sextò quærit Bartol. † ſi duo inceperūt
eod. tempore, vel alter poſt ignorans de primo, quis eorum
præferatur.Circa iſtam ſextam quæſtion. Bartol. adde illud, ꝙ
not.vult Bald. in c.cùm omnes.in 12. colum. de conſtitut. vbi
quęrit,duo ſunt vicini mediante riuo communi,vnuſquiſque
vult trahere aquam ad prata ſua,quæritur quis pręferri debeat,
& reſpondet,quòd aqua debet diuidi localiter, vel temporali-
ter,eo.modo in agris, & molendinis, & ſi quis vellet eſſe prior
in vtendo, debet diuidi ſorte,vt l. quoties. ff.de vſufruct. & l.j.
60 & 2. C.quando,& quib. quar.pars debea.lib.10.nam † vbi hu-
manum conſilium non ſufficit,ibi fortuna altercationem diri-
mit, vt l.fin. cum ſim.C. communia de legat.ſecundum eum.
¶Secundò adde illud,quod decidit Bald.in l.ſi plures.in 1.q. C.
61 de condi.inſer.† vbi tenet, quod ſi duo habent molendina iu-
xta flumen nauigabile,& princeps ad eorum molendina con-
ceſſerit aquam, quòd ſi aqua non ſufficit niſi vni molendino,
illud,quod prius eſt conſtructū tempore, potius eſt in iure, qa
quod habet primum eſſe, habet primum frui, ſi autem ſimul
ſit eis ius quæſitum, vt eſſet in pluribus hæredibus, tunc ille, cui
obuenit molendinum altius, primò ſuam vtilitatem percipit,
quia ꝙ prius eſt in via, prius in eſt termino per ordinem natu-
ræ, ſed exinde per aliquem aquæductum debet pati conſe-
quentem habere commodum aquæ, vt ibi latius per eum.
62 ¶Tertiò diligenter not. illud, quod vult Bartol. † quod paria
ſunt, vel quod ambo ſimul eodem tempore incipiant ædifi-
cium,vel vnus prima die,& alius ſequenti, qui ignorauerit de
primo, & ſi non potuerit præuideri de primo, iſte enim æqui-
paratur perinde, acſi ſimul incepiſſet, & ad hoc bene facit glo.
not.in l.2.§.1.ff.ne quid in loco publico.¶Circa 7.quæſtio.Bar.
63 in qua quærit, † ſi volo in flumine facere molendinum, & fa-
cere cluſam in flumine,& volo immitere tigna,& alia ædificia
in ripa vicini, an poſſim eo inuito. Adde, quòd idem tenēt
Bartol.Ange.Rapha.Cuman.in l.fluminum. in principio.ff. de
damn.infect.Bartol.in l.maritus.per illum text.ff.de acquirend.
rerum dominio. Bald. in l. ſi manifeſtè. ad fin. C.de ſeruitut.&
aqua. & in conſilio 219. 2. volum. quod incip. quatuor ſunt.
64 ¶Secundò adde inquantum Bart.concludit, † quòd licèt flu-
mina ſint publica, tamen ripæ|quo ad proprietatem ſunt illa-
rum perſonarum,quarum prædijs adhærent, ratio diuerſitatis
eſt in promptu,quia ripæ hominum arte,& cura recipiunt in-
crementum,& riparum incommoda pertinent ad vicinos,er-
go ſecundum legem naturæ iuſtum eſt in|recompenſationē,
quod commoda ſequantur eoſdem, ſed flumina in ſeipſa ab-
ſque arte hominum fluunt.Ita dicit Bald.in rubr.ff.de rer.diui.
65 in 6.col.¶Tertiò adde inquantum Bart. concludit, † quòd fa-
cienti cluſam in flumine pub. vt ducat aquam ad ſuum mo-
lendinum,non eſt licitū imponere tigna, vel aliud ædificiū in
ripas

ripas fluminis inuitis vicinis, quorũ prædijs adhærent. Istã conclusionem limitat not. Floria. in l. refectionis. in fi. per illum tex. ff. commu. præd. vt conclusio Bart. procedat in clusa, quæ de nouo fieret, sed clusa molendini iam facta pôt refici, & reparari positis lignis, vel lapidibus in fundo, vel etiam in ripa fluminis inuitis vicinis, ad hoc specialiter not. illum text. confirmo per illam limitationem, quia prohibitus facere de nouo non prohibetur iam factum reficere, text. est in c. iudæi, il 1. & in c. consuluit. de iudæ. not. in l. 1. §. si quis ædificium. vbi dicam de
66 hoc. ff. de oper. nou. nun. † Hinc est, ꝙ prohibiti ædificare castra non prohibentur iam facta de nouo reficere. ita not. Bal. & Ang. in l. 1. § ædificare. per gl. ibi in verbo, reficere. ff. de mor. infe. & si est vera, ista est magna limitatio ad decisionem Bartol. ¶Ista limitatio mihi non placet, & moueor viua ratione, quia si in refectione clusæ, aut molendini volo immittere de nouo tigna in prædium, vel ripam vicini, aut volo imponere nouũ ædificium aliter quàm prius erat, ego habeo, ꝙ istud erit no-
67 uam clusam facere,† quia quando aliquid additur, vel detrahitur antiquæ clusæ, dicitur de nouo fieri, argu. l. ius ciuile. ff. de iustit. & iur. per quam notat ibi in specie Angel. in 2. colu. post Cyn. quòd prohibitus per formam statuti facere nouam clusam in flumine, non poterit veteri clusæ aliquid addere, vel detrahere, quia diceretur nouam facere, sed bene potest in eo. statu nullo addito conseruare, vnde considera, quòd etiam tũc militaret fundamentum Bart. hic, quòd vsuarius tunc inuito dño non posset aliquid noui facere. l. vsufruct. nouum riuũ. ff. de vsufruct. Secundò moueor, quia text. in d. l. refectionis bene probat, quòd in refectione molendini, vel clusæ possunt immitti lapides in fundo vicini ad tempus, donec opus reficiatur, sed non possent ibi immitti, vel infigi, vt ibi perpetuò stent, vnde not. ibid. Ang. in d. l. refectionis. esse ibi casum expressum,
68 ꝙ † si habeo clusam molendini per fundum tuum, & clusa eget refectione, quòd debes præstare aditum per fundum tuũ, cum tanta latitudine, quòd possim ibi ponere omnia cementa necessaria ad refectionem clusæ, & quòd ibi possint stare omnes operarij ad laborandum. ¶Quartò adde inquantum
69 Bart. in 8. q. concludit,† quòd via publica media non impedit, quin ripæ fluminis quo ad proprietatem eorum sint, qui habent prædia prope flumina, per text. sing. in d. l. maritus. in fin. Istam conclusio. limitat Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. in 13. colu. quando in ripa esset tanta terra, quę arari possit, tunc enim nõ est simpliciter ripa, imò est diuisus ager, si via publica est in medio inter agrũ, & illud terræ spatium, quod est in ripa, & hoc casu secundum eum non loquitur. d. l. maritus. ¶Pro clariori intelligentia eorum, quæ firmat Bartol. in istis tribus quæstio-
70 nibus. s. 7. 8. & 9. † Quæro, a pone vendidisti mihi prædium ad
a mensuram, vt tantum præstetur pro singula pertica, an ripæ fluminum, quibus adheret istud prædium, sint etiam mensurandæ, & tantum solui debeat pro rata, & an tales ripæ intelligantur venditæ, an non, istam quæstionem tangit Bart. in tract. suo tyberiadis, in 4. colum. vbi tenet, quòd tales ripæ non debẽt commensurari, nec computari in pretio, sed cedunt emptori, nisi aliud sit dictum expresse, mouetur Bartol. quia licèt ripæ fluminis sint eorum, qui prope ripas prædia possident, non propter hoc censentur venditæ, sed accedunt, ratio rationis est secundum Bartol. nam cùm riparum vsus in perpetuum sit communis, seu publicus de iure gentium, apparet, quòd proprietas sola de per se esset inutilis, dum semper duret vsus alterius. l. 3. §. ne tamen. ff. de vsufruct. sed licèt per se non censeantur vẽditæ, tamen alteri cedunt. istud est secundum eum, quod vult dicere text. in l. id, quòd. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. istam opin Bart. refert, & sequitur simpliciter Bald. in l. riparum. ff. de rer. diuis. licèt referat Hubert. de Bob. Rayn. & Cyn. tenuisse contrarium per d. l. id quod. ¶Istam eandem opi. Bart. tenet latius idem Bald. in rubr. ff. de rerum diuis. in 12. colum. ad fin. & sequent. motus, quia esset iniquum, quòd cùm vsus riparum sit publicus, & sic non possit pleno iure vendi, sicut venditor non tenetur plenè tradere illam ripam, ita nec illa ripa venit commensuranda, sicut nec via publica, nec flumen publicum, quod iret per medium agri venditi. l. in modicis. ff. de contrahen. emption. item imputet sibi venditor, quia legem apertius non dixerit. l. veteribus. ff. de pact. subdit tamen Bartol. quod si in illa ripa sint arbores fructiferæ, & magni valoris, esset absurdum, ꝙ emptor eas gratis haberet, si pretium pro istis non soluatur, ergo tunc tales ripæ remanebunt penes venditorem. Subdit etiam Bald. cauendum esse, quòd si ibi est tanta terra, quæ arari possit, non est simpliciter ripa, imò esset tunc diuisus ager. Adde etiam, quòd prædictã opin. Barto. sequitur idem Bald. in rubric. C. de contrahend. emptio. in 4. q. vbi limitat, quòd si in ripis consisteret vtilitas notabilis quantitatis, puta, quia ibi esset salicetum, ita quod non est verisimile, quòd venditor fuisset gratis concessurus, isto casu debent ripæ mensurari, & pretium solui, vt ibi per eum. adde etiam, quod prædictam opin. Bart. refert, & simpliciter sequitur Ang. de Are. in §. riparum. instit. de rer. diuis. Adde etiam Specul. in titul. de empt. & vend. §. sciendum. in versicul. si verò minus.
71 ad fin. vbi dicit notandum esse, † quod si fundo vendito cohærent litora, vel viæ publicæ, aut nemus publicum, quòd nõ cedunt in mensuram, licèt ad commodum emptoris transeãt, l. litora. ff. de contrahen. emptio. nisi hoc specialiter sit actum. l. id, quod. §. 1. ff. de peri. & commod. rei vendi. vltra auctoritates pro opin. Bart. facit, quia cùm ripæ fluminis publici pleno iure non pertineãt ad venditorem, ergo in dubio non intelliguntur venire in contractu venditionis. l. datio. §. 1. & quòd ibi pulchrè Bart. in l. ex empto in princip. ff. de actio. empti. Con-
72 firmo, † quia de natura contractus venditionis est, vt res tradatur libera, & si non sit conuentum. l. ex prædijs, & ibi Angel. ad hoc not. C de euictio. facit. l. 2. §. 1. ff. de act. emp. sed istæ ripæ fluminum non sunt liberè, imò semper erunt in vsu publ.
* igitur, & c. Licèt opin. Bar. *sit communis*, & in practica durum esset ab ea recedere, tamen in puncto iuris contraria opi. s. Hub. & Antiquorum videtur sustentabilis, eo quia licèt tales ripæ ad certum vsum, puta naues arboribus ligandi, siccandi retia, & similia dicantur vsus earum esse publici, tamen quo ad proprietatem cætera omnia commoda, puta percipiendi fructus ex arboribus, pertinent ad dominum illius prædij, cui ripæ adhærent. l. riparum. supra de rerum diuisio. & per hoc apparet euidenter, quòd falsum est fundamentum Barto. quo vtitur, dum dicit, quòd proprietas de se est vtilis, cùm semper vsusfruct. sit alterius. l. tertia. §. ne tamen. ff. de vsufruct. in hoc errat Barto. nam fundamentum suum procederet, quando vnus haberet nudam proprietatem, alius haberet integrum vsumfructum semper duraturum, tunc illa proprietas bene esset inutilis, sed in casu nostro est totum ècontra, quia vicini, qui habent dominium riparum, non habent nudam proprietatẽ, imò habent omnimodam commoditatem, quia possunt incidere arbores, possent ibi arare, & seminare. d. l. riparum. ff. de rerum diuis. alij verò, qui habent vsum publicum, non possunt ista facere, sed hñt vsum publicũ, vt dixi ad ligandũ naues, & siccandum retia, & similia, & sic non est verum, quòd ꝓprietas sit inutilis, staret ergo multum in arbitrio iudicis ex quantitate pretij, & valore prædij iudicare, an ripæ sint commensurandæ. argu. glo. in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. & vltra supra dicta ad istam. q. an ripæ fluminis sint commensurandæ, vide. d. Alex. in consil. 262. incip. omissis argumentis, ꝙ est in 2. volum. consil. 120. ¶Decimo quærit Bartol. si ædifico in flumine publ. faciendo clusam per directum, vel indirectũ, ita tamen, quòd illud, quòd pono transcendit mediam partẽ, fluminis, & contra vicini agri frontem protenditur, nõ tamen eius ripam attingit, an potero sic facere contradicente vicino?
73 ¶Concludit ergo Barto. in ista 10. q. † quòd si aliquis ædificat molendinum in flumine publ. quòd licèt vsus, & vtilitas molendini sit ipsius ædificantis, tamen proprietas efficitur eorum, qui prope ripam fluminis prædia habent pro modo regionis, per text. not. in l. penult. §. final. ff. de acquiren. rerum dominio, ideo non licet inuito vicino aliquid addere, vel ampliare, etiã si melius reducatur, adde, ꝙ sm ista debet intelligi illud, ꝙ dixit Bar. s. in 4. q. vbi dicit, ꝙ ei, qui fecit molendinum in flumine publ. competit negatoria contra volẽtem facere aliud. s. vel j. eo quia est dominus sui molendini, cui nocetur. istud procederet, quando ipse ædificans haberet prædium prope ripam fluminis, vbi molendinum fecit, aliter ipse non haberet proprietatem, & sic directum dominium, sed bene haberet vtile
74 dominium, cuius ratione ꝯpeteret negatoria generalis. ¶† Secundò adde illud, quod tenet Bald. in c. contingit. in 15. col. ad fin. de dol. & contum. vbi quærit, nunquid clusa molendini, quę est in flumine publico, possit capi ex iudicis decreto, & respondet, quòd sic tanquam superficies, cuius vtile dominium est eius, qui licitè construxit. alleg. not. per Bartol. in l. fluminum. in prin. ff. de dam infect. & dicit facere. l. qui tabernas. ff. de contrahend. emp. ¶Tertiò adde Bald. in cap. 1. §. si quis de manso. in 5.
75 col. in tit. si de inuest. feu. controuer. fuer. vbi quærit,† cuius sit clusa facta in flumine publico. & refert Barto. in d. l. fluminum, tenere, quòd sit facientis, ipse dicit, quòd superficies bene est facientis, quòd apparet, quia clusa destructa nullum ius retinet in flumine publi. nisi ius reficiendi, & ita seruat consuetudo.

ADDITIO.

a ¶Quæro. Ad istam quæstio. adde Fab. de de S. Sabino, de empt. & vend. in 6. quæstio. princip. colum. 4. versi. circa quartum membrum. qui sequitur opin. Bart. in d. tract. de alueo.

tando. Ex his ſequitur ſm eum, ꝙ ſuperficies dictæ cluſæ quo ad vtile dñium eſt facientis, ſed ipſa ſubſtantia cedit areæ quo ad nullius directum dominium. ita dicit ibi Bald. iſtud vltimum, ꝙ ad nullius directum dominiũ pertineat, non vr̃ verum, quia imò pertinet ad proprietatem eorum, qui hñt prædia vicina. d. l. pen. §. fi. & hic per Bar. ¶ Quartò adde, ꝙ idem Bar. in d. l. fluminum. in prin. ff. de dam. infect. vr̃ ↄ̃triari his, quæ tenet hic, & ita dicunt eum ↄ̃triari oẽs Mod. ibi, nam quærit, an cluſæ, quæ ſunt factæ in tyberi, vel in alio flumine publ. ſint ædificantis, ita ꝙ ei ↄpetat rei vendicatio, & dicit ibi videri tex. cũ gl. ꝙ non, ipſe autem tenet, ꝙ imò cluſæ ſint propriè eius, qui ædificauit, ſicut inſula nata in flumine eſt eorum, qui poſſident prope ipſum flumen, ita cluſa eſt propriè eorum, qui poſſident prope eam, per caſum not. in d. l. pe. §. fi. & ad illam. l. fluminum. rñdet, ꝙ procedit, q̃n fit ædificiũ, ꝑ ꝙ competit aquæ: ſi verò ædificium fit. ſ. aquam, tunc eſt illius, qui ædificauit, per d. l. pen. §. fi. & dicit ſe dixiſſe in hac. l. & cum Bart. ibi ſimpliciter tenet ibi Ang. & ſic pondera, ꝙ Bart. ibi vr̃ ↄ̃triari his, quæ hic tenet. nam ibi tenet, ꝙ molendina ſint eius, q ædificat, & ſic, ꝙ ↄpetat rei ven. vt dño. hic dicit ↄ̃trium, Imol. & Roman. ibi dicunt, ꝙ illa opi. Bar. non bene probatur per d. l. pen. §. fi. ideo non tranſit illa opi. ſine ſcrupulo. Raph. Cu. ibi dicit, ꝙ illa lex pen. §. fin. eſt æquiuoca. & ꝙ illa doct. Bar. ibi non habet rõnẽ dñi: ideo ſimpliciter ſtat cum gl. ibi. Paul. de Caſt. ibi dicit, ꝙ illa opi. Bart. ibi eſt mirabilis, ꝙ dñium directum efficiatur ædificantis, quando ædificium eleuatur ſuper aquam, & ſic habet inſtar inſulæ. d. l. pen. §. fi. ſecus ſi totum eſſet ſub aqua, nam ſm eum iſta eſt diuinatio, & tex. quem alleg Bart. in l. pen. §. fin. non bene probat, quia habet diuerſos intellectus ſm diuerſas literas, & dicit, ꝙ ipſe Bart. melius locutus eſt hic in 10. q. pondera ergo, quòd iſti Mod. volunt duo, primò, quod tex. in d. l. pen. §. fin. non probet opi. Bart. ſecundò, ꝙ Bartol. ſit ſibi ↄ̃trius. pro clara ergo intelligentia de iſtis duobus videamus. ¶ Primò videamus, an tex. alleg. per Bar. bene probet eius opin. ſ. text. in l. pen. §. fin. ff. de acq. rer. dom. ipſe Bart. in illa. l. pen. §. fi. valde notat illum text. & dicit, quòd habet pro not. multum, & ꝙ neſcit, ita bene alibi, q̃d quando eſt cluſa, quæ reſpicit frontem alterius agri, ꝙ eſt illius, cuius eſt ager quo ad proprietatem, ſed quo ad vſum eſt publica, & plus non dicit, prima fronte text. ille non vr̃ probare, prout dicunt omnes Moder. ſ. relati. tex. enim ſimpliciter dicit, ſi quod natum, aut ædificatum eſt in flumine publ. publicum eſt, inſula quoque in in flumine publ. nata, publica eſſe debet, iſta verba nihil dicunt, ꝙ dñium, & proprietas ſit illius, qui habet prædium propè, & intelligere, ꝙ eſt publicum, ſcilicet quo ad vſum, tamen proprietas eſt vicinorum habentium prædia, iſtud non eſt, quod text. dicat, ſed eſſet vna extranea ſuppletio, vt ibi glo. & Barto. intelligunt, ſed poſſes dicere, ꝙ ille text. alio modo probet ponderando æquiparationem, quam facit text. de inſula. & ſic iungendo text. in l. adeo. §. inſula. eodem titul.

76 ibi enim dicit tex. † ꝙ inſula in flumine pub. nata publica eſt, ille tex. neceſſariò loquitur ratione vſus publici, quia proprietas talis inſulæ eſt vicinorũ, qui hñt prope prædia, vt dicit tex. clarus in d. l. adeo. §. inſula. ergo dicemus idem in ædificato in flumine public. & ſic in moledino, ꝙ ſit publicum ratione vſus, tamen proprietas ſit vicinorum habentium propè prædia per æquiparationem quam facit ibi text. & iſto modo veriſimile eſt voluiſſe Barto. inducere illum tex. & niſi ita inducatur, non videtur text. ille facere pro Bartol. Sed aduerte ſubtiliter, quòd iſta inductio non eſt bona, nec realis, eo quia ille text. non venit æquiparando ædificium factum inſulæ natæ, imò text. venit illatiuè, ſi illud, quod in public. ædificatum eſt, publicum eſt, ſequitur illatiuè, inſula quoque in publico nata publica eſſe debet, illud ergo de inſula deciditur illatiuè ex præcedenti aſſumpto, vnde non videtur realis ſenſus, quòd illud, quod venit illatiuè ex præcedenti, dicatur taliter æquiparatum, quòd habeat ſupplere præcedens. Illa non videtur realis inductio. ¶ Potes ſecundò, & aliter inducere text. in d. l. pen. §. fin. quòd Bar. ponderauit primam æquiparationem, quam facit ibi tex. de nato, & ædificato, prout ipſemet Bartol. not. ĩ. in vlt. q. quicquid ſit ille text. videtur cum difficultate probare intentionem Bartol. quamuis Bar. dicat ibi eſſe text. de hoc, tenendo tamen quod text. ille probet ſententiam Bart. ¶ Circa ſecundum credo, q̃d Bartol. in d. l. fluminum, ſi bene ponderentur eius verba, non ſit contrarius his, quæ hic tenet, & Bar. met expreſsè ſe remittit ad

77 ea, quæ hic dicit. nam Bartol. inquantum dicit, † quod molendinum ædificatũ in flumine publ. eſt propriè ædificantis, ſicut inſula nata, loquitur, quando ædificans habet prędia propè ipſam ripam, & ſic ædificat in loco, in quo ſi naſceretur inſula, efficeretur ſua ratione vicinitatis prædiorum ſuorum, tunc etiam molendinum ibi ædificatum efficitur ſuum ad ſimilitudinem inſulæ, in iſtis terminis propriè loquitur Bartol. ibi, & bene, licèt prima fronte videatur generaliter loqui, ſecus eſſet ſi non haberet ibi propriè prædium vicinum, prout hic latè declarat Bart. ¶ Quinto adde inquantum Bar. in princip. iſtius quæſtio. concludit, quòd ſi opus prius incepi iuxta ripam prędij mei, nec vltra medium fluminis proceſſi, certum eſt, ꝙ cluſa eſt mea, & eam licitè habeo, & paulatim poſteà eam augmentaui, ita quod medium fluminis tranſiuit iuxta frontem vicini agri, tunc quia inſula in flumine nata, & eodem modo aucta mea eſſet. l. inſula. in prin. ff. de acqui. rer. do. eadem ratione & iſtud ædificium erit meum totum. vt d. l. pe. §. fin. aduerte, quia non videtur bona argumentatio, quam facit Bartol.

78 † quia non videtur bona ratio ab alluuione ad id, quod artificio hominis accreuit, aliàs de facili fieret fraus deciſioni. d. l. inter eos. in princip. ff. de acquir. rer. dom. ¶ Sextò, & vltimò adde, & limita iſtam deciſionem Bart. vt per Bart. ĩ. in vlt. quæſt.

79 quę eſt 18. & ita habes expeditam 10. q. Bartol. ¶ † Vndecimò quærit Barto. an vicini ſuperiores, vel inferiores poſſint aliquo iure prohibere facientem talem cluſam. ¶ Circa iſtã 11. q. Bart. adde in ſimili text. in l. non ſolùm. in princip. ſupra de oper. no. nunc. & inquantum Barto. dicit, quòd vicini non poſſunt conqueri, ſi propter conſtructionem cluſæ aqua reſtringatur, & inundat ripas, aut loca, quæ vergunt vſque ad aquam. per l. j. §. ripa. ſ. eod. ille text. videretur potius probare contra Bart. dum dicit naturalem rigorem curſus domini, ergo riparum, benè debent pati naturalem rigorem curſus, ſed iſte non videtur naturalis rigor, imò accidentalis, quia cauſatur ex confectione cluſæ, niſi diceres ſaluando Bartol. ex mente eiuſdem, quod ex quo flumina publica non nauigabilia ſunt ad talem vſum naturaliter deſtinata, vt in eis fiant cluſæ, & molendina, & ſic reſtringatur aqua, quòd iſtud fieri poſſit, & dicatur eſſe naturalis rigor aquæ. ¶ Secundò inquantũ Bart. concludit, quòd ſi incõmoditas vicinorum eſt modica, non eſt curandum, adde duas bon. gl. in l. ſeruitutes. §. pub. ff. de ſerui. in verſic. incommodo, quæ addit, ſcilicet magno. alia, & not. glo. in l. ſed cum ab hærede. in glo. final. ff ad Trebellian. text. enim ibi dicit beneficium cum alterius iniuria non concedi. glo. ibi intelligit iniuria, ſcilicet magna, ſecus ſi parua, & not. illam gloſſ. alibi tamen habes

80 gloſſ. ſingula. † quòd vbi fit mentio de præiudicio alterius, intelligitur etiam paruo gloſſ. eſt ſingul. in cap. cùm olim. in verbo præiudicium. de conſuetudi. quam gloſſ. multum ibi not. Gemin. ad ſtatut. & illa glo. videretur contradicere prædictis, & Bart. hic. pro confirmatione tamen eius, quod hic tenet Barto. adde, quod vult not. idem Bartol. in l. de pupil. §. ſi quis riuos. in

81 fin. ff. de oper. nou. nunc. vbi dicit ſe putare, † quòd ſi grande damnum verſatur eius, cui fit nunciatio ex dilatione, & modicum eius, qui nunciat ex ædificatione, quòd talis nunciatio poteſt ſperni, per text. not. hic alleg. per Bartol. in d. l. prima. §. ſunt autem, qui putant. ff. ne quid in flumi. publi. ſecus ſi perderet lucrum, quia non eſt par cauſa, &c. & text. ille periculum requirit, ita ibi reſidet Bartol. Adde etiam iſtis bonam gloſſ. in l. 2. ff. de riuis, & an etiam de minimo debeat haberi conſidera-

82 tio, & ſic, † an de minimis ſit curandum, iuxta. l. ſcio. ff. de in integr. reſti. dic, vt per Bartol. in l. ſi proprietarius. in princip. ff. de damn. infect. & latè per Bald. in capitul. cùm adeo. in ſecunda colum. ad fin. & in duabus ſequent. de reſcrip. & quod not. per gloſſ in cap. pen. in glo. final. & ibi Doctor. eod titul. de reſcrip. ¶ Tertiò diligenter nota illud, quod tenet Bar. in fin. iſtius quę-

83 ſtionis, quia eſt multum vtile ad practicam, † ꝙ ſi ædificium vicini per meum non deſtruitur, nec incommodatur, q̃uis vicinus minus frumenti percipiet ex agro ſuo, & minus lucrabitur, de hoc non eſt curãdum, ꝙ teneas perpetuò cordi. Adde, ꝙ not. tenet Bal. in l. vnica. in 13. oppo. C. de ſent. quæ pro eo, ꝙ

84 intereſt. vbi egregiè dicit, † ꝙ ſi molendinum inferius eſt prius ædificatum, non põt ædificari aliud ſuperius, per ꝙ auferatur inferiori commodum naturale. i. commodum aquæ, quæ eſt cõis, vel publica, ſed bene põt auferri commodum concurſus molentium, q̃a iſtud eſt in ptãte eorum, qui molunt, & ſic non eſt de iuriſdictione molendini, allegat tex. in l. libertus negotiatoris. ff. de oper. lib. Adde ẽt Bal. in conſil. 129. in 2. vol. ꝙ incip.

85 quatuor ſunt. vbi inter alia dicit, † ꝙ ſi tu hẽs domũ, vel hoſpitium, ex quo multa lucraris, & ego facio aliud hoſpitium iuxta te, & nihil immitto in tuum, licèt poſtea pauciores homines veniant ad tuum hoſpitium, per hoc tu non habes ius prohibendi, niſi haberes ex priuilegio, aut conſuetudine præſcripta, quòd ſolus habeas hoſpitium, tunc poſſes me prohibere. l. venditor. ff. communia prædio. l. ſi. ff. de vſucap. & l. ſi quiſquam. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. ſic vnus cerdo non prohibet aliũ à cerdonaria, nec vnus miles obſtat, quin etiam alius ſtipendia quærat, quia dona ingenij, & fortunę omnib. patent, & omnib. cõia ſunt. Et ꝙ ↄmodũ molentium nõ impediat, q̃n aliud molẽdinũ poſſit fieri, dũmodo aqua ſufficiat, adde, ꝙ idẽ tenet. d.

Signo-

Signorolus de Homo. in cons. 34. incipiente, ex quodam flu-
mine publico & id. m.d.Signor.inter consilia Bald. in 3.vol.in
cons.88.inc.casus talis est, cōmune, & homines de Villafran-
ca.do. Alex.in cons.335.ꝙ incipit,consideratis verbis instrumē-
ti.in 3.col.& est in 2.vol.cons.194.Item adde, ꝙ notabilius, &
in fortiorib.terminis tenet Alb. de Ros. in l. si manifeste.ad fin.
C.de ser.& aqua vbi format pulchram quæstionem,quam ha-
86 buit de facto. † Duo fratres habent molendinum cōe,& vnus
concessit alteri fratri aquam communem, vt possit conducere
ad prædia sua cum hoc pacto expresso, ꝙ hoc faciat sine dā-
no molendini cōis.frater vult nunc facere in prædio suo aliud
molendinum,per ꝙ tñ non aufertur aqua molendino cōi,sed
tm̄ aufertur commoditas euntium ad primum molendinum,
determinat singulariter,ꝙ non obstante tali pacto poterit fra-
ter s̄m molendinum facere. Ratio, quia s̄m non dicitur factū
cum damno primi,dummodo nō auferatur aqua primo mo-
lendino sufficiens, quamuis primum molendinum minus ha-
beat ad molendum, qa concursus molentiū in quo potestas
est ire,vel non ire, consideratur. Item non dicitur damnificari,
qui lucrum perdit, ita ibi determinat Alb. egregiè. ¶Secundū
prædicta, & decisionem Bart. hic habes notabiliter limitare il-
lud,ꝙ tenet Bart.s̄.in 1.q Item adde, ꝙ decisionem Bart. sim-
pliciter sequitur.d.Bart.Vero.in tractatu seruitutum rusticarū,
in titu.de ser.aquæduc.in 21.col. ¶Vlt. adde circa.l.medicus.ff.
de oper. lib. ꝙ illa lex videtur obstare s̄m secundam lecturam
gl.ibi.n.habetur ratio nō solùm fructus operarum,qui sunt 10.
sed etiam lucri,& sic aliorum.10.ex eo, ꝙ desinendo exercere
medicinam,illud commodi habent,non autem æstimatur dā-
num,ꝙ ipsi liberti passi sunt nō exercendo medicinam, ꝙ dā-
num est forte de 50.vt dicit gl.ad sol.Bart.adde, ꝙ Rayn.in d.l.
medicus.concordat illam.l.cùm l.quæro.ff.de iur.patr.ꝙ in d.l.
medicus.libertus promiserat operas patrono.secus in d.l.quæ-
ro. in prima lectura glo.ibi magis conuenit literæ, & isto mo-
87 do nihil obstaret.¶ † Duodecimò quærit Bart.an formula i.il-
le locus cauus, qui fit ad latus fluminis ad aquam ducendam,
sit publicus,vel priuatus. Circa istam. 12.q not.diligenter illud,
88 ꝙ tenet Bart.in q. quam dicit vidisse de facto, † ꝙ aqua, quæ
ducitur ex mea formula,postquam exiuit molendinum meū,
non potest capi per vicinum inferiorem, vt ducat ad molen
dinum suum me inuito,quāuis nihil noceat molendino meo,
& est valde pulchra,& vtilis decisio.idem simpliciter sequitur.
do.Alex in cons.250 inc.in cā,& lite vertente inter dominos,
& possessorores.in 1.col.& est in 2.vol.in cons.108. ad idem vi-
de notabiliter Bald.in l.4.C.de seru.& aqua .vbi decidit, ꝙ si ex
flumine publico duco aquam per prædium meum ad meum
molendinum, possum postea illam aquam quo volo diuerte-
re, nec teneor de ea gratiam facere vicino habenti inferius mo
lendinum, nisi ei deberem seruitutē. l. 1.§.illud.ff. de aqua quo.
& æsti. Pro conclusione Bart. firmanda addo facere duo, pri-
mo, quia postquam aqua est in meo, ego sum dominus illius
aquæ,& sic de aqua mea possum facere meum velle.l. 1.§.per-
mittitur.& l. Lucio.ff. de aqua quoti.& æsti. nam cuius alueus
est priuatus,est quoque priuata aqua.l.1.§.2.j.eod. Ita dicit Bal.
in c.cùm omnes.in 11.col.in vers. *pone ex publico*,de const. secū-
do bene facit doctrina Bart. in l.2.in vers. nec cogitur. in 2.col.
ff.sol.matr.vbi tenet, ꝙ si aliquis vult, ꝙ aliquid sibi faciam de
nouo, aut concedam,ꝙ mihi non nocet, & sibi prodest,ꝙ non
teneor,etiam si istud petat, vt damnum euitet, nedum vt lu-
crum cōsequatur.vnde si aliquis vult, vt vendam sibi viam ad
fundum suum,cùm aliunde ire non possit, non cogor.l.binas.
ff.de seruitu.vrb.præd.sed aduerte, quia Bald. in l. item lapilli.
in 2.col.ff.de rerum diuis. tenet apertè contrarium.dicit.n. for-
maliter, ꝙ si aqua nascitur in prædio tuo, potes impedire ne ad
me veniat,quia beneficio tuo.i.tui prædij habeo, sed si aqua in
agrum tuum aliunde venit,tunc verè beneficium cùm sibi nō
prosit,& mihi non noceat auferre non potest. Tu pondera, ꝙ
contra Bart.potest retorqueri text. quem pro eo allegat.s. text.
in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. ponderando illum
text.in ratione sua decidendi, dum dicit, *& merito,cum.n.minui-
tur eorum ius, ideo voluntas eorum exquiri debet*, ergo vult text. ꝙ
quando non minueretur ius, vel quando non damnificaretur,
quòd secus esset: sed Bart.loquitur, quando capiendo aquam
nullum damnum infertur molendino, nisi dixeris saluando
Bart. ꝙ imò dicatur eius ius minui, ex quo posset illam aquā
alteri concedere,vel diuertere ad alia loca, & tenendo Bart.cre
do, quòd illud, quod dicit Bald. in d.l.item lapilli. in fin.l.non
sit bene dictum, & in contrarium facit text. in l. 1. §. illud La-
beo.ff. de aqua quot. & æsti. quem allegat Barto.j.in 14.quæst.
89 ¶†Decimotertio quærit Bar. nunquid talem formulam liceat
facere per viam publicam.In ista 13.quæst. adde, quòd text.in
l.seruitutes.§.publico.allegat.per Bart.probat, quòd etiam vbi
nulla sit incommoditas in publico,adhuc non licet. Et ita pon
derat illum text. Aret.in cons.20.quod incip.viso themate.in 2.
dubio, prout latius retuli supra in textu.al.ib. quamuis glos. ibi
subaudiat ad illum text. incommodo.s. magno, vel subaudiat
dictionem maximè Item not.etiam text. quem allegat Bart.in
90 l.2.§.tractatum.ff. ne quid in loc. publ. † quod non est licitum
facere specus, & sic cloacam aquæ, nec pontem per viam pu-
blicam,nisi aliter se habeat consuetudo, vt hic per Bart.Adde
Spec.in tit.de causa possessio. & prop.§. nunc dicendum. vers.
item quæritur.Bald.in rub.ff.de rerum diui.in 5.col.& in l.item
lapilli.in vlt.col. eod.titu.Ang.in l.fin. per illum text, ff.de seru.
Gem.in c.1.de exces.prælat.in 6.Imo plus,si quis haberet domū
ab vtraque parte fluminis, adhuc non est sibi licitum facere
pontem. text.est notab.in l.fin.j.eod. Limita tamen per text.in
91 l.1.§.fin.ff.de iti.actuque priua. ¶†Decimoquartò quærit Bart.
vnus habet molendinum.s.in parte superiori fluminis,alius in-
fra,qui habet molendinum supra tempore æstatis, & siccitatis
vult facere recollectam aquæ,ille, qui habet molendinum in-
fra contradicit,eo quia suum ædificiū eget minori aqua, quæ-
ritur,quid iuris.In ista.14.q.adde Bart.in l.1.§. sicut autem.ff.de
aqua plu.arcen.Bald.in cons.109.primi vol.ꝙ inc.& videtur, ꝙ
postquam.Item adde Bal.in l.4.C.de ser. & aqua. vbi dicit, ꝙ si
aqua non oritur in meo,tamen postquam ingressa est in meū,
possum facere quicquid velim,& alij negare, & alij concede-
re, per d.l. 1. §.illud Labeo.ff.de aqua quot.& æsti.Item adde
Bald.in c.cùm omnes.in 11.col.in vers.pone ex publico. de cō-
stitu.vbi quærit,pone,ꝙ ex flumine publico in capite aquę trā-
sibat riuulus per prædium Titij ad prædium Seij, vtrum si Ti-
tius velit retinere, & absorbere totam aquam in suis prædijs,
& sic per siccitatem desiccare prata,vel molēdina Seij,an pos-
sit de iure?primo dicit videri, ꝙ non,argum. sumpto ab origi-
ne,quia in capite aquæ aqua est publica,& communis,vt not.
in l.si quis ex argentarijs.§.si initium.ff.de eden.arg.l.1.C.de im
po.lucra.descrip.lib.10. In contrarium dicit videri, quia postq̄
aqua est in prædio Titij,ipse Titius est dominus aquę ergo de
aqua sua potest facere suum velle. l. 1. §. permittitur. l. Lucio.
ff.de aqua quot.& æsti.& sic cùm aqua sit libera, potest domi-
nus aquæ de ea facere velle suum, etiam si alij per consequen-
tiam noceat.l.Proculus.ff.de dam.infect.nisi istud fieret ad pu-
blicam æmulationem, puta ad impediendum fluxum aquæ
ad molendina communis Bononiæ:nam istud fieri nō potest,
quia est contra publicam vtilitatem.l.opus.ff.de oper.pub. vn-
de secundū eum Titius nō debet formidare iudicium, de quo
quæritur, sed futurum scandalum, & propter hoc posset etiā
supplicari Principi, licèt de rigore non possit agi. Ita ibi tenet
92 Bald. ¶Secundò principaliter inquantum dicit Bart. † valere
pactum,ne liceat aquam in suo detinere. Adde,quòd no.Bald.
in l.pen.per glo. ibi.ff.de pact quòd valet pactum,ne liceat su-
periori in suo molendinum ædificare. ¶Tertio nota diligenter
illud, quòd dicit Bart. ꝙ si præcesserit antiqua consuetudo, ꝙ
tunc non licèt aquam continere, ratio, quia habet vim pacti.
93 † Adde fortius,quod imò ius,quod competit ex antiqua con-
suetudine,est fortius,quam illud,quod competit ex pactis pri-
uatorum.ita eleganter dicit Bald.in titu.de pace constan. in 31.
colum. in vers. saluo iure aquæ lambri, in fin. quem simplici-
ter sequitur dom. Bartho, Veron.in tractatu seruit. rustic.in tit.
de serui.aquæ ducen.in 1.colum. Istud dictum Barto. est mul-
tum vtile ad practicam, quod si præcessit aliqua consuetudo,
quòd tunc non licèt superiori aquam continere in suo, sicut
si de hoc esset factum pactum expressum, quia vt dictum est,
antiqua consuetudo habet vim pacti. teneas perpetuò cordi,
quia ista verba Bartol. clarè decidunt quæstionem de facto,
quam Bald.alibi indecisam relinquit.Bald.in cap. cùm Eccles.
Vulterana.in 3.col de elect.dicit, quòd fuit aliàs quæstio de fa-
94 cto,vtrum†aquam de publico discurrentem per agrum meū
possim contra veterem consuetudinem diuertere,& consume
re ad irrigationem hortorum, quos de nouo emi, in præiudi-
cium habentium à longissimo tempore molendina inferius,
quæ sine solito cursu aquæ non possent molere, vel nimis de-
teriorarentur,& dicebatur per aduocatos, ꝙ possit.nō.n.facio,
vt noceam,sed quia mihi prodest, & per glos. not. ibi.In con-
trarium adducebatur per aduocatos alterius partis. quod om
nino non possum extrahere aquam de cursu proprio, quia li-
cèt aqua recipiatur in riuulis prædiorum meorum, recipitur
vt in fistulis, non quòd fiat mea propria, cùm caput æquæ sit
commune.dicta.l.si quis argentarijs.§.si initium.Item, quia in-
feriora molendina videntur hoc præscripsisse.l.qui fundum.ff.
quemadmod. seruit. amit. Item si aqua potuit aliquando di-
uerti, tamen quia ista licentia superioris voluerunt vti, per-
diderunt ius suum ex negligentia. non aliter decidit Bal. istam
quæstionem,sed dicit, quòd partes finaliter se composuerunt,

&inter ſe diuiſerunt aquam temporibus, & menſuris.l.de vſu
aquæ.ff.de vari.& extraor.cog.Tu ergo aduerte,quòd iſta quæ-
ſtio, quam Bald. indeciſam reliquit, clarè deciditur ex verbis
Barto.hic, quia ſi præceſſit antiqua conſuetudo de fluxu aquę,
non poſſunt ſuperiores illam aquam continere, ſicut ſi de hoc
95 feciſſent pactum expreſſum. † Confirma vltra Bartol. quia re-
gula eſt, ꝙ aqua,in qua priuatus ius habet, non poteſt à ſolito
curſu diuerti.tex.eſt in l.2.ad fi.& ibi Bal.& Sal.ad hoc no. C.ad
l.Aquil.text.in l.præſes, & in l.ſi manifeſtę. C.de ſer. & aqua.ad
idem facit tex.valde no.in l. ſi quis diuturno,in prin.& per totã.
l.ff.ſi ſeru.vend.& ad iſtam vltimã quęſtionem vide latè.d.Bar.
Vero.in tit.de ſerui.aquędu.32.col.& 14. ſeq.ibi tamen non fa-
cit aliquam mentionem de deciſione Bart.hic, nec de Bal. in d.
c.cùm Eccleſia Vulterana.¶Intellige tñ concluſionem Bart.&
prædicta,qñ eſſet cauſata præſcriptio, puta,quia aliquando ſu-
periores voluiſſent retinere aquã ſuperius, & prohibiti acquie-
uerunt,tunc abinde in antea cauſaretur cõſuetudo præſcripta,
aliàs ex ſimplici permiſſione, & ſimplici facultate, quamuis
antiquo tempore præcedente,non acquireretur tale ius,per ea,
quæ notantur in l.1.C.de ſeru. & aqua.& dixi latè.ſ. in 1.q.Bart.
96 niſi fortè eſſet † conſuetudo tanti temporis,cuius initij memo
ria non ſit in contrarium,quia illa bene habet vim pacti,vt di-
cit Bart.Item vim pacti, & conſtituti, & tituli, vel priuilegij.l.
hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo. & æſti.c.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.de verb.ſign.& dixi.ſ.in 2.q.Bar.Item conſue-
tudo tanti temporis habetur pro iure ſeruitutis ad hoc conſti-
tutæ.tex. eſt not.in l. 2.§. idem Labeo ait, ſi in agro. ff. de aqua
plu.arc. ſed conſtituta ſeruitute res eſſet ſine dubio,ꝙ aqua nõ
97 poſſet ſuperius retineri.¶Decimoquintò quærit Bart.† quanto
tempore perdatur iſtud ius præoccupationis, vt ecce habui
molendinum in flumine publico, quòd impetu aquæ deſtru-
ctum eſt,ego differo reficere,alius interim occupat aquam, ita
ꝙ mea refectio impeditur,an iſtud poſſit? Et dicit Bart.ꝙ iſtam
quæſtionẽ vidit de facto.¶Circa iſtam 15.q.Bart.adde,ꝙ idem
per omnia,ꝙ hic,tenet Bar.in d.l.fi.in prin ff.de vſucap.& ibidẽ
ſequuntur Ang Imo.Raph.Cu.& Pau. de Caſtr.ibi, & dicit ibi
Pau.de Caſt.ꝙ etiam ipſe habuit iſtam q.de facto. Concluſiuè
poſt multa verba Bart. in effectu concludit, ꝙ ad hoc, vt per-
datur ius pręoccupationis aquæ, non ſufficit, ꝙ molendinum
in flumine pub.ſit taliter deſtructum, ꝙ aqua recuperet ſuum
naturalem curſum,ad hoc, vt alius poſſit ibi liberè molendinũ
ædificare,& aquam occupare, ſed etiam requiritur de iure, ꝙ
quaſi poſſeſſio ducendi aquam habeatur pro derelicta negligẽ-
do reficere,vel ducere aquam per lapſum anni,ſed iſtis duobus
cõcurrentib.bene perditur illud ius pręoccupationis aquę.fun-
datur principaliter Bart.in text.in d.l.fi.in prin.ff.de vſuc. quem
tex Pau.de Caſt.ibi dicit eſſe pulchrum, & no.& ſing.ponderat
* Bart.illum text.in verbo *funditus diruto*,& in verbo.*loco extincto*.
iuncto eo, ꝙ text.dicit,depoſuerat,aut dereliquerat, intelligen-
do dereliquerat, ideſt habuit per derelicto. item exponẽdo illã
alternatiuam,aut,pro &,vt ibi facit gl. & ſic copulatiuè,ſi ædi-
ficium ſit penitus deſtructum, & habitũ pro derelicto, poteſt
alius ibi ædificare,& ideo cautela eſt ſecundum Ang.ibi,quem
ſequũtur cęteri Mod. Imo Raph.& Pau.de Caſt.ibi,ꝙ ad hoc,
vt non dicatur quaſi poſſeſſio aquę derelicta, ꝙ deſtructo ędi-
ficio fiat incontinenti proteſtatio,de qua conficiatur inſtrumẽ-
tum publicum; ꝙ non obſtante deſtructione non intendit ha-
bere illum locum pro derelicto, ſed reficiet quam primũ po-
terit, & ad huius ſignum facit imponi aliquos palos ligneos in
aliquib. partib. clauſuræ molendini, & tunc inuito eo non po-
terit alius ibidem ædificare, ſed aduerte ad intellectum. d.l.fin.
in prin.& ad intellectum eorũ,quæ dicit Bart.per illum text.ꝙ
ex quo habuit ædificium pro derelicto, iſtud ſolùm debet ſuf-
ficere. vnde non expedit, ꝙ primum ædificium ſit penitus de-
ſtructum, & ſic non videtur neceſſarium, ꝙ duo copulatiuè
interueniant,vt dicit Bart.imò illud ſolùm de per ſe ſufficit ha-
bere ędificium pro derelicto,quia ex quo habuit pro derelicto,
alius potuit ibi occupare aquam,etiam ſi ædificium primi non
ſit deſtructum,& ſi diceretur ſubtiliter, verum eſt, quòd iſtud
ſolum ſuffiit habere ædificium pro derelicto, quia text. ibi di-
cit, [ædificio funditus diruto,] dic ſecundum Imo.ibi, quòd
iſtud dixit propter illud, quòd ſubiungit litera, quòd alius
in eodem loco extructo ædificium poſuerat, quòd non
potuiſſet, niſi primum fuiſſet funditus dirutum, niſi vellet
ædificare ſupra illud, ſed potes ſaluando Bartol. dicere, quòd
ſi incipias à deſtructione, non ſufficeret primum ædificium
eſſe penitus deſtructum, ad hoc, vt alius poſſit ius aquæ oc-
cupare niſi etiam interuenerit ſecundum,ſcilicet, quòd habuit
pro derelicto,ita per ordinem propriè loquitur text. in dicta l.
final. in principio, & iſta eſt propriè intentio Bartol. ſed ſi
inciperes à ſecundo, quòd habuit ædificium pro derelicto,
certè illud ſolùm de per ſe ſufficeret, prout alibi dicit in ſimili
gl.in l.3.§.in amittenda.in gl.mag.ad fi.ff.de acqui. poſ. & in ſi-
mili gl.in l.potuit.C.de iure delib. ¶Secundò aduerte, inquan-
tum gl.& Doct.ibi,& Bart.hic exponunt in illo text. l.fi.in prin.
aut pro &, iſta videtur impropriatio literæ, ꝙ diſiunctiua re-
ſoluatur in coniunctiuam, cùm diuerſa ſit natura copulatiuæ,
& diſiunctiuę ſecundum proprium ſignificatum. l. qui hæredi
plures.ff.de condi.inſti.& l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit.ff.de verb.
obl. & licèt aliquando vna ponatur pro alia. l.ſæpè. ff. de verb.
ſig.& gl.in l.eas cauſas.ff.de cond.& dem. tamen in dubio non
eſt recedendum à proprio ſignificatu. l. ille, aut ille. §. cùm in
verbis.& l.non aliter.ff.de lega.3.& dicere, prout ibi dicit Imol.
ꝙ iſtud ſit de mente illius literę, ꝙ alternatiua reſoluatur in cõ-
iunctiuam,non videtur poſſe concludenter oſtendi in illo tex.
¶Tertiò aduerte,ꝙ licèt Bar.& Doc.ibi, & Bart.hic intelligant
illum text.in illo verbo *dereliquerat*, id eſt habuit pro derelicto,
& talis ſenſus vtique ſit bonus, & non refragatur verbo dereli-
querat,tamen fortè alius eſt ſenſus illius literę, prout etiam ſen
ſit ibi Raph.Cum. dum dicit ædificio, quod in litore depoſue-
rat aut dereliquerat:nam depoſuerat intelligitur ideſt ipſe ædi-
ficauerat, vt ibi intelligit gloſ. aut dereliquerat, ideſt ab alio
98 ædificatum ibi dimiſerat. † vna enim pars ex alternatiuis alte-
ram declarat.l.1. ff. de rebus dubijs.quem tex.ad hoc reputat ſin
gu. Ludo. in conſil. 231. quod incip. præmiſſorum Doct.con-
cluſionem. Et iſto ſecundo modo intelligendo illum tex.in ver
bo,dereliquerat,non probaret opi. Bart. tamen præcedens ſen-
* ſus *magis communiter tenetur* ad illum text. ¶Quartò aduerte, ꝙ
99 licèt Bart.ponat pro conſtanti,ꝙ† præſcriptio longi temporis.
10.vel 20.ann.nõ adaptetur ad flumina, vel alia, quæ ſunt iuris
gentium,per text.in d.l.fi.in prin.in contrarium,ꝙ imò talis prę
ſcriptio adaptetur, eſt fortior text. quem. ſ. allegat Bart. in l. ſi
quiſquam.ff. de diuer.& temp. præſcrip. vbi piſcari in flumine
publico,quod eſt de iure gentium, præſcribitur longo tempo-
re, & reſpondere, prout inferius facit Bart. ꝙ illud ibi eſt, quia
erat in quaſi poſſeſſione piſcandi, vbicunque ergo aliquis
eſſet in quaſi poſſeſſione, pręſcriptio longi temporis compe-
tit etiam ad ea, quæ ſunt de iure gentium. vnde pro veritate
conſidera tu prouectè, ꝙ cùm illa præſcriptio non aliter com-
petat ſine poſſeſſione, vel quaſi,vt declarant gl.& Bar.in l.Cel-
ſus.ff.de vſucap.gl.& Doc.in l.1.& 2.C.de ſer. & aqua.ergo prę-
ſcriptio longi temporis eſt adaptabilis ad flumina publica, &
ad ea quę ſunt iuris gentium,quando datur poſſeſſio,vel quaſi,
ſine qua non poteſt cauſari talis præſcriptio, vt eſt text. in d. l.
ſi quiſquam. iuncta doctrina Bartol. & ſuper iſtis diligenter
100 conſidera pro veritate fundamentali dictorum Bar.¶† Quin
tò pro limitatione. d. l. final. de vſucapio. & eorum, quæ hic
tenet Bartol. vide, quòd voluit notabiliter Angel. in conſil.
289 incip.Thema tale eſt,inter certa capitula pacis. in ſecunda
colum.& ſequen. vbi voluit, quòd illa, quæ publica ſunt, &
in vſu publico, & illa, quæ de iure gentium communia ſunt,
quòd ſunt inuſucapibilia, & ſic nulla in eis cadit vſucapio.
dicta l. fin. Nam concedit iſtud eſſe planum, ſi ex hac longiſ-
ſima poſſeſſione velimus acquirere dominium eorum, quæ
nobis iure gentium communia ſunt, ſed per ipſam talem
poſſeſſionem, vel quaſi bene acquirimus ius quoddam exci-
piendi, vt de poſſeſſione non expellamur, cuius, poſſeſſionis
effectus eſt duplex. Primus, quia ſi turbamur in ea, agere
poſſumus contra turbantem. d. l. ſanè ſi maris. vbi caſus.ff.de
iniurijs.Secundus, quia antequam expellamur,prohibere poſ-
ſumus, ne quis intret locum à nobis poſſeſſum nobis inuitis.
vnde prohibere poſſumus ratione poſſeſſionis nauigationem,
& piſcationem maris, & fluminis, quæ aliàs nobis ſunt com-
munia de iure gentium.text. eſt ſecundum opi. approbatam,
& veram in l. ſi quiſquam. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. &
idem tenet glo.in § flumina.in verbo,omnib. inſti. de rer. diui.
hanc etiam Bart.approbauit in d.l.fin.de vſucap.& ita ibi Ang.
¶Sextò adde circa principalem deciſionem Bartol. Bald. in
conſil. 109. in 1. volum. quod incipit, & videtur, quòd poſt-
quam. ad fin. vbi oportunè quærit, quid ſi molendinum in-
ferius fuit deſtructum inundatione aquarum, vtrum poſſit
reparari, antequam habens ſuperius molendinum dictam
aquam recolligat ad tertium molendinum nouiter fabri-
candum,& dicit videri, quòd non, quia longo tempore amit-
101 titur ſeruitus † aquæ. l. & Attilicinus. ff. de ſeruitu. ruſtico.
prædio. contrarium eſt verum ſecundum eum, quia iſta non
eſt ſeruitus, ſed eſt quædam facultas ducendi aquam ex flu-
mine publico, contra quam non præſcribitur vacuo tempo-
re, id eſt antequam vicinus ſit in poſſeſſione tertij molendi-
ni: nam ſine poſſeſſione nihil præſcribitur, neque corpora-
le, neque incorporale, niſi ſola exceptio contra perſonalem
actionem. l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie. ff.de ſeruitu. vrba.

prædio. & in regula, ſine poſſeſſione.de reg.iur.in 6. ¶Septimò
102 adde, ꝙ Bal.in l.item lapilli.in 5.q.ff.de rer.diuiſ. † formaliter
quærit, quanto tempore perdatur illud ius præoccupationis
aquæ, allegat Bart.hic in iſta 15.q.ſed ipſe tenet, quod perdatur
tanto tempore, quanto perduntur iura, quæ perduntur non
vtendo,l.hæc autem iura.ff.de ſer.vrb.præd.& plus non dicit,&
ſic videtur, contrariari his, quæ tenet Bart. hic, tamen ex quo
aliter non bene probat dictum ſuum,non per hoc eſt receden
dum à Bart. ¶Octauò adde Bal. in rub. ff.de rer. diui. in 4. col.
103 vbi quærit.† quid ſi edificium, factum in flumine publico,
vel in mari eſt collapſum impetu aquarum, & reſpondet, ꝙ
ſi fundamenta remanſerunt in totum,vel pro parte maiori,nō
perditur dominium, & ꝙ alius non poteſt ibidem ædificare,
ſecus ſi fundamenta ſunt ſublata in totum,vel pro maiori par-
te, quia tunc alius licitè ædificabit etiam.j. veterem habitum,
dūmodo illis fundamentis ſe abſtineat. l.nemo. & l. in tantū,&
l.Ariſt.ſ. de re.diuiſio. & facit ſecundum eum ad iſtam diſtin-
ctionem in arg.l.domum. ſ.de contrahen.emp.in eo, ꝙ ibi di-
cit, ꝙ in maiori parte videtur tota rei ſubſtantia contineri, ſe-
cus in minori,ſed melius dic ſecundum eum,ꝙ eatenus rema-
net dominus, quatenus fundamentorum dominium tenet,qa
locus vacuus ad ſuam naturam ſtatim redit. d.l.in tantum, &
d.l.Ariſt.¶Nonò adde illud, ꝙ tenet Pau.de Caſt. in l hæc aūt
104 iura.ad fi.ff.de ſerui.vrb.prędi.vbi no.ex l.ſeq.† ꝙ ſi habeo mo
lendinum in flumine publico, & ſupra illud molendinum vi-
cinus facit cluſam, vel aliquod molendinum, pp quod me
impedit,quo caſu poſſum eum prohibere,quia habeo ius prę-
occupationis, vt per Bart.ſ.in 1.q.certè ſi paſſus ſum per longū
tempus, propterea perdidi ius prohibendi, ſi cluſa ſua per flu-
men pluries fuit diruta licèt reparata, quia cenſetur rupta præ-
ſcriptio.¶Decimo adde, inquantum Bar.in fi. iſtius quæſtionis
dicit, ꝙ ſi quis iuſtam cauſam alleget, quare illo anno ædificiū
non reparauit, vel aqua vſus non ſit, ꝙ ſubuenitur ei per reſti-
105 tutionem in integrum. † Adde,quòd ratio eſt,quia licèt con-
tra impeditum impedimento facti currat mero iure præſcri-
ptio, tamen reſtituitur ex clauſula generali. ita not. Bart.in d.l.
1.§. ſi quis autem per inundationem. de iti. actuque priua. per
illum text.& latius Bar.in l.Senatus.ff.de offi præſi & eſt bonus
tex.in l.vnus ex ſocijs §.ſi fons.& ibi no.Bart. ff.de ſeru. ruſt.pd.
Bal.& Ang. in l.ſicut.C.de præſcrip. 30.ann.latè, & notabiliter
Bal.in c.cùm non liceat.de præſcri.d.Abb.in c.ex tranſmiſſa.eo.
tit.imò fortius Ioan.de Imo.in c. quia diuerſitatem.in 2. col.de
conceſ.præben.not.ex illo text.ꝙ etiam impedito impedimen-
to facti non currit ipſo iure præſcrip.& ſic non eſt opus reſtitu-
tione, ſicut ſi eſſet impeditus impedimento iuris.l. 1.in fi. C.de
anna. exce. dicit probari ex illo text. inquantum vult non cur-
rere impedito in eundo, & redeūdo,ꝙ dicit videri cōtra theo-
ricam Legiſtarum, & contra text. in d.l. 1. §. ſi quis autem pp
inundationem, & text.in d.l. & Attilicinus.ff.de ſeru.ruſt.pręd.
in quib.eſt expeditum, ꝙ impedimento facti impedito currit
præſcriptio ipſo iure, licèt detur reſtitutio: reſpon. quòd illud
procedit regulariter,ſed fallit vbi in iure reperitur aliud expreſ-
ſum, vt ibi,vel reſpon. ꝙ illud procedit de iure ciuili, ſecus de
æquitate canonica,vt ibi,tamen dicit,quod prędedens ſolu.vi-
detur magis rationabilis,ne inducatur diſcordia inter ius ciuile,
& canonicum,ꝙ vltimum pro nunc aliter non examino, quia
nō eſt principaliter de materia noſtra.¶Vndecimò,& vlt.adde
ad iſtam quæſtionem Bart.ea,quæ dixi inferius in 33. q.¶Deci-
moſextò quærit Bart. ſi flumen mutat alueum ſuum, vtrum
quis perdat ius ſuum.¶Circa iſtam decimamſextam quæſtio-
nem Bart adde,ꝙ per hic dicta per Bart.alibi Bal. decidit ſimi-
lem.q.in rub.ff. de re.diui.in 13.col. in verſi. ſed an mutato. vbi
106 quærit, an † mutato alueo fluminis dicatur eſſe nouum flu-
men.pone.n ꝙ Princeps conceſſit mihi, quòd poſſim collige-
re paſſagium,vel pedagium ibi, an potero alueo mutato idem
exigere,quidam dicebant,quòd non, per l.ergo.§.trib.verſi. nā
& natura.ff.de acqui.rer.do. In ꝯrium facit,quia eſt idē flumē,
arg.l.filiæ.§.fin.ff.de condi.& demon.tandem concludit allegā-
do Bart.hic in iſta quæſtio.16 ꝙ ſi vno impetu receſſit,dr̄ nouū
flumen,ſecus ſi paulatim d.l. hoc iure §. ſi aquam.allegata per
Bart ſubdit tn̄ Bal ſecus eſſe in ponte,qa loco mutato indiſtin-
ctè ſemper eſſet alius pōs.l.3.§.Item Iul. ff. de eo, ꝙ cer.loc.& l.
fin.ff.de ſeru.ruſt.præd.ratio diuerſitatis eſt ſm eum,qa pons dr̄
107 à pono ponis, & ſic ſtabilitatem deſignat, † & ideo amotus
de ſuo loco non eſt idem pōs, flumen aūt eſt ipſa aqua fluens,
& ſemper eſt eadē,ſicut vinū eſt ſemper idē,licèt de vno dolio
in aliud ſit mutatū, facit.l. ſi vſusfr. legeſ ciuitati. ff. quēadmo.
vſusfr.amit.ita refert,& ſequitur.d.Bar.Veron.in tract.ſer.ruſ.in
tit.de alueo.in 3 col.ſed tu adde,ꝙ Alb.de Roſ. poſt Dyn.ibi in
d.l.hoc iure.§.ſi aquā.ff.de aqua.quo.& æſti.dicit,ꝙ ille.§.allega
108 tur ad quęſtionem,† ꝙ ſi Imperator conceſſit alicui pedagiū
alicuius pontis, poſtmodum flumen mutauit alueū, & cępit
fluere aliunde, & iſte cui conceſſum erat pedagiū, vult ſequi
flumen, & facere ibi pontem, & colligere pedagium, fuit de-
terminatum per illam.l.ꝙ non poſſit ſm Dyn.& Alber. ibi, ſed
verius eſt,ꝙ illud procedat ſi vno impetu receſſit. ſecus ſi pau-
latim.d.§.ſi aquam.Item ad illud, ꝙ dicit Bal.ſecus eſſe in pon-
te. Adde Bal. in l.ſi plures in 4.col.C.de cōd.inſer.vbi dicit,ꝙ in
nouo ponte facto ſupra, vel infra aquam, non poteſt exigi
vectigal à tranſeuntibus conceſſum ab Imp. cuidam nobili,
eo quia locus in quo erat iuriſdictio limitata,& ipſe pons deſijt
eſſe in rerum natura.ſecus ſi in loco veteri reficeretur, tunc be-
ne ius vectigalis ipſo iure renouatur.l.ſi locus §.fi.ſ.quemadm.
ſeru.amit. Alibi idem Bal.in l.ſi cùm pecuniam.in fin.C.de pri-
uileg.fiſci.dicit,ꝙ ſi pons eſſet mutatus, ꝙ nouus pons non ha-
beret iura paſſagij,ſubdit tn̄, ꝙ iſta quęſtio fuit aliter antiquitus
109 diſputata,& ideo tunc aliter non inſiſtit.¶ † Decimoſeptimò
quęrit Bar.quid ſi ad plures pertinet molendinum, vel aliquod
ædificium,quod impetu aquę eſt deſtructum, vnus vult repa-
rare, alter differt, qualiter conſulatur ædificanti, vel ædificare
volenti.¶Circa iſtam decimamſeptimam quæſtionem Bart.
adde,ꝙ idem,& latius tenet Ang.in l.quidā Iberus.in 2. colu.ff.
de ſer.vrb.præd.Item diligenter no.illos duos tex.allegatos per
Bar.in d.l.cùm duobus.§.idem reſpon.ſocius,qui ceſſantis,aliàs
eſt §.ſub.l.ſi fratres.ff.pro ſocio.& in l.ſi vt proponis.C.de ædifi.
priuat. nam de eis facit magnum feſtum Angel.de Aret.in §.ſe-
quens.in pen.colum.in prin.inſti.de act.vbi dicit, ꝙ illi duo tex.
ſunt ſingulariſſimè notandi ꝯ ſocium negligentem reficere rē
communem,ꝙ ſi alter ſocius reficiat ſua impenſa, & ſibi non
reſtituatur pars impenſarum cū vſuris,quod ei acquiratur ipſo
iure dominium partis alterius ſocij negligentis, ita ēt multum
no.illos text.d. Barto.Veron. in cautela.123.quæ inci. ſæpè con-
tingit, ꝙ ſunt duo fratres, & in tract. ſeru.vrb.in tit.59. de refe-
ctio.in 4. col accedat text. no.in l. ad curatoris.in §.domum. &
ibi Ang.& alij.ff.de dam.infect.¶Limita deciſionem Bart. trib.
mod.primo, ꝙ licèt ꝯ ſocium negligentem reficere competāt
dicta tria remedia, de quib. per Bart. tn̄ ſecus eſt ꝯ hæredem il-
lius ſocij negligentis, ita eſt ſimiliter text.not.in l.ſocium, qui
eo in prin.ff.pro ſoc.& ibi text.aſſignat rationem,qa morte ſo-
cij dirimitur ſocietas.cogita tn̄ ſuper iſta limitatione,an ad pro
poſitum noſtrum ſit bona, quia non reperio in ſpecie tactam.
¶Secundò limita,qn̄ talis refectio eſt neceſſaria,ſecus ſi eſſet tm̄
vtilis, qa tunc ſocius non tenetur ad talem expenſam. vnde ſi
nos habemus molendinum commune habens duas molas, &
tu vis ponere alias molas meliores, quàm ſint illę,ſi iſtud non
eſt neceſſarium, quia poteſt etiam ſtare cum primis, ego non
teneor participare in talibus impenſis, ita determinauit Mar.
de Fan.in l.parietem.ff.de ſerui.vrba.pręd. per illum text.& per
l.ſi ędibus. ff. de damn. infect. & referunt, & ſequuntur Albe.
Bald.Ang. Pau. de Caſt.& Flor. in d. l.parietem. & do. Bartho.
Veron.in præalleg.tract.ſeruit.vrb.tit.de refec.in 3.col.& dom.
Petr.de Peru. in tracta. ſocietatis.in 6. parte. in 4. q. ¶Tertiò li-
mita quando talè molendinum eſſet prorſus deſtructum, tunc
non tenetur ſocius ad expenſam reędificandi de nouo, nec
tunc contra eum dicta tria remedia competerent, ita tenet
glo. ordinaria in l. ſingularum. C. de ędifi.priua. notatur in d.l.
ad curatoris.ff.de damn.infect.faciunt bene verba Bartol. dum
dicit reparare. Iſta enim eſſet noua conſtructio, & non refe-
ctio. l. 1. §.ſi quis ædificium. vbi plenè dicetur. ff. de nou. oper.
nun.¶Quarto limita ſecundum text. in l. ſi is contra quem.
C.de ædifi. priua. & declarat.dom. Bartho.in d. tracta. de refe-
110 ctio. in 4. colum.¶† Circa 18. quæſtio. Bartol. & vltim. de
molendinis, quæ fiunt in nauiculis,ita quòd in alueo fluminis
non ſunt infixa, cuius erit proprietas. Adde, quod ſecundum
hic dicta debet limitari illud, quod latè tenet Bartol. ſ. in 9. q.
de iſtis molendinis, quæ fiunt in nauiculis. ſ aquam, ita quod
non ſunt infixa alueo fluminis, vide quod tenet Pau. de Caſtr.
in l. fluminum. in princip. ff. de damn. infect. & examinaui. ſ.
in 10. quæſtio. Bartol. ¶Secundò circa dicta Bart. videndum
eſt, quæ ſit ratio diuerſitatis, quare inſula, quæ tangit alueum
fluminis,vel eſt infixa ſolo fluminis, eſt ſolùm publica quo ad
vſum, ſed quo ad proprietatem eſt vicinorum, qui prædia vi-
cina habent, ſed inſula, quæ virgultis, aut qualibet alia leui
materia ita ſuſtinetur in flumine, vt ſolum eius non tangat,
cenſetur quaſi ipſius fluminis,& ſi eſt in totum publica quo ad
vſum, & quo ad proprietatem. Bart.in d. l.pen. ff.de acqui.rer.
do.in 2.lectura, quia bis legit illum titulum, aſſignat rationem
diuerſitatis,quia in habentib.ſymbolum facilis eſt tranſitus.l.in
rem.§.item quæcunque.ff. de rei. vend.& l.fin. C. de bon.auct.
iud. poſſ. vnde quando inſula eſt infixa ſolo, facilius tranſit ad
proprietatem vicinorum, qui habent prędia vicina, eo quia
talis inſula tunc eſt ita immobilis, ſicut ſunt ipſa prędia, cuius
contra-

contrarium eſt in inſula, quę ſuper virgultis ſuſtinetur. ¶Vlt.
adde, & ad differentiam Bart.an molendinum ſit infixum ſolo
fluminis, an non, adde in ſimili text.in l.1.§.ſi quis de naui.ff.de
111 vi, & vi arm. † vbi ſi aliquis per vim de naui ſit deiectus &
ſpoliatus,non habet illud interdictum, vel aliud ſimile,ſecus ſi
violenter ſit deiectus de ligneis ædib. quæ ſolo fluminis cohæ-
rent.& per illum text.videtur decidere Bald.in l.certi iuris.in 4.
112 q.C.de loc.† ꝙ nauis æquiparetur prædio ruſtico,& nō præ-
113 dio vrbano. ¶Vltra 18.q. Bart.† quæro. 19. quid intelligatur
nomine molendinorum,an intelligantur etiam ea,quibus non
ſunt impoſitæ molæ.Pone,quidam habet quatuor molendina
in flumine publico,duo erant cũ ſuis machinis, & molis, quæ-
dam erant noua,quibus machinę nondum erant appoſitę,iſte
fecit contractum ſeu conceſſionem per iſta verba, concedo
molēdina,quæ habeo in flumine publico, vtrum nomine mo
lendinorum contineantur etiam ea, quibus non ſunt impoſi-
tæ molæ.iſta quæſtio fuit aliàs in iſta ciuitate Papiæ,ſed in alijs
terminis prout refert Bald in c.1.§.ſi quis de manſo. in vlt. col.
ſi de inueſti.feu.contro. fue.dictat ſtatutum ciuitatis Papiæ, ꝙ
nemo poſſit extrahere molendinum de flumine Ticini in flu-
men Padi, ſub pœna amiſſionis molendini, & centum lib.mo
do quidam fecerat conſtrui molendinum nō eo vſurus in flu-
mine Ticini,ſed in flumine Padi,nondum appoſitis molis, vel
machinis per Ticinum duxit eum in Padum. fuit formata in-
quiſitio contra eum,quæritur quid iuris.dicebatur,ꝙ incidit in
pœnam ſtatuti, quia molæ non ſunt pars ſubſtantialis, ſed in-
ſtrumentalis, patet,quia nō ſunt eiuſdem ſpeciei.l.fin.ff.de fun.
114 inſtr.† Nec dicitur aliquid minus perfectum eſſentiali perfe
ctione,eo ꝙ careat inſtrumētis, vt not.in l.ſed & ſi quid.§.pro-
prietatis.ff.de vſufr.In contrarium dicebatur, quia in pœnalib.
& odioſis debemus ſtare etymologiæ tanꝗ propriæ ſignifica-
tioni, ſed molendinum dr̃ à molendo, & ſic ſignificat ſtatum
eius in actu ſine alia indigentia.tandem dicit Bald.determinaſ-
ſe,ꝙ ꝑꝑ deſtinationem ædificationis, ac etiam ꝑꝑ etymologiā
vocabuli pœna non dicatur commiſſa.arg.l. debitor. ff.de pig.
& l.cætera.in fin.ff.de leg.1.Quantum verò ad principalē quæ-
ſitum, nunquid talia molendina veniāt in conceſſione,reſpō.
Bald. ꝙ eſt inſpiciendus communis vſus loquendi.l. librorum.
§.ꝙ tñ.ff.de leg.3.& de iſta deciſione Bald. facit mentionem re-
miſſiuè do.Alex.in l.2.§.appellata. ff.ſi cert.pet. tu autē aduer-
te in principali q. conceſſionis, qñ aliter non conſtaret de cōi
vſu loquendi,quid iuris tunc eſſet.Bart. nihil decidit, vnde vr̃,
ꝙ in conceſſione generaliter facta de omnib. molendinis etiā
115 veniant ea,quib.non ſunt impoſitę molę,& arguatur ſic,† qa
ſi cęptum habetur pro completo,qñ agitur de iure quęrendo.
l.& ſi non ſint.§.infecti.ff.de au.& arg.leg.quē text. allegat Bar.
s̃.in 5.q.quanto fortius veniet illud,ꝙ pro maiori parte iam eſt
factum,& completum.In ꝯ̃rium facit, ꝙ illud non videtur fa-
ctum,quo vti nō poſſumus,vt l.Quintus.2 §.cùm aurum.ff.de
auro.& arg.leg.Bart.in d.§.infect.ſecūdò,qa illud,ꝙ eſt in pro-
xima diſpoſitione,non tñ dr̃ perfectum.text.eſt in l.fundi.§.itē,
ꝙ inſulæ.ff.de act.emp.per quem text.ita not.Bald.in l. ſed di-
ui fratres.ff.de rer.diu.facit,ꝙ vult Bald.in l ſi nondum.in fin.C.
de fur.quis contra iſtud vlt.faciat text.in l.pen. & ꝙ ibi glo.&
116 Doct.ff.de teſt.mil.cum concor.quas aliàs dedi. ¶† Tertio fa-
cit, quia in contractib.vr̃ imputandum, quare legem apertius
non dixerit.l.veterib.ff.de pac.ex iſtis iſte caſus redditur dubius.
¶Sed pro prima parte videtur clarè decidere Bal.in conſ. 305.
117 in 1.vol.inc.cogitaui, an molendinum.vbi tenet, † ꝙ molē-
dinum dicitur eſſe conſtructum, dummodo habeat ea, quæ
debent eſſe affixa molendino,ſuper quib.voluntur rotæ,& mo
læ, quæ. n.non ſunt affixa,potius dicuntur inſtrumentalia quā
ſubſtantialia.l.granaria.ff.de acti.emp. Adde tñ, ꝙ molæ mo-
lendini,quando ſunt ibi applicatæ,iudicantur immobilia ſicut
tegulæ tectorum, quia vna contignatio eſt.l.eum, qui ædes.ff.
de vſuc.Ita dicit Bald.in c.contingit.in 16.col.in fin. de dolo &
contu.Adde etiam ad pincipalē quæſtionem, & perpetuò te-
118 neas cordi, † ꝙ appellatione molendini venit etiā ius aquæ.
Item cluſa molendini,& fiſtulæ, & canales, vnde ſi vendo tibi
molendinum,ſimpliciter veniũt prædicta.Ita in ſimili eſt egre-
gius text.in l.ſi aquæductus,& l.ſeq.ff de contrah.emp. per quē
text.ita in terminis noſtris decidit Bald.in c.ſignificante.de præ-
ſcrip.& dicit,ꝙ illa.l.eſt ad hoc valde not.ꝙ ille tex.vult, quòd
prædicta veniunt nomine molēdini, & ſic propter ſiccitatem
119 molere non poſſunt.† adde etiam, ꝙ molendinũ eſt potius
prædium ruſticum quam vrbanum ſicut furnus ruralis. ita di-
120 cit Bald.in l.certi iuris.in 4.q.C.loc. ¶† Quæro. 20.an ſub ter-
mino pertinentiarum contineantur molendina, & iura aqua-
rum,pone, Imperator,vel Princeps conceſſit mihi aliquod ca
ſtrum cum ſuis pertinentijs, vtrum videatur mihi conceſſiſſe
molendina caſtri. Iſtam quæſtionem ponit Bal. in c.1.in 2.col.
de Capi.qui curi.vēd.& diſtinguit, ꝙ aut Imperator conceſſit
ſolam iuriſdictionem,& tunc non veniunt molendina. Nam
licèt caſtrum ſit ſub Imperatore, tamen molendina non ſunt
Imperatoris.l.ſed Celſus.in princ.ff.de contrah.emp.gl.in l.in-
ter publica.ff.de verb.ſign. aut Imperator cōceſſit mihi caſtrũ
cum pertinentijs ſuis, & iurib. ad ipſum caſtrum ſpectantib. &
tunc molendina veniunt acceſſoriè. argu.l. ſi adoptauero.ff.de
præca.& ſatis euidenter not.in gl.not.& ordinaria.d.c.1.niſi eſ-
ſent molendina priuatarum perſonarum, qa in generali con-
ceſſione,vel indefinitiua nunquam venit niſi ius, ꝙ habet con-
ceſſor.l.Publius.§.1.ff.de cond.& demon.& l.traditio.ff.de acq.
rer.do.Adde, ꝙ aliter tenent Imo. & do. Alex.in l.3. vbi ponit
Imo.ad fin.princ. ff.de acq.poſſ.ibidem.n.tenet,quòd tradens,
vel vendens caſtrum cum pertinentijs, non videatur tradere,
vel vendere prædia,vel molendina, vel alias res particulares ſi-
tas in territorio caſtri,ad ipſum tamen pertinentes, ſed ſolùm
videtur intellexiſſe de iuriſdictione ipſius territorij, vt ſic illa
oratio vniformiter intelligatur.l.nam hoc iure. in princ. ff. de
vulg.& pupil.niſi aliud conſtaret de mente ex veriſimilib. con-
iecturis,vt quia veriſimiliter non eſſet datum tantum pretium
pro venditione caſtri, niſi etiam illæ aliæ res fuiſſent incluſæ.
arg.l.ſemper in ſtipulationib.ff.de reg iur.pro iſta opi.Imo.do.
121 Alex. ibi in antepen. col. addit fundamentum, † quia ſi ven-
do talem fundum meum cum omnib. iurib.meis, vendita ea
tantum vidētur,quæ ſunt de natura rei venditę.ita expreſsè di-
cit Inn.in c.ex literis.de iure patr.per text.in l.ſi mercedem.§.1.
in vlt.reſpon.ff.de act.emp.& illud dictum Inn. ſæpè refert Bal.
in rub.C.de cōtrahen emp.in 9.q. & in l.fin.C.ſine cen. vel rel.
122 facit,quod vult Bald.in l. à procuratore.C. mand.† ꝙ ſi ven-
do tibi poſſeſſiones meas,quas habeo in tali territorio cũ om-
nibus iuribus ſuis, certè non venit ius pedagij colligendi, nec
venit merum,aut mixtum Imperium,eo quia non ſunt de na
tura rei vēditę,ſed aliud ius incorporale.allegat Inn.in d.c.ex li-
teris.Quid tenēdum in iſto vtili,& quotidiano paſſu? mihi,pla
cet opinio Bald. contra Imo.& do.Alex.ꝙ ſi concedatur mihi
caſtrum cum ſuis pertinentijs,intelligantur etiam cōceſſa mo-
lendina,quæ erant concedentis.moueor, quia quando conce-
ditur caſtrum cum pertinentijs, intelligitur concedi caſtrum
cum vniuerſitate omnium iurium ꝑꝑ illam dictionem cum
pertinentijs ſuis.c.cùm ad ſedem. cum gl. in verbo pertinētijs,
& ibi Can.notat de reſt.ſpol.& in c.cùm venerabilis. de reli.do.
item intelligitur concedi cum toto territorio.l.1.§. cùm vrbē.
ff.de offi.præfe.vrb.ergo ſequitur,ꝙ etiam includuntur molen
123 dina ſpectantia ad concedentem.¶† Secundò,& fortius mo-
ueor,qa vendito aut conceſſo caſtro ſimpliciter abſque eo, ꝙ
dicatur cum pertinentijs, cenſetur vendita iuriſdictio. ita not.
Bar.in l.inter eos.ff.de acq.rer.do.& in l.ſi qñ.in fi.C.de bon.vac.
lib.10.cũ infinitis concor.quas dedi in l.1.in fi.ff.de iuriſd. omn.
iud.ergo ſi in terminis q̃ſtionis noſtræ ſolùm intelligeretur cō-
ceſſiſſe iuriſdictionem,vt dñt Imo.& d.Alex.certè fruſtra adij-
124 cerent illa verba, cũ ꝑtinentijs ſuis, ſed ſic eſt,† ꝙ nulla clau-
ſula, & nullũ verbũ debet intelligi appoſitũ ſine virtute aliqd
operādi.dixit Sal.in rub.C.de ꝯ̃h.emp.in 9.q. & ante eũ gl. ord.
in c.ſolitę.de maio.& obe. cũ concor. quas dedi in l.3.in princ.
125 ff.de iureiur.¶Tertiò moueor,qa verbum pertinere, † & ſic
verbum ꝑtinentijs,eſt latiſſimũ. ita decidit Iuriſc. in l. verbũ il-
lud ꝑtinere.ff.de verb.ſign.gl.not.in c. inter dilectos.in verbo ꝑ-
tinere.de fide inſtr gl. & Doct. in l.ſi qs intentione ambigua.cũ
alijs concor.ff.de iud. Prædicta fortius procederent ſtantib. ver
bis,quib.vtitur Bald.ſi diceretur cum pertinentijs ſuis, & iurib.
ad ipſum caſtrum ſpectantib.item iſtud crederem, ꝙ indubi-
tanter procederet in q. Bald. quando eſſemus in conceſſione
126 Imperatoris, aut Principis, † quia tunc beneficia Principis
ſunt latiſſimè interpretanda contra Principem.l.fin.s̃.de conſt.
princ.c.cùm dilecti.de dona.& in c.cùm olim tibi, de verb.ſig.
Non obſt.fund.do.Alex.ibi, quia aliud eſt loqui in domo, vel
in poſſeſſione,quia nihil habet commune fundus,vel poſſeſſio
cum iuriſdictione,merito ergo vno conceſſo,aliud non cenſe-
tur conceſſum.ita dicit Bal.in d.l. à procuratore. C. mand.ſed
in caſu noſtro conceſſio caſtri facta ſimpliciter comprehendit
iuriſdictionē,vt ſuperius dixi.tangit etiā Bal.in d.c.1.de Capit.
qui curi.vend.in 6.col.& ſeq.aliam quæſtionem latè diſputatā
ꝑ Iac.Butr.Commune Mutinæ tranſtulit ciuitatem Mutinæ in
quendam Marchionem, an per hanc conceſſionem tranſeāt
etiam molendina ciuitatis præfatæ.arguit multũ latè pro vtra-
que parte, & deinde decidit, vt ibi per eum. ¶Quæro. 21.quia
Bart.s̃.in 2.q.concludit, quòd in flumine publico nauigabili li-
citum eſt facere molendinum, ſi facit de licentia Principis.
127 † quæro, aliquis fecit molendinum in flumine publ. nauiga-
bili ſine aliqua licentia Principis, & ſic illicitè, poſteà impe-
trauit à Principe licentiam, quòd poſſit facere molendinum
in

in flumine publico nauigabili,an talis licentia extendať ad mo lendinum prius illicitè fabricatum?primò vř, ꝙ non, per text. in simili in l.si verò non remunerandi.§. si post credita.ff. man. vbi mandatum de mutuando Titio nō extenditur ad mutuū iam factum.Secundò facit tex.in l.solemnus.ff.de cōdi. & dem.
128 † vbi legatum factum vxori in tempus liberorum,non procedit si iam liberos suscepit. ¶Tertiò facit,ꝙ vult Bar.notabi-
129 liter in l.hoc art.in 1.col. ff.de hær.insti. vbi tenet, † ꝙ si testator legat cuilibet filiæ centum,quæ vidua fuerit,nō admittenť ad legatum illæ,quæ iam tempore testī erant viduæ.Ꝯrium est verius per text.in simili no.in l. si quis filio exhæredato. §.irritū. in ver.qua ratione.ff.de iniust.rupt.vbi est text. ꝙ cui permittiť à principe,vt possit de nouo testari,cēsetur etiam permissum, vt testm̄ prius factum valeat ipso iure absque noua declaratio ne,vt ibi tenet Bar.& §.pen.ĵ.ea.l.per illum text.in d.§. irritum. Pau.de Cast.ibi in fi.decidit istam.q.ꝙ si princeps concessit alicui, ꝙ possit facere molendinum in flumine nauigabili, si habebat molendinum iam factum,possit virtute illius cessionis il lud retinere,nec tunc debet distingui ſm Pau. de Cast.an princeps sciuerit ipsum factum vel non, & quia eadem ratio est in retinendo iam factum,quæ est in faciendo de nouo, imò maior, ne habeat necesse destruere. Adde ad idē facere,quod decidit Pau.de Cast.in l.hæc conditio filiæ meæ.§.si sic.ff.de cōdi.
130 & demon. † ꝙ si Papa concedit licentiam Cardinali,vel Episcopo, ꝙ possint facere testm̄ de fructib. beneficiorum suorū, talis licentia extenditur ad testm̄ ante conditum,per tex.not.in d.§.irritum.& sequitur simpliciter do.Alex.in l.& militib.C.de testa.mili.ad idem facit, ꝙ per d.§.irritum. decidit singulariter
131 Pau.de Cast.in d.l. & militib. † ꝙ si habens beneficium curatum obtineat aliud beneficium similiter curatum, ꝙ est incōpatibile cum primo,si posteà impetrat à Papa dispēsationem, ꝙ possit obtinere duo beneficia curata,talis dispensatio traheretur retro ad conualidandum secundum beneficium curatū, ꝙ prius obtinuerat ante dispensationem Papæ,& valde teneas cordi. Sed aduerte , quia istæ duæ vltimæ decisiones licèt sint peregrinæ,tamen mihi sunt valde dubiæ, eo quia istæ dispensationes contra ius sunt odiosæ.c.1.in fi.de fil.presby. in 6.gl.in c. ordinarij.de offi. ord.in 6. ideo in eis non est licita extensio etiā ad casum habentem maiorem rationem.ita tenent Can.in ca. postulasti.de rescrip.d.Abb.in c.ad aures.eo.tit.& in c. at si clerici.§.de adulterijs.in 5.col.de iud.ꝙ obiectum cessat in d. §.irritum.ad quem tex.etiam ĵ.aliter respondebo. ¶Quartò pro ea
132 dē parte facit , quia si Papa scribat † pro aliquo de Ecclesia, vel præbenda vacatura , & sic impetrat quis à Papa primam præbendam vacaturam in Ecclesia,nunquid veniat illa , quæ iam vacabat tempore datæ.gl.est ordinaria , & notabilis, ꝙ sic in cle.j.in verbo,notitiam.de concef.præben.gl.in c.si postquā. in gl.3.& ibi expressius Gem.de præb.in 6. & Gemi.in c. si propter tua debita.in vlt.col.de rescri.in 6.Io.de Imo.in c. constitutus.de rescri.& in d.l.hoc artic.in 2.col. & in l.si ita legatū esset. ff.de condi.& demon.& in l.Titius.§.j.ff.de lib.& posth.quamuis contrarium teneant Bal.Ang.& d.Alexan.in l. Titius.§.1.& Io.de Imo.aliter videatur tenere in d.l.hæc conditio filiæ meæ. §.si ff.de condi. & demon. ¶Quintò pro eadem parte bene facit illud,ꝙ no.vult Bar.in l.fi.circa fi C.de senten. quæ sine cert.
133 quanti.vbi tenet, † ꝙ si testator reliquit mulieri centum pro ea maritanda,ꝙ si erat iam maritata tempore testī , tamen debebitur sibi illud legatum dotis.l.si iam facta. ff.de condi.& de mon.& l.antepen.C.de insti. & substi. secus ſm eum si esset factum relictum pro incerta puella maritanda, quia non habe-
134 ret locum legatum in iam maritata,quod bene no.¶†Sextò ad idem facit, quia facilius est, ꝙ cōfirmetur iam factum,quā ꝙ de nouo fiat,per regulam. l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui vel alie.iu. c. ad Apostolicam.de regula. ergo princeps, qui concedit , ꝙ est plus,fortius censetur concedere , ꝙ est minus. Tenendo istam partem,per quam ampliatur decisio Bart. s̄.in 2.q.non obstant allegata in contrarium.(.l. si verò non remunerandi.§.si post creditam.s̄.manda.quia illud ibi est propter naturam mandati , ꝙ non extenditur ad præterita, sed ad futura.
135 † Hinc dixit Ang.in l.Iul.in 1.col.ff.qui satis.cog.si mando tibi,ꝙ occidas talem, & tu iam occidisti eum , ego non teneor nec ex mandato,nec ex aliqua ratihab.Idem dicit Bald.in l.ob hæc verba.in 2.col.ff.de ijs,qui no.infa.& l.j.in 4.col. C.de seru. fug.Non obst.decisio Bar.in d.l.hoc arti.quia illa decisio *est cō-*
* *muniter reprobata* , & contrarium tenet Imo. in l. si ita legatum esset.ff.de condi.& dem.Pau.de Cast.& d.Alex.& cæteri Mod. in l.cùm stipulamur.ff.de verb.obli.& latius Pau. de Cast.in l. fi.C.de indi.vidu.tol.& in d.l.hoc arti.vbi dicit se,& quam plures alios consuluisse contra Bart. teneas ergo istam secundam partem:sed aduerte subtiliter,quia tex.per quem Pau.de Cast. decidit istam q.in d.§.irritum.in ver.qua ratione.non bene probat istam deci.quoniam ibi testamentum à princi.valuit, licet posteà sit effectum irritum.vnde facilius conualescit testamentum, ꝙ semel à prin.valuit,licet posteà sit effectum irritum, ꝙ̄ illud ꝙ à prin.fuit nullum. tex. est in l. posthumus.in prin.iuncto ver.idem & circa.ff.de iniust.rup. & istam rationem sensit
136 Imo.in d.§.irritū.dum opp.de l.1.ff.de leg.3. ¶ † Quærò [a] 22.
a de alia pulchra,& vtili q. quidam paterfa. solenniter conuenit cum Abbate,& capitulo Monasterij, ꝙ molendinum. d.Monasterij pro certa annua pensione debeat sibi, & familiæ molere , posteà succedente tempore quilibet filiorum habet tātam fami.de per se,quantam habebat ipse paterfam.an monasteriū teneatur cuilibet eorum molere : vel pone, ꝙ decessit ipse paterfam.relictis plurib. filijs,quorum quilibet de per se habet familiam ita magnam,sicut habebat paterfam.tempore celebrati contractus, quilibet vult molere ad molendinum Monasterij sicut faciebat ipse pater,quæritur vtrum possit,istam q.format Alb.in Auth.hoc ius porrectum.in vlt.char.C.de sarosan. eccle.vbi refert Pileum in q.28. quæ incip. quidam paterfa.& Bar.Brixi.in q.50.quæ etiam incip.quidam paterfam. determinasse,ꝙ Monasterium non teneatur filijs, vel hæredib. molere in maiori quantitate , quàm tenebatur ipsi patrifam. nisi aliud expressè fuisset actum,& hoc propter infinitatem euitandam, quia non est verisimile , ꝙ Monasterium ad tantam infinitatē se obligauerit.l.si quis vina.circa fin.ff.de per.& commo. rei vēdi. ibi, *ne in infinitum custodiam præstare debeat.* Item quia ex persona successorum non debet conditio obligationis immutari. l.2.§.ex his.ff.de verb.obli.pro ista parte bene facit tex. in l.non modus.cum gl.C.de ser.& aqua.vbi dicit,ꝙ licèt sint aucta,vel multiplicata prædia , per hoc non crescit seruitus aqueductus. contrarium de stricto iure determinat Alb.per tex. in l.si seruitus.ff.de ser.vrb.præd.vbi seruitus generaliter imposita non restringitur ad præsentia,sed extenditur ad futura,quæ post tempus conuentionis contingunt. confirmatur ista pars viua ratione , quia ista conuentio est facta sub termino vniuersali fami-
137 liæ,† quæ recipit augmentum, & diminutionem . l. peculiū nascitur.ff.de pecul.vnde licèt augeatur familia, vel decrescat, semper eadem durat.l.proponebatur.ff.de iudi.sicut ergo si aliqui filiorum , vel de familia fuissent mortui, tamen Monasterio fuisset debita tota pensio,ergo similiter debet durare eis au
138 ctis.† Ad idem facit tex. in c. quia circa.de priuile. vbi priuilegium exemptionis à decimis generaliter concessum extenditur etiam ad poss.posteà quæsitas.de quo per Bar. & Mod. in l.damni.§.si his,qui vicinas.in fi.ff.de dam.infect.cum suis concor.ibidem signatis.nec potest dici, ꝙ ecclesia sit per hoc læsa, quia sicut poterat familia diminui , ita & augeri. vnde propter dubium euentum non potest dici aliqua læsio,si non fuit tempore contractus.l. si pater puellæ. & ꝙ ibi notant Docto.C.de inoffi.test.& l.de fideicom.C.de transa.& vtrobique latius dixi. In cōtrarium pro parte negatiua facit text.in l.Rutilia polla.ff.
139 de Ꝯhen.emp. † vbi verba contractus quamuis generalia referuntur ad ea,quæ erant tempore contractus , non autem ad id,ꝙ posteà excreuit.& tex.in l.lege. eo.titu.& ibi Alb. in fi.not. illum tex.ad istam.q.tamen remittit se ad ea,quæ dixit in d.Authen. hoc ius porrectum. ¶Scdō facit, quia verba intelligūtur reb.sic se habentib.prout se habet.l.ꝙ Seruius. vbi dixi de hoc. ff.de cond.ob cau.c.cùm inter P. Gauf.de renun.c. quemad.de iureiu. cum mille similib. ¶Tertiò facit optimè solennis text. qui videtur decidere istam q.in c.quanto.de censi. vbi si multū sit augmētatus numerus fratrum,quib.præstabatur annuatim procuratio,officio iudicis fit reductio ad primam mensuram.
* & per illum tex. Io.And. Ant.de But. *& communiter alij ibi* for-
140 mant q. de illo, † qui habebat molēdinum in emphyteusim cum pacto molendi gratis domino,& familiæ , ꝙ si dominus tempore contractus habebat duos filios , posteà procreauit alios filios,vsque ad 10.& quilibet ex illis filijs alios filios,an teneatur omnib.gratis molere?determināt per illum text.ꝙ licèt de iure stricto teneatur omnib. molere , tamen officio iudicis ex æquitate illius tex.prouidetur sibi, vt non teneatur vltra primam mensuram,& secundum primum numerum.Sed tu aduerte,quia punctus satis videtur pendere ab illo tex.ideo considera prout etiam ibi expressè dicit Imo.ꝙ ille tex. vř se fundare, eo quia illa præstatio fiebat illis fratrib. ex liberalitate. vnde secus innuit ille text. qn̄ fieret ex conuentione in contractu,in quo aliquid hincinde datur,vel promittitur. vnde in q. nostra, ex quo recipiens potest se habere ad lucrum deminorata familia,ita debet sentire damnum aucta familia, cùm contrariorū eadem sit disciplina.& in hoc vlt.residet.d. Abb.in d.c.quanto.

¶Quartò

ADDITIO.

a [a] Quæro.Adde Ias.in l.vlt.nu.6.C.de verb.sig.

¶Quartò pro ista parte facit illud, ꝙ volunt Pet.Cyn.Alb.& latius Bal.& Sal.in l.non modus.C.de serui.& aqua.& Ang.in l.si
141 seruitus.in prin.in vlt.col.ff.de serui.vrb.præd.vbi tenet,† ꝙ si rusticus promisit omni anno cuilibet canonico.S.Laurētij dare 10.pro anniuersario,& tempore promissionis non erant nisi sex,vel octo canonici,deinde sunt 20.ꝙ non tenebitur omnib. 20.præstare,sed solùm ſm numerum, qui erat tempore pro-
a missionis.¶Quintò[a] facit illud,ꝙ determinant Dyn. & Alb.in
142 l.cui fundus.per illum tex.in fi.ff.de cond.& demon.† ꝙ si alicui cōcessum est,ꝙ in aliquo nemore possit ligna incidere pro se,& familia sua,& ille decedit relictis multis filijs, ꝙ vnusquisque filiorum non poterit incidere ligna, tm̄ quantum expedit sibi, & familię suæ,sed omnes simul tm̄ incidere possunt,quantum poterat eorum pater,& non plus. ibidem ēt inducit illum tex. Alb.ad q.nostram de molendino. ¶Sextò facit, ꝙ decidit Iac.
143 But.in l.fi.per illum text. C.de sacrosecl. † ꝙ si feci pactum cum furnario,seu cùm pistore,ꝙ coqueret mihi panem, & familiæ meæ, & darem sibi singulo anno duas libras, ꝙ tunc si habebam duos filios,& posteà sunt mihi plures filij, & familia aucta,ꝙ non tenebitur mihi coquere pro pretio conuento,ne aliàs in infinitū possit augeri familia, & sic obligatio furnarij, nec obst.ꝙ promisit mihi coquere,& familiæ meę,quia intelligitur de familia, quam habebam tempore cōuentionis. ita ibi residet Iac.But.idem simpliciter tenet Imo.in cle. literas. in 15. col.de rescri.quamuis aliter in hoc vlt.teneat d. Bar. Veronen. in tractatu ser.vrb.in c.j.de furno,in 5.q. vbi latè examinat istā
144 vlt.q. ¶† Septimò,& vlt. optimè facit, quia sermo indefinitus, vel generaliter prolatus nunquam trahitur ad futura, qñ per hoc resultaret magnum præiudicium. Ita no.Bar.in l.pen. per illum tex.C.quæ res pig.obl.pos.& no.Bar.in l.si stipulatus fuerim illud.§.j.ff.de verb.obli.Imo.in d. cle.literas. de rescr.& ista vlt.pars est æquior,& esset in iudicando tenenda, quamuis
145 prima in stricto iure possit defendi.¶†Quero 23.iuxta proximam præcedentem.q. aliquis conduxit vnum molendinum cum quatuor rotis, & conuenit præstare dño modios. 10.frumenti pro qualibet rota, posteà idem cōductor construxit ibi vnam aliam rotam,an teneat pro illa rota noua præstare alios 10.modios frumenti?Istam q.format Alb.de Ros.in l.Rutilia. ff.de contrah.emp. & refert eam fuisse de facto in ciuitate Parmæ,& ibi fuisse iudicatum,& determinatum,ꝙ non,per illum tex. qui vult rem debere considerari ſm tempus ꝯctus, & per tex.in l.non modus.C.de ser.& aqua.& refert ita tenere Vgolinum de Fontana ibi. Sed tu aduerte breuiter, ꝙ imò posset teneri ex adiectione quintæ rotæ,cùm augeatur lucrum conductori, ꝙ similiter debeat augeri pensio, sicut in simili dicimus, ꝙ tam labor,quàm pecunia recipiunt augmentum, vel diminutionem.l. Seio.in prin.ff. de annu.leg. per quem text.dicunt
